7
10 b
48

D. 21

7
9 b
45

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-10. b. 48

SVMMA

CONCILIORVM ET PONTIFICVM

A PETRO vſq; ad Paulũ tertium ſuccinctè complectens omnia, quæ alibi ſparſim tradita ſunt,

Per. F. Bartholomæum Carranzam Mirandeñ. inſtituti ſancti Dominici Theologiæ profeſſorem, & regentem in collegio ſancti Grego. in Valle Oletana, nunc denuo per ipſummet recognita, & aucta.

Quæ omnia verſa pagella indicabit.

1549

SALMANTICAE

Apud Andream de Portonariis.

INDEX
CONTENTORVM.

CANONES SEXTAE SYNODI GENERALIS
hactenus non excuſſi.

SEPTIMA SYNODVS GENERALIS, *& Canones eiuſdem.*

OCTAVA SYNODVS GENERALIS, *& eiuſdem Canones nunquam hactenus excuſſi.*

CANONES CONCILII EPHESINI generalis, *nunc primum Latinè excuſſi.*

DECRETALIS MARTINI *Quinti, & Calixti tertii, de annui cenſus licita emptione, & venditione explicatio.*

HIS NOS ADDIDIMVS.

¶CONCILIA TOLETANA A. XIII. VSQVE *ad. 17. nunc primùm excuſſa, & edita.*

¶ALIQVOT *preterea huius ſanctæ ſynodi Tridentinæ Seſſiones.*

¶BREVE *quoddam compendium Canonum, qui in ſancta ſynodo Tridentina renouandi ſunt, ſiue qui, vt à Patribus renouarentur, fuêre propoſiti.*

¶CONSILIVM *præterea, quod in apparanda ſynodo Tridentina à quibuſdam Cardinalibus, Epiſcopis, viris piis, ac doctiſſimis Paulo Papa tertio datum eſt: quibus ipſe hoc negocii mandauerat.*

GREGORIVS GALLVS
Doctor Theologus Lectori
Salutem.

PERLEGI, vt potui accuratiſsimè, Summam hanc Conciliorum: quam meæ trutinæ probandam, atq; expendendam cõmiſit admodũ reuerendus Salmanticenſis diœceſis Vicarius: prius quidem excuſſam Venetiis, & Lydio, vt fertur, lapide probatam: nunc verò ſecunda cura cognitam, & multis haud contẽnẽdis auctam. In qua tam piè, & aptè, vt mea fert opinio, traduntur omnia, vt prorſus nihil addi, aut demi citra flagitium queat: ea eſt ſanctimonia, eruditio, ac fœcũda breuitas Authoris. Quare non eſt profectò cur non precemur benè Bartholomæo Mirandæ viro inter Dominicanos & religioſiſsimo, & doctiſsimo: cuius ſtudiũ ad hunc modum ſemper fuit, de republica Christiana quãoptimè mereri. Vale. Salmanticæ die. 20. Iulii. Anni. 1549.

TECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANDREAS DE PORTONARIIS AMICO LECTORI S. P. D.

EXCVSSVRVS prælo noſtro, Lector optime, hanc Conciliorum Epitomen, in rem meam duxi, ſeu tuã potius fore, ſi prius conſiliũ meum paucis exponerem. Nam cùm iam me huic operæ obtuliſſem, ac prælum intra ædes proprias, conquiſitis hinc inde, in ſtudioſorum gratiam, characteribus (quales nec vnquam antea in Hiſpania viſi ſunt) non ſine graui rei familiaris iactura conſtituiſſem: viſum eſt in tanto ſcribentium prouentu hanc vnam excudendam deligere, quæ plurimis, ac præcipuis bonarum artium ſtudioſis vſui eſſe poſſet. Sed cùm animaduerterem in prima illa editione non ſatisfactum eſſe veſtrũ omnium animis: ſiquidem multa in ea deerant, quæ non ſinè magno ſtudioſorum incommodo præteriri poterant: plurima præterea inuerſa, ac reliqua in parte deprauata (quæ labes multùm, ſatisq; diu inter typographos pleroſq; tyrannide quadam graſſatur) operæprecium futurum credidi, ſi iſthæc omnia in melius verterentur. Tandem cum Authore huius operis non paucis egi de reſtituendo in integrum opere, atq; ad limam prorſus reuocando, quandoquidem ſua etiam res agebatur. Cumq; id conſilii mei probaret: nactus ocium, quantum lambendus partus requireret, omnia maiori diligentia, & exactiori iudicio denuo expendit, & ſcripſit: præterea ne hoc ſinè emolumento aliquo faceret, ac veluti ἀσύμβολον omnino Lectorem dimitteret, iuſto auctuario, nec quidem pœnitendo, locupletiorem reddidit, id quod ex primo libri Indice iam conſtare poterit. Quod eo maiori animo ſum aggreſſus, quo plurimorum deſiderio ſatisfacerem, qui me ad id cotidie propellebant. Nec enim veritus ſum, ne parum dextrè acciperentur, quæ ex Authore (quod & hìc dicendum nunc eſt) nec inelegantiſsimo, nec in his rebus parum verſato prodiiſſent, cùm id operis donaret iuuentuti. Quare, Lector bone, gratulare primùm huic tam pio labori: animum deinde erga me beneuolum habe, qui tanto ſtudio vbique gentium venari coner, quod ſtudiis ſtudioſorum omnium adiiciam, meumq; æs adeo benignè in tuam gratiam profundam: ſimulq; Deum opt. max. precare, vt quæ præterea de iuuandis bonarũ artium ſtudiis animo conceperim, fœlicem ſortiantur effectum. Vale amice Lector, Salmanticæ ex officina noſtra typographica. Anno reparationis humanæ. 1549. menſe Iulio.

CARMEN ELEGIAcum eccleſiæ ad Lectorem.

ILLA *ego quæ quondam, ſaluo fœcunda pudore,*
Pignora conceptu tam numeroſa tuli:
En iaceo ſterilis, charo velut orba marito,
Meq́; premunt nati, quos genuiſſe piget.
Tum mihi prima genas ornabat flore iuuentus,
Nunc rugóſa cutis, cui gelaſinus abeſt.
Non tam læſa fui gladio percuſſa tyranni:
Quam mihi pax præſens inſidioſa nocet.
Impius vt quondam dans proditor oſcula Christo,
Bella tulit factis, ſymbola pacis erant:
Noxia ſic mihi pax. Aliis nam triſtia ferre
Bella ſolent pacem, pax mihi bella gerit.
Millia natorum cùm paſſim occumbere vidi:
Tunc pia, tunc fœlix, terq́; beata fui.
Aſt vbi vaſtantis ceſſarunt arma tyranni:
Regna tenet faſtus, luxus, & ambitio.
Hinc lachrymæ, hinc gemitꝰ, hinc ipſa dolore coarctor,
Quod miſeræ nullus vota parentis amet.
Nunc Mirandenſis conſurgit Bartholomæus,
Me fieri cupiens qualis & antè fui.
In Summam hic redigit ſanctorum tempora morum:
Scita Patrum, canones, dógmata ſacrá ſimul.
Si qua fortè queat priſcum reuocare nitorem,
Quo fueram Christi ſánguine tincta recens.

SACRORVM CONciliorum ſtudioſis gratitudinis ergô deuotiſsimè dedicauit Frater

PETRVS SILOE

Prædicatorum ordinis.

Accipite hoc munus, toto precioſius auro
Vos, quibus eſt cordi nunc celebrare fidem.
Digerit hæc diuos, tum priſcos pagina mores:
Et quis ſit veræ relligionis amor.
Si te læta iuuant veterum monumenta virorum,
Perlege: quid fugias, quidue ſequaris habes.
Nunc grates refer. En refero, tam ſacra labori
Munera qui retulit, munera tanta dedit.
Compoſuit, ſed quæ longis ambagibus eſſent,
Myſtica ſit fidei noſcere cura tibi.
Quare age, muriceis taxum poſtpone liguſtris.
Hac precor incedas, quæ potiora daret.

DIXI.

ADMODVM ILLVSTRI ET PRAECLARO DOMINO DIEGO HVRTADO MENDOZAE: *apud* Rempub. *Venetorum oratori & in ſacroſancta ſynodo* Tridentin*a Cæſareæ Maieſtatis vicegerenti.* F. Bartholomæus Carranza Mirandeñ. *Inſtituti ſancti* DOMINICI

S. D.

CVM MECVM HISCE *diebus voluerem*, DIEGE *magnum, & nobilitatis, & ſtudiorum decus, & noſtra laus* Hiſpaniæ, *quid mihi potiſſimum agendum foret, dum* Deus *opt. max. viam aliquam oſtendit* Concilio *futuro, ſi quando nunc admodum neceſſario, in tantis eccleſiæ procellis, & vitæ malis, ſubit animum relegere maiorum noſtrorum acta in* Conciliis *antiquioribus. Et puduit me, vt ingenuè fatear, noſtrorum morum, expuere libuit in ſinum ſubinde repetens:* En *à quanto culmine decidimus, en ſegnitiem, & oſcitantiam noſtram, en gentem à* Chriſto, *& redemptam, & factam rerum dominam.* Vbi *ille charitatis ardor?* Vbi *animus* τῶν χρημάτων κρείττων? Vbi *dolorum, & mortis contemptus dum gregem traditum cuſtodirent?* Deniq; *nihil ferè conuenit præſenti rerum ſtatui, ſi quis attētius conferat cum illo, quem cernere licet in ſcripturis* Conciliorum. Quod, *vt facilius contemplari poſſem excerpſi* Epitomen *quadam collatione exemplariorum, tum* Latinorum, *tum* Græcorum *quoad eius fieri potuit.* Quam *quum vtilem fore multis arbitrarer, ne idem illis ſubeundum eſſet faſtidii, & laboris, præſertim quibus, aut euoluere non vacat, aut comparare non poſſunt tantam librorum farraginem, è re communi me facturum putaui, ſi quod mihi ſudaram, omnibus impertirem.* Itaq; *ſub tuo nomine editur hoc, quicquid eſt libelli: tum vt ſtudioſis vel ob hoc ſit in precio, tum vt tibi, cui omnia debeo, incipiam nouo ære obligari, ſi ſenſero ea ſuſcepiſſe fronte, qua vel minutiſſima, quæ tamen ad rem literariam pertinent, amplecti ſoles.*

Vale in Chriſto Ieſu.

DIEGVS HVRTADVS MENDOZA F. BARTHOlomæo Mirandæ.

S.

PVLCHRVM eſt aliquid in dicendo poſſe, quo ab hominibus laude dignis approberis: pulchrius ea, que mente conceperis, orationeque expreſſeris, ſcripto mediocriter explicare: pulcherrimum orationi, atque ſcripto ſtudium, & laborem adiungere, ne aliquid deeſſe videatur, quominus, & bonis viris, & multis admirationi ſis. Horum primum, cuius quidem velut parentes, altricéſque ſunt prudentia, & eloquentia, te penitus conſequutum fuiſſe locupletiſsimi teſtes eſſe poterunt, qui te Bartholomæe Miranda, vel in ſacrarũ literarum Gymnaſio (quas publicè profiteris) vel in publica concione audiuerunt. Vltimum verò, quod ſemper cum medio coniunctum eſt, tum multis aliâs, tum hoc edito libro, in quo breui compendio Conciliorum prolixitatem circunciſiſti, ita vt multa in eorum libris abundare, in hoc nihil deeſſe oſtenderis, adeo præſtitiſſe viſus es, vt prudentiſsimi viri in eligendo, magni oratoris, atq; philoſophi in diſponẽdo, maximi Theologi in conſiderando, atq; declarando quæcunq; legentibus impedimento ob difficultatem, obſcuritatemq́; futura forent, partes cõpleueris. Quòd autem nomen meum in tuis ſcriptis, & conſpici, & legi voluiſti, maximas tibi gratias ago.

Vale. Nonis Ianuari, Venetiis.

SYLLABVS, SIVE INDEX, IN QVO PRIMVM PONTIfices, per Alphabeti ordinem digeſti, continentur: poſt deinde ſuo quique ordine prænotati. Quem etiam ordinem in Conciliis ſeruauimus diligenter: quo quicquid in vna quaq; re diligens Lector quæſierit inuenire quãfacillimè queat.

A

Adeodati Papæ vita. 375
Adriani Pa. primi vita. 490
Adriani.2.vita. 537
Adriani.3.vita. 553
Adriani.4.vita. 564
Adriani.5.vita. 578
Adriani.6.vita. 635
Agapeti.1.vita. 252
Agapeti ſecundi vita. 558
Agathonis Pap. vita. 375
Alexandri.1.Pap.epiſt. 19
Alexandri.2.vita. 561
Alexandri.3.vita. 564
Alexandri.4.vita. 577.
Alexandri.5.vita. 585
Alexandri.6.vita. 626
Anacletus epiſcopus. 15
Anaſtaſii.1.vita, & epiſtolæ. 149
Anaſtaſii.2.vita, & epiſtolæ. 640
Anaſtaſii.3.vita. 558
Anaſtaſii.4.vita. 563
Aniceti vita, & epiſt. vna. 21
Antherii Pap. vita. 27
Athanaſii, & aliorum epiſcoporum Ægyptiorum epiſtola ad Liberium Papam. 109

B

Benedicti primi vita, & epiſto. 297
Benedicti.2.vita. 423
Benedicti.3.vita. 529
Benedicti.4.vita. 558
Benedicti.5.vita. 559
Benedicti.6.vita. ibid.
Benedicti.7.vita. ibid.
Benedicti.8.vita 560
Benedicti.9.vita. ibid.
Benedicti.10.vita. 561
Benedicti.11.vita. 580
Benedicti.12.vita. 583
Bonifacii primi vita, & epiſtolæ. 178
Bonifacii ſecundi vita, & epiſtola. 251.
Bonifacii.3.vita. 317
Bonifacii.4.vita. ibid.
Bonifacii.5.vita. 321
Bonifacii.6.vita. 558
Bonifacii.7.vita. 559
Bonifacii.8.vita. 580
Bonifacii.9.vita. 584
Bonifacii epiſcopi ad Zachariam Papam epiſtola. 483

C

Calixti.1.vita, & epiſto. 24
Calixti.2.vita. 562
Calixti.3.vita. 562
Cæleſtini.1.vita. & epiſtolæ. 179
Cæleſtini.2.vita. 563
Cæleſtini.3.vita. 564
Cæleſtini.4.vita. 577
Cæleſtini.5.vita. 580
Clementis primi vita, & epiſtola. 14
Clementis.2.vita. 560
Clementis.3.vita. 564
Clementis.4.vita. 577
Clementis.5.vita. 580
Clementis.6.vita. 583
Clementis.7.vita. 635
Cletus epiſcopus. 14
Cononis Papæ vita. 423
Cornelii vita, & epiſtolæ. 30
Conſtantini primi Papæ vita. 424
Conſtãtini.2.Papæ vita. 490
Chriſtophori papæ vita. 558

D

Damaſi primi vita, & epiſtolæ. 117
Damaſi.2.vita. 560
Deuſdedit Papæ vita. 317
Dionyſii Papæ vita. 35
Doni.1.Papæ vita. 375

Doni.2.vita. 559

E

Eleutherii vita ſecundum Damaſum, & eius epiſtolæ duæ. 23
Euariſti Papæ vita, & epiſtolæ. 17
Eugenii.1.Papæ vita. 365
Eugenii.2.papæ vita. 528
Eugenii.3.Papæ vita. 563
Eugenii.4.Papæ vita. 607
Euſebii vita. 47
Eutychiani vita ſecundum Damaſum, & eius epiſtolæ tres. 36

F

Fabiani vita ſecundum Damaſum, & epiſt.tres. 28
Fœlicis.1.vita ſecundum Damaſum, & epiſto.tres. 35
Fœlicis ſecundi vita, & epiſtola. 110
Fœlicis tertii vita, & epiſtolæ duæ. 235
Fœlicis quarti vita, & epiſtolæ duæ. 250
Formoſi Papæ vita. 558

G

Gaii Papæ vita ſecundum Damaſum, & eius epiſtola vna. 37
Gelaſii Papæ vita, & epiſtolæ. 236
Gelaſii.2.Papæ vita. 562
Gregorii.1.vita. 316
Gregorii.2.vita. 482
Gregorii.3.vita. ibid.
Gregorii.4.vita. 519
Gregorii.5.vita. 559
Gregorii.6.vita. 560
Gregorii.7.vita. 561
Gregorii.8.vita. 564
Gregorii.9.vita. 576
Gregorii.10.vita. 578
Gregorii.11.vita. 584
Gregorii.12.vita. ibi.

H

Higinii Papæ vita. 20
Hilarii Papæ vita. 233
Honorii.1.Papæ vita. 322
Honorii.2.vita. 563
Honorii.3.vita. 576
Honorii.4.vita. 580
Hormiſdæ Papæ vita, & epiſtolæ 246

I

Ioãnis.1.vita, & epiſt. 250
Ioannis.2.vita, & epiſt. 251
Ioannis.3.vita, & epiſt. 297
Ioannis.4.vita. 350
Ioannis.5.vita. 423
Ioannis.6.vita. 424
Ioannis.7.vita, & epiſt. ibi.
Ioannis.8.vita. 529
Ioannis.9.vita. 553
Ioannis.10.vita. 558
Ioannis.11.vita. ibid.
Ioannis.12.vita. ibid.
Ioannis.13.vita. ibi.
Ioannis.14.vita. 559
Ioannis.15.vita. ibid.
Ioannis.16.vita. ibid.
Ioannis.17.vita. ibid.
Ioannis.18.vita. ibid.
Ioannis.19.vita. 560
Ioannis.20.vita. ibid.
Ioannis.21.vita. ibid.
Ioannis.22.vita. 578
Ioannis.23.vita. 583
Ioannis.24.vita. 585
Innocentii primi vita, & epiſtolæ. 157
Innocentii.2.vita. 563
Innocentii.3.vita. 565
Innocentii.4.vita. 577
Innocentii.5.vita. 578
Innocentii.6.vita. 583
Innocentii.7.vita. 584
Innocentii.8.vita. 626
Iulii.1.vita, & epiſto. 90
Iulii.2.vita. 626

L

Landi Pap. vita. 558
Leonis.1.vita. 199
Leonis.2.vita. 375
Leonis.3.vita. 516
Leonis.4.vita. 529
Leonis.5.vita. 558
Leonis.6.vita. ibid.
Leonis.7.vita. ibi.
Leonis.8.vita. 559
Leonis.9.vita. 560
Leonis.10.obiectio. 626
Liberii vita, & decreta. 108
Linus epiſcopus. 14
Lucii.1.vita, & epiſt. & eius condemnatio. 33
Lucii.2.vita. 563
Lucii.3.vita. 564

M

Marcellini vita per Damaſum, & eius epiſtolæ, ac damnatio per concilium. 300.epiſcoporum. 38

Marcelli vita per Damaſum, & epiſtolæ duæ eiuſd. 46
Marci Papæ vita, & epiſtola. 90
Martini primi vita, & epiſtola. 352
Martini.2.Vita. 553
Martini.3.vita. 558
Martini.4.vita. 580
Martini.5.vita. 585
Melchiadis vita per Damaſum, & eius epiſto. 48
Mileuitani concilii epiſtola, ad Innocentiũ Papam. 169

N

Nicolai primi vita, & epiſtola. 529
Nicolai.2.vita. 561
Nicolai.3.vita. 579
Nicolai.4.vita. 580
Nicolai.5.vita. 616

P

Paſchalis primi vita. 529
Paſchalis ſecundi vita. 562
Pauli primi vita. 490
Pauli.2.vita. 619
Pauli.3.vita. 635
Pelagii primi vita, & epiſtola. 280
Pelagii ſecundi vita, & epiſtolæ. 298
Pii primi vita per damaſum, & epiſtolæ. 20
Pii ſecundi vita. 619
Pii tertii vita. 626
Pontiani Papæ. 27

R

Romani Papæ vita. 558

S

Sabiniani Papæ vita. 317
Sergii papæ vita. 423
Sergii.2.vita. 529
Sergii.3.vita. 558
Sergii.4.vita. 560
Seuerini Papæ vita. 350
Simplicii papæ vita, & aliquot epiſt. 234
Siricii Papæ vita, & epiſtolæ. 123
Siſinii Papæ vita. 424
Sixti.1.vita per Damaſum, & epiſto. 19
Sixti.2.vita, & epiſtolæ. 34
Sixti tertii vita, & expurgatio. 188
Sixti.4.vita. 619
Sotheris vita per Dama. 22
Stephani primi vita, & epiſtolæ. 34
Stephani.2.vita. 489
Stephani.3.vita. 490
Stephani.4.vita. 528
Stephani.5.vita. 557
Stephani.6.vita. 558
Stephani.7.vita. ibid.
Stephani.8.vita. ibid.
Stephani.9.vita. 561
Symmachi vita, & epiſtolæ. 241
Syluerii Papæ vita. 253
Sylueſtri primi vita. 51
Sylueſtri ſecundi vita. 559
Sylueſtri tertii vita. 560

T

Teleſphori Papæ vita. 20
Theodori primi vita. 350
Theodori ſecundi vita. 558

V

Valentini Papæ vita. 529
Victoris primi vita per Damaſum, & eius epiſtolæ duæ. 23
Victoris.2.vita. 561
Victoris.3.vita. 562
Vigilii Papæ vita, & epiſtola. 253
Vitaliani Papæ vita. 367
Vrbani primi vita, & epiſtolæ. 25
Vrbani ſecundi vita. 562
Vrbani tertii vita. 564
Vrbani quarti vita. 577
Vrbani quinti vita. 584
Vrbani ſexti vita. ibi.

Z

Zachariæ vita, & epiſtola. 483
Zepherini vita per Damaſum, & eius epiſtolæ duæ. 24
Zozimi vita, & epiſtolæ duæ. 177

INDEX.

PONTIFICES OMNES A PETRO, VSQVE *ad Paulum tertium eo, quo ſucceſſerunt ordine relati, vt quis cui ſucceſſerit, teneas.*

1 *Petrus.*
2 *Clemens*
3 *Anacletus.*
4 *Euariſtus*
5 *Alexander primus.*
6 *Sixtus primus.*
7 *Theleſphorus.*
8 *Higinus.*
9 *Pius.*
10 *Anicetus.*
11 *Sother.*
12 *Eleutherius.*
13 *Victor primus.*
14 *Zepherinus.*
15 *Calixtus primus.*
16 *Vrbanus primus.*
17 *Pontianus.*
18 *Antherus.*
19 *Fabianus.*
20 *Cornelius.*
21 *Lucius.*
22 *Stephanus.*
23 *Sixtus ſecundus.*
24 *Dionyſius.*
25 *Fœlix primus.*
26 *Eutychianus.*
27 *Gaius.*
28 *Marcellinus.*
29 *Marcellus.*
30 *Euſebius.*
31 *Melchiades.*
32 *Sylueſter primus.*
33 *Marcus.*
34 *Iulius primus.*
35 *Liberius primus.*
36 *Fœlix ſecundus.*
37 *Damaſus primus.*
38 *Syritius.*
39 *Anaſtaſius.*
40 *Innocentius primus.*
41 *Zoſimus.*
42 *Bonifacius primus.*
43 *Cæleſtinus.*
44 *Sixtus tertius.*
45 *Leo primus.*
46 *Hilarius.*
47 *Simplicius.*
48 *Fœlix tertius.*
49 *Gelaſius.*
50 *Anaſtaſius*
51 *Symmachus.*
52 *Hormiſda.*
53 *Ioannes primus.*
54 *Fœlix quartus.*
55 *Bonifacius ſecundus.*
56 *Ioannes ſecundus.*
57 *Agapetus.*
58 *Syluerius.*
59 *Vigilius.*
60 *Pelagius.*
61 *Ioannes tertius.*
62 *Benedictus primus.*
63 *Pelagius ſecundus.*
64 *Gregorius primus.*
65 *Sabinianus.*
66 *Bonifacius tertius.*
67 *Bonifacius quartus.*
68 *Deuſdedit.*
69 *Bonifacius quintus.*
70 *Honorius primus.*
71 *Seuerinus.*
72 *Ioannes quartus.*
73 *Theodorus primus.*
74 *Martinus*
75 *Eugenius primus.*
76 *Vitalianus.*
77 *Adeodatus.*
78 *Donus primus.*
79 *Agatho.*
80 *Leo ſecundus.*
81 *Benedictus ſecundus.*
82 *Ioannes quintus*
83 *Conon.*
84 *Sergius primus.*
85 *Ioannes ſextus.*
86 *Ioannes ſeptimus.*
87 *Siſinius.*
88 *Conſtantinus primus.*
89 *Gregorius ſecundus.*
90 *Gregorius tertius.*
91 *Zacharias.*
92 *Stephanus ſecundus.*
93 *Paulus primus.*
94 *Conſtãtinus ſecundus.*
95 *Stephanus tertius.*
96 *Adrianus primus.*
97 *Leo tertius.*
98 *Stephanus quartus.*
99 *Paſchalis.*
100 *Eugenius ſecundus.*

Valenti-

101. Valentinus.
102 Gregorius quartus.
103 Sergius ſecundus.
104 Leo quartus.
105 Ioannes octauus.
106 Benedictus tertius.
107 Nicolaus primus.
108 Adrianus ſecundus.
109 Ioannes nonus.
110 Martinus ſecundus.
111 Adrianus tertius.
112 Stephanus quintus.
113 Formoſus.
114 Bonifacius ſextus.
115 Sephanus ſextus.
116 Romanus primus.
117 Theodorus ſecundus.
118 Ioannes decimus.
119 Benedictus quartus.
120 Leo quintus.
121 Chriſtophorus primus
122 Sergius tertius.
123 Anaſtaſius tertius.
124 Landus.
125 Ioannes vndecimus.
126 Leo ſextus.
127 Stephanus ſeptimus.
128 Ioannes duodecimus
129 Leo ſeptimus.
130 Stephanus octauus.
131 Martinus tertius.
132 Agapetus ſecundus.
133 Ioannes decimuſtertius
134 Benedictus quintus.
135 Leo octauus.
136 Ioannes decimusquartꝰ
137 Benedictus ſexsus.
138 Donus ſecundus.
139 Bonifacius ſeptimus.
140 Benedictus ſeptimus.
141 Ioannes decimuſquintꝰ
142 Ioannes decimuſſextus
143 Ioãnes decimuſſeptimꝰ.
144 Gregorius quintus.
145 Ioãnes decimuſoctauus
146 Syluester ſecundus.
147 Ioannes decimuſnonus
148 Ioannes vigeſimus.
149 Sergius quartus.
150 Benedictus octauus.
151 Ioannes.21.
152 Benedictus nonus.
153 Syluester tertius.
154 Gregorius ſextus.
155 Clemens ſecundus.
156 Damaſus ſecundus.
157 Leo nonus.
158 Victor ſecundus.
159 Stephanus nonus.
160 Benedictus decimus.
161 Nicolaus ſecundus.
162 Alexander ſecundus.
163 Gregorius ſeptimus.
164 Victor tertius.
165 Vrbanus ſecundus.
166 Paſchalis ſecundus.
167 Gelaſius ſecundus.
168 Calixtus ſecundus.
169 Honorius ſecundus.
170 Innocentius ſecundus.
171 Cæleſtinus ſecundus.
172 Lucius ſecundus.
173 Eugenius tertius.
174 Anaſtaſius quartus.
175 Adrianus quartus.
176 Alexander tertius.
177 Lucius tertius.
178 Vrbanus tertius.
179 Gregorius octauus.
180 Clemens tertius.
181 Cæleſtinus tertius.
182 Innocentius tertius.
183 Honorius tertius.
184 Gregorius nonus.
185 Cæleſtinus quartus.
186 Innocentius quartus.
178 Alexander quartus.
188. Vrbanus quartus.
189 Clemens quartus.
190 Gregorius decimus.
191 Innocentius quintus.
192 Adrianus quintus.
193 Ioãnes vigeſimuſſecũ.
194 Nicolaus tertius.
195 Martinus quintus.
196 Honorius quartus.
197 Nicolaus quartus.
198 Cæleſtinus quintus.
199 Bonifacius octauus.
200 Benedictus vndecimus
201 Clemens quintus.
202 Ioãnes vigeſimuſtertiꝰ
203 Benedictus duodecimꝰ.
204 Clemens ſextus.
205 Innocentius ſextus.
206 Vrbanus quintus.
207 Gregorius vndecimus.
208 Vrbanus ſextus.
209 Bonifacius nonus.
210 Innocẽtius ſeptimus.
211 Gregorius ſeptimus.
212 Alexander quintus.
213 Ioãnes vigeſimuſquar.
214 Martinus quintus.

215 Eugenius quartus.
216 Nicolaus quintus
217 Calixtus tertius.
218 Pius ſecundus.
219 Paulus ſecundus.
220 Sixtus quartus.
221 Innocentius octauus.
222 Alexander ſextus
223 Pius tertius.
224 Iulius ſecundus.
225 Leo decimus.
226 Adrianus ſextus.
227 Clemens ſeptimus.
228 Paulus tertius.

CONCILIORVM INdex per alphabeti ordinem appoſitus.

A

Agathenſe 190
Agripinenſe, ſeu Colonienſe. 90
Altiſiodorẽſe conciliũ. 318
Ancyranum. 39
Antiochenum. 90
Antiochenum alterum inſertum actioni. 14. Chalcedonẽſis Concilii. 35
Aquileienſe. 198
Arauſicanum. 199
Arauſicani cõci. canones. 201
Arelatenſe primum. 75
Arelatenſe ſecundum. 83
Arelatenſe tertium. 209
Aruernenſe. 279
Aurelianenſe primum. 247
Aurelianenſe ſecundũ. 268
Aurelianenſe tertium 271
Aurelianenſe quartum. 281
Aurelianenſe quintum. 294

B

Baſileenſe. 600
Bracarenſe primum. 344
Bracarenſe ſecundum. 348
Bracarenſe tertium. 373

C

Cabilonenſe. 365
Cæſarauguſtanum. 249
Carpentoractenſe. 208
Carthaginen. conci. ſub Cornelio Papa. 32
Carthaginenſe primum. 87
Carthaginẽſe ſecundum. 130
Carthaginenſe tertium. 132
Carthaginenſe quartum. 138
Carthaginẽſe quintum. 149
Carthaginenſe ſextum. 178
Carthaginenſe ſeptimũ ibid.
Chalcedonenſe. 210
Colonienſis ſynod. 90
Conſtantinopolitanum primum. 120
Conſtantinopolitanum ſecundum. 256
Conſtantinopolitanum tertium. 376
Canones eiuſdem. 396
Conſtantinopolitanum quartum. 537
Conſtantienſe. 583

E

Elibertinum. 64
Epaunenſe. 240
Epheſinum. 181
Epheſini concilii cano. 185

F

Florentinum. 608

G

Gangrenſe. 78
Gerundenſe. 249

H

Hieroſolimitanum. 105
Hiſpalenſe primum. 300
Hiſpalenſe ſecundum. 322

I

Ilerdenſe. 243

L

Laodicenſe. 110
Lateranenſe primum. 352
Lateranenſe ſecundum. 565
Lateranenſe tertium. 626
Lugdunenſe. 578

M

Maguntiacenſe. 517
Matiſconenſe primum. 310
Matiſconenſe ſecundũ. 312
Mileuitanum.. 169

N

Neocæſarienſe. 49
Nycenum primum. 53
Nycenum ſecundum. 490

P

Parrhiſienſe primum. 292

R

Rhegienſe. 190
Rhemenſe. 527
Romanum Concilium circa tempora Cornelii Papæ. 31
Romanum concilium circa tempora ſyluestri Papæ. 62
Romanum concilium circa tempora Hilarii Papæ. 233
Romana ſynodus prima circa tempora Iulii primi Papæ. 90
Romana ſynodus ſecunda circa tempora Symachi. 241
Romana ſynodus.3. circa eadem tempora. 242
Romana ſynod.4. ibidem
Romana ſynod.5. ibidem
Romana ſynod.6. 243

S

Sardicenſe concilium. 97
Syrmienſe concil. 105
Synodus ſub Zacharia Papa. 488
Synodus prima generalis. 51
Synodus ſecunda genera. 61
Synodus tertia generalis. 181
Synodus quarta genera. 210
Synodus quinta generalis. 256
Synodus ſexta genera. 376
Synodus ſeptima generalis. 490
Synodus octaua genera. 537

T

Tarraconenſe. 235
Taurinatenſe. 148
Telenſe. 124
Toletanum primum. 151
Toletanum ſecundum. 252
Toletanum tertium. 301
Toletanum quartum. 328
Toletanum quintum. 340
Toletanum ſextum. 341
Toletanum ſeptimum. 351
Toletanum octauum. 355
Toletanum nonum. 358
Toletanum decimum. 361
Toletanum vndecimum. 367
Toletanum duodecimū. 420
Toletanū decimūtertiū. 424
Toletanum dicimumquartum. 444
Toletanum decimumquintum 449
Toletanū decimūſextum. 463
Toletanum decimumſeptimum. 480
Triburienſe concil. 553
Turonenſe.1. 233
Turonica ſynodus.2. 286

V

Valentinum Galliæ. 122
Valentinum Hiſpaniæ. 245
Vaſenſe. 207
Veneticum. 233
Vormacienſe. 525
Vienenſe. 581

CONCILIORVM SEries, vt vnumquodque ſuo actū eſt tempore.

1 Carthaginenſe de non rebap.
2 Ancyranum
3 Neocæſarienſe.
4 Nycenum primum.
5 Romanum
6 Elibertinum.
7 Arelatenſe primum.
8 Gangrenſe.
9 Arelatenſe ſecundum.
10 Carthaginenſe primum.
11 Romanum ſecundum.
12 Colonienſe.
13 Antiochenum.
14 Sardicenſe.
15 Hieroſolymitanum,
16 Syrmienſe.
17 Laodicenſe.
18 Conſtantinopolitanum primum.
19 Valentinum Galliæ.
20 Telenſe
21 Carthagineſe ſecundum.
22 Carthaginenſe tertium.
23 Carthaginen. quartum.
24 Taurinatenſe.
25 Carthaginenſe quintum.
26 Toletanum primum.
27 Mileuitanum.
28 Carthaginenſe ſextum.
29 Carthaginenſe ſeptimū.
30 Epheſinum primum.
31 Rhegienſe.

32 Agathenſe.
33 Aquileienſe.
34 Arauſicanum.
35 Vaſenſe.
36 Carpentoract.
37 Arelatenſe tertium.
38 Chalcedonenſe.
39 Veneticum.
40 Turonenſe.
41 Tarraconenſe.
42 Spaunenſe.
43 Illerdenſe.
44 Valentinum Hiſpaniæ.
45 Aurelianenſe primum.
46 Gerundenſe.
47 Cæſarauguſtanum.
48 Toletanum ſecundum.
49 Conſtantienſe.
50 Aurelianenſe ſecundū.
51 Aurelianenſe tertium.
52 Aruernenſe.
53 Aurelianenſe quartum.
54 Turonenſe ſecundum.
55 Pariſienſe.
56 Aurelianenſe quintum.
57 Hiſpalenſe primum.
58 Toletanum tertium.
59 Matiſconenſe primum.
60 Matiſconenſe ſecundū.
61 Hiſpalenſe ſecundum.
62 Toletanum quartum.
63 Toletanum quintum.
64 Toletanum ſextum.
65 Bracarenſe primum.
66 Bracarenſe ſecundum.
67 Toletanum ſeptimum.
68 Lateranenſe primum.
69 Toletanum octauum.
70 Toletanum nonum.
71 Toletanum decimum.
72 Gabilonenſe.
73 Toletanum vndecimū.
74 Bracarenſe tertium.
75 Conſtantinop. ſecundū
76 Toletanum duodecimū
77 Toletanū tredecimum.
78 Toletanum 14.
79 Toletanum.15.
80 Toletanum.16.
81 Toletanum.17.
82 Nicenum ſecūdum.
83 Maguntiacum.
84 Vormacienſe.
85 Conſtantinopo. tertiū.
86 Triburienſe.
87 Lateranenſe primum.
88 Conſtantienſe.
89 Baſileenſe.
90 Florentinum.
91 Lateranenſe ſecundum.

INDEX ALTER RERVM MEMORABILIVM,

quæ in hoc opere animaduerſione dignæ viſæ ſunt, miro ordine diſpoſitus, ſumma cura, & exactiſſima diligentia caſtigatus.

A

Aaron initium fuit ſacerdotii. 16
Aaron ſummus Dei ſacerdos. 324
Abbatibus, & presbyteris quando ad concilium veniendum. 318
Abbates, qui epiſcoporum præcepta deſpiciunt ad communionem non admittantur. 271
Abbates epiſcopis, monachi abbatibus ſint ſubiecti. 248.
Abbates in eorū venditionibus, qua forma vtantur. 197
Abbatiſſa non præſumat velare virginē, vel viduā. 37.
Abraham primus vocatus presbyter. 16
Abſcindentes ſeipſos ad clerum non perueniant. 83
Abſolui nemo poteſt ab errore præterito, niſi reſipiſcat. 239
Abortiuū facientes, aut natos ſuos necantes quot annis à cōmunione abſtineant. 243
Abbati, vel monacho nō licet ad nuptias ambulare. 320
Abbati non licet habere filios de baptiſmo. ibidem.
Abbas non permittat mulierem in

rem in monaſterium ingredi. ibidem.

Abbates duo in vno monaſterio eſſe non debent. 366.

Abbates, aut monachi, aut eorum agentes patrocinio ſeculari non vtantur. ibid.

Abbatiſſæ cum monialibus regulariter viuant. 519

Abſoluentes à peccatis, quā curā adhibere oporteat. 419

Abbatum menſa qualis eſſe debeat 528

Abbatis Ioachin error damnatus. 566

Abiuratio omniū hæreſum per Petrum Oxonienſem. 620

Accuſantium innocētes pœna. 312

Accuſatorem ſimul, & iudicem eſſe non licere. 30

Accuſari non debet aliquis extra forum ſuum. ibid.

Accuſatiōes inter Chriſtianos exerceri nō debent. 34

Accuſantibus ſacerdotes, quæ pœna. 74.&.85.

Accuſatores clericorū, qui eſſe non poßint. 131.&.189.

Acoluthi qualiter ordinentur. 139

Accuſatores, & accuſati cuius ſint conuerſationis, & fidei in iudicio eſt quærendum. 147

Accuſatores fratrū clerici non exiſtant. 144

Accuſator non probans, talionis pœnam ſuſtineat. 189

Accuſantes epiſcopos, aut clericos quomodo recipiantur. 231

Accuſatum neminem damnandum ſine præſentia accuſatoris. 143

Adam, qui dicit ſine peccato mori potuiſſe, hæreticus eſt. 170

Adam omnes homines læſit, nec poteſt quiſpiam per liberum arbitriū cōſurgere. 179

Adoleſcētes, qui mœchati fuerint, quo tempore ad communionem admittantur. 69

Adæ præuaricatio omnes infecit. 201.

Adæ præuaricationis mutatiō. ibid.

Adulteri, qua pœnitentia plectantur. 44.&.527

Aduocati pro cauſis eccleſiarum à Principe poſtulentur. 174

Adiutorium Dei eſt cum recte cogitamus, & pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia tenemus. 203

Adiutorium Dei etiā renatis, ac ſanctis ſemper eſt implorandum. ibid.

Adoleſcentes in clero exiſtētes probatiſsimo ſeniori deputentur. 333

Aetius hæreſiarches ſuſcitatur. 109

Aetas ingredientium monaſteria quæ eſſe debeat. 405

Agapes non fiant in eccleſia. 413

Aleæ clericis interdicuntur. 408

Altaria per agros conſtituta euertantur. 150

Altaria ſacerdotali benedictione conſecranda ſunt. 192

Altari qui ſeruiūt, ſi in carnis fragilitate corruerīt, qua pœna plectantur. 243

Alleluia, quo tempore decantari debeat. 330

Ambiētes, vel ambientium fautores, coniuratoresq; qui prodiderit, non ſolùm ſit purgatus à culpa, ſed remuneratione dignus. 242

Anima quòd ſit vnica. 546

Anathematizati, qui fuerint ab Damaſo primo Pont. 118

Anthymus epiſcopus Trapezuntius dānatus. 262

Annuntiationis Dominicæ ſolennitas quomodo ſit celebranda. 361

Anathematiſmi Baſilii Ancyræ epiſcopi. 491

Angeli an ſint corporei diſputatio. 498

Animam hominis vnicam immortaléq; eſſe probat. 628

Antiſtes, qui iniuſtè clericos arcet, vel templa claudit, pœna taliōis puniēdus eſt. 513

Anima rationalis per ſe, & eſſentialiter eſt forma humani cor-

ni corporis. 581

Amatæ quid ſint, & quis primus impoſuit. 584

Apocalypſeos librum Ioannis Euangeliſtæ non eſſe credentiũ pœna 332

Apoſtolica fides nunquam errauit. 380

Apoſtolicæ ſedis ſi quis vel pecunia, vel aliàs indebite inthronizaĩ apoſtaticus eſt. 532

Apoſtolica mandata contemnens anathema ſit. ibid.

Apoſtolica decreta quanti facienda, in his, quæ ad fidem ſpectant. ibid.

Appellationis remediũ non negandum. 30

Apoſtatantium pœnitentia. 70.78.&.85

Appellationis remedio vtatur, qui aduerſum ſibi iudicem ſentiat. 189.

Appellationes oẽs ad eccleſiã licet deferre: ab ipſis verò nũquam appellare. 239

Apellatiõis ordo quidã. 552

Aqua benedicta cur ſale aſperſa. 19

Archiepiſcopi quomodo ordinari debeant. 22

Arrius in Nicena ſynodo dãnatur. 54. *itidem & in Romano concilio.* 62.&.90

Arma proiicietes in pace à cõmunione arceantur. 76

Arriani conuerſi baptizentur. ibid.&.123

Archipresbyteri coniugati ſine teſtimonio clericorum dormire non debent. 290

Archiepiſcopus ſine pallio Miſſas non celebret. 310

Archipresbyteri præceptis eſt parendum. 321

Articuli. 45. Ioannis Vuicleff in concilio Conſtantienſi damnati. 586.

Articuli.30.Io॰ãnis Vſs ĩ cõcil.Cõſtãtienſi dãnati 590

*Articuli Petri Oxomẽſis in cõcilio.Baſileenſi dãnati.*590

Aſſertio fidei contra Priſcillianiſt. 155

Aſtrologiæ, vel matheſi qui credendum exiſtimat anathema ſit. 557

Athanaſii ſermo de imaginibus. 495

Augures, & pãtomimi quõ ab eccleſia ſuſcipiãtur. 72

Aurigæ dũ agitant à cõmunione abſtineant. 76.&.84

Augeria prohibentur. 318

B

Balthaſaris reg. punitio. 34

Baptizari licere quocunq; tempore, cùm neceſſitas incumbit. 23.&.313

Baptizati ab hæreticis an rebaptizandi. 32

Baptiſmi ſacramentum an maius ſit, quã cõfirmatio. 48

Baptizatus in ægritudine presbyter ordinari non debet. 51

Baptizati in peregrinatione ad clerũ nõ promouentur. 68

Baptizari qũo debeant, qui ad fidem veniũt. 70.&.146

Baptiſmꝰ nũ reiteretur. 87

Ad baptiſmũ poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quiſquam non admittatur. 115

De baptizatis nihil accipiant clerici. 71

Baptizãdi ſymbolũ diſcãt, & fidei rationẽ reddant. ibi.

Baptiſmũ qui ægrotãtes accipiunt, facti ſani ſymbolum doceantur. ibid.

Baptizati poſt ſacratiſſimũ chriſma percipiãt. ibi.

Baptiſmus mortuis nõ conferatur. 132.

Baptizari quomodo debeant ægrotantes. 136

Baptizati, qui nullos habeant teſtes de baptiſmo iterum baptizentur. 149

Baptizãtur veraciter oẽs in pctõrum remiſſione. 170

Baptizandi qũo ſint, qui ſubito obmuteſcunt. 200.

Baptizari qui deſiderant id non ex libero habẽt arbitrio, ſed Dei largitate cõferrĩ. 206

Baptizans ſecus quã ex Dñi præcepto habeaĩ, qua pœnæ ſeueritate plectatur. 254

Baptiſmi tempus quã ſtrictè obſeruandum. 319

Baptizando merſio vna, an trina fieri debeat. 329

INDEX.

Baptizãdi vnˀ ſit ordo. 146

Baptiſmus præter Paſcha, & Pentecoſte non celebretur. 123. & 554

Baptiſmus ſoluit crimina non coniugia. 556

Baptiſmus vitæ ſpiritualis ianua eſt. 611

Baptiſmi effectus. 612

Baſilicæ qualiter ædificandæ. 349

Baſſus in concilio damnatur. 188

Baptiſmus in eccleſiis tantùm celebrandus. 410

Baſilii prius hæretici confeſsio catholica. 490

Beneficium ab eccleſia, qui accipit, eius profeſsioné precariæ nomine faciat. 340

Beneficium eccleſiaſticum quicunq; habent eccleſiã adiuuent. 523

Berengarius diaconus Andegauenſis reuocatur ab errore ſuo. 561

Bigami quomodo ad cõmunionem admittantur. 119

Bigami ad clerũ nõ admittãtur. 165. 209. 234. & 323.

Bonus nemo eſt ſuis viribus niſi participatione eius, qui ſolus eſt bonus. 179

C

Calendas Ianuarii ethnicè celebrãtiũ dãnatio 318.

Canonicorum regularis obſeruantia. 518

Canticum turpe circa eccleſias prohibetur. 524

Canonicæ ſcripturæ, quæ 117. 137. & 164.

Cantores quomodo officiũ ſuſcipiant. 140

Canones ſynodorũ ſeruandi ſunt. 226. 365. & 544

Cantica turpia in eccleſiis non cantentur. 367

Canones ſynodorũ gñaliũ quarundamque prouincialiũ apoſtolorum, & aliorum Patrum ſtabiles maneant. 397

Cãtores eccl'iaſtici nõ vtãt modulatione inordinata. 413

Carcerati ab archidiac. die bus Dñicis requirantur. 295

Cardinales aſsiſtant Romano Pontifici. 930

Cardinalium titulos quis inſtituerit. 46

Cardinaliũ numerus, qui eſſè debeat. 63

Carnes guſtare nolẽtiũ iux ta Priſcillianũ pœna, quæ. 80

Carniũ eſus quã ſeuerè olĩ cauebãt ĩ quadrageſima. 357

Caſtitas à ſacerdotibus cuſtodiatur. 130

Catholicus apud infideles cauſam proponens excommunicetur. 146

Cataphrygas ad eccleſiam venientes catechizari, & baptizari oportet. 111

Catechumenis Euangelium legi non debet. 201

Cathaphrygarum hæreſis quo tempore orta. 22.

Catechumenorum, qui lapſi ſunt pœnitentia. 59

Catholicorum in hæreſim tranſeuntium pœna. 68

Catechumenam adulteram, quæ filium necauerit, quo tẽpore baptizari oporteat. 73

Catechumenorum ordo circa orationem. 112

Catechumeni inter domeſticas orationes nonnunquam admittantur. 201

Catechumeni cum fidelibus benedictionem non accipiant ibidem.

Catechumeni quo tempore debeant baptizari. 249

Catholici, qui ab idolorum cultu ſe non cuſtodiunt ab eccleſia arceantur. 270

Catechumeni ſine baptiſmo defuncti. 347

Cauſæ grauiores ad ſedem Romanam deferendæ. 24

Cauſidici ad clerũ non admittantur. 166

Cauſa, quæ communes non ſunt in ſuis prouinciis iudicentur. 173

Cauſæ eccleſiaſticæ coram ordinariis locorum terminentur, nullique liceat appellare ante ſententiam diffinitiuam. 633

Cæleſtini errores. 198

Cerei in cœmeteriis non incendantur

cendantur. 69

Cæreus in vigilia reſurrectionis benedicatur 330

Chorepiſcoporum authoritas 118

Chorepiſcopi quare ab eccleſia damnati. 119

Chriſtus eſt ſponſus eccleſiæ. 18

Chriſtus in diuinis ſcripturis ſecundum carnem dicitur factus, ſecũdum diuinitatem dicitur genitus. 22

Chriſma ſingulis annis cõficiendum. 29

Chriſma ab epiſcopo confici decet. 52. & 155

Chriſma alterius epiſcopi nullus accipiat 207

Chriſtiani cum Iudæis non veſcantur. 71

Chorepiſcoporum authoritas. 63

Chriſtũ ante ſecula filium Dei, miniſtrantem patri ad creationem vniuerſorũ non confitens anathema ſit. 106

Chriſtũ, qui dixerit ſecundum præſentiã ante Mariam filium eſſe, & non ante ſecula ex patre natũ, apud Deum eſſe, & per ipſum omnia facta, hæreticus eſt. ibid.

Chriſtus caput eſt, & principium omnium, caput autem Chriſti Deus. 108

Chriſtum Deum, filium Dei ante ſecula miniſtrantem patri, qui non dixerit: ſed inimicitium accepiſſe, anath. ſit. ibid.

Chriſtianis Sabbatizare nõ licet. 114

Chriſtianis ad falſos martyres abire non licet. ibid.

Chriſtianus idololatriæ occultæ vacans, anathe. ſit. ibi.

Chriſtiani Iudæorum azyma non accipiant. 115.

Chriſtiani ad nuptias euntes ſaltare non debent. 116

Chriſma à presbyteris non fiat. 130. 136. & 155

Chriſtianus, qui pro fide perſecutiones pariter quomodo ſuſcipi debeat. 143

Chriſmare poteſt presbyter abſente epiſcopo. 155

Chriſtus Deus, & homo vna adoratione eſt adorandus. 266

Chriſtum Ieſum crucifixũ carne, qui non confitetur verum & Dominũ gloriæ, & vnum de ſctã Trinitate, anathema ſit. ibid.

Chriſtiani Iudæorũ vitent connubia. 270. & 274

Chriſtiani Iudæorum vitent celebritates. 114

Chriſti duas naturas, qui confundit, damnetur. 278

Chriſma quando presbyteri ab epõ petere debeãt. 318

Chorepiſcopis, & presbiteris, quæ prohibita. 297. 324

Chriſti duas naturas confundentium hæreticorũ confutatio. 326

Chriſtus homo creatus, & increatus, corporeus, & incorporeus. 386

Chriſtus deinceps in figura hũana pingatũ nõ agni. 415

Chriſma diligenter eſt cuſtodiendum. 521

Cibos cuiuſcunq; generis vitandos non eſſe. 23

Ciues alieni, qui ordinantur, cũ quibus habitent. 200

Ciuitas quælibet pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires. 287

Clerici comam non nutriant, & quare. 22. & 143

Clericus matronarum domicilia frequentans, deponatur. 34

Clericus cum extranea non habitet fœmina. 87. 133. 143. 287. 300. 365. 374. & 489.

Clericus ſolus cum fœmina non loquatur. 34

Clerici ſoli ad fœminas acceſſum non habeant. 134

Clericum fieri non debere vxoris adulteræ virum. 50

Clericum ob quanlibet cauſam non debet curiam introire, nec ante iudicem cinctum cauſam dicere, niſi in eccleſia. 52. & 63

Clerici lapſi per ignorantiã ordinati deponantur. 58

Clericus ſponte lapſis, quæ pœniten-

pœnitētia ſit iniungēda. ibi.
Clerici temerè ab eccleſia ſua non recedant. 59. & 78
Clerici vagi, qui habēdi. 520
Clerici non ordinandi ſine conſenſu ſui epiſcopi. 60
Clericorum vſuras accipientium: vel turpia lucra ſectantiū pœna. 60. 67. & 77. 133
Clericum peccantem nullus cæde attingat. 64
Clerici negociā ſectari poſſunt intra prouinciā. 67
Clerici de baptizādis nihil accipiant. 71
Clericus vxoribus adulteris, quæ pœna ſtatuat. 73
Clericus in ſecreto puellam non intromittat 83
Clerici inter nupta, vel duplicata matrimonia incidant. 85
Clerici cum viduis non cōmorentur. 88
Clerici in alterius eccleſia non ordinentur. ibid.
Clerici ſeculariū actus non ſuſcipiant. ibidem.
Clerici in ſua eccleſia ordinentur. 104
Clerici perſecutionem paßi in aliena ciuitate recipiātur, & humanitas eis exhibeatur. 105
Clerici in aliena eccleſia non communicent ſine literis ſui epiſcopi. ibid.
Clerici alienis negociis implicati non ordinentur. 89
Clericum ad aliā eccleſiam migrantē ibi perſeuerare non debere. 91
Clerico exauctorato miniſtrare non licet. 92
Clerici contempto epiſcopo ſe ſeorſum non colligant. ibi.
Clericus peregrinus quomodo ſit recipiendus. ibi.
Clerico excommunicato alter epiſcopus communionem non indulgeat. 103
Clerici alieni ſolicitari nō debent. 104
Clerici extranei apud Theſſalonicam non tardent. ibi.
Clerici coram catechumenis non fiant. 111
Clericorum diſciplina, & modeſtia. 113
Clerici tabernas non intrent. ibidē. & 135
Clericus ad Agapen vocatus partes tollere non licet. 113
Clerici lauacra cum mulieribus communia non habeant. 114
Clerici, qui incātationibus vtuntur ab eccleſia proiiciantur. ibidem.
Clerici ſine canonicis literis peregrinari non licet. 115
Clerici tabernas non intrent. 135
Clericis ludicris ſpectaculis intereſſe non debent. 116
Clericos non oportet conuiuia celebrare. 116
Clerici ad ſecundas nuptias tranſeuntes deponantur. 123
Clericus mulierem viduam non ducat. 125
Clericum ordinare de aliena eccleſia nulľ vſurpet. ibi.
Clericum abiectum alia eccleſia non admittat. ibi.
Clerici canones conciliorū agnoſcant. 132
Clerici publica iudicia non appellent. 133
Clericorum filii ſpectacula nō exhibeāt, nec ſpectēt. ibid.
Clericorū matrimoniis infideles non ſocientur. ibid.
Clerici de rebus ſuis nihil infidelibus conferant. ibid.
Clerici filios ſuos à ſua ptāte exire non permittant. ibid.
Clerici non ordinētur, niſi, qui cum eis ſunt, fideles exiſtant. 134
Clerici cùm ad pubertatem venerint, aut vxores ducere, aut continentiam profiteri cogantur. ibidem.
Clerici non ordinētur, niſi probabiles ſint. ibid.
Clerici in aliena ciuitate nō immorentur. 136
Clerici ſcurrilia loquentes acerrimè corripiūtur. 138
Clerici, qui pro fide tentantur gradibus ſublimētur. 143
Clericorum habitus qualis

eſſe debeat. 143
Clerici veſtimenta ſecularis induere non debent. 310
Clericorum vita qualis ſit, oportet. 518
Clericorum inceſſus qualis eſſe debeat. 143
Clerici ad nũdinas non vadant. ibid.
Clericus, qui vigiliis deeſt excommunicetur. ibid.
Clericus declinãs ab officio ſuo remoueatur. ibi. & 270
Clerici artificio victũ quærant. ibid.
Clerici quomodo victum quærere debeant. 144
Clerici ad laborandum apti artificiola, & literas diſcant. ibid.
Clericus inuidus non promoueatur. ibidem.
Clerici accuſatores quomodo tractandi ibi.
Clerici adulatores degradentur. ibid.
Clericus maledicus ſi veniam non poſtulauerit, degradetur. ibi.
Clerici frequẽter litigantis teſtimonium nullus recipiat. ibid.
Clerici diſcordantes damnentur à ſynodo. ibid.
Clerici iurantes ſi in vitio perſtiterint, excommunicentur. ibid.
Clerici inter epulas cantantes qua pœna plectantũ. ibi.
Clericus ieiunium frangẽs minor habeatur. ibid.
Clericus quando ad ſynodum recurrere debeat. 145
Clericus ex pœnitẽtibus ordinatus deponatur. ibid.
Clericus hæreticorum conuiuia fugiat. ibid.
Clerici viduarum familiaritati non aſſocientur. 147
Clerici pro crimine ſuo dãnati à quolibet non defenſentur. 149
Clerici tardius ad eccleſiã venientes pœna. 152. & 270
Clericorum, quorum vxores peccauerint, libertas. ibi.
Clerici ſine patroni conſenſu non fiant. 153
Clericus ab epiſcopo non recedat. ibi.
Clericus eſſe nõ poteſt, qui volens partẽ ſui corporis amputauerit. 164
Clerici, qui eſſe non poſſint. 165. & 166
Clericorum electio qualis eſſe debeat. 167
Clericus eſſe nõ poteſt, qui ante baptiſmum vxorem habuit, & poſt baptiſmũ aliam duxerit. 168
Clericus vbi primum legerit, ibi permaneat. 174
Clerici, qui apud Principẽ ſeculare iudiciũ, aut ſynodale impleuerint, deponãtur. 175
Clericus ſine formatis ad comitatum non proficiſcatur. ibidem.
Clerici, qui de epiſcoporum ſuorum iudicio conqueruntur, à quib^9 audiri debeãt. ibi.
Clerici contumaces, & ad officium tardi, qua pœna plectantur. 190
Clerici oblationes eccleſiæ defraudantes, ab ea excludantur. 191
Clericus ſi furtum eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur. ibid.
Clerici, qui relicto officio ad ſeculares confugiunt de eccleſiæ cõmuniõe pellãtur. 192
Clericus minor ſeniori nõ præponatur. 193
Clericus, inconſulto epiſcopo, apud iudicem ſecularẽ pulſari non debet. 195
Clerici debita à ſacerdotibus ſtipendia conſequantur. ibidem.
Clerici nuptialia vitẽt conuiuia. ibi.
Clericus non ordinetur ex pœnitentibus. 196
Clerici capitale crimen incurrentes quomodo tractandi. ibidem.
Clerici ab eccleſiæ officio diebus ſolennibus non deſint. 198
Clericorum mancipia nullus occupet. 200

Cleri-

Clericus alienus quomodo ordinari valeat. ibidem.
Clericum alienum, qui defendere nititur, communione priuetur. 209
Clerici turpibus lucris non inſeruiant. 226
Clerici contra alium clericum cauſa ante epiſcopum ſuum examinetur. 228
Clericum non licet in eccleſiis duarum ciuitatum ordinari. ibidem.
Clericus ob vanæ gloriæ deſiderium ad maiorem eccleſiam non confugiat. ibid.
Clericus ab vna ad aliam eccleſiam tranſlatus nihil cõmune habeat cum priori. ibi.
Clericus ſine commendatitiis literis extra eccleſiam nõ miniſtret. 229
Clerico alterius ſectæ vxorem non licet accipere. ibi.
Clericus vnius eccleſiæ in alia non ordinetur. 231
Clericus bona epiſcopi non licet diripere. ibid.
Clerici caſti eſſe debent. 233
Clericus, qui eſſe voluerit, emendi, & vendendi ſtudio non vtatur. 236
Clericus criminalia non iudicet. ibid.
Clericus munera pro iudiciis non accipiat. ibid.
Clerici vagi ad communionẽ non aſſumantur. 240. 245
Clericus publicum iudiciũ non interpellet. ibi.
Clericus horis illicitis non ambulet. ibi.
Clericus ante ſententiã ſuis bonis non ſpolietur. 242
Clericus ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ tempus pro dubia ſuſpitiõe nõ diſcedat. ibi.
Clerici in obſidionis neceſſitate poſiti à ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant. 243
Clericus ſeruum, vel diſcipulum ſuum de eccleſia non extrahat. 244
Clerici, qui in mutuam cædem proruperint, quomodo caſtigandi. ibi.
Clericus infamatus quomodo purgare ſe debeat. 245
Clericatus ad officium, qui promouentur aliis eſſe debent præſtantiores. 246
Clericũ oportet emendatiorem eſſe populo, quem neceſſe eſt orare pro populo. ibi.
Clerici à parentibus officio clericatus mancipati: poſt ad nuptias accedere permitantur. 252
Clerici ſine permiſſione epiſcopi cum ſecularibus non habitent. 270
Clerici à propriis etiã vxoribus ſe abſtineant. 271
Clerici non nubant. 272.
Clerici inuiti non ordinentur. 272
Clerici, qui furtũ, aut falſitatem cõmiſerit, pœna. ibid.
Clerici, qui propter ſecularium patrocinia officium ſuum non implét, qua pœna ſint caſtigandi. 273
Clerici contumaces quomodo ſint caſtigandi. 275
Clerici iniuſtè oppreſſi quò recurrant. ibi.
Clerici ſi per rebellionẽ conſpirauerint, quid obſeruandum. ibid.
Clericum accuſare abſque Pontificis permiſſu nulli licet. 277
Clerici canonum ſtatuta ab epiſcopis percipiant. 282
Clerici in oratoriis Domini contra votum epiſcopi peregrinos clericos non intromittat. ibidem.
Clericorum, vel laicorum nullus præter epiſcopum epiſtolia faciat. 287
Clerici duo in vno ſtratu non recumbant. 288
Clericis laici in eccleſia non ſunt miſcendi. 287
Clerici in monaſteriis puellarum ſecretas collocutiones non habeant. 310
Clerico aliũ clericum coram iudice ſeculari accuſari non licet. 310
Clerici ad locum, vbi pro reatu quiſpiam eſt interficiendus, non accedant. 316

Cleri-

Clericos ex familia fiſci nullus audeat à Principe donatos expetere. 306

Clerici clericos (relicto ſuo Pontifice) ad iudicia publica non pertrahant. 307. 320

Clerici à laicis iniuriam pati non debent. 314. & 321

Clerici deſertores ſuis epiſcopis reſtituantur. 322

Clerici, qui magos conſuluerint, honore priuẽtur. 334

Clerici tonſurã deferãt. 336

Clericorum voluntariè arma ſumentium pœna. ibi.

Clerici ſepulchra non demoliantur. ibid.

Clericorũ libertas. ibid.

Clericis liberum ſit monaſticam vitam profiteri. 337

Clerus ab eſu carnium non abſtineat. 347

Clerici qualiter accuſandi. 350

Clerico miniſtrante ſi languore corripiatur quid obſeruandum. 351

Clericum alterius nemo retineat. 366

Clericis ſanguinis cauſam iudicare non licet. 370

Clerici, qui præter canonicas ſanctiones vxorem duxerint qualiter puniendi. 398

Clericus vitiis monacham deponatur. 399

Clerico non liceat cauponariam habere tabernã. 400

Clerici vſuras non accipiant. ibidem.

Clerici ſine dimiſſoriis epiſcopi à propriis eccleſiis non recedant. 401

Clericus ceſſante cauſa receſſus ad propriam eccleſiam redeat. ibid.

Clerici propter canonicum crimen depoſiti recipiantur ab eccleſia. 402

Clericus veſtem ſibi conuenientem induat in vſu. 403

Clericus, qua veſte vti debet ad ſacrificium. 34

Clerici ſine epiſcopi licentia intra domos non baptizent. 403

Clericis alea interdicuntur. 408

Clericus, vel laicus per tres hebdomadas abſens ab eccleſia punitur. 414

Clerus quos regia poteſtas admittit, non eutet. 421

Clerici, qui per auri dationem primas ſedes, prioreſq; honores quærunt, quàm ſeuerè puniendi. 513

Clericus nullus in duabus eccleſiis collocetur. 515

Clericus inſignem veſtem non induat. ibid.

Clericos conuenit mundum & arma relinquere. 518 & 519.

Clerici iniuſtè tonſurati quomodo habendi. 520

Clerici fugitiui perquirantur, & ad eccleſiã redeãt. 521

Clerici horis matutinis interſint. 525

Clerici cur radantur. 555

Clerici etiam propter communes vtilitates grauari non poſſunt. 573

Claudus, qui à medicorum inciſione efficitur, à ſacris ordinibus non prohibetur. 245

Cogitatio omnis ſancta ex Deo eſt. 179

Cognationis ſpiritualis ordo eſt ſeruandus. 409

Collectas, quæ in martyrum commemoratione fiunt execrantes, anathema ſint. 82

Cõmunicatoriæ literæ, quibus concedantur. 68

Communicatorias literas portantes quomodo interrogandi. 72

Communicaturus quomodo ſe abſtinere debeat. 75

Cõmunicare nõ licere cum excommunicatis. 91. & 145

Communicet nullibi, qui in ſua prouincia nõ communicat. 174

Cõminationes diuinæ qualiter ſint intelligendæ. 237

Communicandum, quo loco, & quo tempore ſit. 332

Compater quilibet ſpirituales filiolos catholicè inſtruat. 524

Conditione, quibus annui

cenſus licitè emi poßint. 618
Coniugia inter virgines Chriſtianas, & Gentiles non celebrentur. 67
Cõiugia Chriſtiana qualia ſint. 17
Conſuetudo, quæ non eſt contra fidem, ſeruanda. 21
Concilium abſq; Ro. Pont. *authoritate irritum.* 46
Conſtantinus quo tempore eccleſiam dotauerit. 52
Concilii Niceni *corroboratio.* 64
Coniugia infidelibus inter dicuntur. 67
Coniugia celebrãtium cum ſacerdotibus Gentilibus. *ibi.*
Coniugium catechumenæ fœminæ in quibus perſonis prohibeatur. 73
Coniugatorum, qui in adulterium lapſi fuerint pœnitentia. *ibidem.*
Conuentus celebrantes extra eccleſiã anathema ſint. 80
Coniugati ad ſacerdotium non prouehantur. 83
Concilia cur ſingulis annis celebranda. 95.132.246.296. 423.570.601.
Concilium prophanum in Nicæa Thraciæ. 109
Concilii Carthaginẽſis *ſubſcriptio.* 151
Concubinam qui pro vxore habet modo ſit eius tantũ coniunctione cõtentus à communione non repellatur. 154
Concilium generale ad communes eccleſiæ cauſas congregandum eſt. 172
Concilium quicquid cõtra hæreticos, & infideles conſtituerit, à Principe *ĩpetret.* 173
Conſtantinopolitana ſedes poſt Romanam *primatum obtinet.* 121
Conuiuia in eccleſia non celebrentur. 135. & .319
Coniugati vxores non dimittant ex leui cauſa. 194
Confugientes ad eccleſiam non tradantur. 200
Coniurationem, aut calumniam contra epiſcopum facientes cadant de proprio gradu. 230
Cõfirmari nullus debet bis, aut ter. 236
Conciliorum acta, niſi per Ro. Ponti. *confirmentur nullum habeant robur.* 237
Contentio magnopere eſt vitanda. 240
Cõſecratio ſanguinis Chriſti *extra vinum fieri non debet.* 318
Confiteri ſemel in anno tenentur fideles. 572
Cõfeßio archiepiſcopi Conſtantinopolitani. 609
Cõcluſiones Petri Oxomenſis *in concilio* Baſileenſi *damnatæ.* 619
Coniugalis copula quibus interdicta. 271
Conciliorum ſtatuta, & decreta Pontifi. Romañ. *ſeruanda ſunt.* 304
Concilii Lateranenſis *acta per titulos diſtributa.* 565
Concilii celebrandi forma. 329
Conciliabulum vanitatis à Phocio *congregatum damnatur.* 542
Conſtantinopolitana ſedes æquatur Romanæ *dummodo ſit ſecunda.* 405
Coniugium ſacerdotibus olim permiſſum. 486
Coniugium prohibitum quod. 525
Coniugalis copulæ prohibitio quartum gradum non excedat. 574
Cõcubinarii qua pœna plectendi. 603
Conſtitutionẽ contra ſimoniacos innouatio.
Corpus Domini *in altari, quomodo ponendum.* 608
Corpus Chriſti *ĩ azimo ſeu fermentato pane triticeo veraciter confici.* 608
Corruptæ mariti ad eccl'iaſticos gradus nõ accedãt. 234
Crimen obiiciens, qui non probauerit talionis pœnam ſuſtineat. 189
Crucis figura non fiat in pauimento. 413
Crucem in triſagio nõ apponendã.

uendam. 414

Curia, vnde 63

Curiales ad clerum non admittantur. 166

Culparum patrator exiſtens ad hoſtiũ refugium non confugiat. 343

D

Dæmoniacos qui ſe ſimulant, pœnas luant. 410

Decimæ prius, quam tributa ſoluantur. 574

Decimæ fructuum locis ſacris præſtandæ. 313. & . 523

Decimæ quib⁹ de cauſis ſint offerendæ. 554

Decimæ, & alia onera eccleſiaſtica deinceps prohibentur imponi. 596

Definitiones Nicolai, & Adriani Papæ ſeruandæ. 544

Definire aliquid temerè nõ debemus. 19

Defunctorum corpora defleri non debent. 309

Delicta omnia ab hominibus non ſunt punienda. 528

Delatores vt tractari debeant. 74

Deuotio paterna ſicut propria profeſſio monachum facit. 337

Deſponſatæ puellæ ſi ab aliis corrumpantur, iis, a quibus deſponſatæ fuerint reddantur. 42

Deſponſatam puellam non licere alii viro tradi. 47

Dei filium, qui dilatam ſubſtantiam dixerit, hæreticus eſt. 106

Deum, & hominem ex Maria dicens Deum ingenitum eundem intelligens, hæreticus eſt. 107

Dei filium crucifixũ ſi quis audiens, corruptionem ſubſtinuiſſe dixerit, anathe. ſit. ibi.

Deuotæ ſi adultera fuerit, pœnitentia. 154

Deuotam qui corruperit, pœnitentia. ibid.

Dei gratia non ſolum peccata dimittit, ſed etiam adiuuat ne committantur. 170

Dei gratia ſcimus quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus. 171

Dei adiutorium eſt cùm recte cogitamus, & cùm bona agimus. 203

Dei adiutorium renatis, & ſanctis ſemper eſt inuocandum. ibid.

Deus tales nos diligit, quales futuri ſumus ipſius dono. 204

Deum diligere Dei donum eſt. 205

Dei verbi qui duas natiuitates non confitetur, hæreticus eſt. 263

Deum verbũ qui aliũ eſſe dicit, & alium Chriſtũ, qui paſſus eſt, anathema ſit. ibi.

Dei verbi vnitionẽ qualiter confiteri oporteat. ibi.

Diaconi quot eſſe debeãt in ciuitate. 51

Diaconi corpus Chriſti non tradant presbyteris. 59

Diaconi parochiarum quot eſſe debeant. 63

Diaconi ſi peccaſſe probentur, pœnitentia. 74

Diaconi non offerant. 77

Diaconi vrbici aliquid per ſe non præſumant. ibi.

Diaconus coram presbytero non ſedeat. 84

Diaconi ad comitatum dirigantur. 100

Diaconus excõicatus a vicinis epiſcopis audiatur. 104

Diaconi ante. 25. annos non ordinentur. 132. 193. 269. 252. & . 401.

Diaconi non ſint negotiatores. 133

Diaconi non ordinentur, niſi qui cum eis ſunt, fideles exiſtant. 134

Diaconi quæ tempore diaconatus acquirunt, eccleſiæ conferant. 137

Diaconi quomodo conſtituantur. 139

Diaconus ita ſe presbyteri ſicut epiſcopi miniſtrum cognoſcat. 142

Diaconus quando ſedere debeat. 143

Diaconus in comitatu presbyterorum loquatur. 143

Diaconus

Diaconus quando alba vti debeat. ibid.
Diaconi ſi poſt ordinationem filios genuerint, ad altiorem gradrũ non aſcendãt. 152
Diuinas ſcripturas nemini liceat aliter interpretari, quã recta ratio permittit. 167
Diaboli inſidias vitare non poſſumus, niſi Dei gratia iuuemur. 179
Diaconus capitale crimen incurrẽs quõ tractandus. 196
Diaconiſſæ, quæ poſt ordinationẽ nubit, anathema ſit. 229
Diaconi, qui capitale crimen commiſerit, pœna. 248
Diaconus in captiuitate redactus vxori non copuletur. 270
Diaconus, ſi nec literas, vel baptizandi ordinem neſciat, non ordinetur. ibi.
Diaconi qualiter vtantur orario. 336. & 347
Diaconi non ſedeant loco honoratiori, quam presbyteri. 399
Diaconi mulierem in domo ſua habitare nõ permit. 489
Diœceſes, quæ nunquã epiſcopum habuerunt, non habeant. 130
Diaconi ad clerum non admittantur. 165. 209. & 334
Dimiſſus ab vxore, & ediuerſo alteri non coniungantur. 174
Diuerſitas in his, quæ religioni ſunt inter monachos prohibetur. 328
Diuinationes expetentium pœnitentia. 45
Diſpenſatores pauperum epiſcopo ſuo obediant. 228
Diſcordia ſacerdotum componenda. 370
Dominæ, quæ per zelum ancillam occiderit, pœnitentia. 65
Domini prohibeant ſeruos idola colere. 70
Dominica oratione expleta laici ab eccleſia diſcedant, prius non. 277
Dominicæ annuntiationis feſtum quando celebrandum. 361
Dominicis diebus non eſt ieiunandum. 249
Doctoris nomen quis ſibi non poßit imponere. ibid.
Dominico die operare non liceat. 277. 319. & 523
Dominicus dies, quã honorificè tranſigendus. 312
Dominicum diem, qui, vt decet, non celebrauerit, qua ſit pœna diſtringendus. 313
Dominicis diebus quando genua flectenda. 416
Dominicis diebus oblationes offerantur a fidelibus. 313
Duas in Chriſto voluntates eſſe longa probatio per Agathonem. 379

E

Ebrietatẽ vitare nolentium pœna. 37. & 524
Eccleſia Romana caput eſt omnium eccleſiarũ. 15. & 33
Eccleſia amare debet ep̃m ſuum, vt animam ſuam. 18
Eccleſiaſticæ res prophanari non debent. 21
Eccleſiæ res vſui mundano non exponendas. 26. & 34
Eccleſiæ, & pauperum oppreſſores quõ tractandi. 137
Eccleſia Romana nunquam errauit in fide. 33. & 36
Eccleſiaſticos ad gradus infamia notati nõ admittant̃. 34
Eccleſiarum diſterminatio quando cœperit. 35
Eccleſia Romana cur cæteris eccleſiis præferatur. 52
Eccleſiarum ſedes, quæ prima, quæ ſecunda, quæ tertia, & quæ quarta. 53
Eccleſiarum redditus quomodo diſtribui debeant. 62
Eccleſiæ res quomodo conſeruari, diſpẽſariq; debeãt. 96
Eccleſias inter barbaras gentes conſtitutas quomodo regere oporteat. 121
Eccleſiã ingredi nullus prohibeatur. 146
Eccleſiæ res ſine cõcilio metropolitani nõ alienent. 149
Eccleſiarum defenſores aduerſus diuitum potentias deligentur. 150

Eccleſiam ab epiſcopo deſtitutam abſq; metropolitani literis nullus adeat. 190
Eccleſiæ res quomodo ab epiſcopis habeantur. 191
Eccleſiæ res a presbytero vendi non poſſunt. 193
Eccleſiaſticas res qui vendunt, qua pœna plectant. 196
Eccleſiæ redditus quomodo diſpenſandi. 235
Eccleſiæ bona non alienentur niſi pia cauſa exigẽte. 241
Eccleſiæ bona a fidelibus oblata nullus occupet. 243
Eccleſiæ res cum ſacerdos moritur, fideliter obſeruentur. 245
Eccleſia ſi diruta fuerit, inſtauretur. 254
Eccleſia Romana fundamentum, & forma eſt eccleſiarum. 255
Eccleſiæ Romanæ laus. ibi.
Eccleſiæ agri ab anteceſſoribus inutiliter diſtracti intra quæ tempora ſit repetitio. 273
Eccleſiæ beneficio quod clerici perceperunt, non auferatur. 274
Eccleſiæ res alienatæ reuocentur. 282
Eccleſiæ quæ derelicta ſint ab epiſcopis, pro Dei contemplatione ſeruentur. 283
Eccleſia præiudicium non patiatur ex alienatione bono
rum per clericos. ibid.
Eccleſiæ quod eſt collatum nec à collatore, nec ab hæredibus repetatur. ibid.
Eccleſiæ agellũ in quo quis prouentum fecit, nec alienetur, nec vendicetur. 275
Eccleſiæ bona, quæ ab epiſcopo donatur clericis poſt obitum eius ad eccleſiam reuertantur. ibid.
Ecleſiæ res delegatas qui retinere præſumpſerit, qua ſit pœna diſtringendus. 291
Eccleſiæ res qui ſubtraxerit puniatur. 296
Eccleſiæ epiſcopi defuncti eſt hæres. 300
Eccleſiæ res in quo caſu alienari poßint. 305
Eccleſiæ Arrianorũ in cuꝰ diœceſi ſunt, permaneant. 306
Eccleſiæ cũ dotibus ſuis in epi poteſtate cõſiſtant. 308
Eccleſiarũ fundatores ſi ad inopiam deuenerint ab eiſdẽ alimenta accipiant. 336
Eccleſiaſticæ res in quatuor partes diuidendæ. 146
Eccleſiaſticam dignitatem qui eſt aſſequutus ad coniugia non tranſeat. 357
Eccleſiarũ fundatores miniſtros eligãt ibi ſeruituros. 359
Eccleſiarum bona integra maneant. 365
Eccleſiarũ rectores diſcretionem habeant. 371
Eccleſiaſtici quomodo ab epiſcopo plectendi. 374
Eccleſiaſticis quæ ſint prohibita. 488
Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ, nec decimis, nec aliis poſſeßionibus priuentur. 523
Eccleſiarũ maiorum, & minorum circuitus, qui eſſe debeat. 535
Eccleſiæ poſſeßiones, in quẽ vſum ſeruari debeant. 547
Eccleſiis antiqua priuilegia conſeruentur. 549
Electio epiſcoporum à quibus fieri debeat. 16. & .366
Electio clericorum qualis eſſe debeat. 167
Electiones epiſcoporũ quæ vi Principũ procedunt infirmari debent. 513
Eleemoſynæ proſunt defunctis. 554
Electionis via triplex. 572
Eligere nullus tentet præter electionis formulas. ibid.
Electio Pontificis, & Cardinaliũ qualis eſſe debet. 605
Electio Ro. Põt. per ambitũ facta ipſo iure eſt nulla. 531
Energumeni pauimenta domorum Dei verrant. 147
Energumenorũ victus per exorciſtas miniſtretur. ibid.
Energumenis baptizatis à presbytero abſente epiſcopo manus imponatur. 159
Energumeni qualiter habeantur.

ciatur. 68

Energumeni quomodo circa baptiſmum, & communionem tractandi. 69

Epiſcop⁹ à quibus accuſandus, & ordinandus 15

Epiſcoporũ ordo à Deo conſtitutus. 16

Epiſcoporũ electio deo ſeruatur. 16

Epiſcopus eccleſiã ſuam nõ dimittat. 181

Epiſcopus ſe alteri eccleſiæ ambitus cauſa non coniungat. 98. & 141

Epiſcopi quomodo ordinari debeant. 22. 56. 78. 282. 138. & 86.

Epiſcopi ſententia valde timenda. 27

Epiſcoporum ſedes excelſæ quid denotent. ibid.

Epiſcopus quibus cauſis de vna in aliam eccleſiam transferendus. 28

Epiſcopi cõmeſſationibus, & vinolentiis non debent nimis incumbere. 37

Epiſcoporum vicariis non licere presbyteros, vel diaconos ordinare. 42

Epiſcopi in ſua diœceſi non recepti ſi aliis epiſcopis ibi inuentis ſeditiones excitauerint, ſegregentur. 44

Epiſcoporum menſa qualis eſſe debeat. 47

Epiſcoporum metropolitanorum, qui teneant primatum. 56

Epiſcopo Hieroſolymitano honor eſt deferendus. 57

Epiſcoporũ in Romana ſynodo congregatorum catalogus 621

Epiſcopi, & miniſtri ab vxoribus ſe abſtineant. 68. & 69.

Epiſcopo peregrino locus ſacrificandi detur. 78

Epiſcopi alieno excommunicato non communicent. 71

Epiſcopus alium epiſcopum non conculcet. 77

Epiſcopus non ordinetur ſine conſenſu metropolitani. 83

Epiſcopi ad ſynodum congregati ante peractam ſynodum non diſcedant. 84

Epiſcopus ſuſpenſus à clericorum, & totius populi colloquio, & conuiuio excludatur. 85

Epiſcopus alterius epiſcopi plebes, vel fines non vſurpet. 89

Epiſcopo exauctorato miniſtrare non licet. 92

Epiſcopi, vel clerici quomodo adire debeant Imperatorem. 93

Epiſcopi, vel clerici damnati adeuntes Imperatorem quomodo eorum diſcuſſiones, & iudicia preſtolentur. 94

Epiſcopi in aliena prouincia ordinationes non efficiant. ibidẽ.

Epiſcopi accuſati, ſi contingat de eo cõprouinciales epiſcopos diſſidere quõo tollenda ſit controuerſia. ibi. & .132

Epiſcopos ab omnibus prouinciæ epiſcopis condẽnatos apud alios iudicari non poſſe. 95

Epiſcopus vacans in eccleſiam vacantem proſiliens abiicitur. ibid.

Epiſcopi ſi ad eccleſiam ſibi cõmiſſam ire neglexerint, cõmunione priuentur, donec officium ſuſceperint. ibidem.

Epiſcopus ſi ad parochiam aliorum vitio, non acceſſerit, honoris, & miniſterii ſit particeps. ibid.

Epiſcopus præter ſynodum & metropolitani præſentiam non ordinetur. ibid.

Epiſcopus alienam irruere ciuitatem non debet. 96

Epiſcopus ad poſſeſſionem, quæ ad ſe non pertineat, minimè accedat. ibid.

Epiſcopus presbyteros, aut diaconos alteri epiſcopo ſubiectos non conſtituat. ibi.

Epiſcopo ſibi ſucceſſorẽ conſtituere non licet. ibid.

Epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas poteſtatem habeat. 97

Epiſcopus ſi res eccleſiæ in

ſuos vſus domeſticos, ſynodo prouinciæ pœnas perſoluat. ibid.

Epiſcoporum de vna in aliam ciuitatem mutatio prohibetur. 98.& 136

Epiſcopi excuſatio quòd à populis literas acceperit, vt ad aliam ciuitatem tranſmigret non admittenda. 98

Epiſcoporũ cauſæ ad Romanum epiſcopũ deferẽdæ. ibid.

Epiſcopo depoſito alter epiſcopus nõ ordinetur, niſi cauſa determinata. 99

Epiſcopus quando debeat à vicinis prouĩciæ epiſcopis ordinari. ibid.

Epiſcopi per vices non ordinandi. ibid.

Epiſcopus accuſatus, ſi deiectus fuerit, & ad Romanum epiſcopũ confugerit, quid illi agendum. ibi.

Epiſcopi paſſim ad comitatum non pergant. 100

Epiſcopi eant ad comitatũ pro pupillis, & viduis. 101.

Epiſcopi euntes ad comitatum, ſolicitè diſcutiant. ibi-

Epiſcopus ordinari non debet quilibet ex laicis. 102

Epiſcopus in aliena prouincia non immoretur. ibid.

Epiſcopo non licere abeſſe à ſua eccleſia plus tribus hebdomadis. 103

Epiſcopo non licere alterius clericũ in ſua eccleſia ordinare. 104.134.& 347

Epiſcopales ordinationes. 112.& 231.

Epiſcopus ad ſynodũ vocatus non contemnat. 115.136. 160.& 316.

Eſpiſcopi in villis, & vicis ordinari non debent. 116

Epiſcopi curam ſibi à Deo commiſſam minimè debent negligere. 119

Epiſcopi quantã curam agere debeant gregis ſibi commiſſi. ibi.

Epiſcopi diœceſim ſuam gubernent, nec ad alias accedant. 120

Epiſcopi non inuitati vltra propriam diœceſim non accedant. 121

Epiſcopus indignus nullus efficiatur. 124

Epiſcopus ſolus epiſcopum ordinare non debet. 125

Epiſcopus non ordinetur ſine conſenſu metropolitani. 131

Epiſcopi prouinciales de Paſcha conſulant primatem ſuum. 132

Epiſcopi decreta conciliorum agnoſcant. ibi.

Epiſcopi de rebus ſuis nihil infidelibus conferant. 133

Epiſcopi filios ſuos à ſua poteſtate exire non ſinant. ibi.

Epiſcopi non ſint negotiatores.

Epiſcopus primæ ſedis quomodo appellari debeat. ibi.

Epiſcopus ſine licentia peregrinari non debet. 135

Epiſcoporum tranſlationes non fiant. 136

Epĩ duo non præſumant ordinare pontificem. ibi.

Epõrum electioni ſi cõtradictores habeat, quot ſacerdotes debeant conuenire. ibi.

Epiſcopi ad concilium conuenientes à ſuo primate informari debent. ibid.

Epiſcopus clericũ alienum ſibi non præripiat. 137

Epiſcopus plures habens clericos, ei qui eget poſtulatus largiatur. ibi.

Eſpiſcopus in diœceſi factus ſolum plebem teneat, quæ extitit ordinatus, ibi.

Epiſcopi, quæ tempore epiſcopatus acquirunt, eccleſiæ conferant. ibi.

Epiſcopi qualiter debeant ordinari. 138

Epiſcopi qualiter conſecrentur. 139

Epũs vilẽ habeat ſupellectilem & victum pauperem. 140

Epiſcopus libros Gentiliũ non legat. ibid.

Epiſcopus indigẽtium curã per presbyteros agat. 141

Epiſcopus tuitionẽ teſtamẽtorum non ſuſcipiat. ibid.

Epiſcopus pro rebus ſecula-

tribus non litiget. ibid.
Epiſcopus tantum diuinis vacet. ibidē.
Epiſcopus egrotās pro ſe legatū ad ſynodū mittat. ibid.
Epiſcopus clericos nō inſtituat ſine teſtīonio plebis. ibi.
Epiſcopus cauſas audiat præſentibus clericis. ibi.
Epiſcopus cum verba facit nemo diſcedat. ibid.
Epiſcopos diſsidentes ſynodus reconciliet. ibid.
Epiſcopus diſsidentes concordare compellat. ibi.
Epiſcoporum iniuſta damnatio irrita ſit. 142
Epiſcopus alicui crimen obiiciens deducatur ad probationem ad ſynodum. ibid.
Epiſcopi ſententia in abſentem ſit irrita. ibid.
Epiſcoporum diſtractiones ſine clericorum ſubſcriptionibus irritæ ſunt. ibid.
Epiſcopi cauſa viſendæ eccleſiæ alterius epiſcopi venientes quomodo ſuſcipi debeant. ibi.
Epiſcopus quolibet in loco ſedens ſtare presbyterū non patiatur. ibi.
Epiſcopus viduæ maritum ad clerum promouens deponatur. 145
Epiſcopus relicta cathedra in diœceſi non reſideat. 149
Epiſcopi non dedignentur infirmos vngere. 159
Epiſcopi poſteriores, anterioribus non præferant. 173
Epiſcopi pro tēpore conſecrationis ſuæ literas ab ordinatoribus habeant. 174
Epiſcopi quod repetere poſſunt, prætermiſſa ſynodo non inuadant. 175
Epiſcopi ſi aduerſus hæreticos fuerint negligentes quid agendum. 176
Epiſcopus ſi de hæreticorū communione mentitum fuiſſe conſtiterit, epiſcopatum amittat. 177
Epiſcopus accuſatus, qui ad apoſtolicam ſedem prouocat. 190
Epiſcopus benedicat, & cō firmet neophytum. ibi.
Epiſcopus cum epiſcopum ſepelit, eius eccleſiæ curam habeat. ibid.
Epiſcoporum pro minimis cauſis aliquos excommunicantium pœna. 190
Epiſcopo quod ab extraneis relinquitur, inter eccleſiæ facultates computetur. 191
Epiſcopus hæredem non habens eccleſiam hæredem relinquat. 195
Epiſcopus capitale crimen incurrens quomodo tractandus. 196
Epiſcopo canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere nō licet. 197. 240. & 533.
Epiſcopus in aliena ciuitate eccleſiam ædificās, dedicationem non præſumat. 200
Epiſcopus excōmunicatum alterius non ſuſcipiat. ibi.
Epiſcopus qui per pecuniā ordinationem fecerit, in quo damnatur. 226
Epiſcopi turpibus lucris nō inſeruiant. ibid.
Epiſcopus curam ſolicitudinemq; neceſſariā monaſteriis ciuitatis exhibeat. 227
Epiſcopus eccleſiam ſuam non relinquat. ibi.
Epiſcopus ſi contra metropolitanum eius prouinciæ epiſcopum cauſam habeat, vbi talis cauſa debeat terminari. 228
Epiſcoporum ordinationes fiant intra tres menſes. 231
Epiſcopi diſpenſatores habeant. 232
Epiſcopus ſibi ſucceſſorem non eligat. 234
Epiſcopus ſine metropolitani conſenſu non ordinet̄. ibi.
Epiſcopus relicta vna eccleſia ad aliam non tranſeat. ibi.
Epiſcopus in metropolitana ciuitate non ordinatus ſe metropolitano præſentet. 236
Epiſcopi annuatim diœceſim viſitent, & baſilicas deſtitutas reſtituant. ibid.

Epiſcopus ſi inteſtatus deceſſerit, inuentarium de eius rebus fiat. ibi.

Epiſcopus, aut clericus ante ſententiam ſpoliari non debet bonis ſuis. 242

Epiſcopus defunctus per viciniorem epiſcopum honorifice tumulandus. 245

Epiſcopus pauperibus, vel infirmis laborare non valentibus victum, & veſtitum quantum eius facultas tulerit, largiatur. 248

Epiſcopus niſi ſit infirmitate detentus, eccleſiæ, cui proximus eſt, die Dominico deeſſe non debet. ibid.

Epiſcopus nullus ad concilium vocetur, nec accuſetur, donec omnia, quæ ab illo fuerint ablata, reſtituantur. 250

Epiſcopi omnes epiſcopo Romano ſubdantur. 251

Epiſcopus nullus (admonente Metropolitano epiſcopo) ad concilium, vel ordinationem conſacerdotis venire detrectet. 269

Epiſcop⁹ de quibuſlibet cauſis, vel epiſcoporũ ordinationibus, cæterorumq; clericorum aliquid nõ præſumat accipere. ibi.

Epiſcopus nullus ad ſepeliẽdum epiſcopum venire confictu occaſione diſſimulet. ibi.

Epiſcopi, qui inuitum ordinauerit pœnitentia. 272

Epiſcopus nullam prius cauſam in concilio ſuggerat, quã quæ ad emendationem vitæ, & animæ remedium pertinet. 279

Epiſcopus, presbyter, & diaconus ſancta conſcientia reſplendeant. 280

Epiſcopus licitum ſit cum conſilio cleri familiæ, & pauperibus eccleſiæ quod indiguerint erogare. ibi.

Epiſcopus bigamum, aut interruptæ maritũ ad officium Leuiticæ dignitatis non admittat. 282

Epiſcopus coniugem, vt ſororem, habeat. 288

Epiſcopum epiſcopum non habentem, nulla mulierũ turba ſequatur. ibi.

Epiſcopi res confiſcare audeat nemo. 292

Epiſcopus alterius epiſcopi res non præſumat. ibi.

Epiſcopatum nemini liceat per præmia adipiſci. 295

Epiſcopus nullus detur inuitis. ibidẽ.

Epiſcopus nullus viuẽti epiſcopo ſuperordinetur. ibi.

Epiſcopi infirmis, & egenis victui, & veſtitui iuxta poſſibilitatem miniſtrent. 296

Epiſcopus quib⁹ cauſis poſſit de vna ad aliam ciuitatem mutari. 298

Epiſcopi cum iudicibus idola debent deſtruere. 307

Epiſcopi cum iudicibus negatores filiorũ corripiãt. ibi.

Epiſcopis non licet in diœceſi ſua angarias imponere. 308

Epiſcopus per ſecularem poteſtatẽ iudicari nõ debet. 314

Epiſcopalis domus qualiter cuſtodienda. 315.

Epiſcopus, qui ordinatur, à quib⁹ debet eſſe immunis. 332

Epiſcopus comprouincialis vbi conſecrandus. ibi.

Epiſcopis, quæ cõueniãt. 333

Epiſcopi curam habeant ne pauperes a potentioribus opprimantur. 334

Epiſcopi de iure ſuæ diœceſis nihil auferant. 335

Epiſcop⁹ in valetudine grauatus viſitationis officium aliis committat. ibi.

Epiſcopus, quod in remunerationẽ obſequii eccleſiæ impenſi promiſit, exoluat. ibid.

Epiſcopi quale ius in monaſteriis habere debeant. 337

Epiſcopus libertos ex familiis eccleſiæ facere non præſumat. 340

Epiſcopi ſecundum tempus ordinationis ſedeant. 346

Epiſcopi diœceſes ſuas viſitantes, quem ordinem ſeruent. 348

Epiſcopi viſitantes quid accipient.

cipient. ibid.

Epiſcopo munera non ſunt accipienda. 349

Epiſcopus pro balſamo nihil accipiat præter ſolitū. ibi.

Epiſcopo pro conſecratione eccleſiæ nihil accipiendū. ibi.

Epiſcopus in viſitandis eccleſiis quantū ab eccleſia exigendum ei ſit. 352

Epī morientis exequiæ. 351

Epiſcopi nitore carnis debent propēſius enitere. 356

Epiſcopi fornicarii qualiter puniendi. ibidē.

Epiſcopus monaſterio, vel eccleſiæ quid conferre poſſit. 359

Epiſcopus tertiam partem ſibi debitam cui vult conferat. ibid.

Epiſcopus quantum comodum ſibi tollat de eccleſia cuius tumulauerit ſacerdotē. 359

Epiſcopi cōſanguineos, vel ſibi fauentes monaſteriis, vel eccleſiæ non præficiant. 363

Epiſcopi duo in vna ciuitate non ordinentur, nec habeantur. 365

Epiſcopis cura, & poteſtas ſit tam de ordinatione clericorum, quam de facultatibus collatis tractandis. 366

Epiſcopum prædicare neceſſe eſt, & ab aliis curis ceſſare. 369

Epiſcopi eundem habeant modum pſalendi. 370

Epiſcopus ſi quis per præmium ſiat quid cuſtodiēdum ſit. 361

Epiſcopi poſt ordinationem ſuam, a propriis vxoribus ſecedant. 400

Epiſcopi diebus omnibus præcipuē Dominicis populum doceant. 402

Epiſcopus in alia ciuitate publicè non doceat. ibi.

Epiſcopi defuncti res indiminutæ futuro reſeruēt. 405

Epiſcopi ſi epiſcopali vrbe priuētur, ſua tamē priuilegia non amittunt. ibid.

Epi, atq; presbyteri abſq; probatione non admittantur. 489

Epō ſit curæ ſpurcitias omnis gentilitatis abiicere. ibi.

Epſ pro paruis rebus neminem excōmunicet. 525

Epi cui lectioni incumbere debeant. 528

Epī quid prædicare habeant. ibid.

Epī, & presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata diiudicent. ibid.

Epi electio per vim Principum non procedat. 513

Epīs non licet ſecularibus implicari negociis .533. & 551.

Epſ ex laico ordine nullus aſſumatur. 545

Epī dignitatem nullus Principum potentia fretus aſſumat. 547

Epī quanto honore ſint habendi a Principibus ſecularibus. ibidē.

Epōrum, qui cauſantur ſe à mundi Principibus impeditos ne ad ſynodum veniant, inualida ſit excuſatio. 548

Epo Romano quanta reuerentia ſit exhibenda. 550

Epſ agere nihil præſumat in aliena eccleſia. 551

Epſ non deponatur, niſi à duodecim epis. 554

Epi ad expurgandas hæreſes negligentis pœna. 570

Epi pro conſecrationibus epiſcoporum &c. nihil accipiant 575

Epſ, aut Abbas non amoueantur, non præmiſſa defenſionis copia. 630

Epiſtolæ generales à ſolo ſiant chorepo. 93

Errores in Mileuitano concilio damnati. 168

Eremitæ cæterorum monachorū habitum ſumant. 406

Errores Ioannis de Polia co. 579

Errores Begardorum, & Beguinarum. 582

Errores Ioannis Vuicleff in concilio Conſtātienſi damnati. 586

Errores Ioannis Vſs in eodem

de concilio dãnati. 590.597

Errores archiepiſcopi Nazareni damnati. 604

Eſaiæ locus declaratur. 238

Euchariſtia mortuis non conferatur. 132.319.&.415

Euchariſtia ab vniuerſis ſumenda. 23

Eunuchi an in clerum ſuſcipiantur. 55

Eufrata hæreticus in ſynodo Colonieſi dãnatur. 90

Eunomianæ hæreſis quis author. 109

Eulogias ad alias parochias minime deſtinandas. 112

Eulogias ab hæreticis accipere non debere. 114

Euangelia Sabbatis legenda cum aliis ſcripturis. 112

Euchariſtiã a ſacerdote acceptam, qui non ſumpſerit, vt ſacrilegus appellatur. 154. 249.&.371.

Euangelium in Miſſa quando debeat legi. 245

Eutychetis, & Neſtorii dogmatum damnatio. 294

Ad Euchariſtiã quo geſtu accedere oporteat. 419

Euchariſtiæ ſacramentũ laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur. 589.&.605

Euchariſtiæ ſacramẽto cur aqua admiſceatur. 613

Euchariſtiæ effectus. ibi.

Excommunicatos a ſacerdotibus ab aliquo non recipiendos &c. 24.&.131.

Excõicati ab aliis, ad cõionẽ ab aliis non recipiantur. 293

Excõmunicati a ſeculo exeũtes quõ tractari debeant. 59

Excõicati pœnitentes quo in loco cõionẽ accipiant. 77

Excedentes vitam in pœnitentia ad communionem admittantur. 84

Expoſitum ante eccleſiã, qui collegerit, quomodo ſecurus habere poßit 86

Excommunicati ab aliis nõ ante ſuſcipiantur, quã ſuo reconcilientur epiſcopo. 92. 293.&.320.

Exorcizare non oportet eos qui ab epiſcopis nõ ſunt prouecti. 113

Exorciſtæ quomodo conſtituantur. 139

Exorciſtæ omni die energumenis manus imponant. 147

Excõicatos a ſacerdote nullus adeat, nec alloquatur. 354.347

Excommunicati ſi ad pœnitentiam nõ ſe inclinauerint, per Principẽ puniri debent. 553

F

Falſi teſtes, vt ſint tractandi. 74.&.195

Falſi accuſatores vſque ad exitum non cõmunicent. 77

Famoſorum libellorum prohibitio. 71

Famuli, qui ſe percuſſerint, ipſi tantum ſint ſui ſanguinis rei, nec ad dñm pertineat. 86

Fames ſi euenerit, qualiter deprecetur. 110

Feriatica dona ab hæreticis accipere non licet. 114

Feſta cum Paganis celebrare non licet. 115

Feſta Gentilium non ſunt celebranda. 411.

Feſta a fidelibus qualiter celebranda. 412

Feſtiuitates celebrandæ, quæ. 522

Feſtum corporis Chriſti quñ fuerit conſtitutum. 582

Fides ſanctæ trinitatis. 19

Fideles oẽs per manuũ impoſitionẽ epõrum cõfirmenẽ. 27

Fideles ter in anno communicent. 30

Fidelis quã duxit ante baptiſmũ poteſt habere, vel non habere. 37

Fideles ſemel in anno confiteri tenentur. 572

Fideles, quòd incumbẽte neceßitate baptizent. 69

Fideles cum Iudæa mœcantes quõ tractari debeant. 74

Fideles ad capitoliũ ſacrificãdi cauſa nõ aſcẽdãt. 72

Fideles cũ Paganis feſta nõ celebrent. 115

Filios, qui per occaſionem continentiæ neglexerit, anathema ſit. 81

Filiis a parẽtibus prætextu diuini cultus abſcedere non licet.

licet. ibi.

Fides cõcilii Syrmiẽſis. 105

Filium, qui ex Maria eſt, ſi quis hominem ſolum dixerit, anathema ſit. 160

Filiũ Dei qui tanquã vnam creaturarũ factum dicit conſilio Dei anathema ſit. 108

Filium qui natum dixerit, nolẽte patre, anathema ſit. ibi.

Filiũ qui dicit ingenitum, & ſine principio tanquã duos ſine principio, anath. ſit. ibi.

Fidei aſſertio contra Priſcillianiſtas. 155

Fides Romanorum ex concilio Chalcedonenſi. 232

Fidei Trinit. probatio. 257

Fidei expoſitio ſecũdum reuelationem Gregorii epiſcopi Neocæſarienſis. 261

Fides a ſancto Quintiano epiſcopo expoſita. 278

Fides nõ cõtraria ſĩ vero. 629

Fidei epõrum, & primorũ Gothicæ gẽtis cõfeſſio. 303

Filius ſolus ex tribus perſonis diuinis humanitatem aſſumpſit. 341

Filius Dei in ſingularitate perſonæ non in vnitate naturæ humanitatẽ aſſumpſit. ibi.

Filii clericorum quomodo tractandi. 360

Fideles cũ mulieribus vna non lauentur. 414

Fideles quĩta feria apud catechiſtas fidẽ recitent. ibid.

Fides indiget opere, quia ſine operib' mortua eſt. 517

Filium proprium de baptiſmo nullus ſuſcipiat. 525

Fidelium animas pœnis purgatoriis purgari. 608

Fœminarum, quæ relictis viris ſuis, aliis nubunt, pœna. 66

Fœminis nõ licet caput tondere. 81

Fœminæ epiſtolas ſuo tantum nomine ſcriptas nec dẽt, nec accipiant. 75

Fœmina, quæ relicto marito adultero alterũ duxerit, pœna 66

Fœminæ in cœmeteriis non peruigilent. 69

Fœminarum ſemper adulterantium pœna. 73

Fœminarum, quæ conſciis maritis adulterantur, pœna. ibidem.

Fœminæ viduitatem profeſſæ eiuſmodi profeſſionẽ non deſerant. 201

Fœminæ, quæ benedictionẽ diaconatus hactenus cõtra interdicta cano. acceperũt. 270

Fœminarum aborſus procurantiũ pœna. 417

Fœminæ, quæ religionis propoſitũ abiecerunt. 363

Fornicantis rurſus poſt pœnitentiam pœna. 65

Fortitudinem Chriſtianam quod facias. 204

Formula pro conciliis celebrandis. 329

Frater ſuperſtes thorũ defuncti fratris nõ aſcendat. 248

Fratres qualiter ſe expurgare debeant á furtis. 526

Funeris excubiæ quomodo á laicis celebrandæ ſint. 209

Funera ſanctorũ cũ planctu atq; triſtitia cõdẽda ſunt. 210

G

Gentilibus deſiderantibus manus imponatur. 70

Gloriari nemo debet de ſua ſubſtantia. 204

Gloria, & honor patri in fine pſalmorũ dicendũ, non tantũmodo, Gloria patri. 331

Gratia Dei non tantum ad remiſſionem peccatorum valet, quæ iam ſunt cõmiſſa, ſed adiutorium præſtat, ne committantur. 170. & 179

Gratia Dei, & ſcientiam tribuit vt agamus, & dilectionem, vt quod ſcimus, implere valeamus. 171

Gratia Dei præſtat, vt lex impleatur. ibi.

Gratia Dei non adiuti, nec velle, nec agere poſſumus bonum. 179

Gratiã Dei quõ teſtẽt baptizãdorũ iſtituta purgatio. ibi.

Gratiæ Dei humana inuocatio conferri non debet, nam ipſa gratia facit, vt inuocetur a nobis. 202

Gratiæ

Gratiæ dono ad fidem, & ad regenerationem baptiſmatis peruenimus. ibid.
Gratia Dei ſumus id, quod ſumus. ibid.
Gratia Dei nos præuenit in quocunq; opere bono. 206
Gratia per baptiſmum accepta, baptizati (Chriſto auxiliante) poſſint adimplere ſalutaria. ibid.
Gratia, & virtutes tam paruulis, quam adultis in baptiſmo infunduntur.

H

Ab hæreticis abſtinendũ. 28
Hæretici quomodo reconciliandi. 31
Hæretici ad clerum non promoueantur. 71
Hæretici baptizati recipiantur. 84
Hæreticorum cõcilium contra Athanaſium. 109
Hæreticis in eccleſiam ingreſſus non concedatur. 111
Hæreticorum ſpeluncas ingredi nulli concedatur. ibi.
Hæreticorum connubia uitanda ſunt. 112. & 114
Hæreticorum benedictiones accipere non licet. 114
Hæreticorum cœtus non eccleſia, ſed conciliabulum. 145
Hæretici ſi in mortis diſcrimine conuertantur, quomodo conſignentur. 199
Hæretici an poſt mortem anathematizari poſſint. 252
Hæreticorum quorundam, qui damnati fuerunt nomina. 266
Hæreticos, qui non anathematizat, anathema ſit. 266
Hæretici in concilio Toletano ſeptimo damnati. 355
Hæredes morientis epiſcopi bona eius hæreditaria ſibi nõ vendicent. 359
Hæredes fundatoris eccleſiæ ei⁹ ſolicitudinẽ gerãt. 358
Hæreticorum in ſexta ſynodo Conſtantinopolitana damnatio. 380. 389. 394.
Hæretici qualiter ſuſcipiendi. 417
Hæreticorũ ſcripta non permittantur. 514
Hieronymi de Praga abiuratio, eiuſdemq; ab ea reuocatio. 593
Homicidiũ voluntariè, vel caſu committentium pœnitentia. 44
Homicidæ, & falſi teſtes a communione ſ.imoueant. 195
Hominem nihil boni poſſe ſine Deo 205
Hominum quæ propria ſunt. ibid.
Homicidas, adulteros, fures ad eccleſiam ſi confugerint, ab eccleſiæ atriis non extrahant. 247
Horas qui non recitant beneficio priuentur. 631
Hoſpitalitas quantum, & exercenda ab omnibus, & docenda. 314. & 315
Hymni recipiendi. 291
Hymnorum in eccleſiis canendorum ratio. 331
Hymnus trium puerorum in eccleſia decãtari iuſſus. ibi.
Hypodiaconi, qua ætate creandi. 401

I

Ibæ epiſtolæ ad Marim Perſam ſcriptæ damnatio. 268
Idolis quod datum eſt fideles non accipiant. 70
Idololatriæ deſtruantur. 151
Idolorum cultores per regiam poteſtatẽ puniantur. 423
Idolorum cibis Chriſtiani non vtantur, eorumq; cultũ vitent. 271
Ieiuniorum obſeruatio. 289
Ieiunij quadrageſimæ quis inſtituerit. 20
Ieiunij quatuor temporum a quo inſtitutũ, & quare. 24 & 522.
Ieiunium eccleſiæ a ſacerdotibus conſtitutum non temerè ſoluendum. 47
Ieiuniorum tempora quæ 68. bis. 283.
Ieiunare die Dominico non licere. 82. 249. & 409
Ieiunia communia ſoluere non licere. 82
Ieiuniorum tempore nullæ lites, nec contentiones eſſe debent.

bent. 109
Ieiuniorum tempore debita à debitoribus non exigantur. ibidem.
Ieiuniorum tempore à coniugibus abſtinendum. 110
Ieiunium, quod coniugali opere polluitur, penè nihil valet. ibidem.
Ieiunium in quadrageſimæ quīta feria vltimæ hebdomadæ ſolui non debet. 116
Ieiuniorum diebus commemorationes martyrum fieri non debent. ibidem.
Ieiunium Sabbati obſeruetur. 158
Ieiunium aduentus Domini celebretur. 311
Ieiunium in die Paßionis Chriſti ſolui non debet. 416
Ieiunium quadrageſimæ indicendum. 330. & 350
Ieiuniū quadrageſimæ non ſoluatur. 357
Ieiuniū quinta feria in cœna Domini nō ſoluatur. 403
Ieiunandum non eſt Sabbatis, & Dominicis diebus quadrageſimæ. 409
Ieiunium indictum qui contempſerint qua pœna pleſtantur. 522
Ignorātia nō impedit quin ab illicitis nuptiis presbyter abſtinere teneatur. 402
Imagines turpes pingi non licet. 418
Imaginum ſanctarum conſeruandarū cauſa concilium à quo coactum. 490
Imaginum ſacrarum defenſio. 493
Imagines temporibus Chryſoſtomi pingebantur. 495
Imagines ſanctorum temporibus Apoſtolorū fuerunt in eccleſia. 500
Imaginum qui mentionem fecerint, recenſentur. 501
Imagines ſanctorum adorandæ ne ſint nécne longa diſputatio. 490. & 545
Imperatoris, & Pontificis officia quō diſcreta. 238
Imperator quoſcunq; poteſt ad veram fidē pertrahat. 240
Imperator monitus Apoſtolicis pareat. ibid.
Imperatores vniuerſalibus dūtaxat ſynodis intereſſè poſſunt. 532
Inceſtorum pœna. 243
Incarnationis filii Dei myſterium explicatur. 368
Infidelibus nihil mundū. 125
Infantes baptizati a ſolo epiſcopo conſignentur. 158
Incontinentes omni tempore, qui ſint in extremis laborantes a communione non arceantur. 162
Inimicitias qui diuturna obſtinatione reuocare nequiuerint ab eccleſiæ cœtu excommunicatione pellantur. 194
Inceſta copulatio prohibetur. 316
Infamia, qui ſe notant ad clerum peruenire non poſſunt. 337
Inceſtuoſi perquirantur ab epiſcopo, & ſi pœnitere noluerint ab eccleſia expellant̄. 524
Inimici, & ſuſpecti iudices eſſe non poſſunt. 530
Indulgentiarum moderamen. 575
Incompatibilia plura nulli concedantur. 630
Ioannes Oecolampadius, & Zuinglius errorem Berengarii renouarunt. 635
Iudæi quomodo ad baptiſmatis gratiam recipi debeāt. 295
Iudæorū celebritates Chriſtianis interdictæ. 114
Iudæorum conuiuia Chriſtiani non frequentent. 71
Iudæi quando inter Chriſtianos procedere non liceat. 277. & 311
Iudæi Chriſtianis populis iudices non præponātur. 280 & 311.
Iudæi aduenam, vel Chriſtianum ad Iudaicam ſuperſtitionem non ſeducant. 284
Iudæi fidelium fruges nō benedicant. 71
Iudæis nō licet habere Chriſtianas vxores. 307
Iudæis officia publica non committantur. 339

Iudæi mancipia Chriſtiana
contra ipſorum voluntatem
non habeant. 274.&.284.
Iudæi à cœna Domini vſq;
ad diem primam poſt paſcha
per forum, aut plateas non de
ambulent. 311
Iudæi mancipium Chriſtia
num in proprios vſus non cō
parent. 311
Iudæi ſicut ad fidem non ſunt
cogendi, ita nec cōuerſi ab ea
recedere permittuntur. 338
Iudæis contra fidem Chri-
ſtianam dari ſuffragium pro
hibetur. 328
Iudæorum qui iam baptiza
ti Iudaizantium pœna. 338
Iudæorũ filii poſt baptiſmũ
à parētibus ſeparentur. 339
Iudæi ad fidem cōuerſi cum
remanentibus in veteri ritu
non communicent. ibid.
Iudæus ab vxore fideli ſepa
retur, niſi ad fidem acceſſe-
rit. 339
Iudæi teſtes eſſe non poſ-
ſunt. ibid.
Iudæis Chriſtianos ſeruos ha
bere non licet. 355.&.340
Iudæi Baptizati cum epiſco
pis celebrent dies feſtos. 361
Iudæorum azima comedere
nulli fidelium licet. 400
Iudæi, qui fictè ad Chriſti
fidem accedunt, nec ad com-
munionem, nec ad eccleſiam
admittantur. 514
Iudæi compellendi ad reſti-
tuendas vſuras. 576
Iudæorum habitus ab aliis
publicè diſtinguantur. ibi.
Iudices placita in diebus fe-
ſtis non habeant. 556
Iudicibus ſecularibus ob no
xiorum vindictam gladius à
Deo eſt promiſſus. 162
Iudicandum non eſt teme-
rè de iis qui ad Dominum mi
grauerunt. 240
Iudicium iniuſtum, iniu-
ſtaq; definitio, regio metu,
vel iuſſu, aut à iudicibus or-
dinata non valeat. 243
Iudicibus ciuitatis, vel loci
ſi hæreticum, vel Bonoſiacũ
rebaptizaſſe cognouerit, quid da.
obſeruandum. 277
Iurantis per capillum Dei,
vel caput, aut per creaturam
pœna. 21
Iuramenta incauta non ſer-
uanda. 23
Iurare quam alienum ſit ab
hominibus Chriſtianis. 31
Iurare non cogantur pueri
ante annos quatuordecim ibi.
Iurare quis non debet in pe
cudes. 283
Iudicum, vel potentum pau
peres opprimētium pœna. 291
Iudicium ſanguinis clericis
interdictum. 571
Iudex ſecularis nulli cleri-
corum iniuriam afferat. 321
Iuramenta reſolui non poſ-
ſunt.
Iuramenta illicita non ſunt
ſeruanda. 356
Iuramēta cōminatoria ſunt
mitiganda. ibidem.
Iuris profeſſores à quibus
cauere debeant. 413
Iumētum nullus in templum
inducat. 416
Iuramentum à ſecularibus
poteſtatibus pro fidei defen-
ſione præſtandum. 569

K

Kyrie eleiſon in omnibus
eccleſiis dicatur. 208

L

Litania quid ſit. 521
Litania maior eſt obſeruan
da. ibidem.
Litaniæ quando dici debe-
ant. 340
Laicus clerico crimen non
inferat. 52.&.277
Laici clericum ſibi obuium
reuerentiam præſtent. 3
Laici clericos actores non
conſtituant. 89
Laicus, qui viduam duxe-
rit, ad clerum non admitta-
tur. 125
Laicus præſentibus clericis
non doceat. 147
Laici ad clerum qui promo
ueri non debeant. 165
Laici, qui poſſint clerici
fieri. ibid.
Laici maioribus ſolennita-
tibus cū epiſcopis intereſſe nō
negligant.

negligant. 197
Laicus ante annum conuerſionis non ordinetur. 209
Laici funeris excubias obſeruantes, a quibus ſe abſtineant. ibidem.
Laici in eccleſia clericis nõ miſceantur. 287
Laicus nullus abſq; annua cõuerſatione præmiſſa epiſcopus ordinetur. 296
Laici presbyteros non eiiciant de eccleſiis. 521.
Laicis ingredi ſacrariũ ad cõmunicandũ non licet. 347
Laicus quomodo ad ſacerdotium aſſumatur. 348
Laico publicè docere interdicitur. 412
Laicus chorum non ingrediatur. ibidem.
Laicis quid prohibeatur. 516
Laici presbyterum non iudicent. 534
Laicus ſacramenta ſibi non miniſtret. 410
Laici vbi ſepeliendi. 554
Lapſi, qui de catholica fide in hæreſim tranſeunt, quomodo ſint tractandi. 197
Laudes poſt Euãgeliũ decantentur. 330
Lectores cum orariis officium ſuum non agant. 113
Leges humanæ rationi, & honeſtati non repugnãtes amplectendæ. 25
Lectores quomodo fiãt. 139
Leuitæ ab vxoribus ſe contineant. 125.130.&.149
Lector ſi viduam alterius vxorem acceperit, nihil amplius ſit. 152
Leuitæ quo tempore in veteri lege ordinabantur. 332
Leuitæ vnum tantùm humerum ambiat orario. 336
Lectores in habitu ſeculari ornato non pſallant. 347
Lectores, & cantores poſſunt vxores ducere. 399
Lector nullus fiat abſq; manus impoſitione. 515
Liberti, quorum patroni in ſeculo fuerint ad clerum non proueha ntur. 75
Liberius Papa ab exilio reuocatus Conſtantio hæretico conſenſit. 109
Libri canonici in eccleſia, qui. 117.137.164.615. & 637.
Libero arbitrio benè vtimur per Chriſtum. 179
Liberti, ſi neceßitas exigit, ab eccleſia tueantur. 194
Liberti in eccleſia commendati non opprimantur. 200
Liberum arbitrium in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi reparari non poteſt. 204
Liberari non poteſt quis de quacũq; miſeria, niſi per Dei miſericordiam. ibidem.
Liberum arbitrium propter primi hominis peccatum attenuatum eſt. 505
Liberti ab epiſcopo defendantur. 305
Liberti eccleſiæ per ſolos epiſcopos iudicentur. 313
Liberti ob ingratitudinem libertate priuentur. 324
Liberti eccleſiæ à patrocinio eccleſiæ nõ diſcedãt. 340
Libertas quomodo ſeruus donata valeat. 415
Libertatem qui integrã conſequitur ad clericatum ſuſcipi poteſt. 340
Liberti eccleſiæ, & ab eis progeniti nouo adueniẽte Pontifice profeßiones ſuas renouare debent. 343
Libertorum filii intra eccleſiam erudiendi nutriantur. 143
Liberti eccleſiæ a coniugio Gotthorum abſtineant. 360
Libertorũ eccleſiæ ad ipſam redire nolentium pœna. 361
Libertis eccleſiæ, eorumq; propagini ex omnib⁹, quæ habuerint de iure eccleſiæ nihil licet ad extraneũ dominium transferre. ibid.
Libri ſacri cõmuni, & profano vſu non cõſumantur. 412
Libri aliqui non imprimantur, niſi per deputatum examinentur. 632
Literarum ignari ad ſuperiorem ordinem non accedant. 234

Mihoni-

M

Mahometi origo, ingeniũ, & obitus. 321
Maleficæ mulieres quomodo à Satana decipiantur. 45
Manducare in eccleſiis non licet. 113
Manichæus aſſerit Spiritum ſanctum crucifixum. 259
Mancipia Chriſtiana, quæ in Iudæorũ ſeruitio detinentur, quomodo habenda. 274 284. & 311.
Mancipia, quæ propter ſpem coniugii ad eccleſiam confugiunt, non audiantur. 284
Mancipia eccleſiæ ſublata, ipſa eccleſia abſq; aliquã oppoſitione accipiant. 300
Mariam Dei genitricẽ nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato. 606
Martini, & Calixti epiſcoporũ declarationes circa emptiones cum pacto de retrouendendo. 617
Marcus Petri fili⁹ in baptiſmate. 13
Marcionis ſecta quo tempore variè diuiſa. 23
Martyrum dignitatem, nemo prophanus infamet. 87
Martyrum commemorationes ieiuniorũ diebus fieri nõ debent. 116
Mariam virginem glorioſam verè Dei genitricem, qui non confitetur, hæreticus eſt. 264
Martyrum reliquiæ, à quibus, & quõ geſtandæ. 374
Martyrum hiſtoriæ ab infidelibus ſcriptæ dãnantũ. 411
Matrimonium inter alienigenas, an ſolui poßit. 556
Matrimonia inter conſanguineos quis primus prohibuerit. 25
Matrimonia inter adulteros prohibentur. 556
Matrimonio qui ſe copularũt intercedẽte repudio, adulteri eſſe monſtrantur. 163
Matrimonia contraria accedente infirmitate nulla voluntatis contrarietate ſoluantur. 270
Matrimonia ſint libera oportet. 247
Matrimonia inceſta quam ſtrictè prohibeantur. 316
Matricidarum pœnitentia. 535
Ad matrimoniũ ſolus conſenſus ſufficit. 536
Matrimonii bona quot ſint. 615
Matrimonium ſæpe, ac ſæpius contrahi poteſt, ſi impedimentum non obſtet. 616
Martinus Lutherus nouas hæreſes ſuſcitat in Germania 635
Merces bonis operibus debetur, ſi fiant, ſed gratia præcedit, vt fiant. 204
Mercimonia inter eccleſiaſticos minimè exerceantur. 67. & 133.
Merita omnia ſanctorũ donum ſunt Dei. 179
Menſa epiſcoporum, & abbatum qualis eſſe debeat. 47 & 528.
Medici curent aduocare medicos animarum. 572
Melchiſedech Rex, & ſacerdos fuit. 238
Metropolitanus epiſcopus totius prouinciæ ſolicitudinẽ gerit. 93
Metropolitanus epiſcopus cæteros honore præcellit. ibi.
Metropolitanus ſolus omnium epiſtolas ad concilium euocandum ſubſcribat. 173
Metropolitani ſingulis annis comprouinciales ſuos ad concilium euocent. 269
Metropolitanus epiſcopus quomodo ordinandus. ibi.
Merces aliqua pro diuinis ſacramẽtis ſumi nõ debet. 371
Metropolitani, ſuper quos epiſcopos poteſtatem habeant eos conuocãdi ad ſynodalem conuentum. 549
Metropolitanus ſubiectos epiſcopos non grauet. ibid.
Metropolitæ non exerceant miniſteria epiſcopalia per ſubiectos epiſcopos. 551
Militiæ dediti ad clerũ non admittantur. 166

Militantes

Militantes poſt baptiſmum ſi ad clerum ſint admiſſi, diaconii dignitatem non accipiant. 153
Miniſtri vbi ordinantur, ibi permaneant. 76
Miniſtri altaris vſuras, vel lucra, quæ ſexcupla dicūtur, non accipiant. 111
Miniſtri orario non vtantur, nec oſtia derelinquāt. 113
Miniſtris non liceat panem dare, aut calicem benedicere. ibidem.
Miniſtros altaris ad agapen vocatos partes tollere nō oportet. ibid.
Miniſtri altaris lauacra cū mulieribus communia non habeant. 114
Miniſtri altaris incantationibus ſi operam dederint, ab eccleſia proiiciantur. ibi.
Miniſtri altaris præter iuſſionem epiſcopi non peregrinentur. 115
Miniſter ſine chriſmate nō proficiſcatur. 199
Miniſtri altaris à ſecularibus negotiis ſe abſtineāt. 519
Miniſtris eccleſiarum res eccleſiæ ſine epiſcopi licentia alienare non licet. 276
Miniſteria diuina ad nuptiarum ornatum nunquam præſtentur. 280
Miracula quare à noſtris imaginibus nunc non edantur. 495
Miniſtri epiſcoporum quales eſſe debeant. 524
Miniſtri Dei ſint ſobrii. 528
Miſſarum ſolēnia à quo habuerint initium. 19
Miſſas in nocte natiuitatis Dominicæ quis inſtituerit celebrandas. 20
Miſſas ſupra memorias, ac ſepulchra martyrum celebrari quis conſtituerit. 35
Miſſa non niſi à ieiunis celebretur. 350
Miſſam qui die ſolenni prætermittunt, excōicentur. 146
Miſſas qui audiūt antequā ſit expleta nō egrediant. 196
Miſſa niſi in ſacratis Dño locis celebrari nō debet. 250
Miſſarum celebritas qua hora inchoetur. 274
Miſſas eodem modo ab omnibus legi debere. 347
Miſſæ vno ordine ab omnibus celebrentur. ibi.
Miſſā presbyteri qui indubitanter ſit concubinam habere nullus audiat. 534
Monachas non debere contingere ſacra vaſa, aut ſacras palas, nec deferre incenſum circa altare. 22
Monachi ſcurrilia non loquantur. 138
Motus piæ volūtatis ex Deo eſt. 178
Monaſterium inconſulto epiſcopo nullus conſtituat. 194
Monachi ad officium clericatus, niſi abatis iuſſu, non accedant. 236
Monachum ad alterum monaſterium commigrantem, niſi abbatis ſui permiſſu, nullus ſuſcipiat. 516
Monaſteria puellarum procul à monachorum monaſteriis extruantur. 194
Monachi monaſteria puellarum non frequentent. 325
Monachi turpibus lucris non inſeruiant. 226
Monachi in ciuitatibus epiſcopo ſubiecti ſint. 227
Monachi ſeculares aliquas actiones non attrectent. ibid.
Monacho vxorē ducere non licet. 229
Monachi ſine epiſcopi licentia vagantes ad propria loca redire cogantur. 231
Monaſteria ſemel Deo dicata ſeculariorum cœnacula non fiant. ibidem.
Monaſteria virginū monachorū curæ cōmittanī. 325
Monach⁹ miſſus alicubi miniſteriū clericatus agere non præſumat nec negotiator exiſtat. 236
Monaſtirii vnius vnus ſit abbas. 240
Monachi ſine abbatis licentia non ordinentur. 243
Monachi ab infantia monaſterio

cc

ſterio mancipati, an ſi poſt velint, accedere poßint ad nuptias. 252
Monachi duo in vno ſtratu non recumbant. 288
Monaſteria puellarum qui ingredi prohibeantur. 510
Monachus in monaſterio adulteriũ committẽs, vel furtum faciẽs &c. quomodo plectatur. 320
Monaſteriorũ expoliatores anathemate feriantur. 325
Monachorum è monaſterio egredientium pœna. 337
Monaſterio, vel eccleſiæ quid conferre epiſcopus poſſit. 359
Monachatum qui profitentur quomodo probandi 406
Monaſteriũ ingredi omnes poſſunt crimine aliquo non obſtante. 407
Monachus fornicator iure communi punitur. 407
Monaſtriæ futuræ ſumptuoſis veſtibus nõ induantur eo die quo intrant in monaſterium. 407
Monaſtriæ non exeant à monaſterio niſi ſub certa forma. 408
Monachus extra monaſteriũ oratorium non ædificet. 516
Monaſteria duplicia non extruantur. ibi.
Monachꝰ, vel monacha proprium non relinquant monaſterium, & ad aliud ſe conferant. ibidem.
Monachorum vita quæ eſſe debeat. 519
Monachi ad placita ſecularia non veniant. ibi. & .528
Monachi à negotiis ſecularibus ſe abſtineant. ibi.
Monaſteriis quæ ſint prouidenda. ibidem.
Monachũ quid faciat. 526
Monachi creati epiſcopi veſtis rationẽ non mutent. 552
Monachi tẽpore interdicti poßũt diuina celebrare. 574
Monachæ precio receptæ cũ recipientibus de monaſterio expellantur. 575
Monaſteria alicui non commendentur. 630
Montes pietatis aliquid moderatum accipere vltra ſortem ad ſolas miniſtrorum impenſas abſque lucro ipſorum montium minimè vſurarium putari debet. 631
Mortuis Euchariſtia non tradatur. 319
Mortuus ſuper mortuũ non mittatur. ibi.
Mortui in eccleſia ſepeliri qui poßint 524
Mortuus ibi ſepeliatur, vbi decimam ſoluit. 554
Mulieribus partus ſuos ex fornicatione necantibus quæ pœnitentia ſit iniuncta. 44
Mulieris quæ duobus fratribus nupſerit pœna. 49
Mulier propter continẽtiam quæ putatur, virilem habitũ aſſumens, anathema ſit. 81
Mulier quæ propriũ virum reliquerit nuptias execrans anathema ſit. ibi.
Mulieri caput tondere non licere. ibi.
Mulieres ſacrarium non introeant. 115
Mulieres publicè non doceant. 147
Mulieres nõ baptizent. ibi.
Mulieres ad alienorum virorum cœtum, non accedant. 134. & .152.
Mulieres in adulterio cum clericis deprehenſæ, quã pœna plectantur. 284
Mulier ſola monaſterium non adeat. 289
Mulier inuita viro non nubat. 306
Mulieri an, & quõ liceat epiſcopi cubiculũ ingredi. 310
Mulieri non licet nuda manu Euchariſtiam ſumere, nec manum ad pallas Dominicas mittere. 320
Mulier quæ communicat Dominicalem ſuum habeat. 321
Mulieres in eccleſia taceant. 423
Mulier nulla in ẽpatu, vel monaſterio conuerſetur. 515
Mutus baptizari poteſt. 200
Myſterium diuini operis præſtan-

præſtantius eſt, quàm fragi-
litatis remedium. 127

N

Natura humana nullo mo-
do ſeipſum põt, creatore ſuo
non adiuuante, ſeruare. 205
Naturæ, et gratiæ opera. ibi.
Nemo eſt, qui eſſe poßit ſi-
ne peccato. 171
Neocæſarienſis concilii ca-
nones. 49
Neophytum ad ſacerdotii of-
ficium ordinari non debe-
re. 83. 111. & .124
Neophyti caſtè viuãt. 146
Neophytus benedicatur, &
confirmetur ab epiſcopo. 190
Nicæni concilii quæ fuerit
origo. 53
Nicæni cõcilii fidẽ. 318. epi-
ſcoporũ nõ eſſe violandã. 120
Nicæni concilii conſtituta
perpetuò ſeruanda. 151. & .233
Nicæni concilii ſecundi fi-
des. 490
Nouatus hæreticus quo tem-
pore ex Aphrica venerit. 28
Nouat⁹, & ſequaces hæreſis
damnantur. 31
Nouatiani ad cõmunionem
non ſuſcipiantur. 83. & .111
Nouercæ ſuæ nullus aliqua
copulatione iungat. 270. 273
Noua ciuitas nouam habeat
dignitatem epiſcopalem, vel
metropolitanam. 405
Nuptias qui execrãtur ana-
thema. 80

Nuptiæ cum hæreticis mini-
mè celebrandæ. 312
Nuptiæ in quadrageſima nõ
celebrentur. 116. & .245
Nuptias occultè nullus fa-
ciat. 247
Nuptiæ prohibitæ quæ. 525
Nuptiæ vltra. 4. gradum
non prohibitæ. 574

O

Obedientia cleri erga epi-
ſcopum. 311
Oblationes fidelium epiſco-
pis creduntur diſpenſandæ iu-
xta neceßitatem fidelium. 30
Oblatio panis, & vini Do-
minicis diebus faciẽda. 313
Oblationes eorũ, qui nõ cõi-
cant nõ eſſe accipiẽdas. 68
Oblationes eccleſiæ extra
eccleſiam non accipiãtur, vel
dentur. 80
Oblata ſi quis acceperit præ-
ter epiſcopum, vel ab eo con-
ſtitutum, anathema ſit. ibi.
Oblationes fidelium, qui ne-
gauerit ab eccleſia, cui frau-
dem fecit, excludatur. 85. 191
Oblationes offerri in qua-
drageſima non oportet. 115
Oblationes in domibus ab
epiſcopis, vel presbyteris of-
ferri non debent. 116
Oblationes diſsidentiũ fra-
trum non recipiantur. 147
Oblationes opprimentium
pauperes refutentur. ibi.
Oblationes defunctorũ ne-
gantes excõmunicentur. ibi.
Oblationes defunctorũ qui
retinent, excommunicentur.
207. & .276.
Oblationes fidelium quomo-
do diſpenſandæ. 135. 272. &
348.
Oblatio catholici, qui filios
ſuos hæreticorum baptiſmati
tradidedit ab eccleſia non re-
cipiatur. 244
Oblationes defunctorũ, qui
in aliquo crimine fuerunt in-
terempti, recipiantur. 270
Oblata eccleſiæ nullus auſe-
rat. 296
Oblata eorum quæ quomo-
dolibet ſibi mortẽ cõſciſcunt,
non recipienda. 319
Odiis qui publicis exarde-
ſcunt ab eccleſiaſticis conuen-
tibus arceantur. 86
Operibus bonis merces de-
betur, ſi fiant: ſed gratia præ-
cedit, vt fiant. 204
Oratio Dominica omnibus
diebus à ſacerdote poſt matu-
tinas, & veſperas dicat. 249
Oratoriũ ſi quis ĩ agro ſuo
habeat, aut habere poſtulet,
quid obſeruandum. 275
Orationis Dominicæ effi-
cacia 330
Orare cũ hæreticis, vel ſchiſ-
maticis non licet. 115
Orationes eccleſiæ contem-
ni minimè debere. 80
Ordo in ẽpi electione ob-

ſeruandus. 86
Ordinationes ep̃ales. 112
Ordinationes iudicio multi tudinis fieri non debere. ibi.
Orationes quotidianæ fiant. ibidem.
Orationes catechumenorum. ibid.
Orationes ad patrẽ ſemper dirigantur. 134
Orandũ eſt pro infirmis. 159
Orationes eccleſiæ gratiam Chriſti reſonant, qua genus humanum reparatur. 179
Orationes poſt antiphonas dicantur. 194
Ordinati qui contra canones fuerint qualiter caſtigandi. 244
Ordinari quare nullus debeat ex pœnitentibus. 247
Orandi, & pſallendi vnus ordo ſeruetur. 328
Ordinatores peruerſi nullis denuo ordinationibus interſint. 190
Ordinari nemõ debet abſolutè. 227
Ordinandus non eſt quis niſi pſalterium nouerit. 357. & 512.
Orthodoxus ethnicam non ducat, 413
Oſtiarii ad oſtia perſeuerent. 115
Oſtiarii qũo ordinentũ. 140
Oua in quadrageſima non comedantur. 409

P

Pacis oſculũ cur detur poſt confecta myſteria. 158
Pax inter cõſacerdotes inuiolabiliter conſeruanda. 286
Palladius in concilio Aquileienſi damnatur. 198
Panis, & vinum aqua permixtum quomodo offerãtur, in ſacrificio Miſſæ. 19. & 373
Papa nec ligari, nec abſolui poteſt à ſeculari. 239
Papa nullius iudicio eſt ſubiectus. 242
Parentũ ſponſaliorũ fidem frangentium pœnitentia. 71
Paracletum qui non alium dixerit præter filium, vt Dñs docuit, anathema ſit. 107
Parochiam alienam nullus præſumat. 131
Parabolæ vitis, & palmitũ declaratio. 205
Parochiis quod relinquitur quo debeat diſpenſari. 209
Parochialem habens eccleſiam per ſeipſum illi deſeruiat. 573
Parochiæ ruſticanæ immobiles permaneant. 230
Paruuli ſi infirmari contingat, eodem die, quo nati ſunt, baptizentur. 249
Parentum perfidia filiis obeſſe non debet. 339
Parentibus quoto anno licet filios religioni tradere. 363
Partus Virginis fuit citra vllum dolorem. 414
Paruuli à parentibus monaſteriis traditi ſuſceptum habitum nunquam deſerant. 526
Paſcha quam feſtiuiſſimè colere debeamus. 313
Paſtor eccleſiæ ſi à fide exorbitauerit, eſt à fidelibꝰ corrigendus, pro reprobis moribus tollerandus. 17
Paſcha a primatis ciuitatis in ciuitate celebretur. 281
Paſchatis celebrandi ratio. 20. 23. 74. 144. 281. & 329
Paſcha quo tẽpore celebranda ſit controuerſia. ibid.
Paſtorem non debent oues reprehendere, nec vllatenus accuſare, niſi a fide exorbitauerit. 242
Paßio Chriſti vt populis prædicetur. 329
Patrem, & filium duos deos dicens, anathema ſit. 106
Patrem, & filium, & Spiritum ſanctum vnam perſonam qui dicit, anathema ſit. 107
Patrem, & filium, & Spiritum ſanctum qui tres deos dicit, hæreticus eſt. 108
Patris, & filii, & Spiritus ſancti qui vnam naturam, vnam virtutem, & poteſtatem, Trinitatem &c. non confitetur hæreticus eſt. 263
Paulianiſtæ, & Cataphrygæ rebaptizentur. 60. & 84

Pauperis

Pauperes eccleſiæ bonorandi ſunt. 146
Peccati purgationē non per voluntatem noſtram, ſed per Spiritus ſancti infuſionē, & operationem fieri. 202
Peccatum in Spiritum ſanctum quod ſit. 237
Pelagii, & Cæleſtini errores. 168
Pentecoſtes celebratio. 75
Periurii, aut ad periurium compellentis pœna. 21. & 312
Periurii pœnitentiam agere nolentis pœna. 37
Perſecutionē pro fide catholica patientes benignè ſuſcipiantur. 105. & 143
Peruerſos, qui obuiare, & perturbare poteſt, & non facit, videtur impietati eorum fauere. 241
Petrus, & Paulus vna die paßi ſunt. 17
Peſtilentia ſi euenerit, ieiuniis, & eleemoſynis Domini miſericordia deprecetur. 110
Photiniani baptizentur. 84
Picturæ in eccl'ia nō ſint. 69
Plebs, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, epiſcopum non accipiat. 136
Pœna periurii, aut ad periurium compellentis. 21
Pœna iurātis per capillum, vel per caput Dei, aut per creaturam. ibi.
Pœnitentia eius, cuius negligētia aliquid de ſanguine Domini diſtilat. 21
Pœna ſacerdotum imperfecta officia relinquentiū. 22
Pœna talionis. 30
Pœna ebrietatem vitare nolentium. 37
Pœna diuerſorum immolantium, qui poſtea pœnitentia ducti reſipiſcant. 39. 40. 41. & 42.
Pœna iis, qui aliis deuiandi à fide cauſam attulerint, cōſtituta. 42
Pœnitētia adulterorū. 44
Pœnitentia necantium partus ex fornicatione. ibid.
Pœnitētia homicidarū. ibi.
Pœnitētia diuinationes expetentium. 45
Pœnitentia eorum, qui virginum corruptionibus conſentiunt. ibidem.
Pœna hominē per malitiam interficientium. 65
Pœna rurſus poſt pœnitētiam fornicantis. ibid.
Pœna ſacerdotū mœchantium. 67
Pœna celebrantium coniugia cum ſacerdotibus gentilibus. ibidē.
Pœnitentia eorum, qui duabus ſororibus copulantur. 72
Pœna vxorum, quæ filios de adulteris necant. 73
Pœna ſtatuta vxoribus clericorum adulteris. ibi.
Pœna eorū, qui priuignas ſuas vxores duxerint. ibi.
Pœnitentia coniugatorum, qui in adulterium lapſi fuerint. ibid.
Pœna fœminarum maritis conſciis adulterantium. ibi.
Pœnitentes poſt acceptam pœnitentiam nuptui ſe collocauerunt. 84
Pœnitentiā coniugatis non niſi ex conſenſu dandam. 85
Pœnitentiæ quod tēpus tribuendum eſt. 110
Pœnitens à presbytero iuſſu epī ſui reconcilietur. 130
Pœnitentia quomodo danda ſit pœnitentibus. 135
Pœnitētes quomodo reconciliandi ſint. ibi. & 159
Pœnitētia hiſtrionibus cōuerſis non denegetur. 136
Pœnitentiā implorantī pœnitentiæ leges iniungant. 145
Pœnitentes negligentiores tardius reconcilientur. ibid.
Pœnitentiam poſcētes quid ſi poſtea obmuteſcant. ibid.
Pœnitentes infirmi viaticū accipiant. 146
Pœnitētes qui in infirmitate viaticum acceperint, quid ſi ſuperuixerint. ibid.
Pœnitentium, qui caſu aliquo deceßerint, memoria, & orationibus, & oblationibus commendetur. ibid.
Pœnitentibus omni tempo-

re ieiunii manus à ſacerdotibus imponatur. ibi.
Pœnitentes etiā diebus remiſſionis genua flectant. ibi.
Pœnitentes mortuos ſepeliant. ibidem.
Pœnitēs, ſi neceßitas cogat, lector, aut oſtiarius fiat. 151
Pœnitentiam qui apud hæreticos acceperūt quō ad reconciliationē admittantur. 176
Pœnitētia vltima nemini eſt neganda. 180
Pœnitētes maiores, & minores quomodo pœnitentiā accipiant. 192
Pœnitentes qui de corpore exeunt quō cōmunicent. 199
Pœnitentes clerici non ordinentur. 246
Pœnitentia temerè iuuenibus non eſt credenda. 276
Pœnitentes pœnitentiā agere debēt. 306
Pœnitentiam poſtulantes quomodo tractandi. ibid.
Pœnitentiæ ſtatum qui ſemel acceperunt, mutare non poſſint. 338
Pœnitentes in mortis periculo quō ſint habendi. 372
Pœnitentiam qui neſcientes acceperint an obſeruare teneantur. 420
Pœnitentiæ ſacramentū in quot partes diuidatur, & quæ ſit eius forma. 613. & .614
Poeſis ſtudia prohibētur in ſacris ordinib⁹ cōſtitutis. 629
Polychronii inſania. 389
Polychronii hæretici fidei chartula. 390
Pontificibus, rectoribusq́; eccleſiæ, quæ in eorū ordinatione ſint promittenda. 371
Pontificum facta Imperator iudicare non debet. 530
Pontificis, & Imperatoris officia quomodo diſcreta. 238
Pōtifex à ſeculari nec ligari penitus, nec abſolui poteſt. 239
Pontifex ſolus ſine aliorum conſenſu poteſt hæreticū damnare. ibid.
Pōtifex qualiter eligēd⁹. 241
Pōtifex propter infirmitatē impediti nō ſunt abiiciēdi. 533
Poſſeßio triēnalis intra eandē prouīciā ſeruari debet. 279
Poſſeßio tricēnalis ſicut aliena tollit diœceſim, ita territorii conuentū non adimit. 335
Poſſeßionibus in emphiteuſim datis ab eccleſia non licet emphiteutam ſpoliare. 549
Preces, & orationes ad patrē ſemper dirigantur. 134
Prædia vſibus ſacrorum cæleſtium dedicata ab irruentibus vexari non debent. 25
Preces, & orationes cōpoſitæ niſi probatæ fuerint in concilio, non dicantur. 173
Præmiū pro epiſcopatu nullatenus accipiatur. 246
Præſcriptio in reb⁹ eccleſiæ locum non habeat. 248
Præfacionum ordo. 299
Præſcriptio non eſt obiicienda vbi neceßitas intereſt hoſtilitatis. 322
Præſcriptio lōgi tēporis ſi legitimus limes deficiat, ſilentium repetenti imponit. ibi.
Præſcriptio nulla valet abſque bona fide. 573
Præſcriptio in reb⁹ eccleſiæ quo tēpore incipiat. 360
Prælati ſoliciti ſint, ne vel coronam amittant. 533
Prælia omni tempore probibentur. 536
Præceptoribus philoſophiæ quæ præcipiuntur. 629
Præceptorum puerorum officium. 630
Prædicatoribus quæ probibita ſint prædicare. 569. 570
Presbyteri nomen quando primum. 16
Presbyteri Miſſarum ſolennia non celebrent niſi duobus præſentibus. 22
Presbyteri qua ætate ordinandi. 30. & .50
Presbyter illiterat⁹ Miſſam non celebret. 30
Presbyteri, & diaconi, ac miniſtri altaris quales eligi debent. 34
Presbyteris non licere iura eccleſiaſtica vendere. 43
Presbyteris irrationabiliter viuentibus quæ pæna ſit conſtituta.

ſtituta. ibi.
Presbyter ſi vxorē duxerit, ab ordine ſuo deponatur. 49
Presbyteri fornicantis pœna. ibidem.
Presbyteros in ſecundis nuptiis non debere orare. 50
Presbyteri corporali peccato præoccupati non offerant in aliis tamen officiis maneant. ibidem.
Presbyteri alterius regionis præſentib⁹ epiſcopis, vel preſbyteris ciuitatis non offerant. 51
Presbyteri ſine examinatione non recipiantur. 58
Presbyteros ad alias ciuitates tranſeuntiū pœna quæ. 60
Presbyter nullus chriſma cōficiat. 63
Presbyteri propter ſuā cauſam non intrent in curiā. ibi.
Presbyteri falſo accuſati nō debent puniri. 74
Presbiteris coniugatis oblationes non ſunt denegādæ. 80
Presbyter parochiam propriam non deſerat. 91
Presbyteri excommunicandi quomodo ſint tractādi. 69
Presbyteri ſine conſcientia epiſcoporū nihil faciant. 78
Presbyterorum iudicantium numerus qui. 89
Presbyter excommunicatus à vicinis epiſcopis audiatur. 104
Presbyteras in eccleſia tanquam ordinatas cōſtitui non debere. 112
Presbyteris ante ingreſſum epiſcopi ad altare introire nō licet. 116
Presbyter iuſſus ab epiſcopo ſuo pœnitentē reconciliet. 130
Presbyter excommunicatus ſi ſacrificauerit, anathematizetur. 131
Presbyter præſente, & inconſulto epiſcopo nō celebret. ibi.
Presbyteri non ordinentur, niſi qui cum eis ſunt, fideles exiſtant. 134
Presbyteri quæ tēpore preſbyteratus acquirunt eccleſiæ conferant. 137
Presbyter qualiter ordinetur. 139
Presbyterorum cōſeſſus in eccleſia. 142
Presbyteri ab epiſcopo chriſma petant. ibi.
Presbyteri ſi poſt ordinationē filios genuerint, ad altiorē gradum non aſcendāt. 151
Presbyter eccleſiæ res alienare non poteſt. 193
Presbytero benedictionem populo dare non licet. 196
Presbyter capitale crimen incurrens quomodo tractandus. ibidem.
Presbyter canes ad venandum, aut accipitres non habeat. 197
Presbyteri facultatē habeāt prædicandi. 208
Presbyter non ordinetur, qui in monaſterio recluſus eſt, vt pœnitentiam agat. 247
Presbyter ſi nec literas, vel baptizandi ordinem neſciat, non ordinetur. 270
Presbyteri quid plebes ſuas admonere debeant. 280
Presbyteri ante Epiphaniā miſſos ſuos dirigāt, qui eis de principio quadrageſimæ nūcient, & in ipſa Epiphania ad populum indicent. 318
Presbytero, diacono, aut ſubdiacono poſt cibū acceptum, vel poculum Miſſas tractare non licet. 319
Presbyteri, & diaconi vitent thorum vxorum. 320
Presbytero non licet ad tripalium vbi rei torquentur ſtare. ibid.
Presbyter in iudicio, vbi quis ad mortem iudicatur ſedere non licet. ibidem.
Presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum concleticum ſuum ad iudicem ſecularem non pertrahat. ibi.
Presbytero inter epulas cantare non licet. 321
Presbyteris ordinare non licet. 323
Presbyteri, vel diaconi ab vno epiſcopo non ſunt deponendi. ibidem.

Presbyteri filiorum Aaron
geſtant figuram. 324
Presbyteri cum ordinantur
ab epiſcopo officialẽ libellum
accipiant. 333
Presbyteri, & diaconi tem-
pore ſuæ ordinationis votum
caſtitatis emittant. 334
Presbyteri iniuſtè depoſiti
quomodo in priſtinũ ſtatum
reſtituantur. ibid.
Presbyteros, & diaconos de
familiis eccleſiæ licet conſti-
tuere. 340
Presbyter altaria non con-
ſecret. 347
Presbyter, vel abbas, ſeu dia
conus per præmiũ ad ſacrum
ordinem non accedat. 366
Presbyter ſingulis quadra-
geſimis epiſcopo miniſterii
ſui rationem reddat. 489
Presbyteri, & diaconi mu-
lierem in domo ſua habitare
non permittant. ibi.
Presbyteri ſine intermiſſio-
ne vtantur orariis. 521
Presbyter ſolus ſacrificium
non peragat. 523
Presbyterorũ ſine literis epi
ſcopi iter agentiũ pœna. 526
Presbyteri iurare nõ cogan
tur. 555
Precium pro ſepulturis, &
hominibus ſepeliendis non ac
cipiatur. 207
Principes ſeculares ſynodis
intereſſe nõ debẽt. 548. 549
Princeps ſecularis epiſcopo
rum promotioni non ſe immi
ſceat. 550
Priſcillianæ hæreſis damna
tio, & articuli aliquot. 344.
Priuilegia conceſſa catholi
cis, qui hæreticorum extermi
nio inſiſtunt. 569
Proditores quomodo tracta
ri debeant. 77
Profeſſis, vel viduis quid
abſente epo prohibeatur. 153
Prouincia in duos metropo
litanos epiſcopos non diui-
datur. 229
Prouincia qualibet in offi
cio eccleſiæ vnum ordinem
teneat. 249
Proceſſio Spirit⁹ ſancti. 367
Proceſſio Spiritus ſancti à
filio oſtenditur tum ex Lati-
nis, tum Græcis. 578
Pſallere nemini licet in eccle
ſia præter canonicos pſal-
tes. 112
Pſalmos ſparſim non licere
confundi. ibidem.
Pſallere quæ in eccleſia con-
ueniat. 117
Pſallendi obſeruatio. 289
Pſallatur ĩ eccleſia nihil poe
ticè compoſitum extra Pſal-
mos. 347
Pueri ante annos. 14. iurare
non cogantur. 75
Puella ſi in iuuenili ætate pa
tri inſcio ſe iuramẽto obſtrin
xerit, eius vota, & iuramenta
ſint irrita. ibi.
Puellarum fideliũ, quæ Gen-
tilibus iunguntur pœniten-
tia. 77
Puellæ, quæ ſe Deo vouerũt,
ſi ad nuptias tranſierint com
munione priuentur. 86. 122
Puellarũ conſecratio à preſ-
byteris non fiat. 130
Puellæ monaſterium intran
tes quod tẽporis ſpatium per-
manere debeant, antequã ve
ſtimẽta religiõis accipiãt. 295
Punitio hæreticorum ſecu'a
ribus committenda. 568
Pupillorum cauſæ inſcio epi
ſcopo à ſecularibus non iudi-
candæ. 314
Purgatorii aſſertio. 608

Q

Quadrageſimæ tempore à
coniugibus abſtinendum, &
caſtè, & piè viuendum. 110
Quartodecimani ad commu
nionem non recipiantur. 111
Quadrageſimæ tempore nu
ptiæ non celebrentur. 116
Quadrageſima non quin-
quageſima ante Paſchæ ſolen
nitatem teneatur. 248
Quadrageſima æqualiter te
neatur. 281
Quadrageſimali tẽpore ca-
ſei, & ouorum eſus interdici-
tur. 409
Quatuor tempora ſunt ob-
ſeruanda. 522
Quæſtores modeſti ſint, &
diſcreti

diſcreti. 575

Quo anno liceat parentibus filios religioni tradere. 363

R

Raptorum mulierum, ac eorum, qui ſibi auxilium præſtiterint pœna. 417

Raptores viduarũ, vel virginum eccleſiæ communione priuentur. 241

Raptor ſi cum rapta ad eccleſiam cõfugerit quomodo tractandus. 247

Rebaptizati in præuaricatione ſine aliqua neceſſitate, vel tormento qualiter ſint caſtigandi. 244

Rebaptizatio abiuratur. 303

Rebaptizari qui non debeant. 535

Reccharedi Regis Gotthorum de confirmatione concilii Toletani.3.edictum. 310

Rectores eccleſiarũ curent magis eccleſiaſtica iura quã ſua. 375

Rei ad eccleſiam confugientes non abſtrahantur. 523

Relictæ presbyteri, vel relictæ diaconi, aut ſubdiaconi poſt eius mortẽ non licet maritum accipere. 320

Religioſis fœminis qui præficitur ab epõ probetur. 147

Religioſa puella virorũ familiaritatem non habeat. 152

Religioſum habitum ſpontaneè ſemel indutum nullus dimittat. 342

Reliquiæ martyrum à quibus, & quõ geſtandæ. 374

Reliquiæ ſanctorum à Chriſto nobis relictæ multis modis beneficia fundentes. 494

Reliquiæ ſanctorũ quomodo oſtendendæ, vel non oſtendendæ. 574

Repudiatarum mariti ad ſacerdotiũ non proueham̃. 209

Res à clericis cõquiſitæ qualiter diuidantur. 359

Reſurrectionis articulus ex ponitur. 369

Reuerentia clericis præſtanda. 315

Rogationum tempora quando, & qualiter ſint celebranda. 248

Rogi in nouiluniis ritu Gẽtili non accendantur. 412

Romana eccleſia primatum tenet omnium eccleſiarum. 225.&.255.

Romana ſedes a nemine iudicari poteſt. 531

Romanæ eccleſiæ nulla ſynodus priuilegium aliquod contulit. ibid.

Romanum Pontificẽ in vniuerſum orbem tenere primatum, & eſſe ſucceſſorem beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium. 609

S

Sabellianorum ſecta quando exorta. 34

Sabellius in qua ſynodo damnatus. 62

Sacerdotii initium. 16

Sacerdotalis ordo quando cœpit in nouo teſtamẽto. ibi.

Sacerdotũ, & epiſcoporum ordo a Deo conſtitutus. ibid.

Sacerdotes ſæpe dantur iuxta merita plebis. 17

Sacerdotes ſine ſocio ſacerdote non ſacrificent. 22

Sacerdotes niſi ieiunii non ſacrificent. 319.&.350

Sacerdotum imperfecta officia relinquentium pœna. 21

Sacerdotes tollerandi potius, quam exprobrandi. 29

Sacramentum a ſummis ſacerdotibus, & Dei miniſtris niſi pro recta fide non exigantur. 31

Sacramentum confirmationis niſi a ſummis ſacerdotib⁹ perfici nõ poteſt. 47.&.612

Sacrificium altaris quibus veſtibus offerendũ. 47.52

Sacramentum baptiſmi an maius ſit quã cõfirmatio. 48

Sacramẽtorum baptiſmi, & confirmationis effectus. ibi.

Sacrificantium idolis poſt fidem baptiſmi pœna. 65.&122

Sacerdotum poſt lauacri fidem immolantium pœna. 65

Sacerdotum qui munus idolis dederint pœna. ibid.

Sacerdotũ poſt pœnitẽtiam mœchan-

moechātium pœna. ibi.
Sacerdotum moechantium pœna. 67
Sacerdotes Gentilium quomodo ad communionem admittantur. 72
Sacrificare qui pœnis coguntur quot annis à cõmunione abſtineant. 83
Sacerdotes, qui idololatriā non cruerint, communione priuentur. 85
Sacerdos de ſe crimen confitens deponatur. 122
Sacerdotiū ignotis non conferatur. 124
Sacerdotes, & Leuitæ ab vxorum complexibus ſe contineant. 125.130.149. & 271.
Sacerdotes caſtitatem cuſtodiant. 130. & 233
Sacerdotes quomodo iudicari debeant. 131
Sacramentum per ſolemnes Paſchalis dies catechumenis non præbeatur. 132
Sacerdotum filii ſpectacula non exhibeant, nec ſpectēt. 133
Sacerdotibus lapſis manus non imponatur. 150
Sacerdotes, & Leuitæ incontinentes deponantur. 160
Sacerdotes amicti palliis in eccleſia miniſtrare non debent. 179
Sacerdotes qui accuſare nō poſſint. 189
Sacerdotes canibus ad venādum non vtantur. 197
Sacerdotes qua ætate ſint ordinandi. 209
Ad ſacerdotiū qui non prouehantur. ibid.
Sacramento ſe obligantium pœna. 244
Sacerdos ad baptizādi officiū, & ad veſtimēta altaris lauāda propria habe. vaſa. 245
Sacerdotiū qui per pecuniæ nundinum ambitione quæſierit, abiiciat̄, vt reprob⁹. 269
Sacerdotum eccleſiæ res debitas occupātium pœna. 276
Sacerdotis corpus dum ad tumulum euehitur, palla altaris nunquam obtegatur. 280
Sacerdotium per pecuniam acquiri non debet. 292
Sacrarum virginum neque per raptum, neque per competitiones aliquas quiſquā contugia ſortiatur. 293
Sacerdotes neminem ex leuibus cauſis ſuſpendant. 295
Sacerdotibus non licet libidinoſa ſocietate viuere. 305
Sacrarum literarum lectio ſacerdotalibus conuiuiis miſceatur. 306
Sacerdotes ſecularia veſtimenta non debēt induere. 310
Sacerdotes quales eſſe debeant. 332
Sacerdotibus ignorātia maxime eſt vitanda. 333
Sacerdotes hoſtium confinitimi nullum mandatum ad extraneam gentem occultè accipiant. 334
Sacerdos nullus ſit iudex vbi ſanguinis ſententia præparetur. 334
Sacerdos propria peccata cõfitentibus pœnitentiam imponat. 365
Sacerdotum diſcordia componenda. 370
Sacerdotibus qui à Spiritu vexātur ſacra miniſteria tractare non liceat. 372
Sacrificātes Domino ſecum habeant adiutoria conſtituta. ibidem.
Sacerdos ſine orario non ſacrificet. 374
Sacerdotes barbarici cum ordinantur vxores poſſunt reliquere. 403
Sacerdotum ſacrificantium qui non communicant pœna. 421
Sacerdos erga pœnitentes ſit cautus. 526
Sacerdotem qui ſponte occiderit quō tractādus. 527
Sacerdotū dignitas non vita conſideranda eſt. 532
Sacerd. fornicarii pœna. 534
Sacramenta à malo ſacerdote licitè ſumuntur. ibid.
Sacramenta nouæ legis ſeptem. 611
Sacramēta tribus rebus perficiuntur.

ſciuntur. ibidem.
Sacramẽta characterem imprimentia non reiterant. ibi.
Sacramentum confirmationis quid ſignificet. 612
Sacramenti confirmationis effectus. 613
Sacramentũ pœnitentiæ in quot partes diuidatur, & quæ ſit eius forma. 614
Sacramentum ordinis, & eius effectus. ibid.
Salutis æternæ myſterii nemo per ſe põt cõquirere. 203
Salutandi modus in Miſſa vnus ſit. 346
Sancti Quintiani fides. 278
Sanctus ter in Miſſa cantari debet. 208
Sanctorum merita donum ſunt Dei. 179.
Sanctimoniales, quæ ætate velari debeant. 193
Sãctimoniales fœminæ quæ propoſitum religionis abiecerunt quomodo tractãdæ. 363
Sanctorum Patrum dogmata non ſolùm ſequi debemus, ſed & eiſdem vocibus cum illis vti. 388
Sancti, vt filii Dei coluntur. 494
Sanctiones ſecundæ in Nicæa ſynodi præcipuè circa ſanctorum imagines. 511
Sanctorum corpora de loco ad locũ non transferant. 524
Scorta qui congregant, & alũt, quæ pœna plectant. 416
Scripturæ canonicæ tantum in eccleſia legantur. 137
Scripturæ canonicæ quæ. ibi.
Scripturæ ſuborta cõtrouerſia per patrum interpretationem eſt diluenda. 402
Secularis, ad quencunq; ſacerdotum ſe conferat, is eum vindicet. 86
Seculares res parochiarum ad regendũ non habeant commiſſas. 365
Sedem primam iuſtitiæ nullus diiudicet. 64
Sedes epiſcopales quomodo firmandæ. 486
Sedes Romana à nemine iudicari poteſt. 531
Sedium partriarchalium ordo. 570
Sedes Romana in oĩbus, & per oĩa prima eſt. 225.226.
Senes eccleſiæ bonorandi ſunt. 146
Sepelire corpora in baptiſterio non licet. 319
Sepulturæ pro mortuis non vendantur. 207
Sepulchra ſine Domini voluntate non ſunt reſeranda. 316
Sepulturæ preciũ non eſt exigendum. 207
Seruus Dñm occaſione religionis non contẽnat. 80
Seruus ſi inſciente Domino ordinetur, ad quid, vel epiſcopus, vel qui eum obtulerit teneatur. 248
Seruus, vel colonus ad bonores eccleſiaſticos non admittatur. 276
Serui fiſcales ſi eccleſias conſtruxerint, doctauerintq; procuret epiſcopus authoritate regia confirmari. 307
Serui eccleſiarum publicis angariis non fatigentur. 309
Serui eccleſiarum non ſint ordinandi. 360
Simoniacæ electiões, & quæuis prouiſiones ipſo iure ſint nullæ. 596
Solennitates maiores in ciuitatibus celebrentur. 133
Solœciſmus in baptizando admiſſus virtutem baptiſmi non impedit. 488
Sortilegia, & auguria prohibentur. 318.410.&.487
Spiritus ſancti aduẽtus quid profuerit Apoſtolis. 48
Spiritum ſanctum paracletum dicens, qui ingenitum aſſerit Deum, hæreticus eſt. 107
Spiritũ qui dicit patrẽ patris, aut filii, anathema ſit. 108
Spiritus ſanctus à patre, & filio æternaliter eſt. 608
Sponſaliorũ fidem frangentium pœnitentia. 71
Sponſi, & ſponſæ qualiter benedicantur. 140
Stupratoribus puerorũ quæ pœna. ibi.
Stuprũ qui viduæ, vel relig. virgini

virgini intulerit, quæ pœna debeat plecti. 244

Subdiaconus non tranſeat ad nuptias. 63

Subdiaconum non eſſe ordinandum, qui fuerit mœchatus in adoleſcentia. 68

Subſtantiam Dei qui dilatari, aut contrahi dixerit, anathema ſit. 106

Subdiaconi ſacrarium non ingrediantur. 113

Subdiaconi ad oſtia perſeuerent. 115

Subdiaconi quomodo ordinentur. 139

Subdiaconus ſi defuncta vxore aliam duxerit, oſtiarius fiat. 152

Subdiaconatus officiũ qua ætate quis ſuſcipiat. 252

Subſiſtentiis, vel perſonis duabus non ſunt attribuendæ voces, quæ Chriſto aßignantur. 265

Subdiaconi, & ſupra vices ſuæ tempore ab vxoribus ſeparentur. 400

Succeſſorem ſuum epiſcopo non licet ponere. 487

Superſtitionibus inſeruientes a conuentu eccleſiæ arceantur. 147

Superſtitiões prohibent̃. 318

Subditi prælatos ſuos nec accuſare, nec reprehendere, vel leuiter debent. 530

Symbolum Conſtantinopolitanum. 121

Symbolum Nicænæ ſynodi. 61

Synodus metropolitani arbitrio congregetur. 84

Synodi metropolitani honor. 86

Symbolum Miſſæ quis inſeruerit. 90

Synodus quamobrem ſingulis annis celebrari debeat. 95 198. & 513.

Syrmienſis concilii fides. 105

Symbolum quomodo publicè debeat in eccleſia prædicari. 192

Synodorũ canones ſunt ſeruandi. 226. & 304

Synodus vniuerſalis legitimè congregata eccleſiam militantem repræſentat. 600

Synodo vniuerſali legitimè congregatæ etiam Papalis dignitas obedire tenetur. ibi.

Synodorũ acta niſi per Ro. Pont. confirmẽtur nullum habeant robur. 237. & 298

Symbolum fidei in omnibus eccleſiis die Dominica recitetur. 304

Symboli vbi dicitur deſcendit ad inferos explicatio. 328

Synodi Lateranenſis canones contra Theodorum, Cyrum, & Paulũ hæreticos. 352

Synodus a correctione prælatorum inchoanda. 358

Synodales congregationes

ſaltẽ ſingulis annis celebrandæ. 601

T

Taxatus qui ſemel clero fuerit ad militiã non redeat. 228

Templa prophanantes ab eccleſia reiiciantur. 418

Templa ſine reliquiis ſanctorum non conſecrent̃. 514

Teſtamentum epiſcopi qui aliquid de eccleſiaſtici iuris proprietate legauerit, quomodo poßit valere. 197

Teſtamento legari non poſſint ea, quæ quis in terris eccleſiæ fecerit, ſed eccleſiæ relinquat. 252

Theatrici a communione ſeparentur. 76. & 84

Theodorus cum ſuis dogmatibus damnatur. 266

Theodoreti epiſcopi damnatio. 267

Thomas Monetarius nouarum hæreſum ſuſcitator. 635

Toletano epiſcopo quæ authoritas conceſſa in promotione epiſcoporum. 422

Trinitas ſancta nec capitur numero, nec recedit a numero. 368

Trinitatis myſterii explicatio. 387

V

Valens in concilio damnatus. 108

Vaſa Domino ſacrata humanis vſibus nõ ſeruiãt. 374

Vaſa ſacroſanctis myſteriis conficiendis aptata qualia eſſe debeant. 554
Venditionum quæ per abbates fiunt forma. 197
Verbum affectiuũ, aut prolatiuum, qui dixerit Dei filium, anathema ſit. 106
Verbum caro factum eſt, ſi quis audiens verbum in carnem mutatum putauerit, hæreticus eſt. 107
Verbum Dei diebus Dominicis, & aliis eſt prædicandum. 521
Veſtimenta ad ſacros vſus qualia eſſe debeant. 34. & 47.
Veſtimenta ad ornandam ſeculariter pompam non dentur. 72
Viduæ ſi mœchatæ fuerint, & eundem poſtea maritum habuerint, vel aliũ duxerint, quomodo tractari debeãt. 74
Viduæ profeſſæ ſi in cohibẽdam perſtiterint cum raptori bus damnandæ ſunt. 85
Viduæ qualiter ad baptiſterium ordinentur. 140
Viduæ infirmæ ab eccleſia ſuſtententur. 147
Viduæ quæ ſtipendiis eccleſiæ ſuſtentantur, quid agendum. 148
Viduæ profeſſæ quid ſi continentiam præuaricent. ibi.
Viduam qui acceperint, diaconi non fiant. 152
Viduæ epiſcopi quæ maritũ acceperit pœna. 154
Viduitatem profeſſæ ſi talem profeſſionẽ deſeruerint damnandæ. 201
Viduæ mariti ad eccleſiaſticos ordines non accedãt. 234
Viduæ diu in religioſo propoſito per tempus commoratæ non nubant. 241
Viduæ, aut religioſæ virgini qui ſtuprum intulerit, qua ſit pœna plectendus. 244
Viduarum cauſæ quomodo tractandæ. 314
Vidua profeſſa quomodo profeſſionem faciat, & habitum ſuſcipiat. 362
Vigiliæ prohibentur. 318
Vinum aqua mixtum in ſacrificio offeratur. 403. & 555.
Virginitatẽ pollicitam præuaricantium quæ pœna. 44
Virgines puellæ cum nonnullis viris, tanquam ſorores habitare volentes ab eorum conſortio prohibeantur. ibi.
Virgines Deo ſacratæ ſi adulterauerint quid circa communionem obſeruandum. 66
Virginum ſecularium ſi mœchatæ fuerint pœnitentia. ibi.
Virginitatem cuſtodiens, tanquam is, qui perhorreſcẽs nuptias temeras, anathema ſit. 81
Virginitatem ſeruans ſi contra coniugatos extollitur anathema ſit. ibi.
Virginitatis encomiũ. 127
Virgines ante .25. annos nõ conſecrentur. 132
Virgines ſacræ quomodo ſint cuſtodiendæ. 135
Virgines ſanctimoniales quomodo ordinentur. 140
Virgines velari poſſunt ab epiſcopo infra annos .25. ſi neceſſitas vrgeat. 177
Virgo Deo dicata nuptiis non iungatur. 229
virgines qua ætate velandæ ſint. 249
Virginum monaſteria monachorum curæ committantur. 325
Virginitas viduitati caſtæ viduitas nuptiis præferrĩ. 616
Vitis palmites nihil viti cõferunt, ſed ab ea accipiunt, vnde viuant. 205
Vnigenitum Dei filium crucifixum ſi quis audiens corruptionem ſuſtinuiſſe dicit, anathema ſit. 107
Vnicuiq; etiam iuſto, dicendum eſt: Dimitte nobis debita noſtra. 172
Voluntatem quando quis ſuam facit, & quando Dei. 205
Voluntates in Chriſto duas eſſe longa probatio. 378
Voluntatũ, & operationum in Chriſto pluralitas explicatur.

uatur. 379

Votorum obligatio. 204

Votum ſuum in eccleſia nullus cantando, bibendo, vel laſciuiendo exoluat. 270

Vrſatius in concilio damnatus. 108

Vſurarii nō abſoluēdi. 578

Vſurarum Iudaicarum reſtrictio. 576

Vulnera quæ fomenta non ſentiunt, ferro abſcindantur. 243

Vxores habentium ſi ſæpius mœchati fuerīt quæ pœna. 71

Vxoratus, qui concubinam habuerit, a communione abſtineat. 154

Vxores ſuas, qui derelinquant, a communione eccleſiæ, & populi cœtu excludantur. 194

Vxor ſubdiaconi, vel exorciſtæ, vel acoluthi ad ſecūdas nuptias non tranſeant. 316

Vxor epiſcopi reponatur in monaſterio. 408

Vxores temerè relinquentium pœna. 422

F I N I S.

CHARTARVM

numerus.

* *aa* *bb* *cc* A B C D E F G
H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z AA BB CC DD
EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT
VV.

*Omnes ſunt quaterniones, præter * quod eſt ſimplex.*

FRATER PETRVS SOTO MAYOR. THEOLOGIAE PROFESſor, & regens in collegio. S. Gregorij ad ſcholaſticos Theologicæ facultatis in eodem colegio.

NON ambigo patres optimi, & literis, & morũ probitate inſignes q̃ ꝓbè noueritis oẽs noſtrum patrem Bartholomęum Mirandẽmeum iam olim, ſimul ac veſtrũ pręceptorẽ, cuius quidem vel animi erga vos beneuolentiam, vel in quotidianis Theologiæ lectionibus (dum ſtudet maximè vobis eſſe vſui) improbam ſolicitudinem, vel in veſtræ religionis augmẽtum flagrantiſſimã charitatem, omnibus vobis multis, magniſq; argumentis eſſe perſpectam haud me clam eſt. Sed nũc hoc ipſum nouo quodã officii genere neutiquàm vulgari pernoſcite. Cũ enim animaduerteret veſtræ vtilitatis ſtudioſiſſimus maximam cõmoditatem, & acceſſionem veſtris ſtudiis adiectam iri, ſi lectioni aſſiduæ diui Thomę lectio ſimul conciliorum eſſet adiuncta, quibus rebus integrum, atq; abſolutũ theologũ ęſtimare par eſt: nam vtrũq; per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget: curauit diligẽtiſſimè omnium conciliorum, q̃ hactenus apud nos extãt (vaſtum, & immẽſum opus) decreta, in ſummam quandam cogere, vt ſic tãdẽ facili opera, ac mediocri labore quilibet Theologiæ cãdidatus omnium conciliorũ notitiam, vt per neceſſariam, ſic etiã, & laborioſiſſimã & multi tẽporis indigentem ſibi comparare poſſet. Qua in re eo ſtudio, & diligentia ſudatũ eſt id laboris, & opę eſt inſumptũ, vt affirmare liceat,

nihil, vel ad fidẽ, vel ad mores pertinẽs magnis illis conciliorũ voluminibus cõtineri, q̃ nõ ſit in hac breui epitoma ſumma cũ breuitate repoſitũ. Quod ita rẽ habere facilè cõperiet, quicunq; (modò æquus ſit arbiter) experiri volet. Vt interim taceã q̃ in illa effuſiſſima cõciliorũ lectione nequaq̃ q̃as vbiq; dignoſcere q̃d nã cõciliũ generale ſit, q̃dve prouĩciale, cui põtificis acceſſit autoritas, cui nõ acceſſit. Qua ex re cõciliis oĩbus integrã, ĩcõcuſſãq; ſtabilitatẽ, ac fidẽ, ad cõfirmationẽ dogmatũ eccl'iaſticorũ orthodoxi aut demũt, aut tribuũt. At verò in hoc cõpẽdio huic rei maximè data eſt opa, vt ex multis cõiecturis hinc inde animaduerſis, vel ex ipſis cõciliis, vel ex aliis grauiſſimis autoribus difficultas hæc quoad fieri potuit, ſit in lucẽ edita. Generalia vniuerſa celebrata ſunt pſente aliquo vicario põtificis, prouincialia nõnulla pbauit ſedes Romana, vt in ſuis locis indicatũ eſt: cætera digna ſunt, q̃ probarentur, q̃uis expſſa approbatio põtificis nõ acceſſerit. Hac opa noluit vos auocare à lectione integra conciliorũ, ſunt enim multa in ep'lis decretalibus põtificũ lectione digniſſima, q̃ cõpẽdio cõcludi nõ poſſunt. Erit vobis hic labor loco indicis quo veterẽ illã & ſanctiſſimã eccleſiã pſentẽ habere poſſitis, & hãc noſtrã cũ illa conferre. Hinc vos animaduertite patres optimi quẽadmodũ oporteat vos in eũ eſſe aĩatos, qui vt vobis parceret, nec ſaluti, nec labori pepcit ſuo, atq; harũ rerũ, quo vobis cõpẽdiũ hoc traderet, diſpẽdiũ ſubire nõ eſt grauatus: vt ſi q̃d minus aut laboris, aut opæ ĩ quotidianis lectiõibus eſt ĩpẽſum, q̃ ipe ĩ veſtrã vtilitatẽ cupit ĩpẽdere, hic cũ fœnore cõpẽſatũ accipiatis. Bene valete patres ĩ Chriſto obſeruãtiſſimi.

De canonibus Apoſtolorum variè tradiderunt ſcriptores eccleſiaſtici, vt diligenter annotauit Gratianus in ſuo volumine decretorũ.d. 16. Quidam in totum reiecerunt tanquã apocryphos. Alii admiſerunt ſexaginta, vt Zepherinus Papa ſcribens Epiſcopis per Siciliam conſtitutis. Alii verò quinquaginta recipiunt, vt Leo nonus Papa contra epiſtolam Niceti abbatis. Sexta autem ſynodus recepit, & probauit. 85. in can. 2. prout in Græcis, & Latinis exemplaribus feruntur. Quam ſynodum ſecutus integros. 85. canones ex Græcis, & Latinis codicibus tranſcripſi. Aut or.

Can. 1.

EPiſcopus à duobus, aut tribus epiſcopis ordinetur.

Ca. Si archiep̃s. & c. Nec ep̃i. De ẽpo. ordina.

Can. 2.

PResbyter ab vno epiſcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Can. 3. *Quid offerendum ſit in ſacrificio altaris.*

Sacrificium miſſæ a dño ordinatum.

SI quis epiſcopus, aut presbyter pręter ordinationem domini alia q̃dam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, & cõfecta quędam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina contra conſuetudinem dñi faciẽs, congruo tempore deponatur.

Can. 4. *Quæ liceant ad altare offerri.*

OFferri non liceat aliquid ad altare præter nouas ſpicas, & vuas & oleũ ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum tempore quo ſancta celebratur oblatio.

Can. 5. *Inter quos primitiæ diuidendæ.*

OMnium aliorum primitiæ epiſcopo, & pẽsbyteris domum mittuntur, non ſuper altare. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ epiſcop⁹, & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

Can. 6.

Can. iſte ſextus per duodecimũ canonẽ. 6. ſynodi immutatur.

EPiſcopus, aut presbyter vxorẽ propriam nequaq̃ ſub obtentu religionis abijciat. Si verò reiecerit, excõmunicetur: ſed ſi perſeuerauerit deijciatur.

Can. 7.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaq̃ ſeculares curas adſumant: ſin autem eijciantur.

Can. 8.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſanctũ paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

Can. 9. *Vt omnes ex ſacerdotali catalogo facta oblatione communicent.*

Miſſa, & ſacrificium & oblatio eſt.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo facta oblatione nõ cõmunicauerit: aut cauſam dicat, vt ſi rationabilis fuerit, veniã con-

ſequatur:aut ſi non dixerit, communione priuetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit,dans ſuſpicionem de eo, quod ſacrificauit,quod rectè non obtulerit.

Can.10.Vt nec ſine communionis perceptione fideles ab eccleſia non diſcedant.

De conſ.d.1. Oes fideles. OMnes fideles,qui conueniunt in ſolemnibus ſacris ad eccleſiam,ſcripturas apoſtolorum, & euangelium audiant. Qui autem non perſeuerauerint in oratione vſque; dum miſſa peragitur,nec ſanctam communionem percipiunt:velut inquietudines eccleſiæ mouentes,conuenit communione priuari. *Can.11.*

SI quis cum excommunicato ſaltem in domo locutus fuerit, iſte communione priuetur. *Can.12.*

SI quis cum damnato clerico,veluti cum clerico ſimul orauerit:iſte damnetur.

Can.13.Sine commendatitiis literis in alia ciuitate non ſuſcipiatur excommunicatus.

SI quis clericus,aut laicus à communione ſuſpenſus, ſeu communicans, ad aliam properet ciuitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias literas: & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt,communione priuentur. Excommunicato vero proteletur ipſa correptio,tanquam qui mentitus ſit, & eccleſiam Dei ſeduxerit.

Can.14.Vt propter maiorem religionis profectum epiſcopum de vna ad aliam liceat tranſire eccleſiam.

Nota. EPiſcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, peruadere,licet cogatur à plurimis. Niſi fortè quis cum rationabili cauſa compellatur, tanquam qui poſſit ibidem conſtitutus plus lucri conferre: & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere. Et hoc non à ſemetipſo pertentet, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & maxima ſupplicatione perficiat.

Can.15.Vt presbyteris non liceat propriam relinquere parochiam.

Nicæ.con.c. 16. Antio.con.c.3 SI quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam,pergat ad alienam,& omnino demigrans præter epiſcopi ſui conſcientiam, in aliena parochia commoretur: hunc vlterius miniſtrare non patimur, præcipuè ſi vocatus ab epiſcopo

redire

redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeuerans. Verũ tamen, tanq̃ laicus ibi communicet.

Can.16. Epiſcopus, qui commemoratos in præcedenti canone presbyteros admiſerit, communione priuetur.

EPiſcopus verò, apud quem moratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquàm clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis communione priuetur.

Can.17. Vt non liceat bigamo gradum eccleſiaſticum ſuſcipere.

SI quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus ex numero eorũ, qui miniſterio ſacro deſeruiunt. D.33. *Si quis poſt.*

Can.18. Qui viduam in vxorem duxit, eps, aut pſbyter eſſe non poteſt.

SI quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricẽ, aut ancillam, vel aliquã de ijs, quæ publicis ſpectaculis mancipãtur, non poteſt eſſe epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt. D.34. *Si quis viduam.* D.33. *Eunuchus.*

Can.19.

QVi duas in coniugium ſorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris, clericus eſſe non poteſt. *Can.20.*

CLericus fideiuſsionibus inſeruiens, abijciatur.

Can.21.

EVnuchus, ſi per inſidias hominũ factus eſt, vel ſi in perſequutione eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, efficiatur epiſcopus. *Can.22.*

SI quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputauit ſibi virilia, non fiat clericus, quia ſuijpſius homicida eſt, & Dei conditionis inimicus. *Can.23.* *Ibidẽ Si quis abſciderit.*

SI quis cùm clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſuijpſius eſt homicida. Nic.con.c.1.

Can.24.

LAicus ſemetipſum abſcindẽs, annis tribus communione priuetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.

Can.25. Vt epiſcopus in fornicatione deprehenſus, deponatur.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione priuetur. Dicit enim ſcriptura: Non D.81. *Presbyter, aut diaconus.* N*ahum.1.*

 vindi-

vindicabit dominus bis in idipſum. *Can.26.*

SImiliter & reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant.

Can.27. Qui clerici debeant coniugibus copulari.

IN nuptijs autem, qui ad clerum prouecti ſunt, præcipim⁹ vt ſi voluerint, vxores accipiant: ſed lectores, cantoreſq; tantummodo.

Ca.28. Quòd epiſcopus, presbyter fideles peccantes verberare non debeant.

EPiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & terrorem ipſis per huiuſmodi volentem incutere, deijci ab officio ſuo præcipimus: quia nuſquam nos hoc dominus docuit. E contrario verò ipſe cũ percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur. *Can.29.*

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab eccleſia penitus abſcindatur. *Can.30.*

Chalce. c. 1. SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus p pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deijciatur, & ipſe ordinator eius: & à communione modis omnibus abſcindatur Simon Magus à Petro. *Can.31.*

Act.2. 16.q. Si quis epiſcopus. SI quis epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregetur: omneſq; q illi communicant.

Ca.32. Presbyter, qui contempto epiſcopo ſeorſum conuentus congregauerit, deponatur.

SI quis presbyter contemnens epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit: nihil habens, quo reprehendat epiſcopum in cauſa pietatis, & iuſtitiæ: deponatur, quaſi principatus amator exiſtens: eſt enim tyrannus. Et cæteri clerici quicunq; tali conſentiunt, deponantur: laici verò, ſegregentur. Hæc autem poſt vnam, & ſecũdam & tertiam epiſcopi obſecrationẽ fieri conuenit. *Can.33.*

Nicæ. cõ. c. 5. Antio. cõ. c. 6. SI qs presbyter, aut diaconus ab epõ ſuo ſegregetur, hunc nõ licere ab alio recipi, ſed ab ipſo, qui eũ ſequeſtrauerat: niſi forſitan obierit epſ ipſe, qui eum ſegregare conuſcitur.

Can.

Can.34. Vt nec etiam epiſcopus, ſine commendatitijs literis in aliena eccleſia recipiatur.

NVllus epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorũ, aut diaconorum ſine commendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis. Et cũ ſcripta detulerint, diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiantur: ſin min⁹, vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipſos conſuetudinem nõ admittitote: multa enim per ſubreptionem proueniunt. Antio.cõ. c.7.

Can.35. De metropolitanis.

EPiſcopos gentium ſingularum ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur: quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter eius conſcientiam gerant, q̃ illa ſola ſinguli, q̃ parochiæ propriæ, & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid in eorum parochijs. Sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in ſpiritu ſancto. Antio.cõ. c.9.

Can.36. Quòd nõ liceat epiſcopum in aliena prouincia clericos ordinare.

EPiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus, & villis: quę illi nullo iure ſubiectę ſunt. Si verò conuictus fuerit hoc feciſſe, præter eorũ conſcientias, qui ciuitates ipſas, & villas detinent: & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

Can.37. Vt qui proprium non receperint epiſcopum, excommunicentur.

SI quis epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſſam, hic cõmunione priuetur, quouſq; conſentiat, obedientiam commendans. Similiter autem & presbyter, & diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi: ipſe quidem maneat epiſcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt. Antio. cõ. c.18.

Can.38. Vt bis in anno concilia celebrentur.

BIs in anno epiſcoporum concilia celebrentur: vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergẽtes eccleſiaſticas contentiones amoueant. Semel quidem, quarta ſeptimana Pentecoſtes: ſecundo verò .12. die menſis Hyperberetei, id eſt, iuxta Romanos, quarto Idus Octob. Nicæ. cõ. c.3.

Can.39. Vt non liceat epiſcopo parentibus ex eccleſiæ bonis aliquid condonare.

OMnium negotiorum eccleſiaſticorum curã epiſcopus habeat:& ea, velut deo contemplante, diſpenſet: nec ei liceat eis aliqd omnino cõtingere, aut parentibus proprijs (quæ Dei ſunt) condonare. Quòd ſi pauperes ſunt tanquã pauperibus ſubminiſtret, ne eorum occaſione eccleſiæ negotia deprędentur.

Can.40. Vt ab eccleſiæ bonis ſint epiſcopi bona diuiſa.

12. q. 1. *Sint manifeſtæ.*

PResbyteri, & diaconi pręter epiſcopum nihil agere pertentent: nam domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Sint autẽ manifeſtæ res epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, vt poteſtatẽ habeat de proprijs moriens eps, ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: ne occaſione eccleſiaſticarum rerum, quæ epi eſſe probantur, intercidãt: fortaſsis enim aut vxorẽ habet, aut filios, aut propinquos, aut ſeruos. Et iuſtũ eſt hoc apud Deum, & homines: vt nec eccleſia detrimentũ patiatur ignoratione rerum pontificis: nec eps, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, aut in cauſas incidant, qui ad eũ pertinent, morſq; eius iniurijs malæ famæ ſubiaceat.

Can.41. Vt ſicut ſpiritualium rerum cura ad epiſcopum pertinet, ſic etiam & temporalium.

12. q. 1. *Præcipimus.*

PRæcipimus, vt in poteſtate ſua Epiſcopus eccleſiæ res habeat. Si enim animę hominum precioſę illi ſunt creditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros, & diaconos. & cum timore, omniq; ſolicitudine miniſtrentur. Ex ijs autem, quibus indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſsitates & peregrinorum fratrum vſus ipſe percipiat, vt nihil eis poſsit omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altari deſeruiunt, de altari paſcantur: quia nec miles ſtipendijs proprijs contra hoſtes arma ſuſtulit.

Ibidẽ. Ex his autem. *Leuit. ĩ pluribus capi.* Et *Deutero.* 18. 1. *Corin.* 9.

Can.42.

D. 35. *Eps. aut pſbyter.*

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ, atq; ebrietati deſeruiens: aut deſinat, aut certè communione priuetur.

Can.43.

SVbdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciẽs, aut deſinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus.

Can. 44.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras à debitoribus exigens, aut deſinat, aut damnetur. *Can.* 45.

EPiſcopus, presbyter, & diaconus, qui cum hæreticis orauerit, tantummodo communione priuetur. Si verò tanquã clericos, hortatus eos fuerit, agere, vel orare, damnetur. *Can.* 46.

EPiſcopum, aut presbyterum hæreticorũ ſuſcipientem baptiſma, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli? 1. *Corint.* 6

Can. 47. *Qui verè baptizatos rebaptizauerint, deponantur.*

EPiſcopus, aut presbyter ſi eum, qui ſecundũ veritatẽ habuerit baptiſma, denuò baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponatur tanquam deridens crucem, & mortem domini: nec ſacerdotes à falſis ſacerdotibus diſcernens. *Can.* 48.

SI quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

Can. 49. *Vt fiat baptiſmus trina merſione,*

SI quis epiſcopus, aut presbiter non trinam merſionem vnius myſterij celebret: ſed ſemel mergat in baptiſmate: quod dari videtur in domini morte, dãnetur. Non enim dixit nobis dominus: In morte mea baptizate: ſed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. *De cõſe. d.* 4. *Si quis presbyter.* *Matth. vlt.*

Can. 50. *Vt ſi quis ex clero non propter abſtinentiæ bonum à carnibus abſtinuerit, deponatur.*

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de ſacerdotali conſortio nuptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit: non propterea, quod mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior: ſed propter abominationem, oblitus, quòd omnia pulchra valde, & quòd maſculum, & fœminam Deus creauit hominem: ſed diffamationibus lacceſſens, creationẽ Dei vocat ad calumniã, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter, & laicus.

Ca.51. Quod ſi pœnitentem presbyter non receperit, deponatur.

SI quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit: ſed reiicit: deponitor, eo quòd Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cœlo.

Ca.52. Qui propter abominationem tantum carnibus, in diebus feſtiuis non vtitur, deponatur,

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus, & vino feſtiuis diebus non vtatur, idq; per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor: tanquàm qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis autor ſit offendiculi.

Ca. 53. Vt deponatur clericus, qui in caupona cibum ſumpſerit.

SI quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor: excepto tamen eo, qui neceſſariò in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

Ca. 54.

Exod. 28. SI quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui non maledices.

Ca. 55.

SI quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum, à communione ſegregator.

Ca. 56.

SI quis mancum, aut mutum, ſurdumuè, aut cæcum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannauerit: communione priuator. Conſimiliter & clericus.

Ca. 57.

EPiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, aut populum agit, nec in pietate eos erudit, à cõmunione ſegregator. Si vero in ea ſocordia pſeuerauerit, deponitor.

Ca. 58. *Vt epiſcopi in neceſsitate clericos alant.*

SI quis epiſcopus, aut presbyter clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, à communione reiicitor. Sin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrẽ ſuũ necauerit.

Ca. 59.

SI quis falſò inſcriptos impiorũ libros tanq̃ ſacros in eccleſia ad populi, & cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

Ca. 60.

SI accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut de adulterio, aut quacunq; alia actione prohibita: & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

Can. 61. Qui Chriſti nomen metus cauſa negauerit, ab eccleſia reiiciatur.

SI quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidem nomen Chriſti, ab eccleſia reijciator: ſi verò nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.

Ca. 62.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunq; ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à beſtiis abreptum, aut ſuffocatum, deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus ſit, à communione excluditor.

Ca. 63. Vt deponatur, qui cum hæreticis orauerit.

SI quis clericus, aut laicus ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor: & à communione ſecluditor.

Can. 64.

SI quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu, ac pulſatione interemerit: deponitor propter temeritatē ſuam. Sin verò laicus ſit, arcetor à cōmunione.

Can. 65.

SI quis Dominicū diem, aut Sabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. Sin laicus, è communione eijcitor. *Sextæ ſynodi ca. 55.*

Can. 66. Vt quam quis vi violauerit virginem, ducat in vxorem.

SI quis virginem ſibi non deſponſatam, admota vi, detinet: à communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere: ſed eam detineto, quam ſolicitauit: quãuis paupercula ſit.

Can. 67. Vt bis ordinati deponantur

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit: deponitor tam ipſe, quàm qui ipſum ordinauit: niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati ſunt: hi nec fideles, nec clerici eſſe poſſunt.

Autor. *Secunda pars huius Canonis intelligenda eſt de hæreticis, qui iuxta ritum eccleſiæ catholicæ, nec ordinabant, nec baptizabant: vt Paulianiſtæ, & Cataphrygiæ, qui ſine inuocatione trium perſonarum diſpenſabant baptiſmi ſacramentum: a quibus baptizati (vt explicat ca.19. conci. Niceni. & ca.95. ſextæ ſynodi) ſunt rebaptizandi.*

Ca. 68. Vt deponatur quicunq; ex clericis quadrageſimam non ieiunauerit.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacram quadrageſimam Paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuem non ieiunauerit, deponitor: præterquã ſi imbecillitate impeditur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

Can. 69 Vt cum Iudæis non liceat ieiunare.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunq; ex clericorum conſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communẽ feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis ab eis ſuſceperit, deponitor. Si laicus à communione ſegregator.

Ca. 70.

SI quis Chriſtianus oleum ad ſacra Gentilium, aut ad ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

Ca. 71.

SI quis clericus, aut laicus ceram, aut oleum ex ſancta ſurripiat eccleſia, à communione ſeiungitor.

Ca. 72. Qui in prophanos vſus vaſa ſacra aſſumpſerint, excommunicentur.

VAs aureum, & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteum nemo amplius in ſuos vſus aſſumito: iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

Can. 73. Qualiter contra Epiſcopum procedendum.

EPiſcopum de aliquo per fidedignos accuſatum homines, ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus, conuictusq; fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica: Si vero vocatus non optemperauerit, ſecunda quoq; vice vocator miſsis duobus ad ipſum epiſcopis. Quòd ſi per contumaciam, nec ſic quidem comparuerit

rit,ſynodus ſuã contra ipſum pronũciato ſententiã:ne quid tergiuerſando,detrectandoq; iudiciũ,lucri facere videatur.

Ca. 74.

INdictionem teſtimonij contra epiſcopum hæreticus non admittitor:ſed nec fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorũ, vel trium teſtium conſiſtet omne dictum. Matth.18.

Can.75.Vt bona eccleſiaſtica conſanguineis epiſcopus non conferat.

ITem,non oportet epiſcopum fratri,aut filio,aut alteri cognato humano gratificari affectu: nec enim eccleſiã Dei conferre debet in hæredes. Enimuero,ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipſe autem excõmunicatione percellitor.

Ca, 76.

SI quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit,Epiſcopus efficitor.Non enim mutilatio corporis ipſum polluit: ſed inquinatio animæ.

Ca. 77.

QVi vero mutus,ſurdusvè,& cęcus eſt,Epiſcopus non efficitor:non quia oblæſo corpore eſt:ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

Ca. 78.

SI quis dæmonem habeat, clericus non efficitor: ſed nec cum fidelibus preces fundito.Mundatus verò,recipitor: & ſi dignus fuerit, efficitor.

Can. 79. Vt à Gentilitate conuerſus non ſtatim in epiſcopum promoueatur.

QVi ex vita Gẽtili aduenerit,& baptizatus eſt,aut ex conuerſatione praua:eũ iuſtũ non eſt protinus ꝓmoueri in epiſcopum.Iniurium enim eſt, eum, qui non prius ſpecimen, & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere:niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

Can.80. Quòd non oportet epiſcopum publicis ſe implicare adminiſtrationibus.

DIcimus,quòd non oporteat epiſcopũ,aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationibꝰ immittere: ſed vacare, & commodum ſe exhibere vſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere,aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire,iuxta præceptum Dominicũ. Matth.6.

Can. 81. Sine dominorum manumiſſione ſerui in clerum non promoueantur.

Serui

SEruí ſi in clerum promoueãtur citra dominorum voluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando verò ſeruus quoq; gradus ordinatione dignus videatur (qualis & noſter Oneſimus apparuit) & Domini conſenſerint, manuq; emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficiator.

Ca. 82. *Vt epiſcopus militiæ vacans deponatur.*

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus: qui militię vacauerit, & ſimul vtrunq; retinere voluerit, tam officium Romanum, quã functionem ſacerdotalem deponitor. Quę enim Cęſaris ſunt, Cęſari: & quę Dei, Deo.

Ca. 83.

QVíſquis Imperatorem, aut magiſtrum contumelia affecerit, ſupplicium luito: & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, à communione remouetor.

Ca. 84. *Qui libri ſint canonici.*

SVnt omnibus vobis clericis ſimul, & laicis venerandi, ac ſacri libri: veteris quidem teſtamenti, Moſis quinq;, Geneſis, Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomii, Ieſu filii Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regum quatuor, Dereliƈtorum ex libro Dierum duo, Eſther vnus, De Machabęorum geſtis tres, Iob vnus, Pſalterii vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim vnus, Eſaię vnus, Ieremię vnus, Ezechielis vnus, Danielis vnus. Inquiritor autem à vobis extrinſecus, vt adoleſcentes veſtri adiſcant, item Sapientiam eruditi Syrach.

Noſtra vero (hoc eſt) noui Teſtamenti: Euangelia quatuor Matthęi, Marci, Lucę, Ioannis, Pauli epiſtolę quatuordecim, Petri epiſtolę duę, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudę vna, Clementis epiſtolę duę, & pręceptiones, quę vobis epiſcopis per me Clementem in libris octo nuncupatę ſunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quędam arcana, quę in ſe continent. Et actiones noſtras Apoſtolorum.

Expliciunt canones Apoſtolorum.

SVMMA CONCILIORVM PONTIFICVM, ALIORVMQVE

ſanctorum patrum, ſuccinctè complectens omnia, quæ alibi ſparſim tradita ſunt.

*

PETRVS PAPA PRIMVS.

PETRVS Apoſtolus,& princeps Apoſtolorũ,natione Galilæus,ex vico Bethſaida,filius Ioannis,frater Andreæ,primo ſedit in cathedra epiſcopatus Anthiochiæ annis ſeptem. Hinc ingreſſus eſt in vrbem Romam, Nerone Cæſare, ibiq; ſedit in cathedra epiſcopatus annis.25. menſibus duobus,diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberii Cæſaris, & Caii, & Tiberii Claudii, & Neronis. Hic ſcripſit duas epiſtolas, quæ Catholicæ,& Canonicæ nominantur, & Euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit, & filius a baptiſmo. Hic ordinauit duos epiſcopos,Linum,& Cletum,qui præſentialiter omne miniſterium ſacerdotale in vrbe Roma populo,vel ſuperuenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi,prædicatione populũ erudiens,vacabat. Hic cum Simone Mago multas diſputationes habuit &c.Idem Petrus beatum Clementem epiſcopum conſecrauit,cui & cathedram,vel eccleſiam omnem diſponendam commiſit, (vt refert idem Clemens in epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini)dicens: Sicut mihi gubernandi tradita eſt a Dño meo Ieſu Chriſto poteſtas ligandi,ſoluendiq;:ita & ego tibi committo,vt ordines,diſpoſitores diuerſarum cauſarũ:per quos actus non eccleſiaſtici profligentur, & tu minime curis ſeculi deditus reperiaris: ſed ſolummodo orationi,& prædicationi ad populum vacare ſtude. Deinde martyrio cum Paulo coronatur, anno poſt paſſionem Domini.38. qui ſepultus eſt via Aurelia, in templo Apollinis, iuxta palatiũ Neronianum, in Va-

Petrus primus Pont.

Marcus filius Petri in baptiſmate.

Act.8.

Verba Petri ad Clementem.

Primum concilium Hieroſolymis ſub Petro.

in Vaticano.3.Cal.Iulii. Sub Petro celebratum eſt cõcilium primum Hieroſolymis, cuius exemplar habes in Actis Apoſtolorum. cap.15.

Linus Epiſcopus.

Linus Epiſcopus. *Hic nudis capite fœminis eccleſia interdixit.*

LInus, natione Italus, de regione Tuſciæ, patre Herculano, ſedit Epiſcopus annis.11.menſes tres, dies.12. Fuit autem temporibus Neronis: martyrio coronatur a Saturnino Conſule, & ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano. 9. Calend. Octob.

Cletus Epiſcopus.

Cletus epiſcopus.

CLetus, natione Romanus, patre Emiliano, ſedit annis.12.menſe vno, diebus.12. Fuit temporibus Veſpaſiani, & Titi: & ſub Domiciano martyrio coronatur, & ſepultus fuit iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

Clemens Papa ſecundus.

Clemens ſecũdus Ponti. *Hic, Pontificum ornatus inſtituit.* *Matth.16.* *Linũ, & Cletum præmiſit ambitionis exempli declinatione.*

CLemens, natione Romanus, de regione Cælio monte, ex patre Fauſtino, ſedit annis. 9. Fuit autem temporibus Galbæ, & Veſpaſiani. Hic ex præcepto beati Petri ſuſcepit eccleſiæ pontificatum gubernandum, ſicut ei fuerat à Domino Ieſu Chriſto, cathedra tradita, & commiſſa, vt ipſe in epiſtola, (quæ ad Iacobum ſcripta eſt) explicat. Sed Linus, & Cletus ante eum conſcribuntur, qui ab ipſo principe Apoſtolorum ad miniſterium ſacerdotale exhibendum, ſunt epiſcopi ordinati. Clemens tamen fuit immediatus, & proximus ſucceſſor Petri in cathedra Pontificali. Obiit martyr anno Traiani. 3. Tenet hoc Ioannes Papa tertius, in epiſtola decretali ad epiſcopos prouinciarũ Germaniæ, & Galliç: & Alexander primus in epiſtola decretali prima ad orthodoxos. Euſeb. vero Cęſarieñ. Eccleſiaſt. hiſto.lib.3.ca. 14. de Clemẽte ſcribit dicens: In vrbe Roma.12. Anacleti annis in epiſcopatu exactis ſacerdotii ſedem Clementi tradidit. Et cap.34. Igitur in vrbe Roma tertius ab Apoſtolis Clemens. 9. annis ſacerdotio perfunctus Euariſto diuini verbi tradidit miniſterium.

Clemens ſecundũ Hieronymi quartus Pont. *Opinio auto.*

Platina enumerat Clementem Papam quartum a Chriſto poſt Linum, & Cletum. Et diuus Hieronymus dicit fuiſſe quartum: ſed alia ratione, quoniam recenſet Anacletum prædeceſſorem Clementis, & tertium Papam, quod tamen communis ſententia non recipit. Ego tamen puto ſecun-

dum: ſed in re tam perplexa lectoris arbitrio iudicium permitto.

Feruntur epiſtolæ Clementis decretales quinq; ad Iacobū frēm Dñi, quæ ſi ſint Clementis an non, non auſim diffinire. Teſte Hieronymo, & Euſebio, Iacobus vita functus eſt prius Petro per ſexennium. Cōtra verò Anacletus, & Fabianus Pōtifices eruditione, & antiquitate inſignes citant prædictas epiſtolas. Cuius controuerſiæ aliis relinquo iudicium.

Anacletus Papa.

ANacletus terti' papa, natione Græcus, ex patre Anthiocho, ſedit annis. 9. menſes. 2. dies. 10. Fuit tēporibus Domitiani, ſepultus eſt in pace iuxta corpus beati Petri.

Anacletus. 3. Pont.

Euſebius eccleſiaſt. hiſt. lib. 3. cap. 14. ait, ſediſſe annos. 12. & tradidiſſe ſacerdotium Clementi.

Sub hoc Pō. Io. apoſtolus migrauit ad Dominum.

Decreta Anacleti in epiſtola prima.

SAcerdotes, quando Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere debent: ſed teſtes ſecum adhibeant, vt Domino perfectè in ſacratis Deo locis ſacrificare probentur, iuxta illud Deut. 12. Vide, ne offeras holocauſta in omni loco, quem videris: ſed in loco, quem elegit Dominus Deus tuus. Epiſcopus Deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat, & plures, quàm alius ſacerdos, cum quo peracta cōſecratione, omnes miniſtri cōmunicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus. Sic Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet eccleſia. de conſecratione. di. 1. cap. Epiſcopus Deo &c.

Quo loco, & quibus teſtibus ſacrificandum.

In fine eiuſdem epiſtolæ. Si difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, ad ſedem Apoſtolicam (ſi appellatum fuerit) referantur: quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerūt iuſſu Domini Saluatoris, vt maiores, & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicā, ſuper quā Chriſtus vniuerſam conſtruxit eccleſiā, dicēte ipſo: Tu es Petrus &c.

De primatu eccleſiæ Ro.

Math. 16. c.

Epiſtola ſecunda eiuſdem, in qua de fide, & aliis cauſis rogatus reſpondit ad epiſcopos Italiæ.

PRimò, de ordinatione epiſcopi habetur ex eius decretis, &. d. 64. &. 75. cap. Ordinationes. Quod per tres epiſcopos fiat conſecratio, reliquis conſentientibus. Secundò, habetur de eorum accuſatione, quòd non niſi ab idoneis, & probatiſsimis viris, qui ſuſpicionibus, & ſceleribus careant, fieri debeat: quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores, à vilibus, & reprobis perſonis infamari noluit, nec calumniari

A quibus accuſandus, & ordinandus epiſcopus.

 permiſit,

permiſit: ſed ipſe, proprio flagello, peccantes ſacerdotes à templo eiecit.habetur.2.q.7.c.Accuſatio quoq;.

De electione epiſcoporũ. Tertio de electione. Cum eiectionem ſummorum ſacerdotum ſibi Dominus reſeruarit, electionem tamen eorũ bonis ſacerdotibus,& ſpiritualibus populis conceſsit.habetur d.79.c. Electionẽ. ante Abrahã nullus alius vocatus eſt preſbyter.i.ſenior:cum ab Adam vſq; ad eundem,nongentos,& amplius annos multos homines vixiſſe legimus. Abraham verò multo paucioribus annis vixiſſe conuincitur. Vnde non propter decrepitam ſenectutem: ſed propter ſapientiam,ſacerdotes presbyteri nominantur.Exod.29.Moſi pręceptum eſt,vt eligeret presbyteros.

De nomine presbyteri. Abraham primus appellatus presbyter. Gene. 14. d.

De origine ſacerdotii. Aaron primus Pont. vet. teſta. Exod.29. Initium ſacerdotii fuit Aaron, licet Melchiſedec prius ſacrificium obtulerit, & poſt hunc Abraham, Iſaac, & Iacob: ſed hi ſpontanea voluntate,non ſacerdotali authoritate iſta fecerunt. Quo loco contẽplari oportet Aaron, ſummum ſacerdotẽ,id eſt,Epiſcopum fuiſſe.Porrò filios eius presbyterorum demonſtraſſe figuram. d.21.ca. In nouo teſtamento.

De primatu Petri. Matth.16. In nouo Teſtamento, poſt Chriſtum Dominum,à Petro ſacerdotalis cœpit ordo,iuxta illud:Tu es Petrus &c.Et primus ille ligandi, & ſoluendi poteſtatem accepit à Domino, primuſq; ad fidem,populum virtute ſuę prædicationis adduxit.Cęteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio, honorẽ,& poteſtatem accepérũt,ipſumq; principem eorũ eſſe voluerunt: ipſis quoq; decedentibus,in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi.d.21.c.In nouo Teſtamento.

De æqualitate patris, & filii. Filius eſt æqualis patri: quia licet verbũ fuerit abbreuiatum,non tamen minutio Deitatis in Dei filio ſignificatur: ſed diſpenſatio ſuſceptę carnis annunciatur.In qua diſpenſatione non ſolũ patre:ſed etiam angelis, hominis filiũ legimus minoratum:idq; ꝓbat multis teſtimoniis ſcripturarũ. *Hebre. 2. d.*

Tertia epiſtola eiuſdem.

Sacerdotum, & epiſcoporum ordo à Deo conſtitutus. QVæ in ſumma tractat Anacletus in hac epiſtola,ſunt iſta.Primùm,à Domino conſtitutos eſſe hos duos ordines epiſcoporum, & ſacerdotii: & amplius q̃ iſti duo,nec nobis à Deo collati ſunt,nec Apoſtoli docuerũt.Ex quo colligitur reliquos ordines, aut gradus notos in eccleſia,non à Domino ordinatos,nec ab Apoſtolis. Secundò colligitur,

Epiſcopos

Epiſcopos ſuperiores eſſe ſacerdotibus aliis, cum loco Apoſtolorum ſucceſſerint. Presbyteri verò ſeptuaginta diſcipulorum locum tenent. In ſacerdotio complexus eſt Anacletus diaconos, & ſubdiaconos.

Secundùm, Romana eccleſia non ab Apoſtolis: ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatū obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias, ac totū Chriſtiani populi gregē aſſequuta eſt. Secunda ſedes eſt apud Alexandriam ſub Marco Euangeliſta. Tertia apud Anthiochiam ſub Petro Apoſtolo, qui illic priuſquā Romam veniret, habitauit, & Ignatium epiſcopum conſtituit. *d.22. ſacroſā. Quòd eccleſia Ro. ſit caput omniū eccleſiarum.*

Petrus, & Paulus eodem tempore, & vno die ſub Nerone Principe paſſi ſunt: & ambo ſanctam Romanam eccleſiam ſua morte conſecrarunt, & aliis omnibus vrbibus in vniuerſo mundo, eam ſuo venerando triumpho prætulerunt. *Petr⁹, & Paulus vno die paſſi ſunt.*

Pro meritis plebis ſæpe paſtores deprauantur eccleſię: vt procliuius corruant, qui ſequuntur. Capite enim langueſcente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur, iuxta illud Eſai. c. 1. Omne caput languidum &c. Et illud: Sicut populus, ſic ſacerdos &c. *Iuxta merita plebis datā ſacerdos. Eſai. 24.*

Contra detractores prælatorum ſuorum, qui ſententia Cham filii Noe damnantur: quia patris pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit. Quia doctor, vel paſtor eccleſię, ſi à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus: ſed pro reprobis moribus, magis eſt tolerandus, quam diſtringēdus: q̄a rectores eccleſię a Deo iudicādi ſunt: vt dicitur in Pſal. 81. Deus ſtetit in ſynagoga deorū &c. 2. q. 7. c. Sententia Cham. &. 24. q. 3. ca. Tam ſacerdotes. *Cōtra detractores prælatorū ſuorū.*

Decreta Euariſti papæ.

EVariſtus quartus papa, natione Græcus, ex patre Iudęo, nomine Iuda, de ciuitate Bethlehem, ſedit annis. 9. menſes. 10. dies. 2. Fuit tēporibus Domitiani, & Neruæ Traiani, & martyrio coronatur: ſepultus iuxta corpus ſancti Petri in Vaticano. Euſebius autem eccleſiaſt. hiſto. lib. 4. cap. 1. ſecus illius annos proſequitur. *Hic titulos in vrbe Roma diuiſit presbyteris.*

Epiſtola prima ad epiſcopos Aphrycanos.

QVale debet eſſe legitimum coniugium fidelium, vt à patribus, & apoſtolis, eorūq; ſucceſſoribus traditū inue- *Qualia ſint Chriſtiana coniugia.*

 nimus.

nimus. Non ſit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere. Vxor petatur, & à parentibus propinquioribus ſponſetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum precibus, & orationibus à ſacerdote benedicatur, & paranimphis (vt conſuetudo docet) cuſtodiatur, & conſocietur, & biduo, & triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant. Aliter verò præſumpta, non coniugia: ſed adulteria, vel cõtubernia, vel ſtupra, vel fornicationes, potiusquam legitima coniugia eſſe non dubitate &c. Habetur. 3. q. 5. Aliter legiti.

Euariſtus matrimonia publica benedixit.

Canon renouandus in reformatione ad cauenda clandeſtina matrimonia, quæ ipſa Venus ſolet contrahere.

Locus Pauli explicatus.

DE Hoc, quod Paulus. 1. Timo. 6. dicit. Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem. Quod non de ſolo patre dictum ſit (vt quidam malè interpretati ſunt) probat rationibus, & teſtimoniis de filio etiam hunc locum intelligendum. poſt pauca ſubiungit.

Quodnullus mortaliũ viderit Deum in eſſentia. 1. Ioan. 3. 1. Corin. 13.

Eam lucem inacceſsibilem (quam pater, & filius inhabitant,) nullus in hoc mortali corpore conſtitutus poteſt aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit, tunc verè eum videbit, ſicuti eſt. Et non ſicut Moſes, cæteriq; Prophetæ per ænigmata, & figuram: ſed ipſam veraciter in filio contuebitur deitatis imaginem.

Hic ſentit, nullum prophetam, nec Moſem vidiſſe Deum in natura ſua.

Epiſtola ſecunda eiuſdem ad epiſcopos Aegypti, quod Chriſtus ſit ſponſus eccleſiæ.

Epiſcopus eccleſiam ſuam non dimittat.

SIcut vir non debet adulterare vxorem ſuam: ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam, id eſt, vt illam dimittat, ad quam ſacrat' eſt, abſq; ineuitabili neceſsitate, aut Apoſtolica, aut regulari mutatione: neque alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et velut vxor, quæ ſub manu viri eſt, obedire debet viro ſuo, eumque diligere, & amare: ſic eccleſiam epiſcopo ſuo in omnibus obedire, & amare, (vt animam ſuam) debet: quia illud fit carnaliter: iſtud verò ſpiritualiter. Septima quæſtione prima. Sicut vir non &c. Vide eruditam, & elegantem epiſtolam.

In conciliis fo. 35.

Deus

Deus omnipotens,vt nos à præcipitatę ſententiæ prolatione compeſceret: cum omnia nuda, & aperta ſint oculis eius: mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priusq̃ manifeſtè agnoſceret.Gene.18.Deſcẽdam,& videbo &c.Cuius exemplo monemur,ne ad proferendam ſententiam vnquam præcipites ſimus,aut temerè,& indiligenter indiſcuſſa quæq; quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce: Nolite iudicare &c. *Ne temerè aliquid deffiniamus.* *Hebr.4.* *Matth.7.*

Decreta Alexandri Papæ.

ALexander primus, fuit natione Romanus, temporibus Traiani,ſedit annos.10. menſes.7. dies.2. De hoc Euſebius Eccleſiaſt. hiſto.lib.4.c.4.quintus Papa ſub Petro. *Alexãder papa quintus.*

Epiſtola ad omnes orthodoxos, eſt erudita epiſtola.

IN ſacrificio miſſarum panis tantum, & vinum aqua permixtũ offeratur.Non debet in calice Domini,aut vinum ſolum,aut aqua ſola offerri, ſed vtrũq; permixtum:quia vtrunq; ex latere eius in paſsione ſua profluxiſſe legitur.De conſecratione.di.2.ca.In ſacramentorum. *De pane, & vino offeré do in ſacrificio miſſæ,*

Aquam ſale conſperſam populis benedicimus,vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur,ac purificentur, quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus ſanguine, populum ſanctificabat, multo magis aqua ſale aſperſa,diuiniſq; precibus ſacrata.Et ſi ſale aſperſo per Heliſęum prophetã, ſterilitas aquę ſanata eſt: quanto magis diuinis precibus ſacrata, ſterilitatem rerum auferet humanarum,& inſidias diaboli auertet: & a phantaſmaticis verſutiis homines deffendet, & coinquinatos ſanctificabit? *De aqua benedicta.* *4. Reg. 42.* *De conſecratione. di.2.c. Aquam ſale.*

Ibidem, de fide ſanctę Trinitatis docet, & tradit multa, congeſtis multis teſtimoniis veteris Teſtamenti. *De fide Trinitatis.*

Decreta Sixti papæ.

SIxtus primus,natione Romanus,temporibus Adriani,ſedit annos.10.menſes.3.Euſebius eccleſiaſt.hiſto.lib.4. capi.5.ait,ſediſſe annos.11.Cui ſubrogatus eſt Teleſphorus.7. Papa.ſub Petro. *Sixtus ſextus Ponti.*

Hic conſtituit ſacra myſteria, & miniſteria.i.ſacrata vaſa,non tangi,niſi à miniſtris ſacratis. *Hic Gallos in fide cõtinuit.*

Conſtituit etiam,vt ſacerdote incipiente actionem miſſa *A Sixto baptiſ...*

 rum à *buerũt initia*

miſſarum ſolemnis. rum à populo cantaretur, Sanctus, Sanctus &c.

De fide Trinitatis. In prima epiſtola oſtendit, ſecundum fidem, patrem eſſe Deum, & ingenitum: filium verò (in quo pater viſus eſt) eſſe genitum, vnumq; cum patre Deum, non alium Deum patrem, alium filium. Hæc epiſtola ſcripta eſt ad vniuerſos Chriſti fideles.

Decreta Teleſphori papæ.

Teleſphorus 7.Ponti. TEleſphorus, fuit natione Græcus, temporibus Antonini Imperatoris, ſedit annos.11.menſes.3.conuenit cum hoc Euſebius eccleſiaſticæ hiſto.lib.4.cap.10.

Huius tẽporibus inualuit Valentinianaberesis

Summa epiſtolæ decretalis ad vniuerſos ſcriptæ.

De ieiunio quadrageſimæ. STatuit, ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctũ paſcha clericos omnes à carnibus ieiunare: quia, diſcreta debet eſſe vita clericorum, & laicorum, dicens: Sic ergo à carne, & delitiis ieiunẽt: & Hymnis, & vigiliis, atq; orationibus Deo inhærere, diu, noctuq; ſtudeant. di.4.c.Statuimus.

Ter miſſa celebranda in nocte natiuitatis Dñicæ. Statuit etiam: vt nocte natiuitatis Dominicæ miſſas celebrent, & hymnum Angelicum in eis ſolemniter decantent: quoniam ea nocte ab Angelo paſtoribus nunciatus eſt. Reliquis verò tẽporibus miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ: quia eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſpiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendiſſe legitur.

Lucæ.2. Marc.15. & Actu.2.

Decreta Higinii papæ.

Higini⁹ octauus pont. HIginius papa, natione Græcus, ex Athenis, ſedit annos 4.menſes 3.octauus ſub Petro.

Hic patrinũ, & matrinam baptiſmo, & cõfirmationi adhibuit. Extat epiſtola decretalis ad omnes Chriſti fideles, de fide Trinitatis ſatis erudita, in qua de ęqualitate perſonarũ in diuinis, multa congerit teſtimonia.

Ibidẽ, epiſtolam primã Ioannis docet ad Parthos ſcriptã.

Extat ſecũda epiſtola eiuſdẽ ad Athenieñſes paręnetica.

Decreta Pii papæ.

Pius pont.9. Pius primus, natione Italus, ſedit annos.19.iuxta Euſebium verò.15. hiſtoriæ eccleſiaſt.lib.4.c.11.

Hic, Nouati thermas diuæ potẽtianæ dedicauit. Hermes frater huius librum ſcripſit, in quo refert, quòd ei præcepit Angelus Domini (cum veniret ad eum in habitu paſtoris,) vt pacha die Dominica celebraretur. Hoc approbat in epiſtola prima Pius papa. Et habetur de conſe-

cratio-

ratione.di.3.c.Noſſe vos volumus.

In ſecunda epiſtola ad Italos directa.

Prædia diuinis vſibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino Deo, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſuis vſibus inſeruiant: quod ſi quiſq̃ pręſumpſerit, ſacrilegus habeatur, & ſicut ſacrilegus iudicetur. Quod hac tempeſtate fecerunt Lutherani.12.q.2.c.Pręda diuinis. *Ne prophanandæ res eccleſiaſticæ. Lutheranorum iniqua facta.*

Decretum eiuſdem pii papæ.

QVi compulſus à Domino, ſciens peierat, vtriq; ſunt periuri, & Dominus, & miles: Ille, quia pręcepit: Hic, quia plus Dominum, quam animam ſuam dilexit. Si liber eſt, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat, & ſeptem ſequentes annos. Si ſeruus eſt, tres quadrageſimas, & legitimas ferias pœniteat. *Pœna periuri.* *22.q.5. Qui compulſus.*

Ex eodem.

SI quis per capillum Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia contra Deũ vſus fuerit: ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur, ſi laicus, anathematizetur. Et ſi quis per creaturam iurauerit, accerrimè caſtigetur, & iuxta hoc, quod ſynodus iudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, diuina condemnatione ſimiliter coherceatur. Et ſi epiſcopus emendare neglexerit, accerrimè corripiatur. *22.q.1. Qui peierat.*

De pœnitentia eius, cuius negligentia aliquid de ſanguine Dñi diſtillat, de cõſecratione.d.2.c.Si per negligentiam.

Laudabilis eſt cõſuetudo, q̃a nihil fidei contrariũ agitur.

Conſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nil vſurpare dignoſcitur.

De conſuetudine ſeruanda, quæ non eſt contra fidem.

PEtiſtis per Hilarium Charthularium noſtrũ à beatæ memorię deceſſore noſtro, vt omnes vobis retrotemporum conſuetudines ſeruarentur, quę à Petri Apoſtolorum principis ordinationum initiis hactenus vetuſtas longa ſeruauit. Et nos quidem iuxta ſeriem relationis veſtrę conſuetudinem laudamus, quę tamẽ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur.

Decreta Aniceti papæ.

AAnicetus, natione Syrus, ſedit annos.11.decimus Papa. *Anicetus Pōti. decimus.*

BIBLIOTECA ... ROMA

Extat epiſtola decretalis ad epiſcopos Galliæ, in qua docet ſequentia.

Hic cauit a paucioribus, quam tribus ne conſecretur epiſcopus.

PRimò tradit, Iacobum, (qui dicebatur iuſtus) à Petro, Iacobo, & Ioanne apoſtolis, Hieroſolymorum epiſcopum fuiſſe ordinatum; citat Anacletum.2.epiſtola.

Secundò ibi, quod Archiepiſcopi ab omnibus epiſcopis ſuffraganeis ordinentur.66.di.c. Archiepiſcopus ab oĩbus.

Clerici comã non nutriãt.

Tertiò ibi, vt clerici comam non nutriant: ſed deſuper caput in modum ſpherę radant: quoniam laicis, & ſimplicibus, virtutis, honeſtatis, pudicitię, & grauitatis exemplar eſſe debent.di.23.c.Prohibet fratres.

Decreta Sotheris papæ.

Sother vndecimus Ponti.

SOther, natione Campanus, ex fundis, ſedit annos.9. Et fuit vndecimus Papa.

Huius tẽporibus Cathaphrygarum hæreſis orta eſt.

Epiſtola prima tota eſt de fide, in qua docetur, ꝙ Chriſtus in diuinis ſcripturis dicitur ſecundum carnem factus: nam ſecundum diuinitatem nuſquã à patre dicitur factus, ſed genitus.

Secunda epiſtola ad epiſcopos Italiæ.

PRimò conſtituit ſacratas Deo fœminas, vel monachas, ſacra vaſa, aut ſacratas palas non contingere, nec incenſum circa altaria deferre.23.di. Sacratas Deo.

Sacerdotes ſine ſocio ſacerdote non ſacrificent.

Secundò pręcipitur ab eodem, vt ſacrificans habeat ſecũ adiutorem ſacerdotem, vt ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat, qui eius vices inſequatur intrepidus, & officium incœptum adimpleat.di.1.De conſecratione.

Nullus niſi ieiunus ſacrificet.

Tertiò ibi, vt nullus poſt cibum, potũq;, ſiue quodlibet minimum ſumptum miſſas facere. Nullus abſq; patẽtis neceſſitatis prouẽtu miniſter, vel ſacerdos imperfecta officia pręſumat omnino relinquere. Si quis hęc temerariè pręſumpſerit, excõmunicationis ſentẽtiam ſuſtinebit, habetur vbi ſupra.c.Vt illud.&.7.q.1.c.Illud diuinum.

Quartò idem, vt nullus presbyterorũ miſſarum ſolennia celebrare pręſumat: niſi duobus pręſentibus, ſibiq; reſpondentibus, & ipſe tertius habeatur. Quia cũ ab eo dicitur Dominus vobiſcũ, & Orate pro me: aptiſsimè cõuenit, vt & ipſius rñdeatur ſalutationi.de cõſecratione.d.1.c. Hoc quoq;.

Quintò

Quinto, ſi aliquid incautius aliquem iuraſſe contigerit, quod obſeruatum, in peiorem vergat exitum: illud ſalubri conſilio mutandum nouerimus, & magis inſtante neceſſitate periurandũ nobis, quam pro facto iuramẽto in aliud crimen maius diuertendum. 22. q. 4. c. Si aliquid.

Incauta iuramenta nõ ſeruanda.

Sexto idem, quod à nullis in cœna Domini perceptio eucharistiæ negligatur, exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibetur: ab omnibus alijs percipiendam eſſe, eccleſiaſticus vſus demonſtrat. Cum & pœnitentes eadem die ad percipienda corporis, & ſanguinis dominici ſacramenta reconcilientur, de conſecratione. d. 2. c. In cœna.

In cœna Domini ab vniuerſis ſumenda euchariſtia.

Decreta Eleutherii papæ.

ELeutherius, natione Græcus, ſedit annos. 15. menſes. 3. duodecimus papa. Sub Petro, temporibus Antonini Commodi. Euſebius eccleſiaſtic. hiſto. lib. 5. cap. 22. Lucius Britaniæ Rex hui⁹ tempore ſe ab eo Chriſtianum fieri per epiſtolam impetrauit.

Eleutherius ponti. 12

Huius tẽpore Marcionis ſecta variè diriſa eſt.

In epiſtola vnica ad Galliæ prouincias.

DE quibus audierat, vt certas eſcas vitarent, inſtruit eos (ſecundum euangelium) nullas eſcas, tanquàm communes, refutari debere: quoniam vniuerſas Deus ad cibos tribuit fidelibus ſuis. probat ex Matth. 15. & Act. 10.

Non quod intrat per os. &c.

Poſtera autẽ die. &c.

Decreta Victoris papæ.

VIctor, natione Apher. ſedit annos. 10. menſes. 2. Euſebius eccleſiaſticæ hiſto. lib. 5. cap. 28. decimus tertius papa ſub Petro.

Victor papa 13.

Huius tẽpore fuit hæreſis Pauli Samoſateni.

Sequentia in epiſtola ad Theophylum Alexandriæ epiſcopum.

PRimo, hic inſtituit die dominica paſcha domini celebrari, ſicut conſtituerat, & Pius papa. De conſecratione. d. 3. c. Celebritatem.

Secundo idem pręcepit, vt ſi neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, Gentiles ad fidem venientes, quocunq; loco, vel momento (vbicunq; euenerit,) ſiue in flumine, ſiue in mari, ſiue in fonte, tãtum Chriſtianæ credulitatis confeſsione clarificata, baptizentur.

Tẽpore neceſsitatis, quolibet tempore, vel loco baptizãdum.

Euſebius lib. 5. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. cap. 22. & 23. & infra, ſcribit quanta fuerit controuerſia inter epiſcopos, & alios fideles de celebritate paſchæ tempore huius Victoris papæ.

Cõtrouerſia, quo tẽpore celebranda ſit.

B 5

paſcha. papæ. Quibuſdam volentibus. 14. luna paſcha Domini celebrandum, quacunq; die ſeptimanæ luna. 14. veniſſet, quando Iudæis agnus præcipitur immolari, & tunc ſolui debere ieiuniũ. Alijs verò volentibus, ne aliquando niſi in die dominica, quando Dominus ſurrexit à mortuis, dominicũ paſchę celebraretur myſterium, & in hac ſola ſoluendum eſſe paſchę ieiunium. Et ob huiuſmodi cauſam congregata ſunt concilia nonnulla prouincialia.

Extat epiſtola prima Victoris ad Aphros parænetica.

Decreta Zepherini Papæ.

Zepherinus pont. 14. ZEpherinus, natione Romanus, ſedit annos. 9. menſes ſeptem, temporibus Antonini. Euſebius eccleſiaſt. hiſto. lib. 6. cap. 16. eſt. 14. Papa ſub Petro.

In epiſtola prima ad epiſcopos Sicilienſes.

Grauiores cauſæ ad ſedẽ Romanam deferendæ. TRadit illud, quod & alij multi tradiderunt, q̀ iudicia epiſcoporũ, & maiores eccleſiæ cauſę, à ſede Apoſtolica ſunt terminãdę: quia ſic Apoſtoli, & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt.

Scribit alteram epiſtolam epiſcopis Aegypti, qua hortatur eos ad patientiam: quia perſequebãtur, & bonis ſuis ſpoliabantur. Eſt epiſtola commendatione digna.

Decreta Calixti Papæ.

Calixtus papa. 15. CAlixtus primꝰ, natione Romanus, ſedit annos quinq;. menſes duos. Euſebius eccleſiaſti. hiſto. lib. 6. cap. 16. Papa. 15. ſub Petro.

In prima epiſtola ad Benedictum epiſcopum.

d. 76. ieiuniũ quod. COnſtituit ieiunium quatuor temporum, propter fructuum terræ abundantiam, iuxta prophetiam Zachariæ. c. 8. ieiunium. 4. & ieiunium. 5. Quia ſicut replemur à domino frumento, vino, & oleo ad alenda corpora: ſic repleamur ieiunio ad alendas animas.

In ſecunda epiſtola ad epiſcopos Galliarum.

Cũ excõicatis nõ eſt cõuerſandum. IN ea generaliter inſtituit per diuinas ſcripturas, ſeruandos eſſe à cauſis illicitis: & commonet delinquentes ad pœnitentiam. Ibi etiam vetat, excommunicatos à ſacerdotibus, ab aliquo recipiendos ante vtriuſq; partis iuſtam examinationem: & ne cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicent, nec aue, eis dicatur. Et quòd ſimili excõ-

li excõmunicatione ſubiacebũt, iuxta apoſtolorũ inſtitutio nem, qui cum ſcienter excommunicatis communicauerint.

Hic primus prohibet matrimonia inter conſanguineos. Hos verò conſanguineos appellat: quos diuinæ, atq; Imperatorum, & Romanorum, atq; Græcorum leges conſanguineos appellant, & in hæreditatem ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt. Talium enim cõiunctiones, nec legitimę ſunt, nec manere poſſunt: ſed ſunt repellendæ. Et ſi quæ auſu temerario attemptatæ ſint, authoritate Apoſtolica reſcindendæ veniunt &c. 3. q. 4. c. Conſanguineorum. *Affinitate cõiũctis interdixit matrimonio.*

Ibi, leges humanas rõni, & honeſtati non repugnantes, eſſe amplectendas cenſemus: præſertim vbi reipublicæ con ſulunt vtilitati, vel eccleſiaſticæ dignitatis authoritatem de fendunt, atq; pro adminiculo tuentur &c.

Decreta Vrbani papæ.

VRbanus primus, Romanus, ſedit annos. 4. 16. Poſt Petrũ. Euſebi⁹ li. 6. ca. 18. tradit. 8. annis adminiſtraſſe ſacer dotium, paſſus eſt, ſub Alexandro Imperatore: ſub eodẽ paſ ſus eſt & Calixtus prædeceſſor eius. *Vrbanus ponti. 16.*

Hic ſua traditione, multos ad baptiſmum, & fidelitatem conuertit: Tiburtium, & Valerianum nobilem virum, ſpon ſum ſanctæ Ceciliæ, quos etiam vſq; ad martyrij palmam perduxit: cuius monitis, & doctrina multi alij martyrio coronati ſunt.

Extat eius epiſtola decretalis ad vniuerſos epiſcopos ſpi ritu Paulino digna: per quam ſtatuit, vt oblationes fideliũ relinquãtur eccleſijs matricibus diſpẽſandę per epiſcopos, iuxta neceſsitatem fidelium.

Hic refert in eadem, quòd in exordio naſcentis eccleſiæ, cum fideles vniuerſi venderent omnia, quæ poſsiderent & precium eorum ponerent ad pedes Apoſtolorum (vt legitur in Actis) tunc videntes; ſacerdotes ſummi, & alij, atq; Leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe afferre: ſi hęreditates, & agros, quos vendebant, eccleſijs (quibus præſidebant epiſpiſcopi) traderent: eò quòd ex ſumptibus eorum tam pręſentibus quàm futuris temporibus, plurima & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus communem ſi dẽ ducẽtibus, q̃ ex pretio eorũ: cœperũt p̃dia, & agros, quos *14. q. 1. videntes autem.* *Act. 4.* *Oblationes fideliũ ẽpis erogantur diſpẽſande, iuxta neceſſitatem fidelium.*

vendere

vendere ſolebant, matricibus eccleſijs tradere, & de ſumptibus eorum viuere. Ipſæ verò res in ditione ſingularum parochiarum epiſcoporum (qui locum tenent Apoſtolorum) erant: & ſunt vſq; adhuc: & futuris ſemper debent eſſe temporibus.

Eccleſiæ dona nō priuata clericis, ſed ad neceſſitaté ſingulis ſingula.

E quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorū, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint: vt nemo in eis egens inueniatur. Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alijs vſibus, q̃ eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum, vel indigentium conuerti: quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atq; ad prædictum opus explendum, Domino traditæ. Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat, ne damnationem Ananiæ, & Saphiræ percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur: ſicut illi effecti ſunt, qui precia prædictarum rerum fraudauerunt, vt legitur Actuum. 5.

12. q. 1. Res eccleſiæ.

Addit ad prædicta. Hæc igitur fratres, quę Ananias, & Saphira paſsi ſunt, valde cauenda ſunt, & timenda: quia res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed vt communes, & Domino oblatæ cum ſummo timore non in alios, quàm in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ: ne ſacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, vbi traditæ ſunt: ne pœnam, & mortem Ananiæ, & Saphiræ incurrant, & (quod peius eſt) anathema, Maranatha, fiant. Et ſi non corpore, vt Ananias, & Saphira mortui ceciderint: anima tamē (quę potior eſt corpore,) mortua, & alienata à fidelium cōſortio cadat, & in profundum barathri labatur.

17. q. 4. attendendum eſt.

Vnde attendendum eſt omnibus, & firmiter cuſtodiendum: ne prędia vſibus ſacrorum cœleſtium dedicata, a quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam (quę erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis ſeruetur. Quoniam (iuxta Apoſtolū) tradere oportet huiuſcemodi hominem Satanę. &c. Memoratis ergo augmentationibus, & cultibus, in tantùm eccleſię, quibus epiſcopi pręſident, Dño adminiculāte creuerunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus:

vt nullus

vt nullus ſit in eis, communem gerens vitam indigens: ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo, ſuiſq; miniſtris percipit. Ideoq; ſubiungit. Si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

Quòd autē ſedes in eccleſijs epiſcoporum excelſę conſtitutę, & præparatæ inueniuntur, vt thronus: ſpeculationē, & poteſtatem iudicandi, & ſoluendi, atq; ligandi à Domino ſibi datā materiā docēt. Vnde Mat.16.legitur. Quæcūq; ligaueritis &c. Et Ioan.20. Quorum remiſeritis &c. Ideo iſta prætulimus chariſsimi, vt intelligatis poteſtatem epiſcoporum veſtrorum, in eiſq; Deum veneremini, & eos (vt animas veſtras, diligatis, & quibus illi non communicāt, non communicetis, & quos eiecerint, nō recipiatis. Valde enim timenda eſt ſententia epiſcopi, licet iniuſtè liget aliquem: quod tamen ſummo opere prçuidere debet. *11. q. 3. quibus epi non.* *Sētētia epīval. de timenda.*

Omnes fideles per manuum impoſitionem epiſcoporū ſpiritum ſanctum per baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur: quia cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur. de conſecratione.d.5.c.Omnes fideles. Et infra in epiſtola Melchiadis papæ. *De confirmatione.*

Decreta Pontiani papæ.

POntianus Romanus, ſedit annos nouem, menſes quinq; qui cum Hyppolito presbytero in Sardiniam inſulam à Maximino Imperatore deportatus eſt, & ibi. 12. calen. Decembris mactatus: cuius corpus Fabianus papa reduxit, & Romæ in cœmiterio Calixti ſepeliuit. *Pontianus papa.17.*

Scripſit duas epiſtolas ad vniuerſos fideles. In prima tractat de honore, quo proſequendi ſunt ſacerdotes, quoniam proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt.

In 2. generaliter hortatur ad fraternam dilectionem.

Decreta Antheri Papæ.

ANtherus, natione Græcus, temporibus Maximini martyrio coronatus eſt. Hic geſta martyrum diligenter exquiſiuit, & in eccleſia recondidit. Propter quod, à quodam Maximo pfecto martyr effectus eſt. Sedit annos.3. 18. papa ſub Petro. Hu9 papę eſt īexplicabilis ferè ānorū differēcia. *Antherus papa.18.*

Scribit

7.q.1. mutationes epiſcopor. Quibus cauſis transferẽdus epiſ. de vna eccleſia in aliam.

Scribit rogatus ab epiſcopis Bæticæ, & Toletanæ prouinciæ, ſi liceret mutari epiſcopum de vna ciuitate in aliam, Reſpondit, licere quidem communi vtilitate, aut neceſsitate fieri: ſed non libitu cuiuſquã, aut dominatione. Vt Petrus princeps Apoſtolorum de Antiochia tranſlatus eſt Romam, & alij quidam Apoſtolica authoritate mutati ſunt. Euſebius de quadam parua ciuitate, Apoſtolica authoritate tranſlatus eſt Alexandriam. & Fœlix electione ciuium propter doctrinam, & bonam vitam, quam habebat, communi epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ac pupulorum conſilio tranſlatus eſt Epheſum. Verùm auaritiæ, vel præſumptionis, aut propriæ voluntatis cauſa: non ſunt epiſcopi mutandi de ciuitate in ciuitatẽ, ſed vtilitatis, & neceſsitatis.

Decreta Fabiani Papæ.

Fabianus papa. 19.

FAbianus papa, natione Romanus, ſedit annos. 14. temporibus Maximini martyrio coronatur. 19. papa.

Sub Fabiano papa Nouatus hæreticus fuit.

Hic fecit ſeptem ſubdiaconos, qui ſeptem notarijs imminerent: vt geſta martyrum in integrum colligerent. Tempore huius, Nouatus hæreticus venit ex Aphrica, & ſeparauit Nouatianum ab eccleſia, & quoſdam confeſſores.

Sub hoc pon. Cæſer Philippus baptiſmo inſignitus eſt.

Huius etiam tempore paſſa eſt eccleſia perſecutionem, & multi Chriſtiani è Roma fugerunt.

Euſebius lib. 6. cap. 21. hiſto. eccleſiaſti. tradit, Fabianum ſigno columbę apparentis ſuper ipſum cælitus oſtenſæ, quę ferebat figuram illius, quæ ſuper Chriſtum in Iordane deſcenderat, ab vniuerſo clero, & populo electum fuiſſe epiſcopum: qui ante epiſcopatum habuit vxorem, quæ poſt, martyrio coronata eſt.

Epiſtola prima, eſt epiſtola lectione digna.

PRæcipit vniuerſis eccleſijs, vt ad officia diuina peragenda ordinarent diaconos. 7. cum ſubdiaconis, & acolytis: qui diebus dominicis, & feſtiuitatibus ſolemnibus diuina peragant miniſteria, & omni hora parati ſint ad diuinum officium: & quicquid eis iniungitur, peragendum. Quod & ipſe ſeruabat Romæ.

Ab hæreticis abſtinendũ.

Ibidem commonet, vt caueant ſe ab hoc Nouato, & ſimilibus: qui alteram fidem, & doctrinam tenent, quam Apoſtoli, & ſucceſſores eorum tenuerunt, & docuerũt: ne (quod abſit)

abſit) poſt eum abeuntes, in laqueum Satanæ cadant.

A quibus abſtinendum eſt, ſicut ab illis, quos Apoſtolus commemorat, dicens: cum eis nec cibum ſumere. Quoniam ſic Apoſtoli ſtatuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non eſt communicandum. Et ſi quis cum excommunicatis, auertendo regulas, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul loquutus fuerit, aut orauerit, ille communione priuetur. 11. q. 1. Sicut Apoſtoli, & ſupra in canonibus Apoſtolorum. c. x.

In ſecunda epiſtola ad epiſcopos Orientales.

INtellexerat literis eorum, nonnullos epiſcopos, non per ſingulos annos in cœna Domini chriſma conficere: ſed duos, vel tres annos confectionem ſancti chriſmatis ſemel actam conſeruare: quoniam nec balſamum per ſingulos annos poterant reperire: nec neceſſe eſt ſingulis annis chriſma conficere, dum vna confectio chriſmatis abundat. Ad quos ait. Errant, qui talia excogitant, & mente veſana potius, quàm recta ſentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Ieſus, poſtquàm cœnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit corũ pedes, (ſicut à ſanctis Apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſq; reliquerunt) chriſma conficere docuit. Ipſa enim lauatio pedum, noſtrũ ſignificat baptiſmũ, quando ſancti chriſmatis vnctione perficitur, & confirmatur. Sicut igitur ipſius diei ſolẽnitas, per ſingulos annos eſt celebranda: ita ipſius ſancti chriſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, & de anno in annum renouãda, & vetus chriſma in ſanctis eccleſijs cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorũ accepimus, vobiſq; tenenda mandamus.

Quot annis chriſma conficiendum.

De conſecratione. d. 3. literis noſtris.

Hęc ſancta Romana eccleſia, & Antiochæna à tempore Apoſtolorum cuſtodit: Hæc Hieroſolymorum & Epheſianorum tenet. In quibus Apoſtoli pręſidentes hæc docuerunt, & vetus chriſma incẽdi, & non amplius q̃ vno anno vti permiſerunt.

Quomodo ſacerdotes non temere accuſandi, aut reprehendendi ſint, niſi a magiſtris ſuis, quoniam eorum cauſas ſibi Dominus reſeruare voluit, & ſuo iudicio vindicari. Tollerandi hi ſunt potius a fidelibus, q̃ exprobandi: veluti palea cum tritico, vſq; ad vltimũ ventilabrũ: & ſicut piſces

Mali ſacerdotes tollerãdi, non ſ.[illegible]

Mat. 13.

mali cum bonis,vſq; ad ſegregationem,quæ futura eſt in lit tore,id eſt in fine ſeculi.Hinc colligitur,ſacerdotes Domini non gladio,nec morte feriendos.

11.q.1.ſtatuimus vt ſi quis

Nullus in iudicio præſumat, accuſator ſimul eſſe, & iudex,vel teſtis:quoniam in omni iudicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe,id eſt,Iudices electos, & accuſatores,ac defenſores,atq; teſtes.

In tertia ad Hilarium epiſcopum.

2.q.6.ſi quis iudicem. De remedio appellatiōis.

PRimo,nullus accuſetur alicubi,q̃ in ſuo foro. Si quis vero iudicē aduerſum ſibi ſenſerit,vocē appellationis exhibeat. Appellãtem autem non debet afflictio vlla,aut detentionis iniuriare cuſtodia:ſed liceat appellatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſubleuare &c. Liceat etiam in cauſis criminalibus appellare.Nec vox appellandi ei denegetur,quem ſupplicio ſentençia deſtinarit.

3.q.6.qui crimen. De pœna talionis.

Si quis crimen alteri obiecerit,niſi per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur,non eſt pro accuſatione habendum. Si verò ſcripſerit,ſi non probauerit,quod obiecit: pœnam, quam intulerit,ipſe patiatur.

Ter in anno cōicent fideles. De cōſecratione.d.1.& ſi non.

Tertiò idem.& ſi non frequētius,ſaltem in anno ter homines communicent (niſi fortè quis maioribus criminibus impediatur) in paſcha,(videlicet) & pentecoſte: & Natali Domini.

30.annorum Presbyter ordinetur. 78. ſi quis triginta.

Quartò idem. Si quis ætatis ſuæ triginta non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit dignus: quia & ipſe dominus. 30. annorum baptizatus eſt,& ſic cœpit docere.

Diebus dñicis fiat oblatio panis, & vini.

Quintò idem.decreuit,vt in omnibus diebus dominicis, ab omnibus viris,& mulieribus,oblatio, tam panis, quàm vini,fiat. Vt per has immolationes à peccatorum ſuorum faſcibus liberentur.

Sextò idem . vt presbyter illiteratus miſſam celebrare non audeat.

Decreta Cornelii papæ.

Cornelius papa.20.

COrnelius Romanus, ſedit annos. 2. Vigeſimus papa ſub Petro.

Huius tempore Nouatus Nouatianum extra eccleſiã ordinauit,& in Aphrica Nicoſtratũ.Hic à Decio martyrio coronа-

ronatus eſt,quia noluit,ductus ante tēplū Martis, adorare.

Euſebius hiſto. eccleſiaſt.lib.7.cap.2.refert,eodem tēpo re Cornelium Romæ, & Cyprianum apud Carthaginem, epiſcopatum geſsiſſe. Et tunc in Aphrica quæſtio exorta eſt,ſi oportet hæreticos rebaptizari. Cumq; id à Cypriano, & cæteris penè omnibus per Aphricam ſacerdotibus oporterc fieri decerneretur, Cornelius, & cæteri omnes per Italiam ſacerdotes,huiuſmodi decretum, manente ſacerdotali concordia,refutarūt:ſtatuentes antiquam a patribus ſuper hoc traditam regulam debere ſeruari, quę continebat, Hęreticos ſola manus impoſitione purgandos. *Quō recōci-liādi ſint hæretici.*

In epiſtola prima.

TRactat de tranſlatione corporum Apoſtolorum Petri, & Pauli: quæ rogatu deuotę matronæ Lucinæ, leuata ſunt de Cathecumbis.

In epiſtola ſecunda ad Rufum epiſcopum Orientalem.

VEtat à ſummis ſacerdotibus, & Dei miniſtris exigi ſacramentum iuramenti,niſi pro recta fide. *2.q.4.Sacramentum.*

Ibidem, teſtimonijs ſcripturarum oſtendit, quàm alienum ſit ab hominibus Chriſtianis iurare, exponens illud Domini. Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt, id eſt,ab exigente,& à iurante. *Mat.5.*

Idem decreuit dicens, Honeſtum etiam videtur,vt qui in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honeſtate. & timore Dei. Et pueri ante annos.14. non cogantur iurare. *22.q.5.Honeſtum etiam.*

De hoc Pontifice meminit Euſebius.libro.6.capitu.33. Et de Nouato hæretico, qui ſpem ſalutis ademerat peccantibus, etiam ſi dignè pœnituiſſent. Hic extitit princeps Nouatianorum, qui ab eccleſia ſeparati, ſuperbo nomine Catharos, id eſt, mundos appellarunt ſemetipſos. Ob hanc rem concilium ſacerdotale Romæ congregatum eſt, epiſcoporum.60. totidem presbyterorum, cum diaconis multis. Et ſtatuitur, Nouatum cum his, qui eum ſequerentur, alienum eſſe ab eccleſia. Eos verò, qui lapſi fuerint in certamine, fraterna commiſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Scribit de hac re Cornelius vrbis Romæ epiſcopus,ad eccleſiam Antiochenam indicans, quid ſtatuerit concilium Romæ congregatum, & quid Italis, Aphris, cæteriſq; occidentalibus. *Author. Hic pon. Nouatum damnauit.*

C

libus viſum fuerit. De quo Cyprianus librum edidit, lapſos ad pœnitentiam cohortandos.

Huius tempore (vt refert idem Euſebius) iam eccleſia habebat, ad diuina myſteria peragenda, cum epiſcopis presbyteros. Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Exorciſtas, Lectores, Oſtiarios. Et viduas habebat eccleſia, quas cum alijs indigentibus alebat.

Cōciliū Carthagineñ. ſub Cypriano. *Item ſub hoc pontifice celebratum eſt concilium Carthagineñ. ſuper ea quæſtione, An baptizati ab hæreticis, venientes ad eccleſiam eſſent rebaptizandi. In quo concilio, ab omnibus vnanimiter decretum eſt, ab hæreticis non conferri verum baptiſma, ſicut nec datur ſpiritus ſanctus, nec vera remiſſio peccatorum. Iuxta verbis Pauli ad Epheſ. 4. Vna fides, Vnum baptiſma.*

Verba Cypriani. Audiſtis, collegæ dilectiſsimi, quid mihi Iubaianus coepiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito, & prophano hæreticorum baptiſmo. Et quid ego ei reſcripſerim, cenſens, ſcilicet quod ſemel, atq; iterum cenſuimus, hæreticos ad eccleſiam venientes, eccleſię baptiſmo baptizari, & ſanctificari oportere. Item lectæ ſunt vobis & aliæ literæ Iubaiani, quibus pro ſua ſyncera, & religioſa deuotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantùm cōſenſit, ſed & inſtructum ſe eſſe gratias egit. Supereſt, vt de hac ipſa re quid ſinguli ſentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem (ſi diuerſum ſenſerit) amouentes. Neq; enim quiſquam noſtrum epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituit: vt tyrannico terrore ad obſequendi neceſsitatem collegas ſuos adegit, quando habeat omnis epiſcopus pro licentia libertatis, & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tanq̃ iudicari ab alio non poſsit, cum nec ipſe poſsit alterum iudicare. Sed expectemus vniuerſi iudicium Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vnus, & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in eccleſia ſuæ gubernatione, & de actu noſtro iudicandi.

Reſponſio Cecilii Abiltæ. Ego vnum baptiſma in eccleſia ſola ſcio, & extra eccleſiam nullum. Hoc erit vnum, vbi ſpes vera eſt, & fides certa. Sic enim ſcriptum eſt: Vna fides, vna ſpes, vnum baptiſma. Non apud hæreticos, vbi ſpes nulla eſt, & fides falſa: Vbi omnia per mendacium aguntur: Vbi exorcizat *Ad Ephe. 4.* dæmoniacus: Sacramentum interrogat, cuius os & verba cancer

cancer emittunt: Fidem dat infidelis: Veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tangit Antichriſt⁹: Benedicit, à Deo maledictus: Vitam pollicetur, mortu⁹: Pacem dat, impacificus: Deum inuocat, blaſphemus: Sacerdotium adminiſtrat, prophanus: Ponit altare ſacrilegus. Ad hęc omnia accedit & illud malum, vt Antiſtes diaboli audeat euchariſtiam facere, aut qui illis aſsiſtunt, dicant, hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. Ecce ad qualia eccleſia conſentire cogitur, & ſine baptiſmo, ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem (fratres) fugere, ac vitare debemus, & à tanto ſcelere nos ſeparare, & vnum baptiſma tenere. Quod ſoli eccleſiæ à Deo conceſſum eſt.

Cyprianus Carthaginē̄ſ. dixit.

CEnſeo ſecundùm euangelicam, & Apoſtolicam conteſtationem, aduerſarios Chriſti, & Antichriſtos appellatos, quando ad eccleſiam venerint, vnico eccleſiæ baptiſmo baptizandos eſſe, vt poſsint fieri de aduerſarijs amici, & de Antichriſtis Chriſtiani. Reuocata ſunt hæc per Cornelium in ſacerdotali concilio Romæ. Et per Stephanum papam.

Sētētia Cypriani.

Decreta Lucii Papæ.

LVcius Romanus, ſedit annos. 3. à Valeriano martyrio coronatur.

Hic præcepit, vt duo presbyteri, & tres diaconi, in omni loco epm̄ comitarentur: propter teſtimoniū eccleſiaſticum.

Idem cum ad paſsionem pergeret, omnē poteſtatē eccleſię reliquit archidiacono ſuo Stephano ſucceſſori ſuo.

Huius meminit Euſebius. hiſto. eccle. li. 7. cap. 3.

Luci⁹ pōt. 21. Fuit tēporib⁹ Galli & Voluſiani. Hic. epm. 30. annis minorē repudiauit.

In epiſtola prima ad epiſcopos Galliæ, & Hiſpaniæ.

EXcōmunicauit bona eccleſiæ expoliātes, vel eccleſijs vexationē inferentes, quoniam erāt pauperib⁹ dedicata.

Ibidem de Romana eccleſia tradit, quod eſt Apoſtolica mater omnium eccleſiarum, quę à tramite Apoſtolicę traditionis nunꝙ̄ erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſecundū ipſius Domini ſaluatoris diuinam pollicitationem, qui principi diſcipulorum dixit. Petre ecce Satanas &c. Ego autem rogaui pro te, vt non deſiciat fides tua. &c.

Eccleſia Romana in fide nūquā errauit.

Luc. 22.

Idem fecit decretum, vt miniſtri altaris presbyteri, & diaconi tales eligantur, qui continentiam ſeruent.

81.d.c.miniſtri.

Idem, ut clericus ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec frequenter properet, ſine maioris natu ſacerdotis iuſsione. Et ne ſolus presbyter cum ſola fœmina fabulas miſceat. Et ſi quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus eccleſię arceatur.

Clericus matronarum domicilia frequentãs deponit.

Idem, vt nullus clericus cum extranea habitet fœmina, niſi ſoror, aut proxima fuerit, & cum magna ſollicitudine fiat. Non enim ignoro malitias Satanæ.

Ne clericus ſolus cum fœmina loquat.

Extant epiſtolę Cypriani ad Lucium.

Decreta Stephani Papæ.

STephanus Romanus, ſedit annos. 7. martyrio coronatur. 22. papa ſub Petro.

Stepha. pont. 22. Fuit tẽporib⁹ Valeriani.

In epiſtola prima ad Hylarium epiſcopum.

QVod non ſint admittẽdi ad gradus eccleſiaſticos omnes illi, qui pro crimine aliquo notãtur infamia. Vide. 6. q. 1. c. Infames. vbi omnes ferè peccatores excludit.

Qualia debent eſſe veſtimenta, quibus Domino miniſtratur, & cultus celebratur diuinus. Vt ſint ſacrata, & honeſta, quibus in alijs vſibus eccleſiaſticis non vtantur. Nec ab alijs contingantur, aut ferantur, niſi à ſacratis hominibus: ne vltio, quæ Balthaſarẽ regem percuſsit, ſuper talia pręſumentes veniat diuina.

De cõſec. d. 1. c. Veſtimẽta. Quib⁹ veſtibus celebrãdum.

Idem à Sixto papa decretum eſt.

Punitio Balthaſaris Regis.

In ſecunda epiſtola.

DE accuſationibus ſacerdotum, de qua re ſupra in decretis Teleſphori, & Iulij.

Ibi, Apoſtolo prohibente, inter Chriſtianos non debent accuſationes exerceri: ex quo docemur à Paulo, lites nõ probari inter fideles. Euſebius de Sixto. lib. 7. cap. 23.

Gala. 6. 1. Cor. 13.

Decreta Sixti papæ.

SIxtus ſecundus, natione Græcus ex Athenis. Sedit annos duos, 23. Papa ſub Petro.

Sixtus ponti. Vigeſim⁹ tertius.

Hic ſub Decio, & Valeriano martyrio coronatur. Quia noluit ſacrificare dæmonijs, capite truncatus eſt, & cum eo ſex diaconi. Et die tertio poſt paſsionem illius paſsi ſunt Laurentius eius archidiaconus, Claudius ſubdiaconus,

Tẽpore hui⁹ exorta eſt Sabellianorum ſecta.

Seue-

Seuerus presbyter, Romanus oſtiarius, & Creſcēti⁹ lector.

In epiſtola ad Gratum epiſcopum explicat proceſſum perſonarum diuinarum.

In ſecunda ad epiſcopos Hiſpaniæ.

AGit de accuſationibus, & perſecutionibus epiſcoporū &c. Conſule Euſe. hiſto. eccleſia. lib. 7. c. 4. Et infra tradit multa, quæ huius tempore contigerunt.

Decreta Dionyſii Papæ.

DIony ſius Monachus, ſedit annos. 6. Fuit. 24. Papa. Hic presbyteris eccleſias diuiſit, & cœmiteria, parochiaſq;, & diœceſes conſtituit. Eius epiſtolæ nihil habent, niſi generales cōmonitiones ad obſeruationem legis Chriſtianæ.

Dionyſii pōt. 24. Fuit temporibus Galieni.

Ab hoc pontifice incœpit Eccleſiarū diſterminatio.

Huius tempore congregatum eſt prouinciale concilium in Anthiochia diuerſum ab illo, quod aggregatum eſt tempore Iulii papæ.

Huius meminit Euſebius. hiſtori. eccleſiaſticæ. lib. 7. cap. 23. & infra. Aggregatum verò contra Paulum Samoſatenum, qui abiecta, & indigna de Chriſto ſentiens, negabat eum de cœlis deſcendiſſe, ſed à Maria originem cœpiſſe, & initium habuiſſe de terra, & communis naturæ hominem tantum fuiſſe.

Cōcilium Antiochenū contra Paulū Samoſatenum.

Extat epiſtola epiſcoporum Antiocheni concilii ad Dionyſium Papam & ad alios epiſcopos, & vniuerſum clerum, & plebem, contra prædictum Paulum. Apud Euſebium. c. 26.

Decreta Fœlicis papæ.

FOelix papa primus, Romanus, ſedit annos. 4. Papa. 25. ſub Petro.

Fœlix. 1. pōti. 25. Fuit tēporibus Claudii, & Valeriani.

Hic conſtituit, ſupra memorias, ac ſepulchra martyrum, miſſas celebrari. Quod deſtruxerunt Lutherani hac noſtra tempeſtate.

Huius meminit Euſebius. lib. 7. cap. 27.

Sub hoc pon. Manes perſa. Manichæorū introduxit ſectam.

Extat epiſtola eius ad Paternum epiſcopum, & altera ad epiſcopos Galliæ: quæ tantùm generales commonitiones continent.

Extat alia ad Benignum epiſcopum, à quo conſultus eſt in rebus fidei: quoniam quidam in ſua eccleſia dicebant, filium non poſſe propriè videre patrem. Iuxta illud, Deum nemo vidit vnquam. Et alij fingebant, filium minorem patre, quoniam pater illi perhibet teſtimonium. Et quia *Ioan. 1.*

pater inuiſibilis dicitur, filius verò viſibilis cõprobatur. Ad quæ conſultus, reſpondit Fœlix. Iſti ignorantes diuinarum ſcripturarum, & Apoſtolorum iura, ex proprio, & adulterino ſenſu talia fabricant. Nos verò euidentioribus teſtimonijs veteris, & noui inſtrumenti, filium patrem ſemper videre poſſe doceamus, Salomone dicente. Eſt tecum ſapien-
Sap.9. tia, quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum. &c. Et in Euangelio, Nemo nouit filium, niſi pa-
Matth.11. ter: nec patrem quis nouit: niſi filius. &c. Et iterum. Deum
Ioan.1. nemo vidit vnquam, ſed vnigenitus. &c. Item, Vos non no-
Ioan.8. ſtis eum, ego autem noui eum. Et iterum. Qui ex Deo eſt,
Ioan.7. hic nouit Deum.

Si ſereno ſenſu recenſeas ſcripturas, inuenies, non ſolùm patrem filio teſtimonium perhibentem, ſed totam ſimul inſeparabilẽ trinitatem. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater. Ioan.8. Et, Cùm venerit paracletus ſpiritus veritatis, ille teſtimonium perhibebit de me. &c. Ioannis.15. Intende, quoniam in quibus vna teſtificationis virtus oſtenditur, nullus ab alio neq; potior, neq; inferior iudicatur.

De alio ſæpe diximus, quod ſecundum hominis formam filius viſibilis dicitur, ſecundum verò deitatis ſubſtantiam, inuiſibilis prędicatur. Vt Paulus multis in locis oſtendit.
Roma.2. Hęc eſt Apoſtolorum viua traditio: Hęc ſancta, & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquã erraſſe probatur, nec ab hęreticis prauitatibus deprauata ſuccubuit: ſed, vt in exordio normam fidei Chriſtianę percepit ab authoribus ſuis, Apoſtolorũ Chriſti principibus, illibata manet. Iuxta illud Lucæ.22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. 24.q.1. A recta ergo fide.

Eccleſia Romana hæretiis prauitatibus nunquã polluta eſt.

Et ſupra in decretis Lucij Papæ.

Decreta Eutychiani Papæ.

EVtychianus primus, natione Tuſcus, Sedit anno vno. Papa.26. ſub Petro.

Eutychian⁹ 1.põ.26. Fuit tempore Aureliani.

Hic temporibus ſuis per loca diuerſa. 342. martyres proprijs manibus ſepeliuit, Qui etiam ſtatuit, vt cum Dalmatica, aut Colobio ſepelirentur. Huius meminit Euſebius, hiſto.

ſto.eccleſiaſti.lib.7.cap.7.

Extat epiſtola eius prima ad epiſcopos Bæticæ prouinciæ,in qua veritatem dominicæ incarnationis explicat,quo modo ſalua proprietate vtriuſq; naturæ Deus verus, & verus homo erat.

Extat altera ad epiſcopos Siciliȩ,tantùm continens generales commotiones,ad fidem,& pietatem pertinentes.

Extant decreta eius apud Gratianum.20.q.2.c.Statuim⁹.

Abbatiſſa præſumens velare virginem,vel viduã,excommunicetur.

Qui pœnitentiam periurij agere noluerit, excommunicetur.20.q.1.Prȩdicandum.

In poteſtate fidelis erit, ſi quis Gentilis Gentilem vxorẽ duxerit ante baptiſmũ,poſt baptiſmũ eã habere,vel non habere. Et infidelem diſcedentem fidelis ſequi nõ cogitur. 28.q.1.Si quis Gentilis. *Quum duxit fidelis ante baptiſmum,liberum eſt illi habere, vel nõ habere.*

Magnum malum ebrietatis, ex quo omnia vitia pullulant,Chriſtianis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit,excommunicandum eſſe decreuimus,vſq; ad congruam emendationem. *Contra ebrietatem.*

Idem. Epiſcopi, & Dei miniſtri non debent comeſſationibus, & vinolentijs nimijs incumbere, conſiderantes ſententiam Domini, dicentis, Attendite, ne grauentur corda veſtra &c.Lucæ.21.Moderatè enim cibum, & neceſſarium ſumptum ſumant,vt (iuxta Apoſtolum) ſobrij ſint, & parati ad ſeruitium Dei. *1.Theſſ.5.*

Decreta Gaii Papæ.

Gaius,natione Dalmata,ſedit annos.11.temporibus Diocletiani Imperatoris,cuius meminit Euſebius.hiſ.eccle. lib.7.cap.27.Papa.27.ſub Petro. *Gai⁹ põt.27*

Hic conſtituit,vt omnes ordines in eccleſia ſic aſcenderent. Si quis epiſcopus fieri mereretur,primò fiat oſtiari⁹, lector,exorciſta,acolytus:deinde ſubdiaconus,diacon⁹,preſbyter.Et exinde epiſcopus ordinaretur. *Gradus, quibus aſcendit*

Extat epiſtola eius elegantiſsima ad Fœlicem epiſcopum de veritate incarnationis dominicæ. Vbi oſtendit primò, quod nullius innocentis occiſio fuerit redemptio mundi, nec alicuius debitum quiſquã ſuo fine perſoluit, niſi filius *ad epiſcopatum.*

 homi-

hominis Ieſus Chriſtus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati, de quibus ipſe dicebat, Ego cum exaltatus fuero. &c. Ioan. 12. Vbi ſecundò, poſtq̃ multa elegantiſsima collegit, ſubdit, Mundum Deo in Chriſto reconciliatum, vt niſi verbum dignaretur caro fieri, nulla caro poſſet ſaluari.

2. Corin. 5.

Decreta Marcellini Papæ.

Marcellinus pont. 28. Sub quo decima Chriſtianorũ perſecutio fuit.

MArcellinus, natione Romanus, ſedit annos. 9. temporibus Diocletiani. Quo tempore fuit perſecutio magna, ita vt intra. 30. dies. 17. milia hominum promiſcui ſexus per diuerſas prouincias martyrio coronarentur. Et ipſe Marcellinus ad ſacrificium ductus eſt, vt thurificaret. Quod & fecit. Et poſt paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Chriſti cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus eſt, & martyrio coronatus. Iacuerunt verò corpora ſanctorum in platea dies. 36. iuſſu Diocletiani. Deinde Marcellus presbyter noctu collegit cum presbyteris, & diaconis: & cum hymnis ſepeliuit.

Extat epiſtola eius prima ad Salomonem epiſcopum. In qua damnat errores quorundam dicentium, Patrem maiorem eſſe filio, quia illi ſoli ſacrificiũ immolatur. Et quod filius nullam cum patre communionem operum habeat. & quòd illud propheticũ, Sciant gẽtes, quoniam nomen tibi Deus, tu ſolus altiſsimus, de ſolo patre dictum ſit. Pſalm̃. 82. Hęc refellit, adductis teſtimonijs ſatis idoneis ſacrarum ſcripturarum.

Extat altera epiſtola ad epiſcopos Orientales, ſolas monitiones generales continens.

Marcellinus, pœnitẽtia ductus, a nemine hominum damnabilis ſe dãnauit.

De condemnatione Marcellini Pont.

Hic etiam Marcellinus conuictus eſt, quòd thurificaſſet in templo Iſidis, & Veſtæ, per Gaium, & Innocentium diaconos, & Vrbanum, Caſtorium, & Iuuenalem presbyteros, & per. 28. alios teſtes. Et tandem in ſynodo. 30. Epiſcoporum, &. 30. presbyterorum, caput cinere conuolutum habens Marcellinus epiſcopus vrbis Romæ, voce clara clamans, dexit, Peccaui coram vobis, & non poſſum in ordine eſſe ſacerdotum, quoniam auarus me corrupit auro. Et ſubſcripſerunt in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem, dicentes. Quia ore ſuo condemnatus eſt, & ore ſuo anathematizatus accepit Maranatha.

tha. Nemo enim vnquam iudicauit Pontificem, nec præſul ſacerdotem ſuum: quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Tu eris iudex, ex te condemnaberis: tamen in noſtra præſentia. Tu enim iudex, tu reus. Hoc *autem facto, Diocletianus, (dum eſſet in bello Perſarum) audiuit, quod.30.epiſcopi, & .30.presbyteri in eius damnationem conuenirent, tratus in eandem ciuitatem miſit & multos epiſcopos ad martyrii coronam traxit. Inter quos damnatus eſt & Marcellinus, & (vt tradunt multi) vacauit epiſcopatus eius annos.7.* De *condemnatione Marcellini eſt ferme inexplicabilis ſcriptorũ differentia. Diximus certiora in cõtrouerſia quarta.*

ARGVMENTVM.

Ancyrani Concilii.

ANcyranum concilium celebratum ante Nicænum aduerſus eos, qui reuertentes ad fidem, à qua tormentorum metu defecerãt, recipere recuſabant. Quod concilium, & ſynodus ipſa Nicæna comprobauit, (vt refert Hermeus in Græco volumine hiſto. eccleſiæ) & Patres eccleſię Occidentalis in cõcilio Florentino ſeſsione ſeptima allegauerũt.

Concilium Ancyranum poſt tempora Marcellini papæ celebratum parùm ante Nicænum concilium, circa annum Domini.308. Sub quo Cæſare, ex ſcriptoribus conſtare non poteſt. Fuit prouinciale concilium: ſed receptum in.6. ſynodo generali Conſtantinopoli, in Trullo celebrata, vt patet ex.2. Canone ſextę ſynodi.

Hoc concilium vocatur a Graciano in decretis Anchiritanum, ab aliis Anquyranum. Cui interfuerunt aliqui epiſcopi, qui etiam affluerunt in concilio Nicæno.

Ancyranum melius dictũ, ab Ancyra ciuitate ſita in Gallacia.

Continet Canones generales.24. contra eos, qui inuiſti, vel diis thurificabant, vel immolabant.

Cap.1. De presbyteris, qui immolauerunt tempore perſecutionis.

PResbyteros, qui immolauerunt, & poſtea certamen iterũ inierũt: ſi hoc ipſum ex fide, & non aliquo argumẽto, ſibimet pręparantes, egerunt, vt iterum teneri viderentur: aut tormentis: ſubiici putentur, tanquàm inuiti. Si ex fide ergo luctati ſunt, & non ex compacto, ad oſtentationem, vt caperentur, ipſi fecerunt, hos placuit honorem quidem ſedis propriæ retinere. Offerre autem illis, & ſermonẽ ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

D.50. *presbyteros, qui.*

Cap.2. De diaconis, qui immolauerunt.

D.50. *Presbyteros, qui.* DIaconi ſimiliter, qui immolauerunt, poſtea autem iterum reluctati ſunt, illum quidẽ honorem habere oportet. Ceſſare verò debere ab omni ſacro miniſterio: ita vt nec panẽ, nec calicem offerãt, nec pronuncient: niſi forte aliqui epiſcoporum conſcii ſint laboris eorum, & humilitatis, & mãſuetudinis: & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipſos ergo erit de his poteſtas.

Cap.3. De his, qui ex fuga comprehenſi ſunt.

QVi fugientes timore perſequutionis comprehenſi ſunt, vel à familiarib⁹, ſeu à domeſticis traditi, & vel bona propria amiſerunt, vel ſuſtinuerunt tormenta, vel etiam carceribus incluſi ſunt, & tamen proclamauerunt ſe eſſe Chriſtianos: quinetiam perſeuerante violentia, ad id vſq; perducti ſunt, vt manus eorum apprehenſas, & violẽter attractas, ſuper ſacrificia imponerent, illis licet perſeuerantibus in fide, & Chriſtianos ſe eſſe vociferantibus: hoc ergo, quod eis inuitis, & aliis cogentibus, contigit, ſi luctu, & mœrore animi acerbè ſe ferre demonſtrent, ipſiq; humili per bonam conuerſationem habitu incedentes, dolere ſe, quod inuiti coacti ſunt, doceant: hos tanquã inculpatos à communione non vetari. Si autem iam prohibiti ſunt ab aliquibus à communione, maioris diligentiæ, & inquiſitionis cauſa, aut per aliquorum ignorantiam, ſtatim recipi oportet. Hoc autem obſeruari conuenit, & de clericis, & de laicis omnibus. Laicos ſanè, qui in ſimiles neceſsitatis cauſas inciderunt, tanquã ſi nihil peccauerint, maximè ſi eos probabilis vita commendet, ad ordinationem recipi placuit.

Cap.4. De his, qui in templis idolorum cœnauerunt.

DE his, qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper in templis idolorum cœnauerunt, ſi qui eorum cum habitu cultiore ad tẽpla producti ſunt, atq; ibi præcioſiori veſte adhuc mutata, cœnę participes facti ſunt idolorũ, indifferẽter ſumentes omnia, quæ fuerunt appoſita: placuit, eos inter audientes vno anno conſtitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam. Sed ex ipſo triennio per biennium tantummodo orationi communicare. Tertio autem anno reconciliari ſacramentis.

Cap.

Cap.5. De his, qui in locis idolorum manducauerunt.

QVotquot autem aſcenderunt templa cum veſte lugubri & recumbentes inter alios manducauerunt, flentes (ſi compleuerint pœnitentiam triennii temporis) ſine oblatione ſuſcipiantur ad communionem. i. vt ipſi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa, non manducauerint, biennio maneant in pœnitentia. Tertio verò anno communicent: ſed ſine oblatione, vt dictum eſt. In quarto autem anno perfectionem ſuam recipiant. Epiſcopum autem hanc habere licentiam oportet, vt perſpecta ſingulorum conuerſatione, normam, regulamq; conuerſationis attribuat, id eſt, vt humanius agens, ſecundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare, aut etiam prolixius, quod correctioni neceſſarium viderit, addere. Diſcutiatur autem omnium horum, & precedens vita, & poſterior. Et ita circa eos ſacerdotalis ſe humanitas moderetur

Cap.6. De his, qui timore ritus Gentilium peregerunt

DE his, qui minis tantum ceſſerunt, aut bonorum ablatione, aut tranſportationis pœna deterriti, ſacrificauerunt, & nunc vſq; non pœnituerũt, neq; conuerſi ſunt: mõ antẽ, id eſt, tempore huius ſynodi ſe obtulerunt, conuerſionis ſuæ conſilium capientes: placuit, eos vſq; ad magnum diem inter audientes ſuſcipi, ac pœnitentiam agere triennio, & poſt duos alios annos ſine oblatione communicare, & ita demum ſex annis completis ad perfectum peruenire. Quòd ſi aliqui ante hoc Concilium ſuſcepti ſint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium ſexennii conſtituti. Quòd ſi alicui horum quodlibet mortis periculum, aut ex ægritudine, aut ex aliqua cauſa acciderit, his cõmunio propter viaticum ſuum non negabitur.

Cap.7. De his, qui frequenter idolis immolauerunt.

DE his, qui in feſtis diebus Paganorũ, in remotis eorum locis conuiuiis interfuerunt, & ſuas nihilominus epulas ibidem portauerunt, & comederunt: placuit, vt poſt biennii pœnitentiam ſuſcipiantur: ita tamen, vt vtrum cum oblatione recipiendi ſint, an ad ſolam communionem admitti debeant, vnuſquiſque epiſcoporum examinet: vitam eorum, & præterita, ac præſentia, debita con-

ſyderatione

ſyderatione perpendat.

Cap.8.de his, qui vi coacti idolis immolauerunt.

HI autem, qui ſecundò, vel tertiò, ſacrificauerunt vi coacti: quatuor annis ſeſe ad pœnitentiã ſummittant, duobus autem aliis ſine oblatione communicẽt, ſeptimo anno perfectionem recepturi communionis.

Cap.9.de his, qui aliis ſacrificandi cauſam attulerunt.

QVotquot autem non ſolùm à fide Dominica deuiauerunt: ſed etiã inſurrexerunt in alios, & fratribus perſuaſerunt, & rei facti ſunt perſuaſionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur. Per aliud autem ſexennium pœnitentię recipiant locum, alio verò anno, id eſt, decimo communionem ſine oblatione recipiant, vt completo decennio perfectione fruantur. Ideo autem ipſo tempore etiam vita eorum, & conuerſatio conſyderanda eſt.

Cap.10.De diaconis proteſtantibus cum ordinantur.

D.28. Diaconi. DIaconi quicunq; (cum ordinantur) ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes: Velle ſe habere vxores, nec poſſe ſe continere: hi poſt ea, ſi ad nuptias venerint, maneant in miniſterio, propterea quod his epiſcopus licentiam dederit. Quicunq; ſanè tacuerunt, & ſuſceperũt manus impoſitionem profeſsi continentiam, ſi poſtea ad nuptias venerint, à miniſterio ceſſare debebunt.

Cap.11.De deſponſatis puellis.

27.q.1. Deſponſatas puellas. DEſpõſatas puellas, & poſtea ab aliis corruptas, placuit, erui, & his reddi, quibus fuerant antè deſpõſatę, etiam ſi à raptoribus florem pudoris ſui amiſiſſe conſtiterit.

Cap.12.De his, qui ante baptiſmum ſacrificauerunt idolis.

EOs, qui ante baptiſmum ſacrificauerunt, & poſtea baptiſmum conſequuti ſunt, placuit, ad ordinem promoueri, tanquàm ab omni crimine lauacri ſalutaris ſanctificatione purgatos.

Cap.13.De Chorepiſcopis, & eorum poteſtate.

VIcariis epiſcoporum (quos Græci Chorepiſcopos vocant) non licere, vel presbyteros, vel diaconos ordinare: ſed nec presbyteris ciuitatis, ſine epiſcopi præcepto, amplius aliquid imperare, nec ſine authoritate literarum eius in vnaquaq; parochia aliquid agere.

Cap.

Cap.14.De presbyteris, a carnibus ſe abſtinentibus.

DE his, qui in clero ſunt presbyteri, vel diaconi, & abſtinent à carnibus, hoc placuit ſtatui, vt nõ eas tanquàm immundas, contemnant: ſed contingant. A quibus quidem qui ſe abſtinere volunt, habeant poteſtatem, ita tamen: vt ſi quando cum oleribus coquantur, eadem tanquàm carnibus polluta non iudicent: ſed ex his cibum aſſumant, quam vis à carnibus ſe abſtineant. Quod ſi in tantum eas immundas, & abominabiles iudicauerint: vt nec olera, quæ cũ carnibus coquuntur æſtiment comedenda, tanquàm non con ſentientes huic regulæ: ceſſare eos oportet, & à miniſterio, & ordine ſuo. Si quis autem huius regulæ monitis non obedierit: ſed carnes (vt dictum eſt,) immundas, & abominandas exiſtimauerit, ceſſare debet ab ordine ſuo. *Contra damnantes eſum carnium.*

Cap.15.Non debere presbyteros eccleſiaſtica iura vendere.

SI qua de rebus eccleſiæ, cum epiſcopus non eſt, presbyteri vendiderint: placuit, reſciſſo contractu, ad ius eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit epiſcopi, ſi conſtitutum precium debeat recipi, nec ne: propter quod ſæpe contingit, diſtractarum rerum reditus ampliore ſumma pro accepto precio reddi. *2.q.2.Si qua*

Cap.16.De his, qui irrationabiliter vixerint,

DE his, qui irrationabiliter verſati ſunt, ſiue verſantur: quotquot ante viceſimum ætatis ſuæ annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem ſingularẽ mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem vita eorum, quales tempore pœnitudinis extiterint: & ita miſericordiam conſequantur. Quod ſi inexplebiliter his hæſere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & vxores habentes, hoc peccato plapſi ſunt, vigintiquinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem ſuſcipiantur orationum. In qua quinquẽnio perdurantes, tunc demum oblationis ſacramenta percipiant. Quod ſi qui, & vxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis *Coitus brutalis intelligitur.*

gratiam

gratiam conſequantur

Cap.17. de his, qui alios ad antedicta peccata induxerint.

HOs eoſdem ſanè non ſolùm leproſos crimine huiuſmodi factos: ſed & alios iſto ſuo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempeſtate iactantur, qui à nobis energumini intelliguntur.

D.91. *Si, qui epiſcopi.*

Cap. 18. De his, quæ ad epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.

SI q epiſcopi ſuſcepti nō ſunt à ſua diœceſi, in qua fuerāt denominati: compellantur ad eandem, iudicis edicto redire. Quòd ſi voluerint alias eccleſias occupare, & vim facere aliis epiſcopis, quos ibi inuenerint, ſeditiones excitando aduerſus eos, hos ſegregari oportet. Quod ſi volunt in presbyterio in eccleſia, vbi prius fuerant, tanquàm presbyteri reſidere, non repellantur à propria dignitate. Quòd ſi etiam ibi ſeditiones concitare probantur epiſcopis ibidem conſtitutis, ſegregari eos neceſſe eſt, & nihilominus presbyterii dignitate priuari.

Cap.19. De his, qui virginitatem profitentur.

27.q.1. *Quotquot virginitatē.*

QVotquot virginitatem pollicitam præuaricati ſunt, profeſſione contempta: inter bigamos. i. qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquàm ſorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum conſortio prohibemus.

Cap.20. De adulteris, & eorum pœnitentia

SI quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur ſecundum priſtinos gradus.

Cap.21. De mulieribus, quæ partus ſuos ex fornicatione necant.

DE mulieribus, quæ fornicantur, & partus ſuos negant: ſed & de his, quæ agunt ſecum, vt vtero conceptus excutiantur, antiqua quidem definitio eſt, vſq; ad exitum vitæ eas ab eccleſia remoueri. Humanius autem nunc definimus: vt eis decem annorum tempus tribuatur.

Cap.22. De homicidiis.

D.50. *Eos vero, qui.*

QVi voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter ſe ſubmitant. Circa autem exitum vitę communione digni habeantur. Eos verò, qui non voluntariè, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidē regula poſt

ſeptem

ſeptem annorum pœnitẽtiam communioni ſociauit ſecundum gradus cõſtitutos. Hæc verò humanior definitio quinquennii tempus tribuit.

Cap.23. De his, qui diuinationes expetunt.

QVi auguria, vel auſpicia, ſiue ſomnia, vel diuinationes quaslibet, ſecundum morem Gentilium obſeruant, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt in exquirẽdis aliquibus arte malefica, aut vt domos ſuas luſtrẽt: confeſsi, quinquennio pœnitentiam agant, ſecundum antiquitus conſtitutas regulas. 26.q.5. *Qui diuinationes*

Cap.24. De his, qui virginum corruptionibus conſentiunt.

SI quis ſponſam habens, ſorori eius fortiſitan intulerit violentiam, eiq; inhæſerit tanquàm ſuę, hac autem decepta, poſtea vxorem duxerit deſponſatam: illa verò, quæ vitium paſſa eſt, ſi forte necem ſibi intulerit: omnes hi, qui facti huius ſunt conſcij, decem annis in pœnitentiam redigantur ſecundum Canones conſtitutos.

In eodem concilio mandatur decreto generali, vt epiſcopi, eorumq; miniſtri ſtudeant perniciosã, & à Diabolo inuentam maleficam artem, & ſortilegam penitus è parochiis ſuis erradicare, & ab eccleſia eiicere. Iuxta illud Pauli. Hæreticum hominem poſt &c. Ad Titum.3.

Ibidem, quod ſceleratæ quædam mulieres dæmonum illuſionibus ſeductæ, nocturnis horis cum Diana Paganorum dea, & innumera multitudine mulierũ, credunt ſe equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarũ ſpatia pertranſire, quæ falſa opinione deceptæ, hæc vera eſſe credunt, & credendo à recta fide deuiant. Ideo ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas populo prędicare debent, hæc omnino eſſe falſa, & à maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis, & cum mentem cuiuſq; mulierculæ cœperit, & hanc ſibi per infidelitatem ſubiugauerit: illicò transformat ſe in diuerſarum perſonarum ſpecies, atque ſimilitudines: & mentem, quam captiuam tenet, in ſomnis deludens, modò læta, modò triſtia, modo cognitas, modò incognitas perſonas, oſtendens, per deuia quæque deducit. Et cum ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, *De maleficis mulieribus.* 26.q.5.c. *Epiſcopi.* 2.Cor.11.

animo,

animo:ſed in corpore opinatur euenire. Cum Ezechiel propheta viſionis Domini non in corpore: ſed in ſpiritu vidit. Et Ioannes ſacramentum Apocalypſis in ſpiritu non in corpore vidit. Et Paulus nõ audet dicere, ſe raptum in corpore. Omnibus itaq; publicè annuntiandum eſt, quòd qui talia, & his ſimilia credit, fidem perdit. Subſcripſerunt. 18. epiſcopi, qui in eo concilio conuenerunt.

Apoca. 1. *2. Corin. 12.*

Decreta Marcelli Papæ.

Marcellus Pont. 29.

MArcellus Romanus, ſedit annis. 5. Hic à Maxentio comprehẽſus, vt negaret ſe eſſe epiſcopum, & ſacrificiis ſe humiliaret dæmoniorum. Qui ſemper contemnens, & deridens dicta Maxentii, damnatus eſt in Cacabulũ. Vbi dum multis diebus ſeruiret, orationibus, & ieiuniis Domino deſeruire non ceſſabat. Menſe vero nono venerũt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctu de Cacabulo. Et matrona Lucina vidua ſuſcepit beatum virum, quæ domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, vbi die, noctuq; hymnis, & orationibus Domino Ieſu Chriſto confitebantur.

Marcellus Cardinaliũ titulos inſtituit.

His auditis à Maxentio, tenuit iterum beatum Marcellum, & iuſsit in eadem eccleſia iterum paleas externi, vt ibidem animalia Cacabuli congregata ſtarent, & ipſis beatus Marcellus deſeruiret. Qui tandẽ in ſeruitio animalium nudus, amictus cilicio defunctus eſt.

De primatu eccleſiæ Romanæ.

Extat epiſtola eius decretalis ad epiſcopos Antiochenę prouincię. Vbi primo definit de primatu eccleſiæ Romanę, ad quam omnes:(quaſi ad caput iuxta Apoſtolorũ ſanctiones) epiſcopi ſuffugere, eamq; appellare debent, vt inde accipiant liberationem: vnde acceperunt informationem, & cõſecrationẽ: cui ceſsit Antiochena, quę olim erat prima.

2. q. 6. ad Romanam.

Ab eodem conſtitutum eſt: vt nulla ſynodus fieret præter eiuſdem ſedis authoritatem.

Conciliũ abſque Ro. Pon. authoritate irritum.

Extat alia eius epiſtola ad Maxentium tyrannum, qua commonet: vt ceſſet ſæuire aduerſus Chriſti fideles.

Extat eiuſdem decretum. 20. q. 1. Illud autem ſtatuẽdum eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filii monaſterio oblati fuerint, vel ſacram tõſurã, vel velamina ſuſceperint: dignum duximus: vt. 15. anno, à prælatis moniti verbis, inquirantur, vtrum in ipſo habitu permanere cupiãt, an non. Si verò per

manere

manere profeſsi fuerint, vlterius pœnitendi locum minimè amplecti poſſunt. Si verò ad ſecularem habitum reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia Domino præſtentur.

Decreta Euſebii Papæ.

EVſebius Græcus, ſedit annos ſex, temporibus Conſtantini. Fuit ſub Petro.30.Papa.

Euſebius Pōti.30.

Sub hoc Crux Domini noſtri Ieſu Chriſti.5. nonas Maij inuenta eſt, & feſtum de ea celebrandum inſtituit: vt habetur in epiſtola eius tertia ad epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ prouinciæ.

De conſecratione.d.3.c. Crucis Dñi.

Ibidē definit, Hæreticos in ſanctæ Trinitatis nomine credentes, & ſub hac inuocatione baptizatos per ſolam manus impoſitionem reconciliandos. Ibidem, manus impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendū eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus: nec tempore Apoſtolorum ab aliis, quàm ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur eſſe peractum. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum: nec inter eccleſiaſtica vnquam reputabitur ſacramenta.

De conſecratione.d.5. Manus quoque. De ſacramento confirmationis.

Decretum eſt ab eodem, deſponſatam puellam non licere parētibus alij viro tradere. Licet tamen illi monaſterium ſibi eligere, ſi voluerit.

27.q.2. Deſponſatam.

Quod conſulto omnium ſtatuimus, ſacrificium altaris, non in ſerico pāno, aut tīncto quiſquā celebrare præſumat: ſed in puro lineo ab epiſcopo conſecrato, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone munda ſepultum fuit.

De conſecratione.d.1. Conſulto. Quib⁹ veſtib⁹ ſacrificiū altaris offerendum.

Idem, ieiunium eccleſiæ à ſacerdotibus conſtitutum, ſine neceſsitate rationabili non ſoluatur.

Idem, oportet epiſcopum moderatis epulis contentum eſſe, ſuoſq; conuiuas ad comedendum, & bibendum non vrgere: quin potius ſobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cūcta turpitudinis augmenta: non ludicra ſpectacula, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrilium admittantur præſtigia. Adſint peregrini, & pauperes, & debiles, qui de ſacerdotali menſa Chriſtum benedicētes, benedictionem percipiant, Recitetur ſacra lectio, ſubſequatur viuæ vocis exhortatio: vt non tantum corporali cibo,

De conſecratione.d.5. Ieiunia. Perſcribitur qualis debet eſſe menſa epiſcoporū.

imò verbi ſpiritualis alimento, conuiuantes ſe refectos gratuletur, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Extant aliæ duæ epiſtolæ eiuſdem. Vna ad epiſcopos Galliæ, altera ad epiſcopos Aegypti.

Decreta Melchiadis Papæ.

Melchiades Ponti. 31. Melchiades Apher ſedit annos. 3. Papa. 31. Hic conſtituit, vt die Dominica, & quinta feria ieiunium nullus fidelium ageret: quia eos dies Pagani, quaſi ſacrum ieiunium, celebrabant.

De primatu Petri. Matth. 16 Extat epiſtola eius ad epiſcopos Hiſpaniæ, in qua primum docet, quòd inter beatos Apoſtolos fuit quædã diſcretio poteſtatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro conceſſum eſt, vt aliis præemineret.

An baptiſmus ſacramentũ maius ſit, quã confirmatio. Ibi reſpondet ad quæſtionem, ſcilicet vtrum ſit maius ſacramentum manus impoſitio epiſcoporum, an baptiſmus, dicens: Scitote vtrunq; magnum eſſe ſacramentum. Et ſicut vnum à maioribus fit, quod à minoribus perfici nõ poteſt, ita & maiori veneratione tenendum eſt. Sed ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta, vt ab inuicem, niſi morte præueniente, nullatenus poſsint ſegregari, & vnum ſine altero ritè perfici non poteſt. Nam (præueniente morte) vnum ſaluare ſine altero poteſt, aliud autem non poteſt. Ex quibus colligitur, quod baptiſmus eſt maioris neceſsitatis: manus vero impoſitio maioris dignitatis ex miniſtro.

De conſecratione. d. 5. c. Spiritus ſan.

Ibi diſtinguit effectus vtriuſq; ſacramenti: quia in baptiſmo regenerámur ad vitam: poſt baptiſmum verò confirmamur ad pugnam: in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmũ roboramur. Et quamuis tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Nam regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiendos: Confirmatio verò armat, & inſtruit ad agones mundi huius, & prælia reſeruandos. Qui autem poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia, immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt peccare poſt mortem.

Ad hoc profuit Apoſtolis aduentus Spiritus ſancti: quia ante deſcenſum Sancti ſpiritus, vſq; ad negationem, Apo-

ſtoli

ſtoli deterrentur. Poſt viſitationem verò eius, vſq; ad martyrium conteptu ſalutis armantur. Igitur ſecũdum hoc per Chriſtum redimimur, per ſanctum verò ſpiritum dono ſapientiæ ſpiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, inſtruimur, confirmamur: vt illam ſancti ſpiritus vocem audire poſsimus. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris. Pſal. 31. De cõſecratione. d. 5. c. Spiritus ſanct.

Sub hoc congregatum eſt concilium Neocæſarienſe parum ante Nicęnum, quoniam idem epiſcopus reperitur hic & illic aſsignatus. Eſt verò ciuitas Neocæſariẽſis clara, nunc Trapezuntium, imperij Turcici ſedes, ante captam Conſtantinopolim, in prouincia Cappadociæ, in qua patres. 17. conuenerunt in Concilio Neocæſarienſi. Adfuit epiſcopus Longinus, & in concilio Nicæno. De hoc ſcribit Gratianus diſt. 16. Sub quo Cæſare celebratum fuerit, ex ſcriptoribus conſtare non poteſt. *Concilium Neocæſarienſe ſub Melchiade Pont.*

Habet concilium canones. 14. parum ad hæc tempora pertinentes.

Probauit canones huius Concilij. 6. ſynodus Conſtantinopol. in Trullo celebrata, vt ex ſecundo canone editionis Græcæ conſtabit.

Cap. 1. De presbyteris, quod vxores ducere non debent.

PResbyter ſi vxorem duxerit, ab ordine ſuo illũ deponi debere. Quod ſi fornicatus fuerit, vel adulteriũ commiſerit: extra eccleſiã abiici, & ad pœnitentiã inter laicos redigi. *Canones Neocæſarienſis Concilii.* D. 28. *Preſbyter.*

Cap. 2. De muliere, quæ duobus fratribus nupſerit.

MVlier ſi duobus nupſerit fratribus, abiiciatur vſq; in diẽ mortis. Sed ꝓpter humanitatẽ in extremis ſuis, sacramẽtis reconciliari oportet: ita tamẽ, vt ſi fortè ſanitatẽ recuperauerit, matrimonio ſoluto, ad pœnitentiã admittatur.

Cap. 3. De multinubis.

DE his, qui frequenter vxores ducunt, & de his, quę ſępius nubunt: tempus quidem pœnitentię his conſtitutum, manifeſtum eſt. Sed conuerſatio, & fides eorum tempus abbreuiat. 31. q. 1. *De his qui frequen.*

Cap. 4. De concupiſcentia non conſummata.

SI quis, concupita muliere, etiam ſi concubitus eius deſiderium habeat, non autem ſubſequatur effectus, mani-

 ſeſtum

feſtum eſt, hunc fuiſſe per diuinam gratiam liberatum.

Cap. 5. De catechumenis peccantibus.

CAtechumenus, id eſt, audiens, qui ingreditur in eccleſiam, & ſtat cum catechumenis: ſi peccare fuerit viſus, ſigens genua, audiet verbum, vt ſe abſtineat ab illo peccato, quod fecit. Quòd ſi in eo perdurat, abiici omnino debere.

Cap. 6. De prægnantibus baptizandis.

DE prægnantibus, quod oportet eas baptizari, quando volunt. Nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parituræ, & illi, qui de eius vtero fuerit éditus; quia vniuſcuiuſq; in illa confeſsione libertas arbitrij declaratur.

Cap. 7. Presbyteros in ſecundis nuptiis non debere conuiuari.

31. q. 1. De his qui. PResbyterum conuiuio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maximè cum præcipiatur, ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuium illis conſentiat nuptiis?

Cap. 8. Vxoris adulteræ virum, clericum fieri non debere.

34. d. Sicuius vxorem. SI cuius vxorem adulteriũ cõmiſiſſe, cum eſſet laicus, fuerit comprobatum: hic ad miniſterium eccleſiaſticum admitti non poteſt. Quòd ſi in clericatu, iã conſtituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si verò retinere eius cõſortium velit, nõ poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Cap. 9. De presbyteris, corporali peccato præoccupatis.

15. d. 8. Qui admiſit. QVi admiſerit corporale peccatum, & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit, quod ante ordinationem ſuam peccauerit, non quidem offerat: maneat tamen in aliis officiis, propter eius ſtudij vtilitatem. Nam cætera peccata, cenſuerunt plurimi, etiam ordinatione priuari. Quòd ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſtè conuinci: huic ipſi de ſe poteſtas eſt committenda.

Cap. 10. De diaconis ſimiliter.

Ibidem. SImiliter & diaconus, ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſe à miniſterio cohibebit.

Cap. 11. Quo tempore conueniat presbyterum ordinare.

D. 78. Presbyter ante. PResbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamuis ſit probabilis vitæ: ſed obſeruet vſque ad præfinitum tempus. Dominus enim trigeſimo anno baptizatus

eſt,& tunc prædicauit.

Cap.12.De his, qui in ægritudine baptiſma conſequuntur.

SI quis, in ægritudine conſtitutus,fuerit baptizatus:preſbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria,ſed ex neceſsitate eſt: niſi forte poſtea ipſius ſtudium, & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat. D.57.*Siquis in ægritudie.*

Cap.13.De presbyteris alterius regionis.

PResbiteri, qui côregionales ſunt,in eccleſia præſentibus epiſcopis, vel presbyteris ciuitatis,offerre non poſſunt, nec dare panem ſanctificatũ,nec calicem porrigere. Quod ſi abſentes ſint ciuitatis ſacerdotes, & fuerint inuitati ad dãdam orationem,ſoli debebunt dare. Vicarij autem epiſcoporum(quos Græci Choreſpicopos vocant)conſtituti ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta ſeniorum: ſed tanquàm conſacerdotes propter ſolicitudinem, & ſtudium, quod in pauperes agunt,offerant,& honorabiles habeantur.

Cap.14.De numero certo diaconorum.

DIaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quãuis non magna ſit ciuitas. Regulæ autem authoritas iſta eſt. Quod & liber Act. Apoſtolorum inſinuat. D.93. *Diaconi.7.* *Act.6.*

Decreta Syluestri papæ.

SYlueſter,natione Romanus,ſedit annis.23. Temporibus Conſtantini, fuit exul in monte Soracten perſequutiones fugiens Imperatoris, vbi in cauernis petrarum cum ſuis clericis latitabat. *Syluester Pont.32.*

Poſtmodum rediens cum gloria, baptizauit Conſtantinũm, quem Dominus curauit à lepra in baptiſmo: quoniã fugerat ſuperſtitionem idolorum, cui conſignationem ſancti ſpiritus adhibuit, ſancti Chriſmatis vnctione,dicens:Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ,in nomine patris,& filii,& ſpiritus ſancti &c.in cõſignatione fidei Amen.Quæ forma parum immutata, nunc ſeruatur ſacramento confirmationis.

Hæc eadem refert Conſtantinus in edicto ſuo generali de conuerſione ſua ad fidem Chriſti.

Nicænum concilium poſt aſcenſionem Domini annis.300. congregatum eſt. Ante hoc tempus propter perſecutiones, nec libertatem, nec modum habuerunt Chriſtiani congregandi concilium generale. Anno Conſtantini.20.congregatum eſt præſens concilium.

Huius temporibus factum eſt concilium in Nicæa Bithyniæ, vbi cōgregati ſunt.318.epiſcopi catholici, qui expoſuerunt fidem integram, ſanctam, catholicam, & immaculatam, Et damnauerunt Arrium, Photinum, & Sabellium. Et in vrbe Roma congregauit ipſe cum conſilio Auguſti epiſcopos.277.& damnauit iterum Calixtum, & Arrium, Photinum, & Sabellium.

Hic conſtituit, vt baptizatum liniat presbyter chriſmate leuatum de aqua, propter occaſionem tranſitus mortis.

Idem conſtituit, vt ſacrificium altaris non in ſerico, nec in panno tincto conſecraretur: niſi tantùm in lineo ex terra procreato, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea, & munda ſepultum fuit.

Conſtituit idem: vt presbyter, Arrianum reſipiſcentem, non ſuſciperet, niſi epiſcopus loci deſignati.

Conſtituit & chriſma ab epiſcopo cōfici, & priuilegium epiſcopis contulit, vt baptizatum conſignent propter hæreticam ſuaſionem.

Hic cōſtituit, vt nullus laicus crimē clerico audeat inferre.

Idem, vt diaconi Dalmaticis in eccleſia vterentur, & palla linoſtima læua eorum tegeretur.

Idem conſtituit, vt nullus clericus propter quālibet cauſam in curiam introiret, nec ante iudicem cinctum cauſam diceret, niſi in eccleſia.

Referunt etiam, huius temporibus Conſtantinum Romanam dotaſſe eccleſiā, & multas conſtituiſſe baſilicas, quas ornauit magnificentiſsima largitione auri, & argenti.

De primatu eccleſiæ Romanæ.

Matt.16.

In præfatione Nicæni Concilii, Primùm notatur illud, qđ eccleſia Romana nullis ſynodicis decretis prælata eſt cæteris eccleſiis: ſed Euangelica voce Dñi, & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Vbi dixit beato Petro Apoſtolo: Tu es Petrus. Et adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſsimi Apoſtoli Pauli, qui vno die, vnoq; tempore glorioſa morte cum Petro (ſub Nerone) agonizans, coronatus eſt. Et ambo pariter eccleſiam Romanam Chriſto Domino cōſecrarūt, aliisq; omnibus vrbibus in vniuerſo mundo eam ſua præſentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Vnde prima ſedes eſt, cœleſti beneficio, Romanæ ec-

cleſiæ. Secunda apud Alexandriam, à Marco Euangeliſta Petri diſcipulo conſecrata. Tertia apud Anthiochiam, vbi beatus Petrus (Priuſquã Romam veniret) habitauit, & Ignatium epiſcopum conſtituit. Quarta apud Hieroſolymã, vbi Iacobus apoſtolus eſt epiſcopus ordinatus. Itaq; ſecundum antiquorũ patrum definitionẽ, ſedes prima Hieroſolymis eſſe minimè dicitur, ne fortè ab infidelibus, aut idiotis ſedes Dñi noſtri IeſuChriſti (q̃ in cælo eſt) in terra eſſe putaretur.

De origine Concilii Nicæni ſub Conſtantino Auguſto congregati.

RVfini nobis decimus liber, qui coniunctus eſt nouem libris Eccle. Hi*ſto. quos Euſebius Cæſarienſis edidit, neceſſariò profertur in medium. Quia dubiũ non eſt.* 318. *ſanctiſſimos patres ex vniuerſo Orientali, atq; Occidẽtali orbe in Nicæa Bithyniæ cõgregatos: vt & Arrii impiũ dogma, Chriſti auxilio, funditus dãnaretur, & ſalubri prouidẽtia cõſtituerẽt, quid in ſancta catholica eccleſia debeat obſeruari.* Cõſule. c. 1. li. 10. *hiſto. eccleſi.*

Etenim presbyter quidam apud Alexandriã, nomine Arrius, vir ipſe & forma magis quã virtute religioſus: ſed gloriæ, laudiſq;, & nouitatis improbæ percupidus, praua quædã de Chriſti fide proferre, & quæ antea in quæſtionẽ nunquã venerãt, cœpit. Abſcidere enim, ac ſeparare ab illa æterna, & ineffabili Dei *patris ſubſtantia, vel natura filiũ conabatur. Quæ res in eccleſiis plurimos cõturbabat, & à dulci mentis trãquillitate dimouebat. Sed quũ Allexander epiſcopus, natura lenis, & quietus aſſiduis cõmonitionibus Arrium cuperet à prauo incœpto, & aſſertionibus impiis reuocare, nec tamen res ex ſententia procederet: & quòd pleroſq; quodã contagio peſtiferæ aſſertionis infecerat, non ſolũ apud Alexandriã, verum etiã per alias vrbes, prouinciaſq; diſperſerat: pernicioſum fore credẽs, ſi diſſimularet à talibus, plurimis cõſacerdotibus ſuis rem indicat. Quæſtio latius innoteſcit, ſermo vſq; ad aures religioſi principis (quippe qui omni ſtudio, & diligẽtia curabat, quæ noſtra ſunt) peruenit. Tunc ille ex ſentẽtia ſacerdotũ apud vrbem Nicæam epiſcopale Conciliũ conuocat, ibiq; Arrium.* 318. *epiſcopis reſidẽtibus adeſſe iubet: ac de eius propoſitionibus, & quæſtionibus iudicare. Sed in eo Concilio admirabile factũ principis nõ puto reticendũ. Etenim cũ ex omnibus penè locis epiſcopi conueniſſet, & diuerſis ex cauſis inter ſe diuerſa iurgia detuliſſent, interpellabãt frequẽter à ſingulis. Offerebãtur libelli, culpæ proferebãtur, & magis adhæc, quã ad id, quod fuerat ventum, animos dabant. At ille ſuſcepit à ſingulis libellos, quos ſimul omnes in ſinu ſuo continens, nec in eis quod contineretur, aperiens, ait ad epiſcopos: Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis*

D iiij quoq;

quoq; iudicandi, ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium: vt & veſtra iurgia, quæcunq; ſunt, ad illud diuinũ reſeruentur examen. Vos enim nobis à Deo dati eſtis Dii. Conueniens non eſt: vt homo iu-
Pſal. 81. *dicet Deos: ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deus diſcernit. Et ideo (his omiſsis) alia, quæ ad fidem Dei pertinent, abſq; vlla animorum contentione diſcutite. Cum hæc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos iuſsit exuri, ne innoteſceret vlli odium, & ſugillatio ſacerdotum &c.*

In hoc etiam Concilio adfuit Paphuntius, homo Dei, epiſcopus Aegypti, in quo tanta inerat gratia, vt ſigna per eum non minus, quã olim per Apoſtolos fierent. Vide lib. 10. eccleſia. hiſto. c. 4. & 5. vbi referuntur alia annotatione digna. Vide & hiſtoriam tripartitam. lib. 1. cap. 13. & deinceps vſq; ad. 21. vbi plurima notantur ad hoc Concilium concernentia.

Interea, per dies ſingulos agitabatur conuentus, neq; facile, aut temerè de re tanta ſtatuere audebant. Euocabatur Arrius frequẽter in Concilium, & aſsiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebantur, & quid aduerſum hæc teneri deberet, ac ſtatui, ſumma cum deliberatione quærebatur. Tandem poſt diutinum, multumq; tractatum, placuit omnibus, ac velut vno cun-
Homouſion. *ctorum ore, & corde decernitur, Homouſion conſcribi debere, id eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filium confiteri, idq;, firmiſsima omnium ſententia prouinciatur. Decem & ſeptem ſoli tunc fuiſſe dicuntur, quibus Arrii magis fides placeret, extrinſecus creatum Dei filium, & non ex ipſa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Conſtantinum ſacerdotum concilii ſententia. Ille tanquam à Deo prolatam veneratur. Cui ſi quis tentaſſet obniti, velut contra diuina ſtatuta venientem, in exilium ſe proteſtatur acturum. Sex igitur ſoli cum Arrio ſe patiuntur expelli, reliqui vero vndecim concilio inter ſe habito, acquieſcunt ad ſubſcribendum manu ſola, non mente. Cuius ſimulationis aucthor præcipuè extitit Nicomediæ epiſcopus Euſebius.*

Poſt, iidem patres ediderunt canones. xx. quos habes à Gratiano tranſcriptos in volumine Decretorum variis in locis.

Athanaſius Alexandrinus tradit. 70. capitula decreta à Niceno concilio, ſed, 20. tantum canones habet eccleſia Romana, vt vult Stephanus Papa. Et habetur. d. 16. c. Viginti. Quomodo alia non extent, neſcitur. Certum eſt, Antiocheno concilio aliqua eſſe inſerta, & nonnulla alia in Sardicenſe concilium tranſlata, vt patebit ex canonibus prædictorum conciliorum, & quædam alia in epiſtolis, & decretis Iulii Papæ primi.

Bona

Bona pars horum viginti canonum concilii Nicæni repetita eſt in concilio Arelatẽ.2.& aliqui ex.70.quorum meminit Athanaſius.

Regulæ ſiue canones Nicæni Concilii

ITaq; cùm veniſſet hoc ſanctum, & magnum concilium apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem, Conſtantino Auguſto, & Lycinio Cæſare &c. Aera. 363. ſtatuta ſunt ab epiſcopis, q̃ infra ſcripta ſunt, & ex Gręco in Latinũ verſa ſermonem, Et placuit, vt hæc omnia mitterentur ad epiſcopum vrbis Romæ Sylueſtrum.

Canon.1.De eunuchis, & de his, qui ſeipſos abſcindunt.

SI quis in ægritudine, vel à medicis ſectus eſt, vel à Barbaris caſtratus: placuit, vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit, hic (etiam ſi eſt in clero) ceſſare debet, & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autẽ de his, qui, vel affectauerint hæc, vel auſi ſunt ſe ipſos abſcindere, hæc, quæ diximus, ſtatuta ſunt. Ita ſiqui, vel à Barbaris, vel à dominis ſuis eunuchi facti ſunt, & probabilis vitę ſunt, tales hos ſuſcepit eccleſiaſtica regula in clerum. *D.55.Si quis à medicis.*

Canon.2.De his, qui poſt baptiſma ſtatim ad clerum applicantur.

QVoniam multa, ſiue per neceſsitatem, ſiue ex quacunq; cauſa contra regulam geſta ſunt, ita vt homines ex vita Gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtituti, ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent, & continuò cùm baptizati ſunt, etiam ad epiſcopatum, vel presbyterium prouecti ſunt. Rectè igitur viſum eſt, de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namq; Apoſtolicum præceptum eſt, dicens. Non neophytum, ne fortè elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si verò procedente tempore, aliquod peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit: ceſſet à clero qui huiuſmodi eſt. Si qs verò p̃ter hæc facit tanq̃ cõtraria ſtatutis ſancti Cõcilij gerẽs, ipſe de clericat⁹ honore periclitabitur. *D.48. Quoniam multa.* *1.Timo.3.*

Canon.3.De ſubintroductis mulieribus.

OMnibus modis interdixit ſancta ſynodus, neq; epiſcopo, neq; presbytero, neq; diacono, neq; vlli clericorum oĩno licere, habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè *D.32.Interdixit.Eũdẽ refert Iuo.lib.3.*

mater, aut ſoror, aut auia, aut amita, vel matertera ſit. In his namq; ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis, quę ex mulieribus eſt, ſuſpitio declinatur. Qui autem præter hęc agit, periclitatur de clero.

Canon. 4. Qualiter epiſcopi debeant ordinari.

Epiſcopum oportet ab omnibus epiſcopis (ſi fieri poteſt,) qui ſunt in prouincia eius, ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente neceſsitate, vel itineris lon-
D.94. Epiſc. ab omnibus. gitudine, certè tres epiſcopi debent in vnum eſſe congregati, ita vt etiam cæterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum literis teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſanè, vel cõfirmatio pertinebit per ſingulas prouincias ad metropolitanum epiſcopum.

Canon. 5. De excommunicatis clericis, vel laicis.

11. q. 3. Seruet. iſta ſententia. Seruetur & iſta ſententia, vt hi, qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem nõ recipiantur. Requiratur ſanè, ſi fortè aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione epiſcopi ſui, excõmunicati ſint. Vt ergo digna hæc poſsint examinatione perquiri, rectè viſum eſt, per ſingulos annos in ſingulis prouincijs, bis in anno epiſcoporum cõcilium fieri, vt ſimul in vnum cõuenientes ex communi prouincia, huiuſmodi examinent quęſtiones, vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas, epiſcoporum ſuorum offenſas meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſq; in commu-
D.18. habeatur ſemel Concilium. ni, vel ipſi epiſcopo ſuo viſum fuerit, humaniorem circa eos ferre ſententiam. Habeatur autem ſemel Concilium ante dies quadrageſimę, vt omnibus, ſi quę ſunt, ſimultatib⁹ amputatis, mundum & ſolenne Deo munus poſsit offerri. Secundum verò agatur circa tempus Autumni.

Canon. 6. De primatibus epiſcoporum metropolitanorum.

D.65. Mos antiquus. Mos antiquus perdurat in Aegypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexãdrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam quidem & epiſcopo Romano, *parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſq; prouincias, honor ſuus vnicuiq; ſeruetur eccleſiæ. Per
Diſ. 65. Illud generaliter. omnia autem manifeſtum eſt, ꝙ ſi quis præter voluntatẽ & conſcientiam metropolitani epi fuerit ordinatus, hunc, concilium

ciſium magnū,& ſanctū cēſuit,nō debere eſſe epm.Sanè ſi cōi oīm conſenſu rationabiliter probato,ſecūdū eccleſiaſticam regulā,duo,vel tres animoſitate ducti, per cōtētionem contradicant,obtineat plurimorū ſententia ſacerdotum. *D.65.Sanè ſi cōi omnium.*

Nonnullis perperam viſum eſt,quòd hic Canon ſextus parem faciat epiſcopum Romanum cum alijs metropolitanis,quia dicit: Epiſcopo Romano: parilis mos eſt. Sed licet hoc leue ſit argumentum, vt eo ambigamus de re aliòqui tam cognita,& probata: conſului varias editiones, tam Græcas, quàm Latinas,in illis ſi inſcriberetur hic Canō ad hunc modum. Et in editione quadam Latina antiquiſſima,quam exhibuit mihi Reuerendiſſ. Marcellus,Cardinalis ſanctæ Crucis ampliſſimus, & vnus ex tribus Vicariis Apoſtolicæ ſedis in ſynodo Tridentina inuentus digniſſimus, ſic habet ſextus hic canon. Mos antiquus perduret in Aegypto, vel Lybia,& Pentapoli, vt Alexādrinus epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem: quoniā quidem metropolitano epiſcopo hoc idem moris eſt &c. Hunc ſcrupulum lectori eximere libuit, ne in eum impingat.

Canon.7.De honore epiſcopi Hieroſolymitani.

QVoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Aeliæ.i.Hieroſolymorum epiſcopo honor deferatur, habeat coſequenter honorem, manente tamen metropolitanæ ciuitatis propria dignitate. *Diſt.65.Quā mos antiq.*

Canon.8. De Nouatianis.

SI qui voluerint venire ad eccleſiam catholicam ex Nouatianis, placuit ſancto Concilio, vt ordinentur,& ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confeſsionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe cum omni conſenſu eccleſiæ catholicæ ſtatuta obſeruaturos,id eſt,communicaturos ſe & his,qui forte ſecundas nuptias experti ſunt, vel his,qui perſecutionis tempore lapſi ſunt. Quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus,& tempus aſcriptum eſt,vt in omnibus ſequantur ea, quæ in eccleſia catholica obſeruantur. Et ſicubi ijdem ipſi fuerint inuenti, ſiue in vicis, ſiue in vrbibus, clerici ordinati à catholicis, ſic etiam in clero perſiſtant, vnuſquiſq; tamen in ſuo ordine. Si verò epiſcopus, vel pſbyter eccleſiæ catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certū eſt, q epiſcopus quidē catholicus ſuam habeat dignitatē. Similiter autē presbyteri,& diaconi habeāt. Hi verò,q ab iſtis veniūt, ſi fortè epiſco- *1.q.7.Si qui voluerint.*

cpſ fuerit, habeat ſacedotijdignitatem,niſi fortè placeat catholico epiſcopo,cōcedere ei etiam epiſcopalis nominis honorem.Si verò non placuerit,inueniat ei locum,vt ſit in parochia Corepiſcopus, aut in clero presbyter, vt in ciuitate vna nō videantur duo epiſcopi eſſe,& ille omnimodè in clero permanere videatur.

Canon.9.*De presbyteris ſine examinatione conſtitutis.*

D.81.*Si quis ſine exa.* SI qui,ſine examinatione promoti,presbyteri ſunt, & poſtea examinati confeſsi ſunt peccata ſua, & cùm confeſſi fuiſſent,contra regulam venientes,homines manus eis temerè impoſuerunt,hos eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnib' eñ,quod irreprehēſibile eſt,defendit ecclīa ſancta.

Canon.10.*De lapſis clericis ordinatis.*

D.81. *Quicūque ex his.* QVicunq; ex lapſis per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ eccleſiaſticæ.Cùm enim compertum fuerit,deponantur.

Canon.11.*De his,qui ſponte lapſi ſunt,qualiter debeant pœnitere.*

DE his,qui pręter neceſsitatem præuaricati ſunt,aut propter ablationem facultatum, aut propter periculum, aut aliquid huiuſmodi, quod factum eſt ſub tyrannide Licinij,placuit ſanctæ ſynodo,licet indigni ſint miſericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si tamen fideles ſunt, ſeptem annis alijs inter pœnitentes ſint,duobus autem annis iidem ſine oblatione in oratione ſola,participent populo.Si qui verò per Dei gratiam vocati,primò quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſito militię cingulo, poſt hæc autem ad proprium vomitum reuerſi ſunt,vt & pecunias darent, & ambirent redire rurſum ad militiam, iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt primum triennium,quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò illud pręcipuè obſeruetur, vt animus eorum, & fructus pœnitentiæ attendatur. Quicunq; enim cum omni timore & lachrymis perſeuerantibus,& operibus bonis,conuerſationem ſuam non verbis ſolis,ſed operæ & veritate demonſtrant,quum tempus ſtatutum etiam ab his fuerit impletum

pletum

pletum, & orationibus iam cœperint communicare, licebit etiam epiſcopo, humanius circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerint lapſum, & ſufficere ſibi, q̃ eccleſiã introierunt, arbitrãtur: iſti omnimodò tempora ſtatuta complebunt.

Canon. 12. De excommunicatis à ſeculo exeuntibus.

DE his verò, qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc: ita vt ſi fortè quis recedat ex corpore, neceſſario vitę ſuę viatico non defraudetur. Quòd ſi deſperatus aliquis, recepta communione, ſuperuixerit, ſit inter eos, qui ſola oratione communicãt. De omnibus tamen his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, & cura, & probatio ſint epiſcopi. *26. q. 6. De his verò qui.*

Canon. 13. De cathecumenis.

PLacuit huic ſancto, & magno Cõcilio, de cathecumenis, qui lapſi ſunt, vt tribus annis inter audientes verbũ ſint tantummodò, poſt hęc verò orent cum cathecumenis.

Canon. 14. De diaconis, ne corpus Chriſti tradant presbyteris.

PEruenit ad ſanctum Concilium, quòd in locis quibuſdã, & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta diaconi porrigãt: Hoc neq; regula, neq; conſuetudo tradidit, vt hi, qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his, qui offerunt corpus Chiſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidã diaconi, etiam ante epiſcopum ſacramenta ſumunt. Hęc ergo omnia amputentur, & accipiãt ſecundùm ordinem poſt presbyteros ab epiſcopo, vel à presbytero ſacram communionẽ. Quòd ſi non fuerit in præſenti, vel ep̃s, vel presbyter, tunc ipſi proferãt, & edant. Sed nec ſedere quidẽ licet in medio presbyterorum diaconos. Si quis autem nõ vult his ſufficiens eſſe poſt hanc definitionem, ceſſet eſſe diaconus. *D. 93. Peruenit ad ſan.*

Canon. 15. de clericis temerè ab eccleſia recedentibus.

PRopter multas perturbationes, & frequentes tumultus ſeditionum, quæ fieri ſolent: placuit, omnimodò iſtam abſcindi conſuetudinem, quæ contra regulam eſt (ſicubi tamen fit). i. ne de ciuitate ad ciuitatem tranſeat vel epiſcop⁹, vel presbyter, vel diacon⁹. Si quis verò poſt hęc ſtatuta ſancti huius Concilij, tale aliquid agere tentauerit, infringatur *7. q. 1. Non oportet ep̃m.*

tur omni genere huiuſmodi conatus,& reſtituatur propriȩ eccleſiæ in qua ordinatus eſt.

Canon.16. De Presbyteris, vel clericis, qui ad alias ciuitates tranſeunt.

7.q.1.*Si qui verò.* SI qui verò, timorem Dei ante oculos non habentes, neq; eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, vel in quocunq; eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, non debent ſuſcipi in alia eccleſia, ſed cum omni neceſsitate cogantur, vt redeant ad eccleſiam ſuã. Quòd ſi permãſerint, excõmunicare eos oportet.

Canon.17. De clericis non ordinandis ſine conſenſu ſui epiſcopi.

D.71.*Si quis auſus fuerit.* SI quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua eccleſia, quum non habeat cõſenſum epiſcopi ipſi⁹, à quo receſsit cleric⁹, irrita erit huiuſmodi ordinatio.

Canon.18. De clericis vſuras accipientibus.

14.q.4.*Quõ multi clerici.* *Pſal.14.* QVoniam multi clerici, auaritiæ cauſa, turpia lucra ſectãtes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, fœnerantes centeſimas exigant: ſtatuit hoc ſanctum Concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem, vſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeptuplum dare: omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum, deijciatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu.

Canon.19. De Paulianiſtis, & Cataphrygis rebaptizandis.

1.q.1.*Si quis confugerit.* SI quis confugerit ad eccleſiã catholicam de Paulianiſtis, & Cataphrygis, ſtatutum eſt, rebaptizari eos debere. Si qui verò clerici erant apud eos (ſiquidem inculpati fuerint, & irreprehenſibiles) rurſus etiam ordinentur ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ. Si verò examinati, min⁹ fuerint apti deprehẽſi: deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconos, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadẽ forma ſeruabitur. Cõmemorauimus autẽ diaconiſſas, quæ in hoc ordine inuentȩ ſunt, quȩ nec manus impoſitionẽ aliquam habeant, & omnimodò inter laicas habeãtur. Similiter autẽ diaconiſſæ, quæ in catholico canone non habẽtur; ſimili loco, id eſt, laicæ, & tanq̃ non conſecratæ deputentur.

Canon.

Canon. 20. De flectendo genua.

QVoniam ſunt in dominica die quidam ad orationem genua flectẽtes, & in diebus Pẽtecoſtes: propterea vtiq; ſtatutũ eſt à ſancta ſynodo, quoniam conſona, & conueniẽs per omnes eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, vt ſtantes ad orationem, vota Domino reddamus. De conſe. d. 3. Quõ ſunt.

Et ſubſcripſerunt trecenti decem & octo epiſcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

Oſius epiſcopus ciuitatis Corduben. prouinciæ Hiſpaniæ dixit: Ita credo, ſicut ſuperius dictum eſt.

Victor, & Vincentius, presbyteri vrbis Romæ pro venerabili viro Papa, & Epiſcopo noſtro Syluestro, ſubſcripſimus &c. Fauſtinus Valla. archiepiſcopus dicit Oſium fuiſſe legatum vnà cum Victore.

Cæterorum verò epiſcoporum nomina recitata ſunt in conciliorum volumine magno.

FIDES NICAENAE SYNODI.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & omnium viſibilium, inuiſibiliumq; factorẽ. Et in vnũ dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, Natũ ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum, ex Deo vero. Natum, non factum, Homouſion, hoc eſt, conſubſtãtialem patri, per quẽ omnia facta ſunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus, & homo factus eſt, paſſus. Et reſurrexit tertia die, & aſcẽdit in cœlos, & inde vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in ſpiritũ ſanctũ. Dicentes autem, erat, quando nõ erat, aut non erat, anteq̃ fieret, & quia ex non extãtibus factus eſt: aut ex altera ſubſtantia, vel eſſentia dicẽtes eſſe, aut creatum, aut cõuertibilem filium Dei, hos tales anathematizat catholica, & Apoſtolica eccleſia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo, & agnouerunt, & amplexi ſunt, & (ſicut ait Euſebius) conſonantes, & vnanimes in ſcriptis explanauerunt. Quinq; verò non receperunt, verbum conſubſtantialitatis reprehendentes. Symbolũ Nicæne ſynodi.

Eodem tempore celebratũ eſt cõcilium Romanũ ſub Syl neſtro papa, pſente Conſtãtino intra thermas Domitianas

cum ducentis ſeptuaginta quinq; epis, qui vocati à Syluestro in ipſa ſynodo conuenerunt, in quo denuò damnauit Calixtum. Arrium, Photinum, & Sabellium, & ordinauerunt canones ſequentes.

Canones Syluestri epiſcopi vrbis Romæ, & domini Constantini Augusti.

Canon. 1. De congregatione epiſcoporum, vel diaconorum.

EOdem tempore cùm multi nobiles gauderent, quòd Cõſtantinus baptizatus eſſet à Syluestro vrbis Romæ epiſcopo, & mundatus fuiſſet à lepra, per hoc beneficiũ, quod accepit à Domino Ieſu Christo per Syluestrum epiſcopum, cœpit integrè prędicare Dominum Ieſum Christum, & confiteri eius beneficia. Syluester igitur epiſcopus vrbis Romę congregauit fratres, compresbyteros & coepiſcopos, vel diaconos ſuos ciues Romanos. Et quoniam mater eccleſia genuerat filium chariſsimum Constantinum, integrè igitur Syluester epiſcopus vrbis Romę, cum ſuis eam ordinare deſyderauit; & filios eius frequenter lactare, & gradus eius ordinis, & conſuetudines conſternere. Collegit autem vniuerſam ſynodum epiſcoporum cum conſilio Augusti, vel matris ei⁹, & fecit parari in vrbe Roma intra thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traianæ. Collegit autem in gremio ſedis ſuæ ducentos, octoginta quatuor epiſcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula, & annonas præſtari præcepit. Et alij. 57. Epiſcopi partis Rinocoruris, quorum chirographus in eorum cõcilio declaratur. Centum quadraginta duo Presbyteri vrbis Romę, & Diaconi ſex. Subdiaconi ſex. Acolythi ei⁹ cõſilio facti quadraginta quinq;. Exorciſtę. 22. Lectores vrbis Romę nonaginta, quorum pſentes parentes audiebant. Notarij eccleſię. 14. qui geſta diuerſorum martyrum ſuſcipientes, ordinatè narrabant. Hos omnes etiam dum in vno articulo ad examen ſanctitatis colligeret in thermas ſupradictas, voluit, vt nullus laicorum pręſens eſſe videretur.

Canon. 4. Vt de reditibus eccleſiæ quatuor partes fiant.

COmmoneo autem vobis omnibus, mihi conſortibus monimentum hoc, vt de reditibus eccleſię quatuor partes fiant, quarũ vna cędat pontifici ad ſui ſubſtentationem.

Altera

Altera presbyteris,& diaconis,& omni clero. Tertia templorum, & eccleſiarum reparationi. Quarta pauperibus, & infirmis,& peregrinis.

Conſtituit & hũc ordinem,vt ſi quis de clero:vel presbyteris vniuerſi loci tranſierit(quod commune eſt) de hoc mũdo,ſi neminem de ſuo genere habuerit cõſortem, quicquid paupertas eius haberet cõferret eccleſię, & exinde quatuor partes fierent,ſicut ſupra dictum eſt.

Canon.5.Vt nullus presbyter chriſma conficiat.

COnſtituit etiam clara voce idem Sylueſter epiſcopus vrbis Romæ,vt nemo presbyterorum chriſma cõficeret, dicens,quoniam Chriſtus à chriſmate vocatur.

Canon.6.De numero diaconorum parochiarum, & Cardinalium vrbis Romæ.

ET vt diaconi nõ eſſent plures per parochiarum examẽ, niſi duo,& Cardinales vrbis Romę.7.ita tamẽ,vt dalmaticis vterentur,& palla linoſtima læua eorum tegeretur.

Canon.8.Vt nullus ſubdiaconus ad nuptias tranſeat.

NVllus autem ſubdiaconorum ad nuptias tranſire pręcipimus,ne aliquam preuaricationem ſumpſerit.

Et ſubſcripſerunt ſupradicti epiſcopi in iſtud, prædicante Sylueſtro epiſcopo vrbis Romæ.Subſcripſit autem & nouiſsimus Calphurnius præfectus vrbis. Subſcripſit Auguſtus Conſtantinus cum matre Helena Auguſta. Tum fecit orationem ſedens in eodem loco,& diſceſſerunt.

ACTIO SECVNDA.

ALia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romę, & diaconi,& epiſcopi omnes. 284. intra thermas Domitianas:quæ nunc Traianæ vocantur, & ſedit in ſede ſua in eodem loco. Ibi autem fecit ſeptem regiones, & diuiſit diaconis.Erant autem diaconi iſti Fabianus, Marcus, Liberius,Archidamus,Iulius &c.

Canon.16.Vt nullus clericus,vel presbyter,propter cauſam ſuam intret in curiam.

NEmo enim clericus, vel diaconus, aut presbyter propter cauſam ſuam quãlibet intret in curiam: quoniam omnis curia à cruore dicitur,& immolatio ſimulachrorum eſt. Quoniam ſi quis clericus in curiã introierit, anathema

E ſuſcipiat,

ſuſcipiat,nunq̃ rediens ad matrem eccleſiam.A cõmunione autem non priuetur propter tempus turbidum.

Canon.17.Vt nullus peccantem clericum cæde attingat.

NEmo enim quiſq̃ peccantem clericum cæde attingat. Non presbyter,non diaconus,non epiſcopus ſupra clericum,vel ſeruitorem eccleſię ad cędem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici,triduo priuetur honore, vt pœnitentes redeant ad matrem eccleſiam.

Canon.20.Vt nullus diiudicet primam ſedem iuſtitiæ.

NEmo enim iudicabit priman ſedem,quoniam omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari. Neq; ab Auguſto,neq; ab omni clero,neq; à regibus,neq; à populo iudex iudicabitur.

Et ſubſcripſerũt.284.Epiſcopi,&.45.diaconi, & duo ſequentes, Auguſtus Conſtantinus, & mater eius Elenã. Et fixit canonem hunc Syluester epiſcopus in vrbe Roma, & omnibus epiſcopis aſperſit, & ſcripſit.Actum in Traianas thermas,tertio calen.Iunij,Domino Conſtantino Auguſto tertio,& Priſco conſule.

Corroboratio Concilii Niceni. Syluester epiſcopus ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedis præſul. vrbis Romæ,dixit. Quicquid in Nicæa Bithynię conſtitutum eſt,ad robur ſanctæ matris eccleſię catholicæ, à ſanctis ſacerdotibus.318. noſtro ore confirmamus.Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti & magni concilij, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi,& venerandi principis Conſtantini Auguſti,anathematizamus.Et dixerunt omnes,Placet.

In exemplaribus huius ſynodi Romanæ eſt intollerabilis deprauatio:& ne aliquid ex proprio adderemus,trãſcripſimus hæc parum explicata.

Cõciliũ Elibertinum. CONCILIVM ELIBERTINVM HISPANIæ circa Syluestri papę primi,& Nicæni concilij tempora celebratum:Eſt prouinciale concilium.

19. Epiſcoporum.

Hæc omniũ ferè conſenſu dicitur Granata,Quam & nũc Illiberim vocant,conſule Hiſpa.hiſt.A multis reuocanĩ in dubium,& meritò,aliqui canones hu⁹ cõcilii,vt.34.&.35.&.36.&.60.Trigeſimũ ſextũ (qui prohibet vſum imaginum)non recipit eccleſia catholica.Vnde neceſſe eſt,aut patres

tres in cõcilio prouinciali erraſſe, quod & alijs tantę authoritatis ſcimus contigiſſe, aut rectè ab eis deffinita ab hæreticis deprauata ſunt: quod nec nouum eſt, nec mirandum.

Capi.I. De his, qui poſt baptiſmum idolis ſacrificant.

PLacuit, vt quicunq; poſt fidem baptiſmi ſalutaris, adulta ętate ad templum idoli idolatraturus acceſſerit, & fecerit, qd' eſt crimẽ capitale, nec in fine eũ ad cõionẽ ſuſcipere.

Cap.2. De ſacerdotibus Gentilium, qui poſt baptiſmum immolauerunt.

FLamines, qui poſt fidem lauacri, & regenerationis ſacrificauerint, eò quòd geminauerint ſcelera, accedẽte homicidio, vel triplicauerint facinus, cohęrente mœchia: placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Cap.3. De eiſdem, ſi idolis tantùm munus dederint.

ITem, flamines, qui non immolauerunt, ſed munus tantùm dederunt, eò quòd ſe à funeſtis abſtinuerunt ſacrificijs, placuit, in fine eis præſtare communionem, facta tamẽ legitima pœnitentia. Item, ipſi ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vlterius eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de Dominica communione videantur.

Cap.4. De eiſdem, quando baptizabuntur.

ITem, flamines, ſi fuerint catechumeni, & ſe à ſacrificijs abſtinuerũt: poſt triẽnij tpa, placuit, ad baptimũ admitti debere.

Cap.5. Si domina per zelum ancillam occiderit.

SI qua fœmina, furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem animam cũ cruciatu effundat: eò quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit, ſi volũtate, poſt ſeptem annos, ſi caſu, per quinq; annorum tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd ſi infra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem. D.56. *Si qua fœmina.*

Cap.6. Si quis per malitiam hominem interfecerit.

SI quis verò maleficio interficiat alterũ, eò quòd ſine idolatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem.

Cap.7. De pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus peccauerint.

SI quis fortè fidelis, poſt lapſum mœchię, poſt tempora cõſtituta, actà pœnitẽtia, denuò fuerit fornicatꝰ: placuit,

eum nec in fine habere communionem.

Cap.8. De fœminis, quæ relictis viris ſuis, alijs nubunt.

ITem, fœminæ, quę nulla præcedente cauſa, reliquerunt viros ſuos, & alteris ſe copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.

Cap.9. De eiſdem, quæ adulteros maritos relinquunt.

22.q.8. *Fidelis fœmina.* ITem, fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur, ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de ſeculo exierit, niſi neceſsitas infirmitatis dare compulerit.

Cap.10. De relicta à catechumeno, ſi alterum duxerit.

SI ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruandum. Quòd ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui vxorem inculpatam reliquit, & cũ cluerit illum ab vxore, quam ſine cauſa reliquit, placuit, huiuſmodi in fine dari communionem.

Cap.11. De eadem, ſi grauiter ægrotauerit.

INtra quinquẽnij autẽ tempora, catechumena, ſi grauiter fuerit infirmata, dãdũ ei baptiſmũ placuit nõ denegari.

Cap.12. De mulieribus, quæ lenocinium fecerint.

MAter, vel parentes, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eò ꝙ alienum vẽdiderit corpus, vel potius ſuum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

Cap.13. De virginibus Deo ſacratis, ſi adulterauerint.

27.q.1. *Virgines.* VIrgines, quæ ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atq; eidem libidini ſeruierint, non intelligentes quid amiſerint, placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem. Quòd ſi ſemetipſas pœnituerint, quòd infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitę ſuæ huiuſmodi fœminę egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eò ꝙ lapſæ potiꝰ videãtur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

Cap.14. De virginibus ſecularibus, ſi mœchatæ fuerint.

VIrgines, quæ virginitatem ſuam nõ cuſtodierint, ſi eoſdem, qui eas violauerunt, acceperint, & tenuerint maritos, eò ꝙ ſolas nuptias violauerint, poſt annũ, ſine pœnitentia

tentia reconciliari debebunt. Vel, ſi alios cognouerint viros, eò quòd mœchatę ſint, placuit per quinquenij tempora, acta legitima pœnitẽtia, admitti eas ad communionem.

Cap. 15. De coniugio eorum, qui ex Gentilitate veniunt.

PRopter copiam puellarum, Gentilibus minimè in matrimonium dandę ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animę.

Cap. 16. De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

HAereticis, qui errant ab eccleſia catholica, nec ipſis catholicas dandas puellas: ſed neq; Iudæis, neq; hæreticis dari placuit, eò quòd nulla poſsit eſſe ſocietas fidelis cũ infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquenium placet.

Cap. 17. De eis, qui filias ſacerdotibus Gentilibus coniungunt.

SI qui fortè ſacerdotibus idolorũ filias ſuas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam communionem.

Cap. 18. De ſacerdotibus, ſi mœchati fuerint.

EPiſcopi, presbyteri, diaconi, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint, quòd ſint mœchati placuit, & propter ſcandalum, & propter nephandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Cap. 19. De clericis negotia ſectantibus.

EPiſcopi, presbyteri, & diaconi, de locis ſuis negotiandi cauſa non diſcedant, nec circumeũtes prouincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sanè, ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quẽlibet mittãt, & ſi voluerint negotiari, intra prouinciam negotientur.

Cap. 20. De clericis, & laicis vſurariis.

SI quis clericorũ detectus fuerit, vſuras accipere: placuit, degradari, & abſtinere. Si quis etiã laicus accepiſſe probatur vſuras, & promiſerit correptus, ſe iam ceſſaturum, nec vlterius exacturum: placet ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab eccleſia ſciat ſe eſſe proijciendum. *Diſt. 47. Si quis clericorum.*

Cap. 21. De his, qui ad eccleſiam tardè accedunt.

SI quis in ciuitate poſit⁹, tres dominicas eccleſiã non acceſſerit, tanto tempore abſtineat, vt correptus eſſe videatur.

Cap. 22. De catholicis in hæreſim tranſeuntibus.

 Si quis

SI quis de catholica eccleſia,ad hęreſim trãſitũ fecerit,rurſuſq; ad eccleſiam recurrerit:placuit,huic pœnitẽtiã non eſſe denegandã,eò ꝙ cognouerit peccatũ ſuum:qui etiã decem annis agat pœnitẽtiam,cui poſt decem annos præſtari communio debet.Si verò infantes fuerint tranſducti, quod non ſuo vitio peccauerint,incunctanter recipi debent.

Cap.23.De temporibus ieiuniorum.

IEiunia,ſeu abſtinentias per ſingulos menſes placuit celebrari,exceptis diebus duorum menſium Iulij, & Auguſti ob eorundem infirmitatem.

Cap.24.de his,qui peregrè baptizantur, vt ad clerum non veniant.

OMnes, qui in peregrinatione fuerint baptizati, eò ꝙ eorum minimè ſit cognita vita: placuit ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouincijs.

Cap.25.De epiſtolis communicatorius confeſſorum.

D.98.*omnis qui.* OMnis,qui attulerit literas confeſſorias,ſublato nomine confeſſoris,eò ꝙ ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices,communicatoriæ ei dandæ ſunt literæ.

Cap.26.vt omni ſabbato ieiunetur.

ERrorem placuit corrigi, vt omni ſabbati die ieiunium ſuper poſitionem celebremus.

Cap.27.De clericis,vt extraneam mulierem in domo non habeant.

EPiſcopus,vel quilibet clericus alius,aut ſororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantùm ſecum habeat, extraneam verò nequaq̃ ſecum habeat.

Cap.28.De oblationibus eorum,qui non communicant.

EPiſcopum,placuit,ab eo,qui non communicat,munera accipere non debere.

Cap.29.De Energumenis,qualiter habeantur.

ENergumenum,qui ab erratico ſpiritu exagitatur,huius nomen,neq; ad altare cum oblatione eſſe recitandum, neq; permittendum,vt ſua manu in eccleſia miniſtret.

Cap.30.De his,qui poſt lauacrum mœchati fuerint, vt nec ſubdiaconi fiant.

SVbdiaconum eũ ordinare non debere, qui in adoleſcẽtia ſua fuerit mœchatus, eò ꝙ poſtmodũ per ſubreptionẽ ad altio-

altiorem gradũ non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.

Cap. 31. De adoleſcentibus, qui mœchati fuerint.

ADoleſcentes, qui poſt fidem lauacri ſalutaris fuerint mœchati: cùm duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

Cap. 32. De excommunicatis presbyteris.

SI quis graui lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſine epiſcopi conſultu: ſed potius apud epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt presbyterorum, aut diaconorum communionem talibus præſtar. debere, niſi eis iuſſerit epiſcopus.

Cap. 33. De epiſcopis, & miniſtris, vt ab vxoribus abſtineant.

PLacuit in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, diaconis, ac ſubdiaconis poſitis in miniſterio: abſtinere ſe à coniugibus ſuis, & non generare filios. Quod quicũq; fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

Cap. 34. Ne cerei in cœmiteriis incendantur.

CAereos per diem, placuit, in cœmiterio nõ incendi. Inquietãdi enim ſanctorũ ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſeruauerint, arceantur ab eccleſiæ communione.

Cap. 35. Ne fœminæ in cœmiteriis peruigilent.

PLacuit, phiberi, ne fœminę in cœmiterio peruigilent, eò ꝙ ſæpe ſub obtentu orationis ſcelera latenter cõmittant.

Cap. 36. Ne picturæ in eccleſia fiant.

PLacuit, picturas in eccleſiã eſſe non debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.

Cap. 37. De energumenis baptizandis.

EOs, qui à ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint cõſtituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione.

Cap. 38. Vt in neceſſitate & fideles baptizent.

PEregrè nauigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſsitate infirmitatis poſitum catechumenum: ita vt ſi ſuperuixerit, ad epiſcopum eum

perducat,vt per manus impoſitionem perfici poſsit.

Cap.39. Vt Gentilibus deſiderātibus manus imponatur.

GEntiles,ſi in infirmitate deſiderauerint ſibi man' impo ni,ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit eis manum imponi,& fieri Chriſtianos.

Cap.40. Ne,quod idolis datum eſt,fideles accipiant.

PLacuit prohiberi , vt cū rationes ſuas accipiunt poſſeſſores,quicquid ad Idolū datū fuerit, acceptū non inferant. Si verò poſt interdictum fecerint, per quinquennij ſpatia temporis,à communione eſſe arcendos.

Ca.41. Vt prohibeant domini idola colere ſeruos.

ADmonere placuit fideles: vt , quantùm poſsint, prohibeant,ne idola in domibus ſuis habeāt. Si verò vim metuunt ſeruorum,vel ſeipſos puros conſeruent. Si non fecerint,alieni ab eccleſia habeantur.

Cap.42. De his, qui ad fidem veniunt,quomodò baptizentur.

EOs,qui ad primam credulitatis fidem accedunt (ſi bonæ fuerint conuerſationis)intra biēnium temporis placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere:niſi infirmitate cō pellente,coegerit ratio , vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

Cap.43. De celebratione Pentecoſtes.

PRauam inſtitutionē emēdari placuit iuxta authoritatem ſcripturarū:vt cuncti diē Pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit,quaſi nouam hæreſim induxiſſet , notetur.

Cap.44. De meretricibus paganis,ſi conuertantur.

MEretrix,quæ aliquando fuerit,& poſteà habuerit maritum,ſi poſtmodū ad credulitatem venerit, incūctanter placuit,eſſe recipiendam.

Cap.45. De catechumenis,qui eccleſiam non frequentant.

QVi aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora,& nunq̄ ad eccleſiam acceſſerit,ſi eum de clero quiſq̄ agnouerit , voluiſſe eſſe Chriſtianum , aut teſtes aliqui extiterint fideles : placuit baptiſmum ei non negari: eò ꝙ in vetere homine deliquiſſe videntur.

Cap.46. De fidelibus,ſi apoſtatauerint.

SI quis fidelis apoſtata,per infinita tēpora ad eccleſiā non acceſſerit,ſi tñ aliqñ fuerit reuerſus, nec fuerit idolatra: poſt

poſt decem annos placuit, eum communionem accipere.

Cap.47. De vxoratis ſæpius mœchantibus.

SI quis fidelis habens vxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conueniendus. Quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus: placuit, vlterius non edere eum de communione panis.

Cap.48. De baptizandis, vt nihil accipiant clerici.

EMendari placuit, vt hi, qui baptizãtur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittãt: ne ſacerdos, quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neq; pedes eorum lauandi ſunt à ſacerdotibus, vel clericis. *2.q.1. Emendari placuit.*

Cap.49. Ne fruges fidelium Iudæi benedicant.

ADmoneri, placuit, poſſeſſores, vt non patiantur fructus ſuos, quos à Deo percipiunt, cum gratiarum actione à Iudęis benedici: ne noſtram irritam, & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere vſurpauerit, penitus ab eccleſia abiiciatur.

Cap.50. De Chriſtianis, qui cum Iudæis veſcuntur.

SI verò aliquis clericus, ſiue fidelis fuerit, qui cum Iudæis cibum ſumpſerit: placuit, eum à communione abſtinere, vt debeat emendari.

Cap.51. De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur.

EX omni hæreſi, qui ad nos fidelis venerit, minimè eſt ad clerum promouendus: vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponentur.

Cap.52. De his, qui in eccleſia libellos famoſos ponunt.

SI qui inuenti fuerint, libellos famoſos in eccleſia ponere, anathematizentur. *5.q.1. Si qui inuenti.*

Cap.53. De epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant.

PLacuit cunctis, vt ab eo epiſcopo quis recipiat communionem, à quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minimè ſciente, vel conſentiente, à quo fuerat communione priuatus: ſciat, ſe huiuſmodi cauſas inter fratres eſſe cum ſtatus ſui periculo præſtaturum.

Cap.54. De parentibus, qui fidem ſponſaliorum frangunt.

SI qui parentes fidem fregerint ſponſaliorũ, triennij tem-

pore abſtineant ſe à communione. Si tamen iidem ſponſus, vel ſponſa, in illo graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur.

Cap. 55. De ſacerdotibus Gentilium.

SAcerdotes, qui tantum ſacrificantium coronam portāt, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtant: placuit, poſt biennium accipere communionem.

Cap. 56. De magiſtratibus, & dominantibus.

MAgiſtratum verò, anno quo agit duumuiratum, prohibere placet: vt ſe ab eccleſia cohibeat.

Cap. 57. De his, qui veſtimenta ad pompam dederint.

MAtronæ, vel earum mariti, veſtimenta ſua ad ornandam ſeculariter pompam non dent. Et ſi fecerint, triennij tempore abſtineant.

Cap. 58. De his, qui communicatorias literas portant.

PLacuit, vbicunq;, & maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt epiſcopus, vt interrogētur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & ſuo teſtimonio comprobent.

Cap. 59. Ne fideles ad Capitolium ſacrificandi cauſa aſcendant.

PRohibendum, ne quis Chriſtianus, aut Gentilis, ad idolum Capitolij ſacrificandi cauſa aſcēdat, & videat. Quod ſi fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, poſt decem annos acta pœnitentia recipiatur.

Cap. 60. De his, qui deſtruentes idola, occiduntur.

** Is Canon vnus eſt eorum, qui reuocantur in dubium.*

SI quis idola fregerit, & ibidē fuerit occiſus, quia in Euangelio non eſt ſcriptū, neq; inuenitur ab Apoſtolis vnquā factum: placuit, in numerum eum non recipi martyrum.

Cap. 61. De his, qui duabus ſororibus copulantur.

SI quis poſt obitum vxoris ſuæ, ſororem eius duxerit, & ipſa ſit fidelis: quinquennio à communione placuit abſtinere, niſi forte velocius dari pacem, neceſsitas coegerit infirmitatis.

Cap. 62. De Auguribus, & Pantomimis.

SI Augur, aut Pantomimi credere voluerint: placuit, vt prius artibus ſuis renuncient, & tunc demum ſuſcipiantur: ita, vt vlterius non reuertantur. Quòd ſi facere contra inter

dictum

dictum tentauerint, proiiciantur ab eccleſia.

Cap.63. De vxoribus, quæ filios de adulteris necant.

SI qua mulier per adulterium, abſente marito, conceperit, idquè poſt facinus occiderit: placuit, ei nec in fine dandam eſſe communionem, eò quòd geminauerit ſcelus.

Cap.64. De fœminis, quæ ſemper adulterantur.

SI qua mulier, vſque in finem mortis ſuæ cum alieno fuerit viro mœchata: placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si verò eum reliquerit, poſt decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

Cap.65. De adulteris vxoribus clericorum.

SI cuius clerici vxor fuerit mœchata, & ſciat eam maritus ſuus mœchari, & eam nō ſtatim proiecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ conuerſationis eſſe debent, videantur magiſteria ſcelerum procedere.

Cap.66. De his, qui priuignas ſuas ducunt.

SI quis priuignam ſuam duxerit vxorē: eò quòd ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

Cap.67. De coniugio catechumenæ fœminæ.

PRohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat: quęcūq; hoc fecerit, à communione arceatur.

Cap.68. De catechumena adultera, quæ filium necat.

CAtechumena, ſi per adulterium conceperit, & conceptum necauerit: placuit, eam in fine baptizari.

Cap.69. De coniugatis in adulterium lapſis.

SI quis fortè, habens vxorem ſemel fuerit lapſus: placuit, eum quinquennio agere debere pœnitentiam, & ſic reconciliari: niſi neceſsitas infirmitatis coegerit, ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obſeruandum.

Cap.70. De fœminis, quæ conſciis maritis adulterantur.

SI, conſcio marito, fuerit mœchata vxor: placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si verò eam reliquerit, poſt decem annos accipiat communionem.

Cap.71. De ſtupratoribus puerorum.

STupratoribus puerorum nec in fine dandam eſſe communionem.

Cap.

Cap.72. De viduis mœchis, ſi eundem maritum duxerint.

31.q.1. Si qua mulier. SI qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſtea habuerit maritum, poſt quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia: placuit, eam communioni reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe cõmunionem. Vel ſi fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionẽ non accipiat niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia: niſi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

Cap.73. De delatoribus.

5.q.6. Delator. DElator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus: placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquẽnium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

Cap.74. De falſis teſtibus.

FAlſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebit: ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit, & ſi probauerit, quod diu tacuerit, biennij tempore abſtinebit. Si autẽ non probauerit in conuentu clericorũ: placuit, per quinquenniũ abſtineri.

Cap.75. De accuſantibus ſacerdotes.

SI quis autem epiſcopum, presbyterum, vel diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.

Cap.76. De diaconis, ſi peccaſſe probantur.

SI quis diaconũ ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit: ſi ſponte fuerit confeſſus: placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem. Quòd ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

Cap.77. De baptizatis, non confirmatis.

SI quis diaconus, regens plebem: ſine epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizauerit: epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quòd ſi antè de ſe ſeculo receſſerit, ſub fide, qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus.

Cap.78. De fidelibus, cum Iudæa mœchantibus.

SI quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa, vel Gentili fuerit mœ-

rit mœchatus, à communione arceatur. Quòd ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ ſociari communioni.

Cap. 79. De his qui, tabula ludunt.

SI quis fidelis alea, id eſt, tabula luſerit: placuit, eum abſtinere. Et ſi emẽdatus ceſſauerit, poſt annum poterit communioni reconciliari.

Cap. 80. De Libertis.

PRohibendum eſt, vt liberti, quorũ patroni in ſeculo fuerint, ad clerum non proueantur. *D. 54. Prohibendum eſt.*

Cap. 81. De fœminarum epiſtolis.

NE fœminæ, ſuo potius, quàm maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt: vel literas alicuius pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant.

Ex *eodem concilio* Elibertino.

OMnis homo ante ſacram communionẽ à propria vxore abſtinere debet tres, aut quatuor, aut ſeptem dies: nec inter catholicos connumerabitur, qui in iſtis temporibus, Paſcha, Pentecoſte, Natali Domini non cõicauerit. *De conſecra. d. 2. Omnis homo.* *Renouandus Canon.*

Pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella quoq; ſi impuerili ætate in domo patris, illo neſciente, ſe iuramento conſtrinxerit, & ſi pater ſtatim, vt audierit, contradixerit: vota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Subſcripſit in hoc concilio Oſius epiſcopus Cordubeñ. qui ſubſcripſit in concilio Nicæno: & epiſcopus Hiſpaleñ. & Menteſanus, Toletanus, & Cęſarauguſt. & Malacitanus.

Explicit Concilium Elibertinum.

CONCILIVN ARELATEN.

Concilium Arelatenſe primum.

PRimum, tempore Conſtantini Imperatoris, & Syluestri Papæ primi, in Galliis celebratum, eſt prouinciale: ſed (vt apparet ex præfatione) authoritate Pontificis Romani confirmatum.

PRAEFATIO.

DOmino, & Sanctiſsimo fratri Syluestro epiſcopo, Marinus, vel cœtus epiſcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatenſi, Quæ decreuimus cõmuni concilio, charitatiuè ſignificamus: vt omnes ſciant, quid in futurum obſeruare *Præfatio.*

ſeruare

ſeruare debeant.

Cap.1. Vt vno die, & tempore paſcha celebretur.

DE obſeruatione Paſchæ Domini, vt vno die, & tempore per omnem orbem obſeruetur, & iuxta conſuetudinem, literas ad omnes tu dirigas.

Cap.2. Vt vbi quiſq; ordinatur, ibi permaneat.

DE his, qui in quibuſcunq; locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeuerent.

Cap.3. Vt qui in pace arma proiiciunt, excommunicentur.

DE his, qui arma proiiciunt in pace placuit, abſtinere eos à communione.

Cap.4. Vt aurigæ, dum agitant, excommunicentur.

DE agitatoribus, qui fideles ſunt placuit, eos quãdiu agitant, à communione ſeparari.

Cap.5. De his, qui conueniunt in theatris.

DE theatricis, & ipſos placuit, quamdiu agunt, à communione ſeparari.

Cap.6. De conuerſis in infirmitate.

DE his, qui in infirmitate credere volunt placuit, debere eis manum imponi.

Cap.7. De præſidibus.

DE præſidibus, qui fideles ad præſidatum impetu proſiliunt, ita placuit: vt cum promoti fuerint, literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias: ita tamen, vt in quibuſcunq; locis geſſerint, ab epiſcopo eiuſdem loci cura de illis agatur, vt cum cœperint contra diſciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter, & de his fiat, qui rempublicam agere volunt.

Cap.8. Vt ex hæreſi conuerſi, in Trinitate baptizentur.

De conſecra. d.4. De Arrianis. DE Arrianis, qui propria lege ſua vtuntur, vt rebaptizentur, placuit: ſi ad eccleſiã aliqui de hac hæreſi venerint, interrogent eos noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum. Et ſi peruiderint in patre, & filio, & ſpiritu ſancto eos baptizatos, manus eis tm̃ imponatur, vt accipiant ſpiritum ſanctũ. Qđ ſi interrogati non reſpõderint hanc Trinitatẽ, baptizẽtur.

Cap.9. De offerentibus literas confeſſorum.

Simile legit in cõcilio Elibertino. c.26 DE his, qui confeſſorum literas afferunt placuit, vt ſublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

Cap.

Cap.10. De illo, cuius vxor adulterauit.

DE his, qui coniuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibētur nubere: placuit, vt inquantum poteſt, conſilium eis detur, ne viuentibus vxoribus ſuis, licet adulteris, alias accipiant.

Cap.11. De fœminis fidelibus, quæ Gentilibus ſe iungunt.

DE puellis fidelibus, quæ Gentilibus iniūguntur: placuit, vt aliquanto tempore à communione ſeparentur.

Cap.12. De clericis fœneratoribus.

DE miniſtris, qui fœnerantur: placuit, eos iuxta formam diuinitus datam, à communione abſtinere. 14.q.4. Miniſtri, qui.

Cap.13. De proditoribus.

DE his, qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa Dominica, vel nomina fratrum ſuorum placuit nobis: vt quicunq; eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur. Nam ſi iidem aliquos ordinaſſe fuerint deprehenſi, & ſi in his, qui ordinauerunt ratio ſubſiſtit, non tamē illis obſit ordinatio: quoniam multi ſunt, qui contra eccleſiaſticam regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos putant, ſe ad accuſationem admitti debere: qui omnino nō admittantur, niſi (vt ſuprà diximus) actis publicis docuerint, omī ſe ſuſpitione carere.

Cap.14. De falſis accuſatoribus.

DE his, qui falſò accuſant fratres ſuos placuit, eos vſq; ad exitum non communicare, ſed falſum teſtem iuxta ſcripturam, impunitum non licere eſſe. Prouer. 19.

Cap.15. Vt Leuitæ non offerant.

DE diaconis, quos cognouim⁹ multis in locis offerre placuit, minimè fieri debere.

Cap.16. De pœnitentibus.

DE his, qui pro delicto ſuo à communione ſeparātur, ita placuit: vt quibuſcunq; locis fuerant excluſi, eodem loco communionem conſequantur.

Cap.17.

VT nullus epiſcoporum alium epiſcopum conculcet

Cap.18.

DE diaconis vrbicis, vt non aliquid per ſe præſumant, ſed honor presbyteris reſeruetur.

Cap. 19.

VT presbyteri, ſine conſcientia epiſcoporũ, nihil faciant.

Cap. 20.

VT peregrino epiſcopo locus ſacrificandi detur.

Cap. 21. Vt ſine tribus epiſcopis nullus epiſcopus ordinetur.

DE his, qui vſurpant ſibi, quòd ſoli debeant epiſcopum ordinare: placuit, vt nullus hoc ſibi præſumat: niſi aſſumptis ſecum aliis ſeptem epiſcopis. Si tamen non potuerint ſeptem, ſine tribus fratribus non audeant ordinare.

Cap. 22. Vt clericus alibi tranſiens, excommunicetur,

DE presbyteris, aut diaconis, qui ſolēt dimittere loca ſua, in quibus ordinati ſunt, & ad alia loca ſe tranſtulerunt: placuit, vt his locis miniſtrent, quibus præfixi ſunt. Qui relictis locis ſuis ad aliũ locũ ſe deferre voluerint, deponãtur.

Cap. 23. De apoſtatis.

DE his, qui apoſtatant, & antequàm ad eccleſiam ſe repręſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea in infirmitate arrepti, petunt communionem: placuit eis non dandam communionem, niſi reuelauerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Explicit concilium Arelateñ. primum.

CONCILIVM GANGREN.

celebratum circa annos Domini. 324. in Paphlagonia, ſeu regione Pelaſgiorum.

Dominis honorabilibus conſacerdotibus, in Armenia Conſtitutis epiſcopis, Qui conuenerunt in Gangrenſe Concilium, in Domino ſalutem.

Hæc epiſtola eſt pro argumento concilii Gangreñ.

QVoniam conueniẽs ſancta ſynodus epiſcoporum in eccleſiam Gangrenſem, propter quaſdam eccleſiaſticas, & neceſſarias cauſas inquirendas, & ea, quæ ſecundum Euſtachium ğeſta ſunt dignoſcẽda, inuenit multa fieri indecenter ab his, qui eundem Euſtachium ſequuti ſunt: neceſſariò ſtatuit, palàm omnibus factis amputare vniuerſa, quæ ab eodem malè cõmiſſa ſunt. Declaratum eſt enim, hos eoſdem nuptias accuſare, & docere, quòd nullus in coniugali poſitus gradu ſpem habeat apud Deum. Vnde factum eſt, vt mulieres multę ſeductæ, relictis propriis viris, & viri, vxoribus deſtitutis, vinculum coniugale diſſoluerent, continentiam

riam profitentes: quam quum retinere non poſſent, adulte rium commiſerunt. Inuenti enim ſunt, diſſenſiones, ac ſepa rationes in Dominicis eccleſiis docere, id eſt, traditiones eccleſiaſticas, & ea, quæ in eccleſiis aguntur, debere contẽni: priuatisq; conuenticulis inſtitutis, ad imitationem eorum, quę in domo Dei aguntur, omnia pręſumere celebrare. Adhuc etiam veſtibus communibus ſpretis, nouos etiam, & inſolitos habitus aſſumpſiſſe. Primitias quoq; fructuũ, & oblationes eorum, quas veterum inſtitutio eccleſiis tribuit, ſibimet vindicaſſe, id eſt, propria ratiocinatione doctrinę, tã quàm ſanctis, ſibi eas offerri debere, apud ſe, & inter ſe diſpenſandas. Seruos à Dominis recedentes, per hunc inuſitatum religionis ſuę habitum ſub ſpecie religionis, Dominos contempſiſſe. Mulieres quoq; pręter conſuetudinem, & ſui ſexus ornatus, hinc ſe iuſtificari credentes, virilem habitum ſuſcepiſſe, pluresq; earum occaſione religionis tonſas, genuini decoris comas penitus amputaſſe. Ieiunia, quę in eccleſia prędicantur, contemnenda aſſeruiſſe. Nonnullos eorum, etiam cibos carnium tanquã illicitos reputaſſe. In domibus coniugatorum, nec orationes quidẽ debere celebrari, perſuaſiſſe: in tantum, vt eaſdem fieri vetent, & oblationibus, quę in domibus factę fuerint, minimè cõmunicandum eſſe decernant. Presbyteros verò, qui matrimonia contraxerunt, ſperni debere dicunt, nec ſacramenta, quę ab eis conficiuntur, attingi. Loca ſanctorum martyrum, vel baſilicas contemnere, & omnes, qui illuc conueniunt, & ſacramenta conficiunt, reprehendere. Diuites fideles, qui non omnibus renunciant, quæ poſsident, ſpem apud Deum non habere. Et multa alia, quæ enumerare nulli poſsibile eſt. Singulos quoq; eorum pro ſuo arbitrio conſtituere. Vnuſquiſque enim eorum per tales inſtitutiones ab eccleſiaſtico canone receſsit, tanq̃ proprias leges ſibimet condidiſſe præſumens.

Sed nec cõmunis his omnibus, & vna ſententia eſt. Singuli enim, prout videtur, & libet, ad accuſationẽ eccleſię niten do, tanq̃ rector non ſit, vel addunt decreta, vel minuũt. Propterea ergo coactum eſt hoc conciliũ in Gangrenſi eccleſia habitum, vt canones iſtos exponeret, quibus probentur me morati extra eccleſiã eſſe. Quòd ſi per pœnitẽtiam condem

F nauerint

nauerint omnia hęc, quę malè ſenſerunt, tanquã à ſe nõ benè prolata, acceptabiles fiant: atq; ideo ſingula, quę debeant con dẽnare, ſynodꝰ credidit exponẽda. Quòd ſi quis renuerit hęc, quę hodie cõſtituta ſunt: tanquam hæreticus, & anathematizatus, & dãnatus abiiciatur. Et erit non ſolùm incõmunicatus, verùm etiã ab eccleſia habeatur extorris: donec deprecetur epiſcopos, & de vniuerſis, quæ penes eos detecta, atque deprehenſa ſunt, prouiderit, quid horum ſuſceperit obſeruandum.

Cap.1. De his, qui nuptias execrantur.

D.31. Si quis vituperat. Et. d. 30. Si quis nuptias. SI quis vituperat nuptias, & dormientẽ cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quę in regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit.

Cap.2. De his, qui carnes manducantes damnant.

D.30. Si quis carnem. SI quis carnem edentem, pręter ſanguinẽ, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione, & fide condemnat, velut ſpem propter huiuſmodi perceptionem non habentem, anathema ſit.

Cap.3. Non debere ſeruum occaſione religionis Dominum contemnere.

17. q. 4. Si quis alienũ. SI quis ſeruũ, prętextu diuini cultus, doceat Dñm contemnere proprium, vt diſcedat ab eius obſequio, nec ei cum beneuolentia, & omni honore deſeruiat, anathema ſit.

Cap.4. De oblatione presbyteri coniugati.

D.28. Si quis diſcernit. QVicũq; diſcernit à pſbytero, qui vxorẽ habuit, quòd non oporteat, eo miniſtrãte de oblatione pcipere, anathema ſit.

Cap.5. Ne orationes eccleſiæ contemnantur.

D.30. Si quis docet. SI quis docet, domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus, qui in ea celebrantur, anathema ſit.

Cap.6. Non debere extra eccleſiam congregari.

D.30. Si quis extra. SI quis extra eccleſiã ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens eccleſiã, ea, quę ſunt eccleſię, voluerit vſurpare, non cõueniẽte presbytero, iuxta decretũ epiſcopi, anathema ſit.

Cap.7. De fructibus in eccleſiam dandis.

SI quis oblationes eccleſię extra eccleſiam accipere, vel dare voluerit, pręter conſcientiã epiſcopi, vel eius, cui huiuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum eius voluerit agere conſilio, anathema ſit.

Cap.8. De his, quæ in vſus pauperum conferuntur.

SI quis dederit, vel acceperit oblata, pręter epiſcopum, vel eum,

eum, qui conſtitutus eſt ab eo, ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus: & qui dat, & qui accipir, anathema ſit.

Cap. 9. De his, qui in virginitate perſiſtunt.

QVicunq; virginitatē cuſtodiens, aut cōtinentię ſtudens, velut horreſcēs, nuptias temerat: nec propter hoc, qđ bonum, & ſanctū eſt, nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit.

D. 30. *Si quis vel virginitatem.*

Cap. 10. De his, qui pro virginitate ſuperbiunt.

SI quis ex his, qui virginitatem propter Dominum ſeruant, extollitur aduerſum coniugatos, anathema ſit.

D. 30. *Si quis propter.*

Cap. 11. Ne quis Agapem fratrum contemnat.

SI quis deſpicit eos, qui fideliter Agapes, id eſt, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres: & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, parui pendens, quod geritur, anathema ſit.

D. 42. *Si quis deſpicit.*

Cap. 12. De his, qui palliis vtuntur.

SI quis virorum, propter continentiā, quę putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per hoc habere ſe iuſtitiam credens: & deſpicit eos, qui cum reuerētia birris, & aliis communibus, & ſolitis vtuntur, anathema ſit.

D. 30. *Si quis virorum.*

Cap. 13. Ne mulieres virilem habitum vſurpent.

SI qua mulier, propter continentiā, quæ putaī, habitū mutat: & pro ſolito muliebri amictū virilē ſumit, anathema ſit.

D. 30. *Si qua mulier.*

Cap. 14. Non debere à viro diſcedere.

SI qua mulier, virum proprium relinquens, diſcedere voluerit, nuptias execraus, anathema ſit.

Cap. 15. De his, qui filios deſpiciunt.

SI quis filios ſuos relinquens, non eos enutrit, & quod ad ſe pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat: ſed per occaſionem continentiæ negligit, anathema ſit.

D. 30. *Si quis reliquerit.*

Cap. 16. Ne filii parentes ſuos contemnant.

QVicunq; filij à parentibus, prætextu diuini cultus, abſcedunt, nec debitam reuerentiam dependūt illis, qui diuinum cultū ſibi proculdubio pręferunt, anathema ſit

D. 30. *Si qui filii.*

Cap. 17. Caput tondere mulieri non licere.

SI qua mulier, propter diuinum cultum (vt ęſtimat) crines attondeat, quos ei Deus ad ſubiectionis materiā tribuit: tanquā pręceptum diſſoluens obedientię, anathema ſit.

D. 30. *Quæcūq; mulier.*

Cap. 18. Non debere die Dominico ieiunare.

D.30.*Si quis tanquam.* SI quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam in die Dominico ieiunat, anathema ſit.

Cap.19. Non licere communia ieiuma ſoluere.

D.30.*Si quis eorum.* SI quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſq; neceſsitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſoluit ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit.

Cap.20. De his, qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemoratione, execrantur.

D.30.*Si quis per.* SI quis ſuperbię vſus affectu, conuētus abominatur, qui ad confeſsiones martyrũ celebrãtur, & miniſteria, quę in eis fiunt, ſimul cum eorum memoriis execratur, anathema ſit.

D.30.*Hæc autem.* Hæc autem ſcripſimus, non, qui in eccleſia Dei ſecũdum ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt, vituperantes: ſed eos, qui abutuntur propoſito in ſuperbiam, & extolluntur aduerſus ſimpliciores: abſcindimus, & damnamus eos, qui aduerſum ſcripturas, & eccleſiaſticas regulas, noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum caſtitate, & religione ſuſcipitur, approbamus: & renunciationem ſecularium negotiorum cum humilitate recipimus: & nuptiarum caſtum vinculum honoramus, & diuitias cum iuſtitia, & operibus bonis non ſpernimus, & habitum ſimplicem,, ac veſtem viliorem, pro corporis diligentia infucatum, laudamus, ſicut etiã ſolutas, ac fractas in veſtibus proceſsiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt tanquàm ſanctos, & vtiles ſuſcipimus, pietatem in priuatis domibus non claudentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem ſanctam in eadem eccleſia pro vtilitate communi recipimus. Et bona opera, quę ſupra vires in fratres pauperes exerceantur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ per ſanctas ſcripturas, & per Apoſtolos ſunt tradita, in eccleſia celebrari exoptamus.

Explicit concilium Gangrenſe prouinciale, ſed confirmatum in ſexta ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata, vt ex ſecundo canone editionis Græca Pariſinæ conſtat.

Concilium

Secundum, ſub Syluestro Papa celebratum. Eſt prouinciale.

Cap.1. De neophytis clericis non ordinandis.

ORdinari ad diaconatus, vel ſacerdotij officium, neophytum non debere. *Conciliũ Arelatenſe.2.*

Cap.2. Ne coniugati ad ſacerdotium proueħantur.

ASſumi aliquẽ ad ſacerdotiũ non poſſe in vinculo coniugij conſtitutũ, niſi fuerit promiſſa cõuerſio nõ oportet. *D. 28. Aſſumi aliquem.*

Cap.3. Ne clericus in ſolatio extraneam habeat mulierem.

SI quis de clericis à gradu diaconatus, in ſolatio ſuo mulierem, præter auiã, matrem, ſororẽ, filiam, neptem, vel conuerſam ſecum vxorem habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur. Par quoq; & mulierem (ſi ſe ſeparare noluerit) pœna percellat. *3. Canõ in cõcilio Niceno*

Cap. 4. Ne clericus in ſecreto intromittat puellam.

NVllus diaconus, vel presbyter, vel epiſcopus, ad cellarij ſecretũ intromittat puellã, vel ingenuã, vel ancillam

Canon quintus hic ſubticetur, eò quòd nihil diuerſum complectatur à canone quarto Concilii *Niceni.*

Cap.6. Ne epiſcopus ordinetur ſine conſenſu Metropolitani.

ILlud autem ante omnia clareat, eum, qui ſine conſcientia metropolitani conſtitutus fuerit epiſcopus: iuxta magnam ſynodum eſſe epiſcopum non debere.

Cap.7. De his, qui ſeipſos abſcindunt.

SI qui ſe carnali vitio repugnare neſcientes abſcindunt, ad clerum peruenire non poſſunt. D.55. *Hi qui ſe.*

Cap.8. De his, qui excommunicatos alterius ſuſcipiunt.

SI quis excommunicatum alterius, ſiue clericum, ſiue ſecularem recipere poſt interdictũ præſumpſerit: nouèrit ſe reũ fraternitatis factum, cauſam in concilio redditurum.

Cap.9. Vt Nouatiani *in communionem non ſuſcipiantur.*

NOuatianum in cõmunionem recipi non debere, niſi ſuſcepta pœnitẽtia incredulitatis, prͤteritũ dãnet errorẽ.

Decimum canonem hoc loco non interſeruimus, quòd idem planè ſit cum eo, qui in Niceno *concilio vndecimum locum ſortitus eſt.*

Cap.11. De his, qui pœnis victi, ſacrificare coguntur.

SI qui verò, dolore victi, & pondere perſecutionis negare, & ſacrificare compulſi ſunt: duobus annis inter catechu- Ex eodem.

menos triēnio inter pœnitētes habeant à cōmuniōe ſuſpēſi.

Cap.12. De excedentibus è vita in pœnitentia poſitis.

Ex.c.12. Niſ. aenæ ſy. DE his, qui in pœnitentia poſiti, è vita exceſſerunt: placuit; nullum communione vacuum debere dimitti: ſed pro eo, qđ honorauit pœnitentiā, oblatio illius recipiatur.

Canonem.13. hic prætermiſimus, ne.15. & .17. ex concilio Nicæno otioſè repetere videremur

Canon decimuſquartus eſt à nobis ſublatus, cum in Nicenæ ſynodo.18. loco idem relatus ſit.

Cap.15. Ne diaconus coram presbytero ſedeat.

Ex c.14. Euſdem. IN ſecretario diaconos inter presbyteros ſedere nō liceat, vel corpus Chriſti, præſente presbytero, tradere non præſumāt. Quòd ſi fecerint, ab officio diaconatus abſcedant.

Cap.16. Vt Photiniani, & Pauliniſtæ baptizentur.

PHotinianos, ſiue Paulianiſtas, ſecundum patrum ſtatuta baptizari oportet.

Cap.17. Vt hæretici baptizati recipiantur.

BOnoſiacos autē, ex eodē errore venientes (quos ſicut Arrianos baptizari in Trinitate manifeſtū eſt) dum interrogati, fidem noſtram ex toto corde confeſsi fuerint: cum chriſmate, & manus impoſitione in eccleſia recipi ſufficit.

Cap.18. Vt Metropolitani arbitrio ſynodus congregetur.

AD Arelatenſis epiſcopi arbitrium ſynodum congregandam (ad quā vrbem ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, ſub ſancti Martini tēpore legimus celebratum fuiſſe concilium, atq; conuentū) ſi quis commonitus, infirmitatis cauſa, defuerit, perſonam vice ſua dirigat.

Cap.19. Ne epiſcopi diſcedant ante peractam ſynodum.

D.18. Si quis autem. SI quis autem adeſſe neglexerit, aut cœtum fratrum, ante quàm diſſoluatur concilium, crediderit deſerendum, alienum ſe à fratrum communione cognoſcat, nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus.

Cap. 20. De aurigis fidelibus.

Vide ſupra in cōcilio Arelatēſ.1.c.5. DE agitatoribus, ſiue theatricis, qui fideles ſunt placuit, eos, quamdiu agunt, à communione ſeparari.

Cap.21. Si poſt acceptam pœnitentiam quis nupſerit.

Pœnitentes, quæ defuncto viro, aliis nubere præſumpſerint, vel ſuſpecta, vel interdicta familiaritate, ſe cū extraneo

neo iunxerint, cum eodem ab eccleſię liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in pœnitentia poſito, placuit obſeruari.

Cap. 22.

POenitentiam coniugatis non niſi ex conſenſu dandam. 30. q. 4. Pœnitentiam.

Cap. 23. De ſacerdotibus, qui idololatriam non eruerunt.

SI in alicui⁹ presbyterio infideles, aut faculas accẽderint, aut arbores, fontes, vel ſaxa venerent, ſi hæc eruere neglexerit, ſacrilegij ſe eſſe reũ cognoſcat. Dñs autem, vel ordinator rei ipſius, ſi admonitus emẽdare noluerit, communione priuetur

Cap. 24. De accuſatoribus fratrum. 10. q. 1. Eos, qui.

EOs, qui falſa fratribus capitula obiiciſſe cõuicti fuerint placuit, vſq; ad exitum non cõmunicare (ſicut magna ſynodus antè cõſtituit) niſi digna ſatisfactione pœnituerint. Hic eſt vnus canon præter illos. 20. ex cõcilio Nicæno, quos ſuprà recenſiimus.

Cap. 25. De apoſtatis, ſi non reuertuntur.

HI, qui poſt ſanctam religionis profeſsionẽ apoſtatant, & ad ſeculũ redeunt, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt: ſine pœnitentia communionẽ penitus non accipiãt. Quos etiam iubemus ad clericatus officiũ non admitti, & quicunq; ille ſit, poſt pœnitentiam ſecularem habitum non prę ſumat. Quòd ſi prę ſumpſerit, ab eccleſia alienus habeatur.

Cap. 26.

DE his, quos clericatui ipſa vitę gratia ſuggeſſerit, ſi fortè ĩ interupta, & dupplicata matrimonia inciderint, nõ vltra ſubdiaconatũ eccleſiaſticas capiant dignitates. Quòd ſi facti forſitan ſunt, ab eccleſiaſtico remoueantur officio.

Cap. 27.

PRofeſſas viduas, ſi in cohibendã perſtiterint, cum raptoribus eſſe dãnandas.

Cap. 28.

SEcundum conſtitutionem ſynodi Vaſcñ. qui oblationem fidelium ſuppreſſerit, aut negauerit, ab eccleſia, cui fraudem fecit, excludatur.

Cap. 29.

SI quis epiſcopus ſuæ ſententiæ non acquieſcit, ſynodi legibus audiendum.

Cap. 30. De epiſcopis ſuſpenſis.

SEcundũ Inſtituta ſeniorum, ſi à cõmunione ſacerdotali fuerit authoritate ſuſpenſus epiſcopus, hunc non ſolùm à clericorũ, ſed etiã à totius populi colloquio, atq; conuiuio

placuit excludi, donec reſipiſcẽs, ad ſanitatẽ redire feſtinet.

Cap.31. De his, qui inter ſe odiis exardeſcunt.

HI, qui publicis inter ſe odiis exardeſcunt, ab eccleſiaſticis conuentibus ſunt remouendi, donec ad pacem recurrant.

Cap, 32. De expoſitis ante eccleſiam.

SI expoſitus ante eccleſiam cuiuſcunq; fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. Et ſi is, qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus, agnituſq; non fuerit: ſecurus habeat, quæ collegit. Sanè qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut patrum ſanxit authoritas.

Cap. 33. De puellis, quæ ſe Deo vouerunt.

DE puellis, quæ ſe vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, ſi poſt. 25. annos ætatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus: vt cum his, cum quibus ſe obligauerint, communione priuentur, ita vt eis poſtulãtibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

Cap. 34. De famulis ſe percutientibus.

SI quis famulorum cuiuslibet cõditionis, aut generis, quaſi ad exacerbandam Domini diſcretionem, ſe diabolico repletus furore percuſſerit: ipſe tantùm ſanguinis ſui reus erit, neq; ad Dominum ſceleris alieni inuidia pertinebit.

Cap. 35. De ordinatione epiſcopi.

PLacuit, in ordinatione epiſcopi hunc ordinem cuſtodiri, vt primo loco venalitate, vel ambitione ſubmota, ab epiſcopis nec nominentur, de quibus clerici, vel laici ciues erga vnum eligendi habeant poteſtatem.

Cap. 36. De ſecularibus hominibus.

SI quis ſecularium, amore religionis, ſe ad quemcunque ſacerdotum crediderit conferẽdum, ipſe ſibi eum, quem erudiendi gratia ſuſcepit, vindicabit.

Cap. 37 De honore ſynodi Metropolitani.

HOc etiam placuit cuſtodiri, vt nihil contra magnam ſynodum Metropolitani exiſtiment vindicandum.

Finit Concilium Arelateñ.

Secundum.

Concilium

primum,tempore Syluestri primi Papæ celebratum. Cõciliũ Carthagineñ. 1.
Eſt prouinciale, & ex diuerſis prouincijs Aphricanis ad Carthaginẽ conuenerunt multi epi.

Cap. 1. Ne baptiſmus reiteretur.

GRatus epiſcopus Carthagineñ. qui præſidebat in concilio, dixit: Ergo ſi vobis placet, conſideremus primùm titulum rebaptizationis. Vnde ſanctitatem veſtram poſtulo, vt mentis veſtræ placita producatis. Vniuerſi epiſcopi dixerũt, Abſit. Illicitas eſſe ſancim⁹ rebaptizatiões, & ſatis eſſe alienũ à ſyncera fide, & catholica diſciplina rebaptizari.

Cap. 2. De martyrum ſepulchris, & honorificentia.

MArtyrum dignitatem, nemo prophanus infamet. At ſi quis ad iniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam: placet, eos, ſi laici ſint, ad pœnitentiam redigi. Si autem ſunt clerici, poſt commonitionem, & poſt cognitionem honore priuari.

Cap. 3. Quòd non liceat clericis, habitare cum fœminis.

GRatus epiſcopus dixit: Et illud præcipuè, ſi videtur veſtræ dilectioni, cauendum eſt: vt paſtoris cura, quantũ debet, & poteſt regularis prouidentia, p̃moneat, vt nullis liceat, ab affectu abſtinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occaſiones enim amputandæ ſunt peccatorum, & tollendę omnes ſuſpitiones: quibus ſubtilitas diaboli, ſub prætextu charitatis, & dilectionis, incautas animas, vel ignaras irretire conſueuit. Nullus igitur, nullaq; ſanctimoniæ, & virginitati deſeruiens, propter blaſphemiã eccleſię, ſi vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuerſi dixerunt. Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debẽt, & non ſolùm habitare ſimul, ſed nec habere ad ſe aliquem acceſſum. Hoc ergò & lex iubet, & ſanctitas veſtra commendat, vt in ſingulis concilijs ſtatutum eſt. Gratus epiſcopus dixit: Ergo perſuaſio interdum prudentes ſolet arcere à peccatis: dum imprudentes debet metus huiuſcemodi conſtringere, ſi ſanum conſilium reſpuunt, & ſalutare mandatum. Si ergo laici ſunt, poſt cõmunionem, ſi contempſerint, à communione ſeparentur. Vniuerſi dixerunt: Placet.

Cap. 4. Vt cum viduis non commorentur.

F v Grat⁹

GRatus epiſcopus dixit: Et ſi infinita ſunt, quæ lege pręſcripta, proficientia ſunt diſciplinæ, & vnuſquiſq; noſtrum tractatu aſsiduo, & cōmonitione frequenti, per ſingulas quaſq; ſpecies, proficientes ad diſciplinam poterit populos inuitare: tamē aliqua ex eis propter blaſphemias ſuggerenda ſunt à nobis, & in cōcilio ſtatuenda. Si videtur vobis, pari ſententia teneātur etiam hi, qui cum viduis cōmorant, & nulla ſecū germanitate cōiuncti ſunt. Vniuerſi dixerūt: Iuxta viduos & viduas, eadem lex maneat & ſententia.

Cap. 5. Ne clerici ordinentur in eccleſia alterius.

PRiuatus epiſcopus Vegeſelitanus dixit: Suggero ſanctitati veſtræ, vt ſtatuatis, non licere clericum alienum ab aliquo ſuſcipi ſine literis epiſcopi ſui, neq; apud ſe retinere, nec laicum vſurpare ſibi de plebe aliena, vt eum ordinet ſine conſcientia eius epiſcopi, de cuius plebe eſt. Gratus epiſcopus dixit: Hęc obſeruantia pacem cuſtodit: Nam & memini, in ſanctiſsimo concilio Sardicenſi ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet. Sed ſi fortè erit neceſſari[9], petat à collega ſuo, & per conſenſum habeat.

Cap. 6. Vt clerici actus ſecularium non ſuſcipiant.

11. q. 3. Credo NIcaſius epiſcopus Culuſitan[9] dixit: Credo placere ſuggeſtionem meam ſanctitati veſtræ, & diſplicere vobis, vt qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt clero, non accedant ad actus, ſeu adminiſtrationem, vel procurationem domorum. Gratus epiſcopus dixit. Et apoſtolorum ſtatuta ſunt, quę dicunt, Nemo militans Deo ingerit ſe negotijs ſecularibus. *2. Timoth. 2.* Proinde aut clerici ſint ſine actionib[9] domorū, aut actores ſine officio clericorū. Vniuerſi dixerunt. Hoc obſeruemus.

Cap. 7. Vt clerici in eccleſia aliena non communicent ſine literis ſui epiſcopi.

CAſianus Vſulēſis epiſcopus dixit. Statuat grauitas veſtra, vt vnuſquiſq; clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe, ſine literis epiſcopi ſui. Gratus epiſcopus dixit: Niſi hoc obſeruatum fuerit, communio fiet fortè paſſim. Nam ſi cum literis receptus fuerit, & cōcordia inter epiſcopos ſeruatur, & nemo ſubtilis alterius fugiens communionem, ad alterū latenter accedit. Vniuerſi dixerūt: Omnibus prouides, & clero, & laicis conſulis.

Cap.

Cap. 8. *Ne clerici ordinentur implicati negotiis alienis.*

MAgnus epiſcopus Aſtiagenſis dixit: Quid dilectioni veſtræ videtur? procuratores, & actores, etiã per ſe tutores pupillorum, ſi debeant ordinari? Gratus epiſcopus dixit: Si poſt depoſita vniuerſa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint probati: in omibus debent, & cum laude cleri, ſi poſtulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum, ab aliquo ſine cõſideratione fuerint ordinati, eccleſia infamatur. Vniuerſi dixerunt: Rectè omnia ſtatuit ſanctitas tua, ideoq; ita eſt & noſtra iſta quoq; ſententia. D. 54. *Magnus eps.*

Cap. 9. *Vt laici clericos actores non conſtituant.*

MEtus Caunenſis epiſcopus dixit: Rectè ſtatutum eſt, vt obnoxij alienis negotijs nõ ordinentur. Tamen dimiſſi, & gratias referre debent, & à clericorum iniuria temperare. Et ipſis non liceat clericos noſtros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus epiſcopus dixit: Nulli dubiũ eſt, quòd omnes, vel domini, vel procuratores, vel quicunq; præſunt, quum audierint ſaluberrima inſtituta concilij, & ſibi eſſe conſultum, nec impeditum: propriam debebunt temperare iniuriam in clericis noſtris. Quod ſi iniuria conſtitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putauerint, ſi defenſio eccleſiaſtica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniuerſi dixerunt: Saluberrimæ profeſſiones debuerunt à tanto concedi concilio.

Cap. 10. *Ne epiſcopus alterius epiſcopi plebes, vel fines vſurpet.*

FOelix epiſcopus Baianẽ. dixit: Nullus debet collegæ ſuo facere iniuriam. Multi enim tranſcẽdunt ſua, & vſurpant aliena ipſis inuitis. Gratus epiſcopus dixit. Auaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum eſſe, nemo eſt qui dubitet. Proinde inhibendum eſt, ne quis alienos fines vſurpet, aut tranſcendat epiſcopum collegam ſuum, aut vſurpet alteri' plebes, ſine eius petitu: quia inde cætera mala omnia generantur. Vniuerſi dixerunt: Placet, Placet. 1. *Timo.* 6.

Canon. 11. *De numero iudicantium presbyterorum.*

SI quis tumidus, vel cõtumelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquã cauſam habuerit, à trib' vicinis epiſcopis, ſi diaco-

11. q. 7. *Si quis tumid'.* diaconus eſt, arguatur: ſi presbyter, à ſex, ſi epiſcop⁹, à duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi dixerunt epĩ. Cõtemptus debet cõtumaciæ, & ſuperbiæ in omnibus frangi, cauſa verò pro perſonis à ſtatuto numero audiatur.

Canon.12.

OPtantius Epiſcop⁹ circuibat, & vſurpabat populos Antigoni epiſcopi vicini, componitur hæc lis per ſynodũ.

Canon.13. eſt in ſecundo Arelateñ.14. & in primo.12.

In.14. Canone commendatur obſeruatio conſtitutionũ huius concilij, & ſubſcribunt epiſcopi.

Finis concilij Carthagineñ. primi.

Decreta Marci Papæ.

Marc⁹ põ.33. MArcus, natione Romanus, ſedit annos.2. mẽſes.8. dies.21. temporibus Cõſtantini Iunioris. Quæ ſub illo acta ſunt, habes hiſto. tripar. lib.4. ca.1. Papa.33. Sub Petro.

Hic ſymbolũ miſſe iſeruit. Hic miſit ad Athanaſium, & epiſcopos Aegypti.70. canones Nicæni concili fideliter tranſcriptos ex exemplaribus, quæ Sylueſter Papa reliquerat Romæ, nunc non extant, niſi.20. canones. Bona pars horum viginti eſt in concilio Arelateñ. 2. & aliqui illorum.70. (quos nunc non habemus) ſunt in prædicto concilio.

Decreta Iulii Papæ.

Iuli⁹.1.põ.34. Tẽpore hui⁹ Arriana hæreſis ĩualuit. IVlius primus papa, natione Romanus, ſedit annos quindecim, de quo habes hiſto. tripart. lib.4. cap.4. & infra. Extat epiſtola ei⁹ increpatoria ad epiſcopos Orientales pro cauſis Athanaſij epiſcopi Alexandrini lectione digna.34. Papa ſub Petro.

Romana ſynodus ſub Iulio Pont. Sub eodem Iulio celebrata eſt ſynodus Romana, in qua conuenerunt.116. Epiſcopi contra Arrium, & eius diſcipulos, quem damnarunt cum ſuis dogmatibus præſidente Iulio, confirmantes acta in ſynodo Nicæna. De hac ſynodo nihil prætereà habetur.

Sub eodẽ Colonieñ. ſy. Sub eodem celebrata eſt ſynodus Colonienſis contra Eufratam blaſphemum, & hæreticum, qui Chriſtum negabat Deum. Damnatus eſt, & priuatus epiſcopatu.

Conciliũ Antiochenum.

ANTIOCHENVM CONCILIVM.

Regulæ Antiocheni concilij expoſitæ apud Antiochiam.

San-

SAncta, & pacatiſsima ſynodus in vnum congregata, his, qui per ſingulas prouincias ſunt, vnanimis ſanctis, & cõſacerdotibus in Domino ſalutem. Gratia & veritas Ieſu Chriſti domini, & ſaluatoris noſtri, ſanctam & Antiochenam eccleſiam viſitans, & in vnum connectens per concordiam pacatiſsimi ſpiritus, multa quidem & alia perfecit, in omnibus autẽ, ſuggerente ſancto, & pacifico ſpiritu, etiam hoc perfecit: vt quæ viſa ſunt rectè conſtitui, cum plurima conſideratione, & iudicio vnà cum omnibus nobis Antiochiæ ex diuerſis prouincijs in vnum collectis epiſcopis, in veſtram notitiam deferuntur. Credimus autem gratiæ Domini, & ſpiritui ſancto pacis, quòd & ipſi conſpirabitis nobis, tanquã in vnam fuiſſetis virtutem: & nobiſcum orationibus adnitentes, magis autem muniti, & in ſpiritu ſancto præſente iiſdem ipſis, quæ definita ſunt, conſentientes, & ea, que viſa ſunt recta, roborantes, cum conſenſu ſancti ſpiritus conſignabitis. Sunt autem prę finiti canones eccleſiaſtici hi, qui infra ſunt ſcripti.

Canon primus.

NOn licere Paſcha diuerſo tempore facere, nec cum Iudęis celebrare, ſicut in Nicęno concilio ſtatutum eſt.

Canon. 2. Non licere cum excommunicatis communicare.

OMnes, qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt: hi de eccleſia remoueantur, quãdiu per confeſsionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his, qui per domos conueniunt deuitantes orationes eccleſiæ: ſimul orandum eſt, ab alia quoq; eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de epiſcopis, aut presbyteris, vel diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cũ excommunicatis communicare, etiam iſte priuetur cõmunione, tanq̃ qui regulam confundat eccleſię.

Can. 3. Non debere clericum ad aliam eccleſiam migrantem ibi perſeuerare.

SI quis presbyter, aut diaconus, aut omnino quilibet ex clero, *7. q. 1. Si quis pſbyter.*

clero, parochiam propriam deſerens, ad aliam properauerit, vel omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari: vlterius ibidem non miniſtret, maximè ſi vocanti ſuo epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempſerit. Quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, à miniſterio modis omnibus remoueatur: ita vt nequaq̃ locum reſtitutionis inueniat. Si verò pro hac cauſa damnatum alter epiſcopus ſuſcipiat, hic etiam à communi coerceatur ſynodo, velut qui eccleſiaſtica conſtituta diſſoluat.

11. q. 4. Si quis eps.

Can. 4. Nō *licere epiſcopo, vel clerico ſi exauctorizatus fuerit, miniſtrare.*

SI quis epiſcopus dānatus à ſynodo, vel presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere: ſiue epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis, ſed cōmunicantes ei omnes abijci de eccleſia: & maximè, ſi poſtea quàm didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem cōmunicare tentauerit.

Can. 5. *Ne clerici, contempto epiſcopo, ſeorſum ſe colligant.*

SI quis presbyter, aut diaconus epiſcopum proprium contemnens, ſe ab eccleſia ſequeſtrauit, & ſeorſum colligens, altare conſtituit, & commonenti epiſcopo non acquieuerit, nec conſentire, vel obedire voluerit ſemel & iterum conuocanti: hic damnetur omnimodò, nec vltra remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quòd ſi eccleſiam conturbare, & ſollicitare perſiſtat, tanquā ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur.

Can. 6. *De excommunicatis.*

11. q. 3. Si quis à propio.

SI quis à proprio epiſcopo cōmunione priuatus eſt, nō antè ſuſcipiat ab alijs, q̃ ſuo recōcilietur epiſcopo, aut certè ad ſynodum, quæ congregatur, occurens pro ſe ſatisfaciat. Et perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & presbyteros, & diaconos, omneſq́; qui ſub regula eſſe monſtrantur.

Can. 7. *De peregrinis.*

D. 71. Nullus abſq̃.

NVllus peregrinorum ſine pacificis, id eſt, commendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis.

Can.

Can.8. Vt epiſtolæ à ſolo fiant Choreſpiſcopo.

PResbyteri, qui ſunt in agris, canonicas epiſtolas dare nō poſſunt: ad ſolos tantùm vicinos epiſcopos literas deſtinabunt. Chorepiſcopi autem, qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt, generales epiſtolas.

Can.9. De metropolitanis epiſcopis.

PEr ſingulas regiones epiſcopos conuenit noſſe, metropolitanū epiſcopū ſolicitudinem totius prouinciç gerere. Propter quod ad metropolim omnes vndiq;, qui negotia videntur habere, concurrant. Vnde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius prçter eū cçteros epiſcopos agere, ſecundū antiquam à patribus noſtris regulā conſtitutā: niſi ea tantùm, quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſsioneſq; ſubiectas. Vnuſquiſq; enim eps habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, vt regat iuxta reuerentiam ſingulis competentem, & prouidentiā gerat omnis poſſeſsionis, quæ ſub eius eſt poteſtate: ita vt presbyteros, & diaconos ordinet, & ſingula ſuo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter Antiſtitem metropolitanum, nec metropolitanus ſine cçterorum gerat conſilio ſacerdotum. *6.q.3. Per ſingulas.*

Can.10. De his, qui vocantur Chorepiſcopi.

QVi in vicis, vel poſſeſsionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem epiſcoporū perceperint, & vt epiſcopi conſecrati ſint: tamen ſanctę ſynodo placuit, vt modum proprium recognoſcant, vt gubernent ſibi ſubiectas eccleſias, earumq; moderamine, curaq; contenti ſint. Ordinent etiā lectores, & ſubdiaconos, atq; exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum verò, nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſsione ſubiectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus, quo vtebatur, honore priuetur. Chorepiſcopum verò ciuitatis epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt.

Can.11. De epiſcopis, vel clericis adeuntibus Imperatorem.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut quilibet regulæ ſubiectus eccleſiæ, præter concilium, & literas epiſcoporum prouinciç, & præcipuè metropolitani, adierit Imperatorē, hunc reprobari, & abijci oportere, non ſolùm à cōmunione, *23.q.8. Si quis eps.*

nione,verùm & ab honore, cuius particeps videtur exiſtere,quia venerandi Principis auribus moleſtiam tentauit inferre contra leges eccleſiæ. Si igitur adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit,hoc agatur cum tractatu,& conſilio metropolitani,& cæterorum epiſcoporum,qui in eadem prouincia commorantur,qui etiam proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis.

Can.12.De damnatis epiſcopis,aut clericis adeuntibus Imperatorem.

10.q.5.*Si quis à proprio.* SI quis à proprio epiſcopo presbyter, aut diaconus, aut à ſynodo fuerit epiſcopus fortè damnatus, & Imperatoris auribus moleſtus extiterit: oporteat ad maius epiſcoporum conuerti concilium,& quæ putauerint habere iuſta, pluri-mis epiſcopis ſuggerant, eorumq; diſcuſsiones, ac iudicia pręſtolentur. Si verò hæc paruipendentes moleſti fuerint Imperatori,hos nulla venia dignos eſſe, nec locum ſatisfactionis habere, nec ſpem futuræ reſtitutionis penitus operiri dijudicamus.

Can.13.Ne epiſcopi in aliena prouincia ordinationes efficiant.

9.q.1.*Nllũ epiſcopum.* NVllus epiſcopus ex alia prouincia audeat ad aliã tranſgredi,& ad promotionem miniſterij aliquos in eccleſijs ordinare,licet conſenſum videantur præbere nonnulli, niſi literis tam metropolitani, quã cæterorum,qui cum eo ſunt,epiſcoporum rogatus adueniat,& ſic ad actionem ordinationis accedat. Si verò,nullo vocante,inordinato more deproperet ſuper aliquibus ordinationibus & eccleſiaſticis negotijs ad eum non pertinentibus,componendis, irrita quidem,quæ ab eo geruntur,exiſtant:ipſe verò incompoſiti motus ſui,& irrationabilis audatiæ ſubeat vltionem, ex hoc iam damnatus à ſancto concilio.

Can.14.De epiſcopis accuſatis.

6.q.4.*Si quis eps.* SI quis epiſcopus de certis criminibus iudicetur,& contingat de eo comprouinciales epiſcopos diſsidere, cùm iudicatus ab alijs innocens creditur,reus ab alijs extimatur: pro totius huius ambiguitatis abſolutione ſanctæ ſynodo placuit,vt metropolitanus epiſcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet,qui controuerſiam tollant,vt per eos, ſimul & per comprouinciales epiſcopos,quod iuſtum viſum fuerit,approbetur.

Can.15. De quibus, vt ſupra.

SI quis epiſcopus de certis criminibus accuſatus, condemnetur ab omnibus epiſcopis eiuſdem prouinciç: cunctiq; conſonanter eandem contra eum formam decreti protulerint: hunc apud alios nullo modo iudicari, ſed firmam concordantium epiſcoporum prouinciæ manere ſententiam. *6.q.4. Si quis eps.*

Can.16. De epiſcopis vacantibus.

SI quis epiſcopus vacans, in eccleſiam vacantem proſiliat, ſedemq; peruadat abſq; integro, perfectoq; conſilio: hic abijciatur, neceſſe eſt, & ſi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum vero concilium illud eſt, vbi interfuerit metropolitanus antiſtes. *D.92. Si quis epiſcopus.*

Can.17. De epiſcopis, qui cùm ad epiſcopatum conuocantur, euitant.

SI quis epiſcopus, per manus impoſitionem epiſcopatum acceperit, & præeſſe populo conſtitutus, miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieuerit ire ad eccleſiam ſibi com miſſam: hunc oportet communione priuari, donec ſuſcepe rit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreue rit eiuſdem prouinciæ ſynodus ſacerdotum. *D.92. Si quis eps per man*. De reſidētia epiſcoporū.*

Can.18. De eiſdem, quibus ſupra.

SI quis eps̃ ordinatus ad parochiã minimè, cui eſt electus, acceſſerit, nõ ſuo vitio, ſed ꝙ eum, aut populus vetet, aut propter aliam cauſam, non tamen eius vitio perpetratam: hic & honoris ſit, & miniſterij particeps, dummodò nil moleſtus eccleſiæ rebus exiſtat, vbi miniſtrare cognoſcitur. Quem etiam obſeruare conueniet, quicquid ſynodus perfecta prouinciæ, quod viſum fuerit iudicando, decreuerit. *D.92. Si quis eps̃ ordinat*.*

Can.19. Non licere epiſcopum ordinari, ſine conſilio metropolitani.

EPiſcopus præter ſynodum, & præſentiam metropolitani, nullatenus ordinetur. *D.65. Epiſcopus non eſt.*

Can.20. Vt bis in anno ſynodus celebretur.

PRopter vtilitates eccleſiaſticas, & abſolutiones earum rerum, quæ dubitationem controuerſiamq; recipiunt, optimè placuit: vt per ſingulas quaſq; prouincias epiſcoporum concilia celebrentur, *D.18. Propter.*

Can.21. Ne epiſcopus de vna parochia in aliam tranſeat.

EPiſcopus ab alia parochia nequaq̃ migret ad aliam, nec ſponte ſua prorſus inſiliẽs, nec vi coactus à populis, nec *7.q.1. Epũs.*

De trãſlatione eporum. ab epiſcopis neceſsitate compulſus, maneat autem in eccleſia, quã primitus à Deo ſortitus eſt. Nec inde trãſmigret ſecundum priſtinum de hac re terminum conſtitutum.

Can.22. Epiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem.

9. q. 2. Epm non debere. EPiſcopus alienam ciuitatem, quæ non eſt illi ſubiecta, non adeat, nec ad poſſeſsionem accedat, quæ ad eum non pertinet, ſuper ordinationem cuiuſquam, nec conſtituat presbyteros, aut diaconos alteri ſubiectos epiſcopo, niſi forte cum conſilio, & voluntate regionis epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita ſit eius ordinatio, & ipſe coerceatur à ſynodo. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

Can.23. Epiſcopo non licere ſucceſſorem ſibi conſtituere.

8. q. 1. Epm non liceat. Epo nõ licet ſucceſſorẽ ſibi cõſtituere. EPiſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe huiuſcemodi eſt conſtitutum. Seruetur autem ius eccleſiaſticum, id continens, oportere non aliter fieri niſi cum ſynodo, & iudicio epiſcoporũ: qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere.

Can.24. De rebus ad eccleſiam pertinentibus.

9. q. 1. Quæcunq; res. QVę ſunt eccleſię, ſub omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta cõſiderat, iudicatq;, ſeruentur: quæ etiam diſpenſanda ſunt iudicio & poteſtate Pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ, quę in eccleſia congregãtur. Manifeſta verò ſint, quæ pertinere videntur ad eccleſiam, cùm notitia presbyterorum, & diaconorũ, q circa ipſum ſunt: ita vt agnoſcant, nec ignorẽt, quę ſint eccleſiæ propria: nec eos aliquid lateat. Vt ſi contigerit epiſcopum migrare de ſeculo, certis exiſtentibus reb᷒, quę ſunt eccleſiæ, nec ipſę collapſę depereant, nec quę propria probantur epiſcopi, ſub occaſione rerum peruadantur eccleſię. Iuſtum nanq; & acceptum eſt coram Deo, & hominibus, vt ſua epiſcopus, quibus voluerit, derelinquat, & quę eccleſiæ ſunt, eidem conſeruentur eccleſię: vt nec eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſię, & in cauſas incidant, qui ad eam pertinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingrauetur.

Can.

Can.25.Vt epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas habeat poteſtatem.

EPiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia & timore Dei. Participet autem & ipſe, quibus indiget, ſi tamen indiget tam in ſuis, quã in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus profuturis, ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: Habentes victum, & tegumẽtum, his contenti ſimus. Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda, vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conſcientia, diaconorumq; pertractet: ſed horum poteſtatẽ domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filijſq; committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteræ lædantur eccleſiæ, Synodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetᷣ eps, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea quæ pertinẽt ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpẽt, ita vt ex hoc affligantur quidẽ pauperes: criminatori verò, & blaſphemijs tã ſermo pdicationis, q̃ hi, qui diſpẽſant, taliter exponantᷣ, & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo, id qd' cõdecet, approbãte. Et ſubſcripſerunt .30. epĩ, qui in eodem concilio conuenerunt.

12.q. Eps eccleſiaſticarũ rerum.

1.Timoth.6.

Subſcriptio eporum.

De hac ſynodo legitur in decretis. d.16.c. Sexta ſynodus.

Finis concilij Antiocheni.

Probatum eſt concilium Antiochenum, in ſexta ſynodo generali Cõſtantinopoli in Trullo celebrata, vt ex ſecundo canone editionis Græcæ conſtat, & per Dionyſium papam. Vt patet per Euſebium. lib.7. cap.24. & .25. in hiſt. eccleſia.

CONCILIVM SARDICENSE, SVB Iulio primo Papa, de cuius origine & cauſa, qua cõgregaretur, habes in hiſtoria tripartita. lib.4. cap.21.

Concilium Sardicenſe.

Congregatum eſt præcepto Conſtantii Imperatoris, vt Athanaſius ad ſuam rediret eccleſiam, à qua expulſus fuerat per hæreticos epiſcopos Arrianos. Conuenerunt in eo concilio Orientales, & Occidentales epiſcopi. Occidẽtales circiter .300. Oriẽtales verò .76. Qui tñ cõtinuò diſcedẽtes à cõcilio, ſeorſum fecere concilium aliud, in quo ſtatuerũt dogmata Arrii, vt habes in hiſtoria prædicta. Cauſa diſceſſus fuit, quia dixerunt ſe nolle

ad verba procedere, niſi prius à concilio ſubmouerentur Pauli, & Athanaſii defenſores, quod occidentales paſsi non ſunt. Cui concilio adfuit Oſius epiſcopus Gordubeñ. qui & adſiat in concilio Niceno. Celebratum eſt anno .11. ab obitu Conſtantini patris duorum Auguſtorum, Conſtantis, & Conſtantii: vt habes lib. 4. eccleſia. hiſto. tripar. cap. 25.

Cap. 1. De epiſcopis, qui ciuitates mutauerint.

D. 8. Mala cõſuetudo.

Prohibetᷓ mutatio epõrũ de vna ad aliã eccleſiã.

OSius eps̃ dixit: Non minus mala cõſuetudo, q̃ pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt: ne cui liceat epiſcopo, de ſua ciuitate ad aliã tranſire ciuitatem. Manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentant: cùm nullus in hac re inuentus ſit epiſcopus, qui de maiori ciuitate ad minorem tranſiret. Vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflamari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiuſmodi pernicies ſęuius, & auſterius vindicetur: vt nec laicam communionem habeat, qui talis eſt. Reſponderunt vniuerſi: Placet.

Cap. 2. De eiſdem epiſcopis.

OSius epiſcopus dixit: Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius: vt fortaſsis talem excuſationem afferens, aſſeueret; quòd à populis literas acceperit, cùm manifeſtũ ſit, potuiſſe plures pręmio, & mercede corrumpi eos, qui ſynceram fidem non habent: vt clamarent in eccleſia, & ipſum petere viderenť epiſcopum. Omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror: ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si verò omnibus placet, Statuite. Synodus reſpondit: Placet.

Cap. 3. De epiſcopo adiudicato.

6. q. 4. Oſi⁹ epiſcopus.

OSius epiſcopus dixit: Illud quoq; neceſſario adijciendum eſt: vt epiſcopi de ſua prouincia ad aliam prouinciam, in qua non ſunt epiſcopi, non tranſeãt: niſi fortè à fratribus ſuis inuitati, ne videamur ianuam claudere charitatis. Quòd ſi in aliqua prouincia aliquis epiſcopus cõtra fratrem ſuum epiſcopum litem habuerit, vnus de duobus ex alia prouincia aduocet epiſcopum cognitorem. Quòd ſi aliquis epiſcopus iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum concilium renouetur: ſi vobis placet ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus: vt ſcribatur ab his, qui cauſam examinarunt, Iulio Romano

Cauſæ epõrũ deferẽdæ ad epm Romanum.

mano epiſcopo,& ſi iudicauerit renouandum eſſe iudiciũ, renouet,& det iudices. Si autẽ probauerit talẽ cauſam eſſe, vt nõ refricentur ea, q̃ acta ſunt: quę decreuerit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit, Placet.

Cap. 4. De epiſcopis depoſitis.

GAudentius epiſcopus dixit: Addendum, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſti, vt quum aliquis epiſcopus depoſitus fuerit, eorum epiſcoporum iudicio, qui in vicinis locis cõmorantur, & proclamauerit agẽdum ſibi negotium in vrbe Roma: alter epiſcopus in eius cathedra, poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio epiſcopi Romani determinata.

Cap. 5. Quando quis debeat à vicinis prouinciæ epiſcopis ordinari.

OSius epiſcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint epiſcopi, vnum fortè remanere epiſcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare epiſcopum, & populi conuenerint: epiſcopi vicinæ prouinciæ debent illum prius cõuenire epiſcopũ, qui in ea prouincia moratur, & oſtendere, quòd populi petãt ſibi rectorem, & hoc iuſtum eſſe, vt & ipſe veniat, & cum ipſo ordinẽt epiſcopũ. Quòd ſi, cõuẽtus literis tacuerit, & diſsimulauerit, nihilq; reſcripſerit, ſatisfaciendum eſſe populis, vt veniant ex vicina prouincia epiſcopi, & ordinent epiſcopum. D. 65. c. *fina.*

Cap. 6. De non ordinandis epiſcopis per vicos.

LIcentia verò danda nõ eſt ordinandi ep̃m, aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui ſufficit vnus presbyter: quia non eſt neceſſe ibi ep̃m fieri, ne vileſcat nomen ep̃i, & authoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere ep̃m, niſi aut in his ciuitatibus, q̃ epiſcopos habuerũt, aut ſi qua talis, aut tam populoſa eſt ciuitas, q̃ mereẽ habere ep̃m. Si hoc oĩbus placet? Synodus reſpondit, Placet.

Cap. 7. De epiſcopis accuſatis.

OSius ep̃s dixit: Placuit autẽ, vt ſi ep̃s accuſatus fuerit, & iudicauerint cõgregati ep̃i regionis ipſius, & de gradu ſuo eũ deiecerint: ſi appellauerit, q deiectus eſt, & cõfugerit ad epiſcopum Romanæ eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit, vt renouetur iudiciũ, vel diſcuſsionis exa- 11. q. 9. *Si quis ep̃s.*

 men,

men: ſcribere his epiſcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnino requirãt, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterũ mittat: erit in poteſtate epi, quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit epõs ſufficere, vt negotio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſsimo concilio iudicauerit.

Cap. 8. Vt epiſcopi paßim ad comitatum non pergant.

OSius epiſcopus dixit: Importunitates, & nimia frequẽtia, & iniuſtæ petitiones fecerunt, nos non tantùm habere, vel gratiam, vel fiduciam, dum quidam non ceſſant ad comitatũ ire epiſcopi, & maximè Aphri, qui (ſicuti cognouimus, ſanctiſsimi fratres & coepiſcopi noſtri) grati ſalutaria cõſilia ſpernũt, atq; contemnunt: vt non ſolùm ad comitatum, multas & diuerſas eccleſiæ nõ profuturas perferant cauſas, vt fieri ſolet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis ſubueniatur: ſed & dignitates ſeculares, & adminiſtrationes quibuſdam poſtulant. Hæc itaq; prauitas olim non ſolùm murmurationes, ſed & ſcãdala excitat. Honeſtum eſt autem, vt epiſcopi interceſsionẽ his præſtẽt, qui iniqua vi opprimuntur, aut ſi vidua affligatur, aut pupillus expolietur: ſi tamen iſthæc nomina iuſtam habeant cauſam, aut petitionem. Si vobis ergo fratres chariſsimi placet, decernite, ne epiſcopi ad comitatum accedant, niſi fortè hi, qui religioſi Imperatoris literis, vel inuitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, vt ad miſericordiam eccleſiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio, vel inſulis dãnãtur, aut certè quamcunq; ſententiam ſuſcipiunt, ſubueniendum eſt his, & ſine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, ſi vobis placet. Vniuerſi dixerunt: Placet, & conſtituatur.

Nota.

Can. 9. De diaconis ad comitatum dirigendis.

OSius epſ dixit: Hoc quoq; prouidentia veſtra tractare debet, qui decreuiſtis, ne epiſcoporũ improbitas nitat, vt ad comitatum pergant. Quicunq; ergo (quales ſuperius memora-

morauimus) preces habuerint, vel acceperint, per diaconū ſuum mittāt: quia perſona miniſtri inuidioſa nō eſt, & quæ impetrauerit, celerius poterit referre. Et hoc conſequēs eſſe videtur, vt de qualibet prouincia epi ad eum fratrem, & coepiſcopum noſtrum preces mittant, qui in metropoli conſiſtit: vt ille & diaconum eius, & ſupplicationes deſtinet, tribuens cōmēdatitias epiſtolas pari ratione ad fratres, & coepiſcopos noſtros, qui in illo tempore in his regionib⁹, & vrbibus morantur, in quibus fœlix & beat⁹ Auguſtus rempublicam gubernat. Si verò habeat epiſcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honeſtum eſt) impetrare, non prohibetur per diaconum ſuum rogare, ac ſignificare his, quos ſcit benignam interceſsionem ſibi abſenti poſſe p̄ſtare. *Ca. 10. Quod ſit eūdū ad comitatū pro pupillis, & viduis.*

SI verò Romam venerint (ſicut dictum eſt) ſanctiſsimo fratri, & coepō noſtro Romanę eccleſię preces, quas habēt, tradant: vt & ipſe prius examinet, ſi honeſtæ & iuſtæ ſunt: & pręſtet diligentiam atq; ſollicitudinē, vt ad comitatū perferant. Vniuerſi dixerūt placere ſibi, & honeſtū eſſe cōſiliū.

Alipius eps dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborātes, qui cauſas nō iniquas habēt, ſuſceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis. Nūc verò cum ea poſtulent præcipuè, quę ſine inuidia hominū, & ſine reprehēſione eſſe non poſſunt, nō neceſſe eſt ire ad comitatū.

Cap. 11. Quòd epiſcopi euntes ad comitatum, ſollicitè diſcutiant.

GAudentius epiſcopus dixit: Ea, quæ ſalubriter præmonuiſtis conuenientia, & æſtimatione omnium, & Deo placitura & hominibus: tenere hanc firmitatem poſſunt, ſi metus huic ſententiæ coniungatur. Scimus enim & ipſi ſæpiſsimè, propter paucorū impudentiā, religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehēſum. Si igitur aliquis cōtra omniū ſentētiam niſus, voluerit ambitioni magis placere, q̄ Deo: is debet ſcire, cauſis redditis, honorē, dignitatemq; ſe amiſſurū. Quod ita demū compleri poterit, ſi vnuſquiſq; noſtrū, qui in Canali conſtitutus eſt, quum progredientem epiſcopum viderit, inquirat trāſitū eius, cauſas videat, quò tendat agnoſcat: & ſi quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod ſuperius comprehenſum eſt, ne for-

 tèin-

tè inuitatus eſt, vt ei facultas eundi permittatur. Si verò (vt ſuperius memorauit ſanctitas veſtra) propter deſideria, & ambitiones ad comitatum pergat: neq; in literis eius ſcribatur, neq; in communionē recipiatur. Si vobis placet, omniū ſententia confirmari debet. Vniuerſi dixerunt, hoc honeſtum eſſe, & placere ſibi hanc conſtitutionem.

Oſius epiſcopus dixit: Sed & moderatio neceſſaria eſt, dilectiſſimi fratres, ne adhuc aliqui, neſcientes quid decretum ſit in ſynodo, ſubitò veniant ad ciuitates eas, quę in Canali ſunt. Debet ergo epiſcopus ciuitatis ipſius admonere eum, & inſtruere, & ex eo loco diaconum ſuum mittat. Admonitus ipſe tamen redeat in parochiam ſuam.

Cap.13. Vt ne ex laico quilibet epiſcopus ordinetur.

D. 61. *Oſius epiſcopus.* OSius epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium arbitror, vt diligentiſsimè tractetis, ſi fortè aut diues, aut ſcholaſticus de foro, aut ex adminiſtratore epiſcopus fuerit poſtulatus: vt non prius ordinetur, niſi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri, fuerit perfunctus: & ita per ſingulos gradus (ſi dignus fuerit) aſcendat ad culmen epiſcopatus. Poteſt enim per has promotiones, quæ habebūt vtiq; prolixum tempus probari, qua fide ſit, quáve modeſtia, qua grauitate, & verecundia: & ſi dignus fuerit probatus, diuino ſacerdotio illuſtretur: quia conueniens non eſt, nec ratio, vel diſciplina patitur, vt temerè, & leuiter ordinetur, aut epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus eſt. Maximè cùm & magiſter gentium beatus Apoſto-
1.*Timoth.* 3. lus, ne hoc fieret denunciaſſe, & prohibuiſſe videatur: ſed hi quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi hæc.

Cap.14. Vt epiſcopus in aliena prouincia non immoretur.

OSius epiſcopus dixit: Et hoc quoq; ſtatuere debetis, vt epiſcopus, ſi ex alia ciuitate cùm venerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia ſua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis q̃ deuotioni ſeruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tēpore reſidere (fortè enim euenit, epiſcopū loci non eſſe tam inſtructū, neq; tam doctū) is verò, qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem: vt dehoneſtet & deformet illi⁹ perſonā: ita vt ex hac occaſione

non dubitet relinquere adſignatam ſibi eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergo tẽpus: quia & non recipi epiſcopum inhumanum eſt, & ſi diutius reſideat, pernicioſum eſt, hoc ergo ne fiat, prouidendum eſt. Memini autem, ſuperiore concilio fratres noſtros conſtituiſſe, vt ſi quis laicus in ea, in qua commoratur, ciuitate, tres Dominicos dies, id eſt, per tres ſeptimanas, non celebraſſet cõuentum, communione priuaretur. Si ergo hæc circa laicos conſtituta ſunt, multò magis epiſcopo nec licet, nec decet: ſi nulla ſit tan grauis neceſsitas, quæ detineat, vt amplius à ſupra ſcripto tempore abſens ſit ab eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi. *De reſidentia epiſcoporum in ſua eccleſia.*

Cap.15. Quòd non liceat epiſcopo à ſua eccleſia plus tribus hebdomadis abeſſe.

OSius epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres, & coepiſcopi noſtri, qui non eam ciuitatem poſsident, in qua videntur epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè quòd paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſsiones ſuas, & diſponant, vel ordinent fructum laboris ſui, vt poſt tres Dominicos, id eſt, poſt tres hebdomadas, ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potius fundis morentur. Aut ſi eſt proxima ciuitas, in qua eſt presbyter, ne ſine eccleſia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat: vt neq; res eius domeſticæ per abſentiam eius detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua epiſcopus moratur, ſuſpitionem iactantię, & ambitionis euadat. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi. *De reſidentia epiſcoporũ.*

Cap.16. De clericorum excommunicatione.

OSius epiſcopus dixit: Hoc quoq; omnibus placet, vt ſiue diaconus, ſiue presbyter, ſiue quis clericorũ ab epiſcopo ſuo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit epiſcopum, & ſcierit ille, ad quem confugit, eum ab epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum: non oportet, vt ei communionem indulgeat. Quòd ſi fecerit, ſciat ſe, conuocatis epiſcopis, cauſas eſſe dicturum. Vniuerſi dixerunt: Hoc ſtatutum & pacem ſeruabit, & concordiam cuſtodiet.

Cap.17. De excommunicatis, apud vicinos epiſcopos audiendis.

11.q.3. Si forte.

OSius epiſcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si epiſcopus, qui fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò, & aſperè commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit: prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat poteſtatem is, qui abiectus eſt, vt epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negare audientiam roganti. Et ille epiſcopus, qui aut iuſtè, aut iniuſtè eum abiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur: vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emẽdetur. Tamen priuſquã omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum, qui fuerit à cõmunione ſeparatus, ante cognitionem nullus alius debet præſumere, vt communioni ſociet. Hi verò, qui conueniunt ad audiendũ, ſi viderint clericorũ eſſe faſtidium, & ſuperbiã: quia iam non decet, vt epiſcopus iniuriam, vel contumeliã patiatur: ſæuerioribus eos verbis caſtigẽt, vt obediãt honeſta præcipienti epõ: quia ſicut ille clericis ſyncerũ exhibere debet amorẽ charitatis, ita quoq; viciſsim miniſtri infucata debent epõ ſuo exhibere obſequia.

Cap.18. De non ſollicitandis clericis alienis.

IAnuarius epiſcopus dixit: Illud quoq; ſtatuat ſanctitas veſtra, vt nulli epiſcopo liceat alterius epiſcopi ciuitatis miniſtrum eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochiis ordinare. Vniuerſi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia: & ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat.

Cap.19. Non licere epiſcopo, alterius clericum in ſua eccleſia ordinare.

OSius epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicunq; ex alia parochia voluerit alienũ miniſtrum, ſine cõſenſu epiſcopi ipſius, & ſine volũtate ordinare, nõ ſit rata ordinatio eius. Quicunq; autẽ hoc vſurpauerit, à fratribus, & coepiſcopis noſtris, & admoneri debet, & corrigi.

Cap.20. Vt extranei clerici apud Theſſalonicam non tardent.

AEtius epiſcopus dixit: Nõ ignoratis, quãta, & qualis ſit Theſſalonicenſiũ ciuitas. Sæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri, & diaconi, & non ſunt contenti breui tempore morari: & aut reſident ibi, aut certè vix poſt lon

ga ſpatia ad ſua redire coguntur. Vniuerſi dixerunt. Ea tempora, quæ conſtituta ſunt circa epiſcopos, & circa has perſonas obſeruari debent.

Cap. 21. De ſuſcipiendis his, qui perſecutionem patiuntur.

OSius epiſcopus dixit: Suggerente fratre, & coepiſcopo noſtro Olympio, etiam hoc placuit: vt ſi aliquis vim perpeſſus eſt, & iniquè expulſus pro diſciplina, & catholica confeſsione, vel pro defenſione veritatis, effugiens pericula, innocens, & deuotus ad aliam venerit ciuitatem: non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire poſsit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum eſt, eum, qui perſecutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei eſt exhibenda. Omnis ſynodus dixit: Vniuerſa, quæ conſtituta ſunt, catholica eccleſia in vniuerſo orbe diffuſa cuſtodiat. Et ſubſcripſerunt, qui conuenerant, omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, numero. 121.

Eſt generale concilium ex vniuerſis orbis prouinciis, receptum ab vniuerſali eccleſia, vt patet. d. 16. c. Quod dicitis. ex Nicolao Papa. Et in ſexta ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata.

HIEROSOLYMITANVM CONCILIVM ſub eodem Iulio celebratum eſt per Maximum epiſcopum, cum Athanaſius reuerteretur ad eccleſiã ſuam, literis Conſtantij Imperatoris, & Iulij Pontificis. In quo hoc tantùm actum eſt, vt conſenſu omnium epiſcoporum reſtitueretur Athanaſius ad communionem, & priſtinam dignitatem. Quæ habentur fuſius hiſto. tripart. lib. 4. cap. 34. *Conciliũ Hieroſolymitanum.*

Paulò pòſt, iuſsit Imperator Conſtantius, in Syrmio congregari concilium, in quo tradiderunt regulas fidei orthodoxas contra Arrium, in quibus interpretati ſunt locum illum, Gene. 19. Pluit Dominus, à Domino: vt ſit ſenſus, Non quòd ipſe pater à ſemetipſo pluere dicat: ſed pluit Dominus filius, à domino patre. De hoc concilio habetur hiſto. Tripart. lib. 5. cap. 3. & c. Adfuit Oſius epiſcopus Cordubeñ. vt refertur in hiſtoria prædicta. *Concilium Syrmiẽ.*

FIDES SYRMIEN. CONCILII

CRedimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem

torem, & factorem vniuerſorum, ex quo omnis paternitas in cœlo,& in terra nominatur. Et in vnigenitũ eius filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui ante omnia ſecula ex patre natus eſt, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta ſunt omnia in cælis,& in terra,viſibilia,& inuiſibilia,verbum exiſtens,& ſapientia,& lumen verum,& vita.Qui nouiſsimis diebus propter nos humanatꝰ eſt ex ſancta virgine,& crucifixus,& mortuus, & ſepultus. Et reſurrexit à mortuis tertia die, & aſcendit in cælum, & ſedet in

Matth.16. dextera patris.Et venturus eſt in conſummatione ſeculi iudicare viuos,& mortuos:& reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua: cuius imperium ſine fine exiſtens, in ſecula permanet infinita. Erit enim ſedens in dextera patris, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et in ſpiritum ſanctum

Ioan.14. paracletum,id eſt,conſolatorem,quem promittens Apoſtolis poſt aſcenſionem ad cælos eſſe mittendum, vt doceret, & commemoraret eis vniuerſa, tranſmiſit. Per quem etiam ſanctificantur animę credentium in eo veraciter.Eos autem qui dicunt, ex non exiſtentibus filium, aut ex altera eſſentia,& non ex Dei:& quia erat tẽpus, aut ſeculũ,quãdo non erat,alienos nouit ſancta eccleſia. Rurſus igitur dicimus:

Si quis patrem, & filiũ duos Deos dicit, anathema ſit. 1.

Et ſi quis Deum Chriſtum,ante ſecula filium Dei, miniſtrantem patri ad creationem vniuerſorum, non confitetur,anathema ſit. 2.

Si quis ingenitum, aut partum eius ex Maria natum dicere præſumit,anathema ſit. 3.

Siquis ſecundum præſentiã ante Mariam dixerit filium eſſe,& non ante ſecula ex patre natum, apud Deum eſſe:& per ipſum omnia facta,anathema ſit. 4.

Si quis ſubſtantiam Dei dilatari,aut cõtrahi dixerit, anathema ſit. 5.

Si quis dilatatã ſubſtantiã Dei filium dixerit facere, aut dilatationẽ eius ſubſtãtię filiũ nominauerit,anathema ſit. 6

Si quis affectiuum,aut prolatiuũ verbum dixerit Dei filium,anathema ſit. 7.

Si quis hominem ſolum dixerit filium,qui ex Maria eſt, anathema ſit. 8.

Si

Si quis Deum,& hominem ex Maria dicens:Deum ingenitum eundem intelligit, anathema ſit. 9.

Si quis illud,quod ſcriptum eſt:Ego Deus primus,& ego. poſtea,& præter me non eſt Deus,cum ad deſtructionē idolorum,& deorum non exiſtētium dictum ſit:ad deſtructionem magis vnigeniti ante ſecula Dei,Iudaicè percipit,anathema ſit. 10. *Apoc.22. Deut.32. & Eſai. 41. & 44. Ioan.1.*

Si quis audiens,verbum caro factum eſt, verbum in carnem mutatum putauerit: aut conuerſione facta, ſuſcepiſſe carnem,anathema ſit. 11.

Si quis vnigenitū filium Dei crucifixū audiēs,corruptionem, aut paſsionem,aut conuerſionem, aut mutationē,aut peremptionem ſuſtinuiſſe dicit,anathema ſit. 12.

Si quis, quod ſcriptum eſt, faciamus hominem: non patrem ad filium dicere, ſed ipſum ad ſemetipſum aſſerit dixiſſe Deum,anathema ſit. 13. *Gene.1.*

Si quis contra Iacob, non filium, tanquàm hominem luctatum eſſe: ſed ingenitum Deum, aut patrem eius dixerit, anathema ſit. 14. *Gene.32.*

Si quis illud, quod ſcriptum eſt: Pluit Dominus à Domino:non de patre,& filio perceperit:ſed & ipſum à ſemetipſo pluere dixerit,anathema ſit. Pluit enim Dominus filius, a Domino patre. 15. *Gene.19.*

Si quis audiens Dominū patrem , aut filium Dominum & Dominum patrem, & filium, & Dominus à Domino dicens,duos aſſeruerit Deos,anathema ſit.Non enim coaptamus filium patri:ſed ſubditum nouimus.Neq; enim deſcendit in corpus ſine voluntate patris, neq; pluit à ſemetipſo: ſed à Domino , authoritatem , videlicet, præbente patre. Neq; ſedet à dextris à ſemetipſo,ſed audit,dicente patre,Sede à dextris meis. 16. *Ibidem. Pſal.109.*

Si quis patrem,& filium,& ſpiritum ſanctum vnam perſonam dicit,anathema ſit. 17.

Si quis ſpiritum ſanctum paracletum dicens, ingenitum aſſerit Deum,anathema ſit. 18.

Si quis , ſicuti docuit nos, non alium dicit paracletum præter filium, ait enim , & alium paracletum mittet vobis pater,quem rogabo ego,anathema ſit. 19.

Si

Si quis ſpiritũ dicit patrẽ patris,aut filij,anathema ſit. 20

Si quis concilio Dei, tanquàm vnam creaturarũ, factum aſſerit filium Dei,anathema ſit. 21.

Si quis patrem, & filium, & Spiritum ſanctum tres dicit Deos,anathema ſit. 22

Si quis,noléte patre,natum filium dixerit,anathema ſit. Non enim inuitus, & vim paſſus pater, neceſsitate naturali,quaſi nolens,genuit filium:ſed illico,vt voluit,etiam ſine tempore,& ſine paſsione ex ſemetipſo genuit eum. 23.

Si quis ingenitum, & ſine principio dicit filium, tanquã duos ſine principio, & duo ingenita dicens, & duos faciens deos,anathema ſit. Caput enim eſt,& principium omnium filius. Caput autem Chriſti, Deus. Sic enim ad vnum omnium principium, quod eſt ſine principio, per filium piè omnia referuntur. 24.

1. Corint. 11.

Rurſus autem ſubtiliter inſpicientes Chriſtianum ſenſum, dicimus.

Si quis Chriſtum Deum,filiũ Dei ante ſecula miniſtrantem patri oẽm creationẽ non dixerit: ſed ex quo ex Maria natus eſt,ex eo dicit filiũ,& Chriſtũ eſſe vocatũ, & initium accepiſſe,vt Deus eſſet,anathema ſit,ſicut Samoſatenus.25.

Decreta Liberii Papæ.

Liberius Papa. 35.

Liberius,natione Romanus, temporibus Conſtantij, filij Conſtantini Magni, ſedit annos. 6. menſes.3. Deportatur in exilium à Conſtantio, eò quòd noluiſſet hæreſi Arrianæ conſentire: & fuit in exilio annos. 3. Sacerdotes congregantes concilium, ordinauerunt in locum eius epiſcopum Fœlicem presbyterum. Et fecit concilium Fœlix,& inuenit duos presbyteros, conſentientes Conſtantio Arriano,nomine Vrſatium,& Valentem,& damnauit eos in concilio.48. epiſcoporum. Poſt paucos autem dies zelo ducti, Vrſatius,& Valens rogauerunt Conſtantium, vt reuocaret Liberium de exilio. Qui rediens habitauit in cœmeterio ſanctę Agnetis apud germanã Conſtantij Auguſti. Reuocato Liberio,Cõſtantius fecit conciliũ cum hęreticis, & eiecit Fœlicẽ de epiſcopatu,qui erat catholic⁹. Qui Fœlix depoſitus habitauit in pdiolo ſuo via Portueñ. vbi & requieuit in pace. Et reuocauit Liberiũ. Ab eo die fuit perſequutio maxi

ma in clero: ita vt intra eccleſiā presbyteri, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Ingreſſus autem Liberius in vrbem Romam conſenſit Conſtantio hæretico.

Propter hoc nonnulli putant, hunc epiſcopū Romanum fuiſſe hæreticum: ſed hoc leue argumentū eſt, vt tali nota inuratur Pontifex Chriſti. Primū ea hiſtoria, quòd ſenſerit cum Arrianis, à multis reuocatur in dubium.

Secundò, in epiſtola ad Athanaſium, & epiſcopos Aegypti in Alexandrina ſynodo congregatos, inſectatur Arrianos, & gratulatur, quòd epiſcopi Aegyptiorum permaneant in fide ſynodi Nicenæ.

Tertiò, extat alia epiſtola vnicè catholica ad vniuerſos epiſcopos, in qua cum eruditione, & pietate exhortatur, vt nullus propter perſecutionem, ſuam relinquat eccleſiam: nec quietem magis eliget, quàm pro populo ſibi commiſſo laborare intendat. Hæc non cohærent cum priori opinione.

Sub hoc tempore emerſit in Antiochia Syriæ alter hæreſiarches, cognomento Aetius, id eſt, ſine Deo. Is enim eadem, quæ Arrius, ſapiebat, ſed ab Arrianis ſe ſegregabat. Is nihil ſolidæ eruditionis habebat: ſed venientes ad ſe diſputationibus ſophiſticis eludebat. Qui tunc Aetiani, nunc Eunomiani vocātur: quū Eunomius notarius eius, eruditus ab illo editionem eius hæreticam diuulgauit. Habes hæc latius Tripar. hiſt. lib. 5. cap. 13. & infrà.

Hac tempeſtate fecerunt concilium hæretici Antiochiæ contra Athanaſium, & alios catholicos. Fuit concilium prophanum, non catholicum.

Sub eodem Liberio Vrſatius, & Valens hæretici fecere concilium in Nicæa ciuitate Thraciæ. Vbi ſtatuentes ſua dogmata, diuulgabant illam eſſe fidem, quæ ab vniuerſali concilio dictata eſſet, & edita Nicææ: vt ſimilitudine nominis Nicænæ vrbis ſimpliciores hac ſubreptione deciperentur. Putabant enim, in Nicæa Bithyniæ eſſe dictatam fidem, ſed nihil profuit eis tale commentum. Paulò poſt namq; confuſi, ac deriſi ſunt.

Extat epiſtola Athanaſij, & Aegyptiorum epiſcoporum ad Liberium de oppreſsionibus Arrianorum, miſſa ex concilio Alexandrino. Valde tunc opprimebantur epiſcopi, maximè apud Orientem.

Extant decreta eiuſdem Liberij. Primum, in diebus ieiuniorum nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus, & opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones, & lites quadrageſimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigūt: vt Dominus per prophetam Eſa. 58. Ecce in diebus ieiunij veſtri &c. Et debitores veſtros repetitis, ecce ad lites, & cōtentiones ieiunatis. *Primū decretū Liberij Papæ.*

Secundum,

Secundum. Secundum, abſtinendũ eſt in his. 40. diebus ſacratiſsimis à coniugibus, & caſtè, & piè viuẽdum: vt ſanctificato corde, & corpore, iſti dies tranſigãtur, donec perueniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia pœnè nihil valet ieiunium, quod con iugali opere polluitur, & quòd orationes, vigiliæ, & eleemo ſynæ non commendant.

Tertium. Tertium ſi euenerit fames, inæqualitas aeris peſtilentis, vel talis qualiſcũq; tribulatio, ſtatim ieiuniis, eleemoſynis, & obſecrationibus, Domini miſericordia deprecetur.

Decreta Fœlicis ſecundi Papæ.

Fœlix Pō. 36. Fœlix ſecundus Papa, natione Romanus, ſedit annum. 1. menſes. 3. Hic declarauit Conſtantium, filium Conſtantini hæreticum, & ſecundò rebaptizatũ ab Euſebio Nicomedienſi. Et pro hac declaratione ab eodẽ Conſtantio martyrio coronatur, & capite truncatur. Papa. 36. ſub Petro.

Extat epiſtola eius vna ad Athanaſium, & alios epiſcopos Aegypti, in Alexandrina ſynodo congregatos, diſtincta per. 21. capitula.

Cõciliũ Laodicenſe. CONCILIVM LAODICENVM IN FINE Liberij Papæ celebratum. Prouinciale, ſed confirmatum in ſexta ſynodo generali, quæ in Trullo celebrata eſt, præſente Conſtantino.

Congregatũ eſt dictum concilium in Laodicea circa annum Domini. 364. ſub Papæ Liberij finalibus annis. De eodem autem concilio legitur in decretis. d. 16. c. Sexta ſynodus Laodiceñ. in qua patres. 22. ſtatuerunt canones. 59. quorum author maximè Theodoſius epiſcopus extitit.

Sancta ſynodus, quę apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ conuenit ex diuerſis prouinciis Aſiæ, regulas expoſuit eccleſiaſticas, ſicut infrà ſcriptum eſt.

Caput. 1. De bigamis.

DE eo, quòd oportet ſecundum eccleſiaſticum canonem eos, qui liberè, & legitimè, ſecundis nuptiis iuncti ſunt, nec occultam permixtionem operati ſunt: pauco tempore exempto, vacare orationibus, & ieiuniis, & ſecundũ veniam reddi eis communionem.

26. q. 7. His qui. *Cap. 2. De his, qui peccatorum lapſus incurrunt.*

His, qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrũt, & oratione,

tione, & confeſsione, ac pœnitentia malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrant, pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum eſt, propter miſericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiuſmodi ſunt, reuocandi, & ad communionem ſunt applicandi.

Cap. 3. De neophytis.

NOn oportet neophytum promoueri ad ordinem ſacerdotalem.

Cap. 4. Quòd non liceat coram catechumenis clericos fieri.

NOn licere manus impoſitionem ſuper ordinandos, præſentibus catechumenis, fieri.

Cap. 5. Vt hi, qui in ſacrario ſeruiunt, vſuras non exigant.

NOn licere fœnerare miniſtris altaris, vel in ſacerdotali ordine conſtitutis, vel vſuras, vel lucra, quæ ſexcupla dicuntur, accipere. D. 46. Non licet.

Cap. 6. De hæreticis intrantibus in eccleſias.

NOn concedendum hæreticis ingreſſum domus Dei, in hæreſi permanentibus.

Cap. 7. De Nouatianis, & Quartodecimanis.

NOuatianos, vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Teſſareſcædecatites appellant, id eſt, qui quartadecima Luna primi menſis cum Iudæis Paſcha celebrant: ſed & catechumenos eorum fideles non recipi, priuſquã condemnent omnem hæreſim, in qua detinebantur. Pleniſsimè autem ante omnia, & nunc, qui apud eos fideles dicuntur, ſymbolum fidei doceantur, atq; ita vnctos etiã ſancto chriſmate, diuino ſacramento communicare conuenit.

Cap. 8. De Cataphrygis ad eccleſiam venientibus.

EOs, qui cõuertunt ab hęreſi, quę dicitur Cataphrygarũ, qui ſe in clero cõſtitutos exiſtimãt, quãuis magni dicantur, huiuſmodi cum omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab eccleſiæ catholicæ epiſcopis, & presbyteris.

Cap. 9. De his, qui ad hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedunt.

NOn concedendũ, in cœmeteria, vel quæ martyria hæreticorum dicuntur, catholicos orationis gratia, & petendę curationis intrare. Sed & q ierint, ſi ſunt fideles, incõmunicabiles factos ad pœnitentiã, vſq; ad aliquod tẽpus redigi. Pœnitẽtes aũt eos, & erraſſe ſe cõfitẽtes, ſuſcipi oportere.

Cap.10. De his, qui cum hæreticis nuptiarum copulæ iunguntur.

EOs, qui ad eccleſiam pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minimè ſociare debere.

Cap.11. Non congruere presbyteras ordinare.

D.32. Mulieres, quæ. MVlieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos, viduæ ſeniores, vniuiræ, matricuriæ appellãtur, in eccleſia tanquàm ordinatas conſtitui non debere.

Cap.12. De epiſcopalibus ordinationibus.

D.61. Epiſcopum. EPiſcopum non oportet, prętcr iudicium metropolitanorũ, & finitimorũ epiſcoporũ, conſtitui ad eccleſię principatum. Nec eligãtur niſi hi, quos multo ante nota, probabiliſq; vita commendat. Et nihilominus, ſi in ſermone fidei, & recta operatione per ſuam cõuerſationẽ fuerint probati.

Cap.13. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.

D.63. Nõ eſt permittendũ. DE eo, quod non ſit populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris miniſterio ſunt applicandi.

Cap.14. Ad alias parochias, eulogias minimè deſtinandas.

SAnctas oblationes, ad vicem eulogiarum, per feſtiuitatem Paſchalẽ ad alias parochias mitti, minimè oportere.

Cap.15. De Pſalmiſtis.

NOn licere, prętcr canonicos pſaltes, id eſt, qui regulariter cantores exiſtunt, quiq; pulpitum aſcendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in eccleſia pſallere.

Cap. 16. Vt ſanctum Euangelium Sabbatis legatur.

SAbbatis Euangelia cum aliis ſcripturis legenda eſſe cenſemus.

Cap.17. Pſalmos ſparſim non licere confundi.

IN proceſsionibus non connectere. i. ex diuerſis verſibus, & ſenſibus libri vnum canticum minimè coniungere: ſed ſingulorum pſalmorũ ordinabiliter debere fieri lectionem.

Cap.18. De orationibus quotidianis.

DE eo, quod ſemper ſupplicationes orationum, & ad horam nonam, & veſperam oportet celebrari.

Cap.19. De ordine orationum catechumenorum, atq; fidelium.

QVoniam catechumeno orationẽ ſeparatim, & prius proſtratis eis, epiſcopũ oportet celebrare. Quibus egreſſis, orent etiam hi, qui in pœnitẽtia ſunt conſtituti. Et poſt manus impoſitionem, his quoq; aſcendẽtibus, tunc fideles

orare

orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, vna quidem id eſt, prima, per ſilentium: ſecunda verò, & tertia per vocis pronunciationem, & tunc demum oſculum pacis dari debere. Et poſteaquā presbyteri epiſcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare, & tunc oblatio offeratur. Solis autem miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidē cōmunicare.

Cap.20. De diſciplina, atq; modeſtia clericorum.

QVoniā non oportet diaconū ſedere ante presbyterū, ſed ex iuſſione presbyteri ſedeat. Similiter autē honorificeī, & diaconus à miniſtris inferioribus, & oībus clericis. D.93. Non oportet.

Cap.21. De miniſterio ſubdiaconorum.

QVoniam non oportet ſubdiaconos licentiam habere in ſecretarium, ſiue ſacrarium (quod Græci diaconicon appellant) ingredi, & contingere vaſa Dominica. D.23. Non oportet.

Cap.22. De miniſtris, vt orario non vtantur.

MIniſtrū non oportet orario vti, nec oſtia derelinquere. D. 23. Miniſtrum.

Cap.23. Non debere lectores cum orariis ſuū officium agere.

QVoniam non oportet lectores, aut Pſalmiſtas orariis vti: & ſic legere, aut pſallere.

Cap.24. Quòd nullus eccleſiaſticorum in tabernis comedere debeat.

QVoniam non oportet clericos ſeruientes, à presbyteris vſq; ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes vſq; ad miniſtros, aut lectores, aut pſalmiſtas, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut etiam eos, qui in propoſito cōtinentiæ ſunt, tabernas intrare. D.44. Non oportet.

Cap.25. Quòd non liceat miniſtris panem dare, aut calicem benedicere.

NOn oportet diaconum panem dare, nec calicem benedicere. D.93. Non oportet.

Cap.26. De exorciſtis.

NOn oportet exorcizare eos, qui necdum ab epiſcopis ſunt profecti, neq; in eccleſiis, neq; intra domos. D.69. Non oportet.

Cap.27. Non debere clericos, vel laicos ad Agapen vocatos, partes tollere.

NOn oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos, aut laicos ad Agapen vocatos, partes tollere: propter iniuriā, q̄ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini poſſit deputari. D.42. Non oportet.

Cap.28. In eccleſiis prandia fieri non debere.

NOn oportet in baſilicis, ſeu eccleſiis Agapen facere, & intus manducare, vel accubitus ſternere. D. 42. Non oportet in baſilicis.

Cap.29. Non debere Chriſtianos ſabbatizare.

H ij Non

NOn oportet Chriſtianos iudaizare,& in Sabbato vacare: ſed operari eos in eadem die, Dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacēt tanquàm Chriſtiani. Quòd ſi inuenti fuerint iudaizare, anathema ſint.

Cap.30. De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus.

Di. 81. Non oportet. QVoniam non oportet miniſtros altaris, vel etiam clericos quoſlibet, aut continentes ſe, aut omnem omnino Chriſtianum cum mulieribus lauacra habere communia. Eſt enim apud Gentiles prima reprehenſio.

Cap.31. De cauendis hæreticorum connubiis.

QVoniam non oportet cum hæreticis commiſcere conubia, & vel filios, vel filias dare: ſed potius accipere, ſi tamen profiteanť Chriſtianos ſe futuros eſſe, & catholicos.

Cap.32. Ab hæreticis eulogias accipere non debere.

1.q.1. Non oportet. NOn oportet hęreticorũ benedictiones accipere, quoniã maledictiones magis ſunt, quàm benedictiones.

Cap.33. De ſchiſmaticis.

NOn oportet cum hæreticis, vel ſchiſmaticis orare.

Cap.34. De martyribus hæreticorum.

NOn oportet omnino, Chriſtianum, derelictis martyribus Chriſti, abire ad falſos martyres. Hi enim alieni à Deo ſunt. Quicunq; autem abire voluerint, anathema ſint,

Cap.35. De his, qui angelos colunt.

NOn oportet Chriſtianos, derelicta eccleſia, abire, & ad angelos idololatrię abominandę congregationes facere: quæ omnia interdicta ſunt. Quicunq; autem inuentus fuerit, occultæ huic idololatriæ vacans, anathema ſit: quoniam derelinquens Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, acceſſit ad idola.

Cap.36. De his, qui incantationibus vtuntur.

26.q.5. Non oportet. QVoniã nõ oportet miniſtros altaris, aut clericos magos, & incãtatores eſſe, aut facere, quę dicuntur philacteria, quę ſunt magna obligamenta animarum. Hos autẽ, qui in talibus rebus vtuntur, proiici ab eccleſia iuſsimus.

Cap.37. De his, qui ab hæreticis dona feriatica ſuſcipiunt.

QVoniã non oportet à Iudęis, vel hęreticis feriatica, quę mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere feriatos.

Cap.38. De Chriſtianis, qui Iudæorum azyma comedunt.

Non

NOn oportet à Iudæis azyma accipere, aut cōmunicare impietatibus eorum.

Cap.39. Non licere cum Paganis feſta celebrare.

NOn oportet cum Paganis feſta celebrare: & impietatis eorum habere ſocietatem.

Cap. 40. Epiſcopos ad ſynodum vocatos, non debere contemnere.

NOn oportet, vocatos ep̄os ad ſynodū contēnere, ſed abire debere: & aut docere, aut doceri, quę ſunt ad eccleſię, cæterorūq; correctionē vtilia. Quod ſi contēpſerit, ſeipſum videtur accuſaſſe, niſi fortè pro infirmitate ire non poſsit. *Diſt.18.Non oportet.*

Cap.41. Non debere clericum ſine epiſtolis peregrinari.

NOn oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum ſinè canonicis literis, id eſt, formata alicubi proficiſci. *De conſecra. d.5. Nō oportet.*

Cap.42. Nullum clericum debere ſine epiſcopi ſui iuſsione peregrinari.

NOn oportet miniſtrum altaris, vel quemlibet clericum pręter iuſsionem epiſcopi ad peregrinandū proficiſci.

Cap.43. Vt ſubdiaconi ad oſtia perſeuerent.

NOn oportet miniſtros .i. oſtiarios, vel breui tempore ab oſtiis deeſſe, & orationi vacare.

Cap.44. Vt ad ſacrificium mulieres non introeant.

NOn oportet mulieres ingredi ad altare.

Cap.45. De his, qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt.

NOn oportet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quemquam ad baptiſmum ſuſcipi. *De conſecra. d.4. Baptizādos.*

Cap.46. De Redditione fidei baptizandorum.

BAptizandos oportet fidei ſymbolum diſcere, & quinta feria vltimę ſeptimanę, vel ep̄o, vel presbytero reddere.

Cap. 47. De his, qui in ægritudine baptizantur.

QVi in ægritudine conſtituti, baptiſmum perceperunt, facti ſani fidei ſymbolum doceātur: vt nouerint, qua donatione digni ſunt habiti.

Cap. 48. Vt poſt baptiſma Chriſma detur.

OPortet baptizatos poſt baptiſmum ſacratiſsimū chriſma percipere, & cæleſtis regni participes fieri.

Cap.49. Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.

NOn oportet in quadrageſima panem offerri, niſi Sabbato, & Dominica tantùm.

Cap.50. Non licere, quinta feria ſeptimanæ maioris ieiunium ſolui.

 Non

De conſecra. d.3. Nõ oportet. NOn oportet in quadrageſimæ quinta feria vltimę hebdomadæ ieiunium diſſolui, & totam quadrageſimam inhonorari: ſed per totos hos dies ieiunare, & eſcis abſtinentiæ conuenientibus, id eſt, aridioribus vti.

Cap. 51. Non debere in diebus ieiuniorum cõmemorationes martyrũ fieri.

33. q. 4. Non licet. NOn oportet in quadrageſima martyrum natalitia celebrari: ſed eorum in Sabbato, & Dominica tantùm memoriam fieri.

Cap. 52. Non licere nuptias fieri in quadrageſima.

33. q. 4. Non oportet. NOn oportet in quadrageſima, aut nuptias, vel quęlibet natalitia celebrare.

Cap. 53. Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.

NOn oportet Chriſtianos ad nuptias euntes, vel balare, vel ſaltare: ſed caſtè cœnare, vel prandere, ſicut competit Chriſtianis.

Cap. 54. Non licere clericis ludicris ſpectaculis intereſſe.

De conſecra. d. 5. Nõ oportet. NOn oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in cœnis exhibentur, intereſſe: ſed antequam Thymelici ingrediantur, ſurgere eos de conuiuio, & abire debere.

Cap. 55. Non congruere Chriſtianis cõmeſſationibus intereſſe.

D. 44. Non oportet. NOn oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos, vel etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis (quę vulgus commiſſalia appellant) conuiuia celebrare.

Cap. 56. Non licere presbyteris ante ingreſſum epiſcopi entroire ad altare.

Di. 95. Non oportet. NOn oportet presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi eccleſiam, & ſedere in tribunalibus, ſed cum epiſcopo ingredi: niſi fortè aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinationis commodo, eum abeſſe conſtiterit.

Cap. 57. Qui in agris, vel poſſeſſionibus debeant ordinari.

D. 80. Non debere. NOn debere in villis, & vicis epiſcopos ordinari: ſed viſitatores, id eſt, qui circumeant, conſtitui. His autem, qui ante hoc ordinati ſunt, nihil agere cenſemus, ſine conſcientia epiſcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri nihil ſinè præcepto, & concilio epiſcopi agant.

Cap. 58. Oblationes offerri in domibus non oportere.

NOn oportet in domibus oblationes ab epiſcopis, ſiue presbyteris fieri.

Cap.59. *Quæ pſallere, vel legere in eccleſia conueniat.*

NOn oportet ab idiotis pſalmos compoſitos,& vulgares in eccleſiis dici,nec libros,qui ſunt extra canonem legere:niſi ſolos canonicos noui,& veteris Teſtamenti.Quæ autem oporteat legi, & in authoritatem recipi,hæc ſunt.

Libri canonici in eccleſia Dei.

Geneſis,Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue,Iudicum,Ruth,Regnorum libri.4. Paralipomenon libri.2.Eſdrę,Liber Pſalmorum numero.150.Prouerbia Salomonis,Eccleſiaſtes,Cantica canticorum,Iob,Eſther.12. Prophetarũ libri,id eſt,Oſee,& Amos,Ioel, Abdias, Ionas, Michæas,Nahum,Habachuc,Sophonias,Aggæus, Zacharias,Malachias,Iſaias,Ieremias,Ezechiel,Daniel.Noui Teſtamenti,id eſt,Euangeliũ ſecundum Matthæũ, ſecundum Marcum,ſecundum Lucam,ſecundũ Ioannem, Actus Apoſtolorum, Canonicę epiſtolę.7. Iacobi vna,Petri.2.Ioannis 3.Iudæ vna,Epiſtolæ Pauli Apoſtoli, numero.14.ad Romanos,ad Corinthios.2.ad Galatas,ad Epheſios,ad Philippenſes vna, ad Coloſſenſes vna,ad Theſſalonicenſes.2.ad Timotheum duæ, ad Titum,ad Philemonem,ad Hebræos.

Decreta Damaſi.1.Papæ

Damaſus Pont.37.

DAmaſus,natione Hiſpanus, ſedit annis.18.mẽſes.3.dies 11. temporibus Iuliani. Hic conſtituit,vt Pſalmi die,noctuq; canerentur per omnes eccleſias. Hoc pręcepit epiſcopis,presbyteris,& monaſteriis.Habes de eo in hiſt.eccleſia. lib.11.c.10.& de ſeditione facta contra illũ per Vrſinum eiuſdem eccleſiæ diaconum: qui voluit fieri epiſcopus,collecta turbulentorum, & ſeditioſorum hominum manu. Ex quo facto tanta bella coorta ſunt, ad alterutrum deſcendentibus populis, vt replerentur humano ſanguine orationum loca: ſed poſt eiectus eſt Vrſinus ab vrbe.

Hic chorum inſtituit.

Damaſus vitas Pontificũ, qui ante ſe fuere cõſcripſit. Primus etiam Hieronymi ſcriptis authoritatẽ dedit,cum prius 70. interpretum ſcripta tantummodo in pretio eſſent.

Extat epiſtola Damaſi ad Paulinum Antiochenum epiſcopum: per quam inſtruit illum in duobus. Primũ, quod integrum hominẽ ſuſceperit Chriſtus ſinè peccato. Secundum, quòd vnus ſit Chriſtus, ante ſecula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

Extat eiuſdem profeſsio quædam fidei catholicæ, ad eundem Paulinum ſub hac forma.

Profeſsio fidei. Anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant, Spiritum ſanctum cum patre, & filio vnius poteſtatis eſſe, atq; ſubſtantiæ. Anathematizamus quoq; eos, qui *Error Sabellii.* Sabellij ſequuntur errorem: eundem dicentes patrem eſſe, quem & filium. Anathematizamus Arrium, atque Eunomium, *Error Arrii* qui pari impietate (licet ſermone diſsimili) filium, & *Error Macedonianorũ.* Spiritũ ſanctũ aſſerũt eſſe creaturas. Anathematizam⁹ Macedonianos, qui de Arrij ſtirpe venientes, non perfidiã mutauerunt, ſed nomen. *Error Photini.* Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæreſim inſtaurat: qui dominũ Ieſum Chriſtum tantùm ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos, qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſecula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali, & intelligibili dicũt: Dei verbum in humana carne verſatum, cum ipſe filius ſit verbũ Dei, & non pro anima rationali, & intelligibili in ſuo corpore fuerit: ſed noſtram.i.rationalẽ, & intelligibilẽ ſinẽ pctõ animã ſuſceperit, atq; ſaluauerit. Anathematizamus eos, qui verbũ Dei filiũ extẽſione, aut collectione, & à patre ſeparatum in ſubſtantiuũ: & ſinẽ habiturũ eſſe contẽdunt.

In concilio Neocæſarieñ c.13. & in cõcilio Antiocheno ca. 10. Extat epiſtola eiuſdẽ ad Stephanũ archiepiſcopũ: & ad tria cõcilia Aphricę, quòd epiſcoporum iudicia, & maiores cauſę non niſi authoritate ſedis Apoſtolicę ſunt terminãdę.

Extat epiſtola quarta Damaſi, qua interrogatus de Chorepiſcopis, an aliquid eſſent in eccleſia, vel nihil: & quã haberent in eccleſia authoritatem, Reſpondit: Eos nihil eſſe in eccleſia, nec aliquã habere authoritatem: ſed eorum inſtitutionem improbam, & nimis prauam, atq; ſacris canonibus contrariam, atq; ad totius eccleſiæ perturbationem. Ideo definiuit, vanum eſſe, & innane, quidquid in prædicto ſacerdotij ſummi egerunt miniſterio: hiſceq; de cauſis prohibitos eſſe, & à ſacra ſede, & à totius orbis epiſcopis.

De Chorepis Fuerunt in eccleſia primitiua quidam vocati Chorepiſcopi, viſi tunc neceſſarij propter ſtudiũ, quod erga pauperes exhigebãt: qui cùm ex conſecratione ſua nihil eſſent, q̃ preſbyteri, tentarũt exercere miniſteria epiſcopalia, conſecrare

ſubdiaconos,

ſubdiaconos,& diaconos,& virgines,erigere altaria, vngere,& ſacrare,& eccleſias dedicare:quæ ſunt propria miniſteria epiſcoporum. Hos damnauit eccleſia, & reiecit ab eo gradu,ad quē ambitione ſua aſcenderāt:tantū conceſsit eis, vt inter ſacerdotes locum haberent,& miniſterio presbyterorū eſſent cōtenti. Quoniā eccleſia non nouit inter diſcipulos Domini,niſi duos ordines,ſcilicet,duodecim Apoſtolorū,&.70. Diſcipulorū,vnde iſte tertius proceſſerit,funditus ignoramus. De his.d.78. Chorepiſcopi tam ab hac &c.

In eadem epiſtola contra epōs, qui propter ſuam quietē Chorepiſcopis plebes ſuas committere non formidabant: quos in hunc modum damnat. Primùm, quòd curam ſibi à Deo commiſſam negligant,cùm dominus dicat: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, mercenarius autem vidit lupum venientem, & dimittit oues, & fugit &c. Secundò, illi epi, qui talia ſibi præſumunt, videntur(ait) mihi eſſe meretricibus ſimiles:q̄ ſtatim,vt pariunt,infantes ſuos alijs nutricibus tradunt educandos,vt ſuam citius libidinem explere valeāt. Sic & iſti,infantes ſuos,id eſt, populos ſibi commiſſos alijs educādos tradunt, vt ſuas libidines expleant,id eſt, pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient: & quod vnicuiq; viſum fuerit,liberius agāt. Pro talibus enim animæ negliguntur,oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt,eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur: & reliqua mala proueniunt. Non taliter Dominus docuit,nec Apoſtoli inſtituerunt:ſed ipſi, qui curam ſuſcipiunt,ipſi peragant,& ipſi proprios manipulos domino repręſentent. Nam ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit,ipſe ꝓprijs humeris reportauit:noſq; id ipſum facere perdocuit. Si ipſe pro ouibus tantam curam habuit, quid nos miſeri dicturi ſumus,qui etiam pro ouibus nobis commiſsis curam impēdere negligimus,& alijs eas educandas tradimus? Corrigantur hęc(fratres)neceſſe eſt:quia qui plus laborat,maiorem mercedem accipiet.

De reſidentia epōrum

Ioan.10.

Nota deſidiā epōrum.

Luce.15.

Tertiò, audiant,quid beatus Iacob, qui pro vxorib⁹ diu ſeruierat,dixerat ſocero ſuo. Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt,arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi:ego damnum omne

Gene.31.

reddebam,& quicquid furto perierat,à me exigebas: die nō ǣtuq; ęſtu vrgebar,& gelu: fugiebat ſomnus ab oculis meis. Si ergo ſic laborat,& vigilat,qui paſcit oues Laban: quanto labori,quantiſq; vigilijs debet intendere,qui paſcit oues

Ioan.10. Dei? Sed in his omnibus ipſe nos inſtruat,qui pro ſuis ouibus dedit animam &c.

Idem Damaſus in epiſtola quinta notat, ꝙ in cōcilio Romano per epos.90.ex Italia,& Gallia congregatos celebrato,profeſsi ſunt eādem fidē,quā tradiderant patres in cōcilio Nicæno: & damnarunt,quod in concilio quodā Ariminenſi tradiderant epiſcopi quidam hæretici, ibi cōgregati.

Conciliū Cōſtantinopolitanum. CONCILIVM CONSTANTINOPOlitanum centum quinquaginta patrum, cōtra Macedoniū epiſcopū Cōſtantinopolitanum: qui negabat,ſpiritum ſanctum Deum eſſe,Celebratū eſt tēporibus Gratiani,& Theodoſij principum, Damaſi papę,& Cyrilli Hieroſolymitani. Eſt vnum ex quatuor principalibus concilijs,& quidē proximum poſt Nicænum. Statuerunt aliquos canones. Editum eſt & ſymbolum fidei, in nullo diuerſum ab eo, quod nunc publicè canitur in eccleſia: niſi ꝙ tantùm dixerint,ſpiritum ſanctum ex patre procedentem, ſuppreſſa perſona filij. Subſcripſerunt.150. epiſcopi,qui in eodem cōcilio conuenerunt. A prima vſq; ad hanc ſecundam ſynodum fluxerunt anni ſecundùm Fauſtinum.63. Pſellus verò dicit fluxiſſe annos.56.congregata autem fuit ſynodus hæc.2. anno domini.388.ſecundùm Fauſtinum,& anno Theodoſij.5.

Can.1.Vt ea,quæ apud Nicæam ſtatuta ſunt.immota permaneant.

Canones concilij Conſtātinopolitani. CVſtodiendam eſſe fidem.318.patrū, qui apud Nicęam Bithyniæ conuenerunt,ad anathematizādam omnem hęreſim: ſpecialiter Eunomianorū,& Arrianorum, & Macedonianorum,& Photinianorum, & Apollinianorum.

Can.2.Vt epiſcopi ſuam diœceſim gubernent,nec ad alias accedant.

9.q.2.Epiſ qui extra diœ. EPiſcopi,qui extra diœceſim ſunt,ad eccleſias,quę extra terminos earum ſunt,non accedāt: neq; confundant, & permiſceant eccleſias ſecundùm regulas conſtitutas. Alexandriæ quidem epiſcopi ſolius Orientis curam gerant,ſeruatis honoribus primatus eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis

gulis Nicenę ſynodi continentur. Sed & Aſianæ diœceſis epiſcopi ea, quę ſunt in Aſia, & quæ in Aſianam tantūmodò diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem epiſcopi, Ponticæ tantùm diœceſim habeant curam. Thraciæ verò, ipſius tantummodò Thraciæ.

Can. 3. Non inuitatos epiſcopos, vltra diœceſim propriam accedere non debere.

NOn inuitati epĩ, vltra diœceſim accedere non debẽt, ſuper ordinandis aliquibus, vel quibuſcunq; diſponẽdis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula, quæ ſuperſcripta eſt, de vna quaq; diœceſi. Manifeſtum nãq; eſt, quòd per ſingulas quaſq; prouincias, prouincialis ſynod⁹ adminiſtrare, & gubernare oĩa debeat, ſecundũ ea, quę ſunt in Nicæa definita. *9.q.2. Nõ inuitati epĩ. Nicænæ ſynodi capi. 5.*

Can. 4. De eccleſiis Barbaricis poſitis.

ECcleſias autẽ Dei, quę ſunt in Barbaricis gentibus cõſtitutæ, regere atq; adminiſtrare oportet, ſecundùm conſuetudinem, quam à patribus obtinuiſſe dignoſcitur.

Can. 5. De honore Conſtantinopolitani epiſcopi.

COnſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum epiſcopũ, propter quod ſit noua Roma. *D.22. Cõſtãtinopolitanæ ciuitatis.*

Can. 6. De Maximo Cynico philoſopho.

DE Maximo Cynico, & eius inordinata conſtitutione, quæ Conſtantinopoli facta eſt, placuit, neq; Maximũ epiſcopum eſſe, nec eos, qui ab ipſo in quolibet gradu clerici ſunt ordinati: cùm omnia, quę ab eodem perpetrata ſunt, in irritum deducta eſſe videantur.

Can. 7. De fide ſymboli apud Conſtantinopolim conſtituti.

CRedimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cæli & terrę, viſibilium omnium, & inuiſibiliũ conditorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia ſecula: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum, ex Deo vero: Natum, non factum: Homouſion patri, hoc eſt, eiuſdem cũ patre ſubſtãtię, per quę omnia facta ſunt, quę in cęlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. Homo fact⁹, paſſus eſt ſub Põtio Pilato, *Symbolũ Cõſtantinopolitanum.*

ac ſepultus, & tertia die reſurrexit. Aſcendit in cælos, ſedet ad dexteram patris. Inde venturus eſt cum gloria, iudicare viuos, & mortuos, cuius regnũ non erit finis. Credimus in ſpiritum ſanctum dominum, & viuificatorem, ex patre procedẽtem, cum patre & filio adorandum, & conglorificãdum: Qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam catholicã, & apoſtolicam eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum: & vitam futuri ſeculi, Amen.

Hæc in ſynodo Conſtantinopo. generali.

Conciliũ Valentinum.

CONCILIVM VALENTINVM prouinciale ſub Damaſo. 1. Papa celebrato. Cõuenerũt. 30. epi. Aera. 413. ſub Gratiano & Valentiniano Imperatorib⁹. Ediderunt canones. 4. ex quibus ſubticuimus primum, & ſubiecimus tres ſequentes, quorum tenor eſt.

Can. 2. *De puellis, quæ ſe Deo vouerunt.*

DE puellis verò, quę ſe Deo vouerunt, & prędari nominis decore floruerunt: ſi ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus: vt pœnitentia his non ſtatim detur: & cùm data fuerit, niſi plenè ſatis fecerint Deo, inquantùm ratio popoſcerit, eiſdem communio differatur.

Can. 3. *De his, qui poſt ſanctũ lauacrũ ſacrificiis dæmonũ ſe polluerunt.*

CIrca eorum verò perſonas, qui ſe poſt vnum, & ſanctũ lauacrum, vel prophanis ſacrificijs dæmonum, vel incœſta lauatione polluerunt, eam cenſuræ formam duxim⁹ eſſe ſeruãdam: vt his, iuxta ſynodum Nicænam, ſatisfactionis quidẽ aditus non negẽtur: ne infœlicib⁹ lachrymis, vel ſolatij ianua deſperatione claudatur: acturi verò pœnitẽtiã vſq; in diẽ mortis, non ſine ſpe tñ remiſsionis, quã ab eo plenè ſperare debebũt, qui eius largitatẽ & ſolus obtinet, & tamẽ diues miſericordia eſt, vt nemo deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lętatur in perditione viuorum.

Nicænæ ſynodi. cap. 11.

Can. 4. *Vt ſacerdos deponatur, ſi de ſe crimen confitetur.*

NEc illud, fratres, ſcribere alienum ab eccleſiæ vtilitate cenſuimus, vt ſciretis, quicunque ſub ordinatione, vel diaconatus, vel presbyterij, vel epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, à ſupradictis ordinationibus ſubmo-

ſubmouendos,reos ſcilicet,vel veri confeſsione, vel menda cio falſitatis.Neq; enim abſolui poteſt is,qui in ſeipſum di xerit,quod dictum in alios puniretur:cùm omnis, qui ſibi fuerit mortis cauſa,maior homicida eſt. Diuina pietas vos in æternum cuſtodiat,dilectiſsimi fratres.

Explicit concilium Valentinum Galliæ.

Decreta Siritii Papæ.

SIritius,natione Romanus,ſedit annos.15. menſes.11. dies. 25.fuit temporibus Valentiniani, & Valentis Auguſtorum. Huius temporibus fuit Hilarius vrbis Pictauorũ epiſcopus,qui contra Arrianos duodecim libros ſcripſit.Iſidorus tunc in precio erat. *Siriti⁹.Põ.38.*

Extat epiſtola Siritij Papæ prima,ad Himerium Tarraconeñ.epiſcopum,quæ ſic incipit.Siritius Himerio Tarraconeñ.epiſcopo ſalutẽ &c.Eſtq; diſtributa in. 15. capita, quorum argumenta placuit hoc loco referre.

Tituli capitulorũ primæ epiſtolæ Siritu Papæ.

De Arrianis non rebaptizandis. 1.

Vt præter quod in Paſcha,& Pentecoſte,baptiſmus non celebretur. 2.

De apoſtatis ab eccleſia ſeparandis. 3.

Quòd nõ liceat,alteri⁹ ſpõſã ĩ matrimonij iura ſortiri. 4.

De his,qui acceptam pœnitẽtiam minimè ſeruauerũt. 5.

De monachis,& virginib⁹ propoſitum nõ ſeruãtibus. 6.

De clericis,vel miniſtris incontinentibus. 7.

Quales debeant ad clericatus officium peruenire. 8.

De clericorum conuerſatione. 9.

De his,qui grandæui ad ſacram militiam cõuertũtur. 10.

De clericis,q ad ſecũdas nuptias trãſeũt,vt deponanẽ. 11.

Quæ fœminæ cum clericis debeant habitare. 12.

De monachorum promotione ad clerum. 13.

Quòd pœnitens non fiat clericus. 14.

De pœnitentibus,vel bigamis, vel viduarum maritis, vt non permittantur ad ordinem clericatus admitti. 15.

Item eiuſdem ſecunda, ad eccleſiam Mediolaneñ, qua damnat Iouinianum hæreticum, & præcipit, illum & ſocios eius ab eccleſiæ vnitate remouendos.Contra hunc ſcripſit diuus Hieronymus. *2.Epiſtola.*

Extat epiſtola eiuſdem tertia ad vniuerſos orthodoxos, *Tertia.*

in qua

in qua tria ſeruanda,& docet,& mandat.

Primum,vt nullus indignus efficiatur epiſcopus.

Secundum,vt ignotis ſacerdotium non detur.

Tertium,vt neophyti,vel laici ſacerdotes non fiant.

Conciliũ Telenſe.

TELENSE CONCILIVM PROVINciale,ſub Siritio Papa,contra Iouinianum,& ſocios eius.Lectę & recenſitę ſunt literæ Siritij Papę:& cõciliũ reſcripſit ad Siritium Papam.Hæc tantùm acta ſunt in hac ſynodo.

Epiſtolam Siritij quartam, & reſcriptum epiſcoporum ad eundem(veluti lectione dignum) hic ſubiecimus, etiam ſi compendij legem tranſiiſſe videamur.

Epiſtola Siritij Papę quarta.

Epiſtola Siritii papæ quarta.

DIlectiſsimis fratribus,& coepiſcopis per Aphricam Siritius. Quum in vnum plurimi fratres conueniſſem⁹, ad ſancti apoſtoli Petri reliquias,per quem & apoſtolatus & epiſcopatus in Christo cœpit exordium:placueritq; propter emergentes plurimas cauſas, quæ in aliquantis non erant cauſæ,ſed crimina, vt de cętero ſolicitudo eſſet vnicuiq; ſacerdoti in eccleſia ſua curam huiuſmodi habere (ſicuti Apoſtolus prædicat Paulus) talem Deo eccleſiam exibendam,non habentem maculam,aut rugam:ne per alicuius morbidæ ouis afflatum, conſcientia noſtra contaminata videretur:hac de re meliore conſilio id ſedit, propter eos maximè, qui in pſenti valetudine corporis, aut feſſæ ętatis cauſa adeſſe minimè potuerunt, quo perpetuo iſtiuſmodi forma ſeruetur, literas tales dare placuit: non quòd noua præcepta aliqua imperentur,ſed ea, quæ per ignauiam,deſidiamq; aliquorum neglecta ſunt,obſeruari cupiamus, quæ tamen apoſtolica & patrum conſtitutione ſunt conſtituta. Scriptum eſt:State,& tenete traditiones noſtras, ſiue per verbum.ſiue per epiſtolam.Illud certè veſtram debet mentem,dilectiſsimi fratres,vehementius excitare, vt ab omni labe ſeculi iſtius immunes ante Dei cõſpectum,ſecuriq; veniamus.Non enim erimus immunes, qui præſumus plebibus,quum ſcriptum ſit:Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur.Ergo,quoniam non pro nobis tantũ, ſed pro populo credito cogimur præſtare rationem: populum in diſciplina deifica & humili erudire debemus.Exti-

Epheſeo. 5.

2.Theſſ.2.

Lucæ.12.

terunt

terunt enim nõnulli, qui ſtatuta maiorum cõtemnentes, caſtitatem eccleſię prę̨ſumptione ſua violarunt, voluptatẽ populi ſequentes, Dei iudiciũ non timentes. Ergo, ne pari more ſilentio conniuere, atq; adhibere conſenſum talibus videamur, vnde gehennæ pœnas poſsimus incurrere, dicente dño: Furem videbas, & currebas cum eo: & cũ adulteris portionem tuam ponebas: Hæc ſunt, quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnes catholicos epiſcopos expedit cuſtodire. *Pſal. 49.*

Primum, vt extra conſcientiam ſedis apoſtolicæ, hoc eſt, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium eſt quod plurimorum ſententia confirmatur. 1.

Ne vnus epiſcopus epm ordinare præſumat propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præſtitum videatur, Hoc enim in ſynodo Nicæna conſtat eſſe definitum. 2. *Nicæne ſynodi ca. 4.*

Item, ſi quis poſt remiſsionem peccatorum cingulũ militiæ ſecularis habuerit, ad clerum admitti non debet. 3.

Vt mulierẽ, id eſt, viduam clericus non ducat vxorem. 4.

Vt is, qui laicus viduã duxerit, nõ admittatᷣ ad clerum. 5.

Vt de aliena eccleſia ordinare clericum nullus vſurpet. 6.

Vt abiectum clericum alia eccleſia non admittat. 7.

Vt venientes à Nouatianis, vel Mõtẽſib⁹ p manus impoſitionem ſuſcipiantur, prę̨ter eos quos rebaptizant. 8.

Præterea, quod dignum, & pudicum & honeſtũ eſt, ſuademus, vt ſacerdotes, & leuitæ cum vxoribus ſuis non coeant: quia in miniſterio diuino quotidianis neceſsitatibus occupantur. Ad Corinthios nanq; ſic Paulus ſcribit, dicens: Abſtinete vos, vt vacetis orationi. Si ergo laicis abſtinentia imperatur, vt poſsint deprecantes audiri: quantò magis ſacerdos vtiq; omni momento paratus eſſe debet, mũdicię puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? Excuſabitur? Quo pudore, qua mente vſurpabitur? Qua conſcientia, quo merito hic exaudiri ſe creditur? cùm dictum ſit: Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum. Qua de re, hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium: quod poteſt iure etiam gentilitas accuſare. Fortè creditur, quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virũ. Nõ pmanẽti in concupiſcentia generãdi *De cœlibatu ſacerdotũ & diaconorũ.* *1. Corin. 7.* *Ad Titum 1.* *1. Timoth. 3.*

dixit:

dixit:ſed propter continentiam futuram. Neq; enim inte-
1. Corin. 7. gros non admiſit,qui ait:Vellem autem omnes homines ſic
eſſe,ſicuti & ego.Et apertius declarat,dicens: Qui autem in
Roma.8. carne ſunt,Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non
eſtis in carne,ſed in ſpiritu. 9.
Hæc itaq;(fratres) ſi plena vigilantia fuerint ab omnibus
obſeruata,ceſſabit ambitio,diſſentio conquieſcet, hæreſes,
& ſchiſmata non emergent:locum non accipiet diabolus
ſęuiendi, manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabi-
tur.Charitas ſpiritali feruore flagrabit, pax prædicata la-
bijs,cum voluntate concordabit. Pax vtiq; Dei noſtri ſal-
uatoris,quam proximus paſsioni ſeruandam eſſe pręcepit,
Ioan.14. & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens: Pacem
Philip.2. meam do vobis,pacem relinquo vobis.Et dictum Apoſto-
li:vt vnanimes,vnum ſentientes,permaneamus in Chriſto,
nihil per contẽtionem nobis,neq; per inanem gloriam vin-
dicantes,nec hominibus:ſed Deo noſtro ſaluatori placen-
tes. His pręceptis omnibus ſi fideliter voluerimus obedire,
cuſtodiet Dominus corpora noſtra, & animas noſtras in
Roma.2. die,qua redditurus eſt vnicuiq; iuxta opera ſua. Si quis ſa-
nè,inflatus mente carnis ſuę,ab hac canonis ratione volue-
rit euagari:ſciat ſe,& à noſtra communione ſecluſum, & ge
hennę pœnas habiturum.Præterea,miſericordia cũ iudicio
eſſe debet,talibꝰ oportet labẽtibus manũ porrigere, qui ſic
currentem non pertrahant in ruinam. Data Romę,in con-
cilio epiſcoporum octoginta, ſub die octauo Idus Ianua-
rij, poſt conſulatum Arcadij Auguſti,& Bautonis,viris cla
riſsimis conſulibus.

Reſcriptum epiſcoporum ad Siritium Papam.

Reſcriptũ epiſcoporum ad Siritium. DIlectiſsimo Domino fratri Siritio Ambroſius, Sabi-
nus,Baſsianus,& cæteri. Recognouimus literis ſancti-
tatis tuæ boni paſtoris excubias,qui diligenter commiſſam
tibi ianuam ſerues, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſto-
dias,dignus,quem oues domini audiant,& ſequantur. Et
ideo,quia noſti ouiculas Chriſti, lupos facilè deprehendis,
& occurris(quaſi prouidus paſtor)ne iſti morſibus perfi-
diæ ſuæ,feraliq; vlulatu dominicum ouile diſpergant.Lau-
damus hoc,domine frater nobis dilectiſsime,& toto conce
lebramus

lebramus affectu. Nec miramur, ſi luporum rabiem grex domini perhorruerit, in quibus Chriſti vocem non recognouit. Agreſtis enim vlulatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinē reſeruare, promiſcuè omnia velle confundere, diuerſorum gradus abrogare meritorū: & paupertatem quandam cæleſtium remunerationum inducere, quaſi Chriſto vna ſit palma, quā tribuit, ac nō plurimi abūdent tituli præmiorū. Simulant ſe iſti condonare coniugio. Sed, quę poteſt laus eſſe coniugij, ſi nulla virginitatis eſt gloria? Neq; verò nos negamus ſanctificatum à Chriſto eſſe cōiugium, diuina voce dicente: Erunt ambo in vna carne & in vno ſpiritu, ſed prius eſt, quòd nati ſumus, q̄ quòd effecti: multoq; præſtantius diuini operis myſterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, ſed melius pia virgo præfertur, dicente Apoſtolo: Qui matrimonio iungit, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat, quæ Dei ſunt: illa, quæ mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata eſt, hęc libera vinculorum. Illa ſub lege, iſta ſub gratia. Bonum coniugium, quo eſt inuenta poſteritas ſucceſsionis humanæ: ſed melior virginitas, per quam regni cæleſtis hæreditas acquiſita, & cæleſtium meritorum reperta ſucceſsio. Per mulierem cura ſucceſsit, per virginem ſalus euenit. Deniq; ſpeciale ſibi donum virginitatis Chriſtus elegit, & integritatis munus exhibuit: atq; in ſe repreſentauit, quod elegit in matre. Quanta amentia funeſtorum latratuum, vt iidem dicerent, Chriſtum ex virgine non potuiſſe generari: qui aſſerunt, ex muliere, editis humanorum pignorum partubus, virgines permanere. Aliis præſtat ergo Chriſtus, quod ſibi (vt dicunt) pręſtare non potuit? Ille verò carnē ſic ſuſcepit, & ſic homo factus eſt, vt hominem redimeret, atq; à morte reuocaret: inuſitato tamen (quaſi Deus) itinere venit in terris, vt quemadmodum dixerat: Ecce facio omnia noua, partu immaculatæ virginis naſceretur, & (ſicut ſcriptum eſt) crederetur nobiſcum Deus. Sed de via peruerſitatis produntur dicere, virgo concepit, ſed non virgo generauit. Potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare: quum ſemp̄ conceptus præcedat, partus ſequat̄? Sed ſi doctrinis nō credit̄ ſacerdotum, credatur

Gene.2. *1.Cor.7.* *Ibidem.* *Apoca.21.& Eſaie. 43.* *Matth. 1.*

oraculis Chriſti, credatur monitis angelorum, dicentium:
Lucæ.1. Quia non eſt impoſsibile apud Deum omne verbum, credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit, & ſeruat. Audiuit Maria vocem angeli: & quę dixerat ante, Quomodò fiet iſtud? nō de fide generationis interrogans, reſpondit poſtea: Ecce ancilla domini, contingat mihi ſecundùm verbum tuum. Hæc eſt vir-
Ibidem. go, quæ in vtero concepit, virgoq; peperit filium. Sic enim
Eſaiæ.7. ſcriptum eſt: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Non enim concepturam tantummodò virginem, ſed & pariturám virginem dixit. Quæ autem eſt ſanctuarij illa
Ezech. 44. porta, porta illa exterior ad Orientem, quæ manet clauſa: & nemo (inquit) pertranſibit per eam, ſed ſolus Deus Iſrael tranſibit per eam? Nonne hæc porta Maria eſt, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc eſt porta iuſtitiæ:
Matth.3. ſicut ipſe dixit: Sine nos implere omnem iuſtitiam. Hęc porta eſt Maria, de qua ſcriptum eſt: Quia dominus pertranſi-
Ezech. 44. bit per eam, & erit clauſa poſt partum: quia & virgo concepit, & genuit. Quid autem incredibile, ſi contra vſum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet? quādo con-
Pſalm. 113. tra vſum naturæ mare vidit, & fugit: atq; in fontem ſuum
Exod. 17. Iordanis fluenta remearunt. Non érgo excedit fidem, ꝙ vir-
Exod. 14. go peperit: quādo legimus, ꝙ petra vomuit aquas, & in mu-
Exod. 17. ri ſpeciem maris vnda ſolidata eſt. Non excedit fidem, ꝙ ho-
4.Reg.6. mo exiuit de virgine, qñ petra fontem profluum ſcaturiuit,
Matth. 14. ferrū ſup aquas natauit, ambulauit homo ſuper aquas. Er-
Eſaiæ.19. go, ſi hominem vnda portauit, non potuit hominem virgo generare? atq; hominem, de quo legimus: Et mittet illis
Exod. 14. dominus hominem, qui ſaluos faciet eos, & notus erit dominus Aegyptiis? In veteri itaq; teſtamēto, virga Hebręorum per mare duxit exercitum: In nouo teſtamento, virgo regis aula cæleſtis electa eſt ad ſalutem. Quid autem? Etiam viduitatis adtexamus præconia, quum in euangelio, poſt
Lucæ.2. virginis celeberrimum partum, Anna vidua ſubrogetur, quæ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua: & hæc vidua erat annorū. 84. quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiēs die, ac nocte. Meritò ab illis viduitas deſpicitur, quæ ſolēt obſeruare ieiunia: quibus

ſe dolent

ſe dolent iſti aliquo tempore eſſe maceratos, & propriã vlciſcuntur iniuriam: quotidianis quoq; conuiuijs, vſuq; luxuriæ, laborem abſtinentiæ propulſare deſiderant. Qui nihil rectius faciunt, q̃ quòd ipſi ſe ſuo ore condemnant. Sed & metuunt, ne in iſtis illud ieiunium reputetur. Eligant, quod volunt: ſi aliquando ieiunauerint, gerant érgo boni facti ſui pœnitentiam: ſi nunquam, ſuam érgo ipſi intemperantiam, & luxuriam confiteantur. Et ideo dicunt, Paulum luxuriæ magiſtrum fuiſſe. At quis erit ſobrietatis magiſter, ſi fuit ille luxuriæ, qui caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit, atq; ieiunijs multis ſe debitã Chriſto obſeruantiam detuliſſe memorauit: non, vt ſe, ſuaq; laudaret, ſed vt nos, quid ſequeremur, doceret? Ille érgo luxuriam docuit, qui ait: Quid adhuc, velut viuentes, de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia in corruptelam. Qui ait: Non indulgentia corporis, non in honore aliquo ad ſaturitatem, & diligentiam carnis, non in deſideriis erroris: ſed in ſpiritu, quo renouamur, eſſe viuendum. Si parum eſt quod Apoſtolus dixit, audiant Prophetam dicentem: Et operui in ieiunio animam meam. Ergo, qui non ieiunat, intectus & nudus eſt, patet vulneri. Deniq;, ſi Adam ſe texiſſet in ieiunio, non fuiſſet nudus effectus. Niniue ſe à morte ieiunio liberauit. Et ipſe dominus ait: Non eiicietur hoc genus, niſi per orationem, & ieiunium. Sed quid plura apud magiſtrum, atq; doctorem? quum iam dignum pretium retulerint illi perfidiæ ſuæ: qui ideo huc venerunt, ne ſupereſſet locus, in quo non damnarentur, qui verè ſe Manichęos probauerunt, nõ credentes, quia ex virgine vtiq; veniſſe creditur. Quenã hęc eſt ſuppar nouorũ Iudęorum amentia? Si veniſſe non creditur, nec carnem creditur ſuſcepiſſe: érgo in phantaſmate viſus eſt, in phantaſmate crucifixus eſt. Sed nobis in veritate crucifixus eſt, in veritate redemptor eſt noſter. Manichęus eſt, qui abnegat veritatem, qui carnem Chriſti negat: & ideo nõ eſt illis remiſsio peccatorum, ſed impietas Manichæorum, quam & clemẽtiſsimus execratus eſt Imperator, & omnes, qui illos viderunt, quaſi quædam contagia refugerunt. Sicut teſtes ſunt fratres & compresbyteri noſtri, Creſcẽs, Leo-

1. Cor. 9. *Coloſſ. 2.* *Ibidem.* *Ephe. 4.* *Pſal. 68.* *Gene. 3.* *Ionæ. 3.* *Matt. 17. & Marci. 9.* *Error Manichæi.*

pardus,& Alexāder,ſancto feruētes ſpiritu,qui eos omniū execratione damnatos,Mediolanenſi ex vrbe profugos reliquerunt.Itaq; Iouinianum,Germinatorem, Fœlicem,Plotinum,Genialem,Martialem, Ianuarium, & Ingenioſum, quos ſanctitas tua damnauit,ſcias apud nos quoq; ſecundū iudicium tuum eſſe damnatos. Incolumē te & florentiſſimum Deus noſter tueatur omnipotens, domine dilectiſſime frater.Item ſubſcriptio. Ego Euentus epiſcopus ſaluto ſanctitatem tuā in domino, & huic epiſtolæ ſubſcripſi. Maximus epiſcopus. Fœlix epiſcopus. Baſsianus epiſcopus. Theodolus epiſcopus.Ex iuſſu domini epiſcopi Geminiani, ipſo præſente, Aprus presbyter. Eutaſius epiſcopus. Conſtantinus epiſcopus. Euſtaſius epiſcopus.eo omnes ordine ſubſcripſerunt.

Subſcriptio.

CONCILIVM CARTHAGINENSE

Cōciliū Carthaginēſ.

ſecūdū,habitū Aera.428.Circa tēpora Siritij Papę.Prouinciale,ſed cōfirmatū in.6.ſynodo gn̄ali.in Trullo celebrata.

Ca.primum.

VT Trinitas & credatur & prædicetur.

Ca.2. Vt caſtitas à ſacerdotibus cuſtodiatur.

De cœlibatu ſacerdotū, & eporum.

ITa placuit,& condecet, ſacroſanctos Antiſtites, & Dei ſacerdotes,nec non & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt,continentes eſſe in omnibus: quo poſsint ſimpliciter,quod à Deo poſtulant,impetrare:vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoq; cuſtodiamus. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet,vt epiſcopi,presbyteri,& diaconi,& qui ſacramēta contrectāt,pudicitiæ cuſtodes etiam ab vxoribus ſe abſtineāt. d.84.Cùm in pręterito,&.d.31.Epiſcopos.

Ca.3.Vt chriſma à presbyteris non fiat.

VT chriſma,& cōſecratio puellarū,& recōciliatio pœnitētiū,à presbyteris nō fiāt.D.26.q.6. Si iubet ſanctitas.

Ca. 4.Vt presbyter iuſſus ab epiſcopo ſuo pœnitentem reconciliet.

PLacuit vniuerſis epiſcopis, vt presbyter periclitantem pœnitentem,de præcepto epiſcopi abſentis,reconciliet. D.26.q.6.Aurelius epiſcopus.

Ca.5.De diœceſibus.

PLacet,vt diœceſes,quę nunq̄ epiſcopos acceperunt, non

habeant:

habeāt:& illa diœceſis,quæ aliquando habuit,habeat proprium epiſcopum. D.16.q.1.Fœlix.

Cap.6.De his,qui non debent clericos accuſare.

PLacet, vt qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem aduerſus maiores natu non habeat accuſandi.

Cap.7.Vt nemo excommunicatum alterius ſuſcipiat.

PLacet,vt qui meritò facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt,ſi ab aliquo epiſcopo,vel pſbytero,vel clerico, fuerint in communione ſuſcepti:etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius. D.11.q.3.Qui meritò.

Cap.8.Vt ſi presbyter excommunicatus ſacrificauerit,anathematizetur.

PLacet,vt ſi presbyter excōmunicatus,aut correctus à ſuo epiſcopo,ſacrificare prǽſumpſerit,anathematizetur. 2.q.3.*Si quis presbyter.*

Cap.9.Ne presbyter inconſulto epiſcopo celebret.

QVisquis presbyter, præſente, & inconſulto epiſcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipſe honori ſuo contrarius exiſtit.

Cap.10.Quot debeant iudicare ſacerdotem.

PLacet, vt cauſa criminalis epiſcopi à. 12. epiſcopis audiatur:cauſa presbyteri,à ſex: cauſa verò diaconi, à tribus cum proprio epiſcopò. D.15.q.7.c.Fœlix.&.3.q.8. Suggero ſecundùm ſtatuta.

Can.11. Vt nullus parochiam alienam præſumat.

PLacet,ſecundū diuinæ legis,& ſancti euangelij authoritatem,vt nemo nōſtrum alienos limites tranſgrediatur.

Cap.12.Vt nullus ordinetur epiſcopus,ſine conſultu metropolitani.

PLacet omnibus, vt inconſulto Primate cuiuſlibet prouinciæ,nemo præſumat(licet cum multis epiſcopis) in quocunq; loco ſinè eius præcepto epiſcopum ordinare. Si autem neceſsitas fuerit,treš epiſcopi in quocunq; loco ſint, cum primatis prǽcepto ordinare debeant epiſcopum. 3.D.1. *Placet omnibus.*

Cap.13.Vt nemo contra ſubſcriptionem veniat.

GEnedius epš prǽſes concilij dixit:Omnia ergo, quǽ à veſtro cœtu ſtatuta ſunt,placet ab omnibus cuſtodiri. Et qui contra ſuam profeſsionem,vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit. Et ſubſcripſerunt omnes.

Explicit concilium Carthagineñ. 2.

Cõciliũ Carthaginẽſ. 3.

tertium, Prouinciale, confirmatum in. 6. ſynodo generali, in Trullo celebrata.

Cap. 1. Vt epiſcopi prouinciales de paſcha conſulant Primatem ſuum.

PLacuit ergo in principio propter errorẽ, qui ſæpe ſolet aboriri, vt omnes Aphricanæ prouinciæ epiſcopi obſeruationẽ paſchalẽ ab eccleſia Carthaginenſi curent accipere.

Cap. 2. Vt per ſingulos annos concilium fiat.

Nota. SImiliter placuit, vt propter cauſas eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plebis ſępe veteraſcunt, ſingulis quibuſq; annis concilium conuocetur. Ad quos omnes prouinciæ, quę primas ſedes habent, de concilijs ſuis binos, aut quantos elegerint epiſcopos mittant: vt & minus inuidioſi, minuſq; hoſpitibus ſumptuoſi exiſtãt, & cõgregato cõuẽtu, plena poſſit eſſe authoritas. De Tripoli autem, propter inopiam epiſcoporum, vnus epiſcopus veniat.

Quales vẽturi ſunt epĩ ad concilium.

Cap. 3. Vt epiſcopus canones agnoſcat.

D. 38. *Placuit.* ITem placuit, vt ordinãdis epĩs, vel clericis, prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorũ inculcentur: ne ſe aliquid contra ſtatuta cõcilij feciſſe pœniteat.

Cap. 4. Vt diaconi ante. 25. annos non conſecrentur.

D. 77. *Placuit.* & 20. q. 1. *Placuit.* ITem placuit, vt ante. 25. annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrẽtur: & vt lectores populum non ſalutent.

Cap. 5. Vt ſacramentum cathecumenis non præbeatur.

ITem placuit, vt per ſolenniſsimos paſchales dies ſacramentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal: quia ſi fideles per illos dies ſacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

Cap. 6. Ne liceat mortuis baptiſmum, nec euchariſtiam dare.

Mortuis nõ danda euchariſtia, nec cõferendus baptiſmus. ITem placuit, vt corporibus defunctorum euchariſtia non detur. Dictum eſt enim à Domino, Accipite & edite. Cadauera autẽ, nec accipere poſſunt, nec edere. Cauendum eſt etiam, ne mortuos baptizari poſſe, fratrum infirmitas credat, quibus nec euchariſtia dari licitum eſt.

Cap. 7.

q. 45. *Quiſquis.* EPiſcopus accuſatus, quo loco, & quo tempore ſit examinandus.

Cap. 8.

Qui-

QVi ſunt, qui debent audire accuſationes diaconorum. 15.q.7.Si autem presbyteri, vel diaconi.

Cap.9.

VT clerici publica iudicia non appellent. 11. q.1. Placuit.

Cap.10.

QVomodo prouocandum clericis ab inferioribus iudicibus ad ſuperiores.2.q.6.Placuit.

Ca.11. *Vt filii clericorum ad ſpectacula non accedant.*

VT filij ſacerdotum, vel clericorum ſpectacula ſecularia non exhibeant, ſed nec ſpectent: quoniam quidem ab ſpectaculo, & omnes laici prohibeantur. Semper enim Chriſtianis omnibus hoc interdictum eſt, vt vbi blaſphemi ſunt, non accedant.

Ca.12. *Vt clericorum matrimoniis infideles non ſocientur.*

ITem placuit, vt filij, vel filiæ epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum gentilibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis matrimonio non iungantur.

Ca.13. *Vt clerici de rebus ſuis nihil infidelibus conferant.*

VT epiſcopi, vel clerici in eos, qui catholici Chriſtiani non ſunt (etiam ſi conſanguinei fuerint) nec per donationes rerum ſuarum aliquid conferant.

Ca.14. *Vt clerici filios ſuos à ſua poteſtate exire non ſinant.*

VT epi, vel clerici filios ſuos à ſua poteſtate per emãcipationẽ exire nõ ſinãt, niſi de morib9 eorũ fuerint, & ętate ſecuri: vt poſsint ad eos iam propria pertinere peccata.

Ca.15. *Vt clerici non ſint negotiatores.*

ITem placuit, vt epiſcopi, & presbyteri, & diaconi, vel clerici non ſint conductores, neq; procuratores, neq; vllo turpi, vel inhoneſto negotio victum quęrãt: quia reſpicere debent ſcriptum eſſe: Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus. 21. q. 3. *Placuit.* 2. *Timoth.* 2.

Ca.16. *Vt clerici non ſint vſurarii.*

VT nullus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accommodauerit. Si pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eandem, quantam dederit, accipiat, & quicquid aliud tantùm, quantùm dederit, accipiat. 14.q.4. *Nullus.*

Ca.17. *Vt extraneæ fœminæ cum clericis non cohabitent.* D.81. *Cum omnibus.*

VT cũ omnib9 oĩno clericis extraneę fœminę nõ cohabi-

 tent,

tent,ſed ſolę matres,auię,materterę,amitæ,ſorores, & filiæ fratrum,aut ſororum:& quęcunq; ex familia domeſtica neceſsitate,etiam antequam ordinarentur,iam cum eis habitabant:vel ſi filij eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt,aut ſeruis non habitantibus in domo: quas ducant,ſi aliunde ducere neceſsitas fuit.

Cap.18. Vt clerici non ordinentur,niſi qui cum eis ſunt, fideles exiſtant.

VT epi,presbyteri,& diaconi,non ordinent: priusq̃ oēs q ſunt in domo eorũ, Chriſtianos catholicos fecerint.

Cap.19. De clericis,cùm ad pubertatem veniunt.

D.23. Lectores. PLacuit,vt lectores,cùm ad annos pubertatis venerint, cogantur,aut vxores ducere,aut continentiam profiteri.

Cap.20. Vt plebes alienas,alius epiſcopus non vſurpet.

7. q. 1. Placuit. PLacuit,vt à nullo ep̄o vſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporum ſupergrediat̃ in diœceſi ſuũ collegam.

Cap.21. Vt nullus epiſcopus alienum clericum ordinet.

D.71. Clericum. VT clericum alienum,niſi concedente eis epiſcopo, nemo audeat,vel retinere, vel promouere in eccleſia ſibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & pſalmiſtę,& oſtiarij retineant. *Clerici nomẽ ad quos extendatur.*

Cap.22. De clericis non ordinandis,niſi probabiles fuerint.

D.24. Null⁹ VT nullus ordinetur clericus non probatus, vel epiſcoporum examine,vel populi teſtimonio.

Cap.23. De precibus,& orationibus.

In altari ſemper ad patrẽ dirigat̃ oratio. VT nemo in precibus,vel patrem pro filio, vel filiũ pro patre nominet. Et cùm ad altare aſsiſtitur, ſemper ad patrem dirigatur oratio. Et quaſcunq; ſibi preces aliquis deſcribit,non eis vtatur, niſi prius eas cum inſtructioribus fratribus contulerit.

Cap.24. Quid in ſacrificio offeratur.

De cōſe. d.2. In ſacramẽto Quid ĩ ſacramẽto altaris offeratur. VT in ſacramentis corporis,& ſanguinis domini, nihil amplius offeratur,q̃ ipſe dominus tradidit,hoc eſt, panis & vinum aquæ mixtum. Nec amplius in ſacrificijs offeratur,quàm de vuis,& frumentis.

Cap.25. Ne clerici ſoli acceſſum habeant ad viduas,vel virgines.

D.81. Clerici. VT clerici,vel cōtinentes,ad viduas,vel virgines,niſi iuſſu,vel permiſſu epiſcoporũ,& presbyterorum nō accedant. Et hoc non ſoli faciant,ſed cum clericis,vel cũ his,cum

quibus

quibus epiſcopus iuſſerit, vel presbyter. Nec epiſcopi, aut presbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi fœminas, niſi aut clerici pręſentes ſint, aut graues aliqui Chriſtiani.

Cap.26. Quomodo epiſcopus primæ ſedis debeat appellari

VT primæ ſedis epiſcopus non appelletur Princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis epiſcopus. *D.99. Primæ ſedis.*

Cap. 27. Vt clerici tabernas non ingrediantur.

VT clerici, edendi, vel bibendi cauſa, tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſsitate compulſi. *D.44. Clerici.*

Cap.28. Quòd epiſcopus ſinè licentia non debet peregrinari.

ITem placuit, vt epiſcopi trãs mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis epiſcopo, ſiue cuiuſcunq; prouinciæ primate: vt ab epiſcopo præcipuè poſsint ſumere formatam, vel commendationem. *Epĩ non peregrinari debẽt vltra mare, niſi cum venia epiſcopi Romani.*

Cap.29. Vt Miſſa à ieiunis celebretur.

VT ſacramenta altaris non, niſi à ieiunis hominibus celebrentur: excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur. Nam ſi aliquorum pro meridiano tempore defunctorum, ſiue epiſcoporum, ſiue cæterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi, qui faciunt, iam pranſi inueniantur. *De conſecra. d.1. Sacramẽta altaris.*

Cap. 30. Vt nullus in eccleſia conuiuetur.

VT nulli epiſcopi, vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſsitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis, quantùm fieri poteſt, prohibeantur. *D.q.2. Nulli epiſcopi.*

Cap.31. De pœnitentia quomodo danda ſit pœnitentibus.

VT pœnitentibus, ſecundum peccatorum differentiam, epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. *26.q. 6. Pœnitentibus.*

Cap.32. De modo reconciliandi pœnitentes.

VT presbyter, inconſulto epiſcopo, non reconciliet pœnitentem, niſi abſente epiſcopo, & neceſsitate cogente. Cuiuſcunq; pœnitentis publicum, & vulgatiſsimũ crimen eſt, quod vniuerſam eccleſiam commouerit, ante abſidem manus eis imponatur. *7.q.42. Presbyter.*

Cap.33. De cuſtodia ſacrarum virginum.

VT virgines ſacræ, ſi parentibus, à quibus cuſtodiebantur,

tur,priuatæ fuerint,epiſcopi prouidētia, vel presbyteri,vbi epiſcopus abſens eſt,in monaſterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur: vt ſimul habitantes inuicem ſe cuſtodiant,ne paſsim vagantes eccleſię lædant opinionē.

Ca. 34. De baptizandis ægrotis.

De conſecra. d.4. Aegrotantes.

VT ægrotantes,ſi pro ſe reſpondere non poſſunt,cùm voluntatis eorum teſtimonium ſui dixerint, baptizētur. Similiter & de pœnitentibus agendum eſt.

Ca.35. Ne hiſtrionibus conuerſis pœnitentia negetur.

De conſecra. d.2.Scenicis.

VT ſcenicis, atq; hiſtrionibus,cæterisq; huiuſmodi perſonis,vel apoſtaticis conuerſis,vel reuerſis ad Dominū gratia,vel reconciliatio non negetur.

Ca.36. Vt presbyter chriſma non conficiat.

16.q.6. Presbyter inconſulto epo.

VT presbyter, inconſulto epiſcopo,virgines non conſecret. Chriſma verò nunquàm conficiat.

Ca. 37. Ne clerici in aliena ciuitate immorentur.

VT clerici in aliena ciuitate non immorentur, niſi cauſas eorum iuſtas epiſcopi loci, vel presbyteri locorum peruiderint.

Ca. 38. Vt non liceat fieri translationes epiſcoporum.

PLacuit, quod etiam in Capuenſi plenaria ſynodo videtur ſtatutum, quòd non liceat fieri rebaptizationes, & recordationes,vel tranſlationes epiſcoporum. De conſecra. Diſtin.4. Non licet fieri.

Cap.39.Vt non præſumant duo epiſcopi ordinare Pontificem.

VT non minus,quàm tres epiſcopi, qui fuerint metropolitano directi,ſufficiant ad epiſcopum ordinandum.

Cap.40.De electione epiſcopi,ſi contradictores habeat.

DVm epiſcopus eligitur, ſi contradictores habeat,quinq; ſacerdotes conueniant. D.33.Illud ſtatuendum eſt.

Cap.41.De epiſcopis conuenientibus ad Concilium.

VT per ſingulos annos conuenientes epiſcopi ad concilium,etiam de paſchali ſolennitate, à primate ſuo informentur.

Cap. 42.

VT non accipiat alienum epiſcopum plebs, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit.16.q.1.Multis conciliis.

Cap.43.

VT qui,plebe ſua contempta,ad concilium venire detrectant,

ſtant,& plebem,& honorem amittant.

Cap. 44.

VT Clericum alienum nullus ſibi præripiat epiſcopus, præter eius arbitrium,cuius fuerit clericus.

Cap. 45.

VT epiſcopus, qui plures habet clericos ei ,qui eget, ad ordinandum poſtulatus largiatur.

Cap. 46.

VT epiſcopus in diœceſi factus, ſolum etiam plebem teneat,qua extitit ordinatus.

Cap. 47. Vt præter ſcripturas canonicas nihil in eccleſia legatur.

ITem placuit,vt præter ſcripturas canonicas,nihil in eccleſia legatur, ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ,id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue,Iudicum,Ruth, Regum lib.4.Paralipomenon lib.2.Iob vnus,Pſalteriũ Dauiticum,Salomonis libri quinq;,Libri duodecim prophetarũ,Iſaias,Ieremias,Ezechiel,Daniel,Tobias,Iudith.Eſther, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo.Noui autem Teſtamenti viginti ſeptem,Euangeliorum libri quatuor,Actuum Apoſtolorum liber vnus,Pauli Apoſtoli epiſtolæ tredecim, eiuſdem ad Hebræos vna,Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres,Iudę Apoſtoli vna,& Iacobi vna,Apocalypſis Ioannis liber vnus,qui ſunt viginti ſeptem. Hoc etiã fratri, & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel aliis earũ partium epiſcopis,pro confirmando iſto canone,innoteſcat: quia à patribus iſta accepimus in eccleſia legenda. Liceat etiam legi paſsiones martyrum, cùm anniuerſarij dies eorum celebrantur.

Scriptura canonica. *Vide et ſuprà in concilio Laodi.ca.59* *Additio.*

Cap. 48.

DE baptizatis à Donatiſtis.

1.q.4.Placuit,vt de infantibus.

Cap. 49. De his,qui poſiti in eccleſiaſtico gradu,aliquid acquirunt.

PLacuit,vt epiſcopi,presbyteri,diaconi,vel quicunq; clerici,qui nihil habentes ordinãtur,& tẽpore epiſcopatus, vel clericatus ſui agros,vel quęcũq; prędia nomine ſuo comparant:tanq̃ rerum diuinarũ inuaſionis crimine teneanť obnoxij, niſi admoniti eccleſię eadẽ ipſa contulerint. Si aũt ipſis ꝓpriè aliqd liberalitate alicui⁹,vľ ſucceſsione cognationis

13.q.2.Placuit,vt epiſc.

nis venerit,faciant inde,quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exhorbitauerint,honore eccleſiaſtico indigni,tanquã reprobi,iudicentur.

Cap.50. Vt geſta concilii confirmentur.

AVrelius epiſcopus dixit: Quoniam igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmamus. Et ſubſcripſerunt. Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & relicto ſubſcripſi. Epigonius epiſcopus Bulleñ. Regieñ. ſubſcripſi. Auguſtinus epũs plebis Hipponæ ſubſcripſi. Similiter & omnes epiſcopi, quadraginta quatuor numero, ſubſcripſerũt.

Subſcriptio.

Concilij tertij Carthagineñ, finis.

Hæc tria decreta pertinent ad concilium Carthagineñ. tertium.

Cap. 1.

PResbyter, ſi fornicationem fecerit &c. Vide in decretis. Diſt.82. Presbyter ſi fornicat.

Cap. 2.

NOn eſt aliquid exigendum ab his, qui infantes ſuos ad baptizandum adducunt. Fuſius apud Gratianum.1. q.1. Placuit, vt vnuſquiſq;.

Cap. 3. De clericis ſcurrilibus.

SI quis clericus, aut monachus verba ſcurrilia, ioculatoria, riſumq; mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

Cõciliũ Carthagineñ. 4.

CONCILIVM CARTHAGINENSE QVARtum, cui adfuerunt epiſcopi.214. Aera.436. Dicitur à Gratiano, quòd interfuit Zoſinus Papa per vicarios ſuos, quod tamen intelligendũ eſt, de concilio Carthagineñ.6. non de.4.

Cap. 1. Qualiter debeant epiſcopi ordinari.

D. 23. Qui epiſcopus. Quomodo examinãdus, qui ordinatur epiſcopus

QVi epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi natura ſit prudens, ſi docilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negotiis cauens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, ſi in dogmatibus exercitatus: & ante omnia, ſi fidei documẽta verbis ſimplicibus aſſerat, id eſt, patrem, & filium, & Spiritũ ſanctum &c. Quęrendum etiam ab eo, ſi noui, & veteris Teſtamenti, id eſt, Legis, & prophetarum, & Apoſtolorum, vnum eundemq;

demq; credat authorem,& Deum,ſi diabolus non per conditionem,ſed per arbitrium factus ſit malus.

Cap.2.Qualiter conſecrentur epiſcopi.

EPiſcopus quum ordinatur, duo epiſcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem ſuper caput, & ceruicem eius:& vno ſuper eum fundente benedictionem,reliqui omnes epiſcopi,qui adſunt,manibus ſuis caput eius tangant. *D.23. Eps dū ordinatur.*

Cap.3.Qualiter presbyteri ordinentur.

PResbyter quum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenēte,etiam omnes presbyteri,qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput illius teneant. *Ibi. Presbyter.*

Cap.4.Quomodo diaconi conſtituantur.

DIaconus quum ordinatur,ſolus epiſcopus,qui eum benedicit manum ſuper caput illius ponat: quia non ad ſacerdotium,ſed ad miniſterium conſecratur. *Ibi.Diacon.*

Cap.5.Quomodo ſubdiaconi ordinentur.

SVbdiaconus quū ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenā de epiſcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu verò archidiaconi, Vrceolum cum aqua,& mantile,& manutergium. *Ibi.ſubdiaconus.*

Cap.6.Qualiter Acolythi ordinentur.

ACOlythus quum ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur,qualiter in officio ſuo agere debeat.Sed ab archidiacono accipiat cæriferarium cum cæreo, vt ſciat ſe ad accendenda eccleſię luminaria mancipari. Accipiat & Vrceolum vacuū ad ſuggerendū vinū in euchariſtiā ſanguinis Chriſti. *Ibi.Acolyth.*

Cap.7.Qualiter Exorciſtæ conſtituantur.

EXorciſta quum ordinatur,accipiat de manu epiſcopi libellum,in quo ſcripti ſunt exorciſmi,dicēte ſibi epiſcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue catechumenum. *Ibi.exorciſtæ*

Cap.8.Qualiter lectores fiant.

LEctor quum ordinatur, faciat de illo verbum epiſcopus ad plebem, indicās eius fidem,ac vitam, atq; ingenium. Poſt hæc, ſpectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus eſt,dicens ad eum: Accipe,& eſto lector verbi Dei,habi *Ibi.Lector.*

turus

turus (ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium) partem cum eis, qui verbum Dei miniſtrauerunt.

Cap. 9. *Qualiter oſtiarii ordinentur.*

Ibi. Oſtiarius OStiarius quum ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionem archidiaconi: tradat ei epiſcopus claues eccleſiæ de altario, dicēs: Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quę his clauibus recluduntur.

Cap. 10. *Qualiter Pſalmiſtæ.*

Ibi. Pſalmiſta PSalmiſta, id eſt, cantor poteſt abſq; ſcientia epiſcopi, ſola iuſsione presbyteri, officium ſuſcipere cantādi, dicente ſibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes.

Cap. 11. *Qualiter virgines ſanctimoniales.*

Ibidem Sanctimonialis. SAnctimonialis virgo, quum ad conſecrationem ſui epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper vſura eſt, profeſsioni, & ſanctimoniæ aptis.

Cap. 12. *Qualiter viduæ ad baptiſterium ordinentur.*

VIduæ, vel ſanctimoniales, quæ ad miniſteriū baptizandarum mulierū eliguntur, tā inſtructę ſint ad officium vt poſsint apto, & ſano ſermōe docere imperitas, & ruſticas mulieres tēpore, quo baptizandę ſunt, qualiter baptizatori interrogatę reſpondeant, & qualiter accepto baptiſmate, viuant.

Cap. 13. *Qualiter ſponſi, & ſponſæ benedicentur.*

D. 23. & 30. q. 5. Sponſus. SPonſus, & ſponſa, cùm benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis, vel paranymphis offerantur. Qui quum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reuerentia ipſius benedictionis, in virginitate permaneant.

Cap. 14. *De cellula ſacerdotis.*

D. 41. Epſ vilem. VT epiſcopus, non longè ab eccleſia, hoſpitiolū habeat.

Ca. 15. *De victu, & habitu epiſcopi.*

De familia, & mēſa epi. VT epiſcopus vilem ſuppelectilem, & mēſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ authoritatem fide, & vitæ meritis quærat.

Cap. 16. *Vt epiſcopus libros Gentilium non legat.*

D. 37. Epſ gentilium. VT epiſcopus Gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro neceſsitate, & tempore.

Cap. 17. *Vt epiſcopus indigentium curam per presbyteros agat.*

Vt-

VT epiſcopus gubernationē viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut archidiaconum agat. D.88.*Eps.*

Cap. 18.

VT epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.

Cap.19. Vt epiſcopus pro rebus ſecularibus non litiget.

VT epiſcopus non, prouocatus pro rebus tranſitoiis, litiget. 14.q.1. *Eps.*

Cpa.20. Vt epiſcopus tantùm diuinis vacet.

VT epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed vt lectioni, & orationi, & verbi Dei prędicationi tantummodo vacet. D. 88. *Eps nullam rei.*

Cap.21. Vt epiſcopus ægrotans pro ſe legatum ad ſynodum mittat.

VT epiſcopus ad ſynodum ire non tardet, ſi non, ſinè ſatis graui neceſsitate inhibeatur: ſic tamen, vt in ſua perſona legatum mittat, ſuſcepturus, ſalua fidei veritate, quidquid ſynodus ſtatuerit. D.18.*Eps ad ſynodum.*

Cap.22. Ne epiſcopus clericos inſtituat ſinè teſtimonio plebis.

VT epiſcopus ſinè concilio clericorum ſuorum, clericos non ordinet: ita vt ciuium aſſenſum, & conniuentiam, & teſtimonium quęrat. D.24. *Eps ſinè.*

Cap.23. Vt epiſcopus cauſas audiat præſentibus clericis.

VT epiſcopus nullius cauſam audiat, abſq; præſentia clericorum ſuorum, alioquin irrita erit ſentētia epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur. 15.q.7. *Nullius cauſam.*

Cap.24. Vt nemo diſcedat, quando epiſcopus verbum facit.

SAcerdote verbum faciente in eccleſia, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. *De cōſec.d.1. Sacerdote.*

Cap.25. De diſcordantibus epiſcopis.

DIſsidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet. D.90.*Diſsidentes.*

Cap.26. Vt epiſcopus diſsidentes concordare compellat.

STudendum eſt epiſcopis, vt diſsidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem magis, quàm ad iudicium cohortentur. *Ibidem. Studendum.*

Cap.27. De epiſcopo non transferendo.

VT epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sanè ſi id vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum epiſcopis porrecto, in pręſentia ſynodi transferatur, nihilominus alio in loco eius 7.q.1. *Eps de loco.*

epiſcopo

epiſcopo ſubrogato. Inferioris verò gradus ſacerdotes, vel alij clerici, conceſsione ſuorum epiſcoporum, poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Cap.28. De damnatione epiſcoporum.

11.q.3.Irritã eſſe. IRritam eſſe iniuſtam epiſcoporum damnationem, & idcico à ſynodo retractandam.

Cap.29. De epiſcopo, qui alicui crimen obiecerit.

6.q.2.Eps. EPiſcopus, ſi clerico, vel laico crimen impoſuerit, deducatur ad probationem in ſynodum.

Cap.30. Quòd irrita ſit ſententia epiſcopi in abſentem.

11.q.2.Sine exceptione. CAueant iudices eccleſiæ, ne abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit: imò & cauſam in ſynodo pro facto dabunt.

Cap.31. Qualiter res eccleſiæ ab epiſcopo habeantur.

VT epiſcopus rebus eccleſiæ, tanquàm commendatis, non tanquàm propriis vtatur.

Cap.32. De irritis diſtractionibus epiſcoporum.

12.q.2. Si ex ceptione. IRrita erit donatio epiſcoporum, vel venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticæ, abſq; conniuentia, & ſubſcriptione clericorum. *Cap.33. De receptione epiſcoporum.*

7.q.1.Epi. EPiſcopi, vel presbyteri, ſi cauſa viſendæ eccleſiæ alterius epiſcopi, ad eccleſiã venerint: & in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem con ſecrandam inuitentur.

Cap.34. De primatu conſenſus presbyterorum cum epiſcopo.

D.95.Eps. VT epiſcopus in quolibet loco ſedẽs, ſtare presbyterum non patiatur.

Cap.35. De conſeſſu presbyterorum in eccleſia.

D.95. Epus. VT epiſcopus in eccleſia, in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat. Intra domum verò collegam ſe presbyterorum eſſe cognoſcat.

Cap.36. Vt presbyteri ab epiſcopo chriſma petant.

D.95.Presbyteri. PResbyteri, qui per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuſlibet epiſcopis, ſed à ſuis, nec per iuniorem clericum: ſed omni anno, aut per ſeipſos, aut per illum, qui ſacrarium tenet, ante paſchæ ſolennitatem chriſma petant.

Cap.37. De obedientia diaconorum.

D.93.Diacõi DIaconus, ita ſe presbyteri, vt epiſcopi, miniſtrũ eſſe cognoſcat.

gnoſcat. Cap.38.

VT diaconus, pręſente presbytero, Euchariſtiam corporis Chriſti populo (ſi neceſsitas cogat) iuſſus eroget. *Ibidem Preſbytero.*

Cap.39. *Quando debeat diaconus ſedere.*

DIaconus quolibet loco, iubente presbytero, ſedeat. *Ibidem. Diaconus.*

Cap, 40.

VT diaconus, in conuentu presbyterorum interrogatus, loquatur. *Ibidem, Diaconus ſedeat.*

Cap.41. *Quando diaconus alba vti debeat.*

VT diaconus, tēpore oblationis tantùm, vel lectionis, alba induatur.

Cap.42. *De clericis, qui pro fide tentati ſunt.*

CLericum inter tentationes officio ſuo incūbentem, gradibus ſublimandum.

Cap.43. *De his, qui pro fide perſecutiones paſſi ſunt.*

CHriſtianum catholicum, qui pro catholica fide, & pro eccleſiaſtica re, & Chriſtiana religione tribulationes patitur, honore omni à ſacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus adminiſtretur.

Cap. 44. *De tonſura clericorum.*

CLericus nec comam nutriat, nec barbam.

Cap.45. *De habitu clericorum.*

CLericus profeſsionē ſuam, & in habitu, & in inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calceamētis decorem quęrat. *D.42. Clericus.*

Cap.46. *De continentia clericorum.*

CLericus cum extraneis mulieribus non habitet.

Cap.47. *De inceſſu clericorum.*

CLericus, per plateas, & andronas, niſi certa, & maxima officij ſui neceſsitate, non ambulet

Cap.48. *Ne clerici ad nundinas vadant.*

CLericus, qui non pro emendo aliquid, in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio ſuo degradetur. *D.91. Clericus.*

Cap.49. *De vigiliis clericorum.*

CLericus, qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis priuatus, excommunicetur.

Cap.50. *De clericis ab officio continentibus.*

CLericum, inter tentationes ab officio ſuo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio ſuo remouendum. *Ibidem. Clericus.*

Cap.51. *Vt clerici artificio victum quærant.*

CLericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio vi-

 ctum

ctum quærat. *Cap.52.Quomodo clerici debeant victum quærere.*

CLericus,victum,&veſtimentum ſibi,artificiolo,vel agri cultura,abſq; officij ſui duntaxat detrimẽto,præparet.

Cap.53.Vt legant clerici,qui orare poſſunt.

OMnes clerici, qui ad operandum validi ſunt, & artificiola,& literas diſcant. *Cap.54.De clericis inuidis.*

D.46. Clericus. CLericus,inuidens fratrũ profectibus,donec in vitio eſt, non promoueatur. *Cap.55.De clericis accuſatoribus.*

Ibi. Accuſatores. VT epiſcopus accuſatores fratrum excommunicet. Et ſi emendauerint vitiũ,recipiat eos ad cõmunionem, non ad clerum. *Cap.56.De clericis adulatoribus.*

Ibi. Clericus qui. CLericus,qui adulationi,& proditionibus vacare deprehenditur,ab officio degradetur.

Cap.57.De clericis maledicis.

CLericus maledicus,maximè in ſacerdotibus,cogatur ad poſtulandum veniam. Si noluerit,degradetur,nec vnquam ad officium abſq; ſatisfactione reuocetur.

Cap.58. De clericis frequenter litigantibus.

CLerici, qui frequenter litigat, & ad cauſandum facilis eſt,teſtimonium nemo abſq; grandi examine recipiat.

Cap.59.De clericis diſcordantibus.

D.90 Diſcordantes. DIſcordantes clericos epiſcopus,vel ratione, vel poteſtate ad concordiam trahat: inobedientes ſynodus per audientiam damnet. *Cap.60.De clericis turpiloquis.*

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum. *Cap.61. De clericis iurantibus.*

CLericum, per creaturas iurantem, acerrimè obiurgandum. Si perſtiterit in vitio,excommunicandum.

Cap.62.De clericis inter epulas cantantibus.

22.q.1.Clericum. CLericum inter epulas cantantem,ſupradictæ ſententiæ ſeueritate coercendum.

Cap.63.De clericis ieiunia polluentibus.

CLericum, qui tempore indicti ieiunij,abſq; ineuitabili neceſsitate,ieiunium rumpit, minorem habendum.

Cap.64.De his,qui Dominico die ieiunant.

76.q.7. Sacerdos. QVi Dominico die ſtudioſè ieiunat, non credatur catholicus. *Cap. 65. De Paſcha ſuo tempore celebrando.*

PAſchę ſolennitas vno die,& tempore celebranda.

Cap.

Ca. 66. Quando clericus recurrere debet ad ſynodum.

CLericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionē iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

Cap. 67. De ſeditionariis, ne clerici fiant.

SEditionarios nunquam ordinādos clericos, ſicut nec vſurarios, nec iniuriarum ſuarum vltores. *D. 40. Seditionarios.*

Cap. 68. Vt ex pœnitentibus ordinatus clericus, deponatur.

EX pœnitentibus (quanuis ſit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiā epiſcopi factum fuerit, deponatur à clero: quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem, etiam ipſe ab epiſcopatus ſui ordinandi dūtaxat poteſtate priuetur.

Cap. 69 Vt epiſcopus, viduæ maritum ad clerum promouens, deponatur.

SImili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus, ſi ſciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam vxorem habuit, aut ſecundam.

Cap. 70. Vt clericus hæreticorum conuiuia fugiat.

CLericus hæreticorum, aut ſchiſmaticorum, tam conuiuia, quàm ſodalitates euitet æqualiter. *24. q. 3. Clericus.*

Cap. 71. De hæreticorum cœtu.

QVòd hæreticorū cœtus non eccleſia, ſed cōciliabulū ſit.

Cap. 72. Quòd nihil fiat cum hæreticis.

CVm hæreticis, nec orandum, nec pſallendum.

Cap. 73. De communicantibus cum excommunicatis.

QVi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur. *11. q. 3. Qui cōicauerit.*

Cap. 74. De pœnitentium lege.

VT ſacerdos pœnitentiam imploranti, abſq; perſonę acceptione pœnitentiæ leges iniungat.

Cap. 75. De negligentioribus pœnitentibus.

VT negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur. *26. q. 7. Sacerdos.*

Cap. 76. De poſcentibus pœnitentiam, ſi poſtea obmuteſcant.

IS, qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dēt teſtimoniū, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiā. Et ſi continuo creditur moriturus, recōcilietur per manus impoſitionē, & infun *26. q. 6. Is, qui in infirmitate. In phreneſim verſus, interdū, & abſol-*

 datur

uectus, & cõmunicandus datur ori eius Euchariſtia. Si ſuperuixerit, admoneatur à ſupra dictis teſtibus, petitioni ſuę ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentię legibus, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiam dederit, probauerit. *Cap.77. De pœnitentibus infirmis.*

POenitentes, qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant.

26.q.6.Is qui. *Cap.78. De eiſdem, ſi poſt viaticum ſuperuiuant.*

POenitentes, qui in infirmitate viaticum Euchariſtię acceperint, non ſe credãt abſolutos ſinè manus impoſitione, ſi ſuperuixerint. *Cap.79. De pœnitentibus, ſi caſu aliquo moriantur.*

26.q.7.Sacerdos. POenitentes, qui attẽtè leges pœnitẽtię exequũtur, ſi caſu in itinere, vel in mari mortui fuerint: vbi eis ſubueniri nõ poſsit, memoria eorũ, & orõnibus, & oblationib⁹ cõmendeĩ.

Cap.80. De manus impoſitione ſuper pœnitentes.

Ibidem. OMni tẽpore ieiunij, manus pœnitẽtibus à ſacerdotibus imponantur. *Cap.81. Vt pœnitentes mortuos ſepeliant.*

MOrtuos pœnitentes eccleſiæ afferant, & ſepeliant.

Ca.82. Vt pœnitentes genua flectant.

Pœnitentes etiam diebus remiſsionis genua flectant.

Ca.83. De ſenibus honorandis.

PAuperes, & ſenes eccleſiæ, plus cæteris honorandi ſunt.

Ca.84. Vſq; ad miſſam catechumenorum nullus eccleſiam ingredi prohibeatur.

De conſe. d.1 Eps nullum. VT epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue Gentilem, ſiue hæreticum, ſiue Iudæum, vſq; ad Miſsam catechumenorum.

Ca.85. De baptizandis.

De cõſe.d.4. Baptizandi. BAptizandi nomen ſuum dent, & diu ſub abſtinentia vini, & carnium, ac manus impoſitione, crebra examinatione baptiſmum percipiant.

Ca.86. Vt nuper baptizati caſtè viuant.

De conſe.d.5 Neophyti. NEophyti, aliquandiu à lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel coniugibus abſtineant.

Cap.87. De catholicis, qui apud infideles cauſam proponunt.

2.q.6. Catholicus. CAtholicus, qui cauſam ſuã, ſiue iuſtã, ſiue iniuſtam, ad iudiciũ alterius fidei iudicis prouocat, excõmunicetur.

Ca. 88. De his, qui Miſſam prætermittunt.

De cõſec.d.1. Qui die. QVi die ſolenni, prætermiſſo ſolenni eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur.

Cap.

Cap.89.De his, qui Iudaicis ſuperſtitionibus ſeruiunt.

AVguriis, vel incantationibus ſeruientem, à conuentu ecclesię ſeparandũ. Similiter & ſuperſtitionibus Iudaicis, vel feriis inhærentem. *26. q.5. Augurus.*

Cap.90.De energumenis.

OMni die exorciſtę energumenis manus imponant. *De cõſe. d.5. Omni die.*

Cap.91.De eiſdem.

PAuimenta Domorum Dei energumeni verrant.

Cap. 92. De victu energumenorum.

ENergumenis, in domo Dei aſsidẽtibus, victus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur.

Cap. 93. De oblationibus diſcordantium.

OBlationes diſsidentium fratrum, neq; in ſacrario, neq; in gazophilatio recipiantur. *D.90. Oblationes.*

Cap.94.De oblationibus oprimentium pauperes.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus refutanda. *Ibidem.*

Cap.95.De his, qui oblationes defunctorũ defraudant.

QVi oblationes defunctorũ, aut negant eccleſiis, aut cum difficultate reddunt, tanquàm egentium necatores excommunicentur. *De oblationibus, quæ pro defunctis offeruntur.*

Cap.96.De accuſatore, & accuſato.

QVærendum in iudicio, cuius ſit conuerſationis, & fidei, is, qui accuſat: & is, qui accuſatur. *2.q.7. Querendũ eſt.*

Cap.97.De eo, qui religioſis fœminis præficitur.

QVi religioſis fœminis prępnendus eſt, ab epiſcopo loci probetur. *18.q.2. Qui.*

Cap.98.Vt laicus, præſentibus clericis, non doceat.

LAicus, præſentibus clericis, niſi ipſis rogantibus, docere non audeat.

Cap.99.Vt mulieres publicè non doceant.

MVlier, quàmuis docta, & ſancta, viros in conuentu docere non pręſumat. *D.23. Mulier*

Cap.100.Vt mulieres non baptizent.

MVlier baptizare non præſumat.

Cap.101.De viduis infirmis.

VIduæ adoleſcentes, quæ corpore debiles ſunt, ſumptu eccleſię, cuius viduę ſunt, ſuſtententur.

Cap.102. Ne clerici viduarum familiaritati aſſocientur.

AD reatũ epiſcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ præſentis cauſa, adoleſcentiores viduæ, vel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubiiciant. *D.91. Ad reatum.*

Cap.103.De viduis, quæ eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentãtur.

Ibidē. Viduæ Viduæ, quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduè in Dei opere eſſe debent: vt meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent.

Cap. 104. De viduis profeſſis continentiam præuaricantibus.

SIcut bonum eſt caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia, & præceptione cuſtodiendum eſt. Vt ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitę, & matura ætate à viro relictæ, ſe deuouerunt Domino: & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio epiſcopi, & eccleſię, religioſo habitu apparuerint: poſtea verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundum Apoſtolum, damnationem habebunt: quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſinè Chriſtianorũ communione maneant, quæ etiam ne in conuiuio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſuo ſunt viris ſuis obnoxiæ, quantò magis viduę, quę religioſitatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur: ſi deuotionem, quam Deo ſpontè, non coactè obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, atq; ad ſecundas nuptias tranſitum fecerunt? Quæ & ſi, violentia irruente, ab aliquo prereptę fuerint, ac poſtea delectatione carnis, atq; libidinis permanere in coniugio raptori, vel violento viro conſenſerint, damnationi ſuperius comprehenſæ tenebuntur obnoxię. De talibus ait Apoſtolus: Quum luxuriatę fuerint, nubere volunt, habētes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt. Aurelius epiſcopus Carthagiñ. eccleſię, ſubſcripſi. Donatianus Talabricēſis primę ſedis ſubſcripſi. Auguſtinus Hipponę Regieñ. ſubſcripſi. Similiter oēs epiſcopi ſubſcripſerũt.

(margin: 1. Timoth. 5. — 1. Timoth. 5.)

Finit Concilium Carthagineñ. 4.

Prouinciale Concilium, conſirmatum tamen in. 6. ſynodo generali, in Trullo celebrata. Vbi recepta ſunt vniuerſa concilia Carthagine habita.

Cõciliũ Taurinateñ. CONCILIVM TAVRINATEN. PROVINciale, celebratũ tempore Siritij Papę, & beati Ambroſij epiſcopi Mediolanē. Nihil habet annotatione dignũ, totũ conſumit in cõpoſitione cauſarũ quarundã ciuilium, quę inter epiſcopos quoſdam, & cæteros presbyteros tractabantur.

Decreta Anaſtaſii Papæ.

ANaſtaſius Papa, natione Romanus, ſedit annos tres, dies decem. Papa.39.ſub Petro. *Anaſtaſius Pont.39.*

Augu. in epiſtola.165.recenſet hunc ordinem Pontificũ à Petro, vſq; ad Anaſtaſium, qui tunc in cathedra ſedebat: excepto quòd Fœlicem.2. non recenſet. Sed Liberio dicit proximum ſucceſſorem fuiſſe Damaſum. Eſt epiſtola contra ſchiſma Donatiſtarum. *Sub hoc propter ſcripta Origenis in Alexandria celebrata eſt ſynodus.*

Sub Anaſtaſio floruerũt apud Orientem Gregorius Nazianzenus, & Baſilius.

Extat epiſtola decretalis eius ad epiſcopos Germaniç, & Burgundiç, in qua conſtituit, vt dum ſancta Euangelia in eccleſia recitãtur, ſacerdotes, & cçteri omnes prçſentes, non ſedentes, ſed venerabiliter curui in conſpectu ſancti Euãgelij ſtantes Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorẽt *Qualiter ſtãdum, dum legitur Euãgeliũ in eccleſia*

Secundò, ſignificat eiſdem, ne Manichços, quos in vrbe Roma inuenit, recipiant, neq; cum eis aliquã participationem habeant, prius q̃ ad rectã conuertantur fidẽ, quorũ ille aliquos Romç cõuertit. Quos aũt ad fidẽ trahere nõ potuit, ſcd'm Chrianorũ principũ cõſtituta, ne ſanctũ gregẽ ſua cõtagiõe pollueret, ꝓ publicos iudices ꝑpetuo exilio relegauit

CONCILIVM CARTHAGINENSE QVINTUM, celebratũ Aera.438. prçſentibus.73. epiſcopis. *Conciliũ Carthaginẽ.5.*

Cap. 1.

DE clericis ad teſtimonium non pulſandis. 2.q. 6. Statutum eſt. *Cap. 2.*

DE clericis pro crimine ſuo damnatis, vt à quolibet non defenſentur. 21.q.5. Si quis cuiuſlibet.

Cap. 3.

DE ſacerdotibus, & Leuitis, vt ab vxoribus ſe cõtineant. d.84. Cum de quorundam. *Cap. 4.*

DE rebus eccleſiç, ſinè conſilio metropolitani epiſcopi non alienandis,

Cap.5. Vt nullus epiſcopus, relicta cathedra, in diœceſi reſideat.

PLacuit, vt nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam, ſe conferre: vel in re propria diutius, quàm oportet, conſtitutum, curam, vel frequentationem propriç cathedrç negligere. *7.q.1. Placuit, vt.*

Cap. 6. De his, qui nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerunt.

PLacuit de infantibus, quoties non inueniuntur certiſsimi te- *De cõſe.d.4. Placuit, de.*

mi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſinè dubitatione teſtentur, neq; ipſi ſunt per ætatem idonei, de traditis ſibi ſacramentis reſpondere, abſq; vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos: ne iſta trepidatio eos faciat ſacramẽtorum purgationẽ priuari. Hinc enim Legati Maurorũ fratres noſtri conſulue runt, quia multos tales à Barbaris redimunt. Similiter & de eccleſiis (quoties ſuper earum cõſecratione hęſitatur) agendum eſt, id eſt, vt ſinè vlla trepidatione conſecrentur.

Cap. 7.

DE tempore Paſchali, & Concilij.

Cap. 8.

7.q.1. *Cõſtitutum.* DE interceſſoribus, ne cathedram morietis epiſcopi diu retineant, ſed infra annum ſacerdotem prouideant.

Cap. 9. De defenſore eccleſiarum.

23.q.3. *Ab imperatoribus.* AB Imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum, propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſinè intermiſsione fatigatur eccleſia: vt defenſores eis aduerſus potentias diuitum cum epiſcoporum prouiſione delegentur.

Cap. 10.

VT epiſcopi ad diem Concilij occurrãt. D.18. Placuit, vt.

Cap. 11.

VT lapſis ſacerdotibus manus, ſicut laicis, non imponatur. D. 50. Confirmandum eſt.

Cap. 12.

DE clericis excommunicatis, quamdiu eis aſſerere liceat innocentiam ſuam. 11.q.3. Rurſus conſtitutum eſt.

Cap. 13.

DE clericis, vel monachis, ab alio epiſcopo ordinatis. In Decretis. D.58. Si quis de alterius.

Cap. 14. De baſilicis, quæ ſinè martyrum reliquiis dedicatæ ſunt.

De conſe. d. 1 *Placuit altaris.* ITem placuit, vt altaria, quę paſsim per agros, aut vias, tanquàm memoriæ martyrum conſtituũtur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum conditę probantur, ab epiſcopis, qui eiſdem locis præſunt (ſi fieri poteſt) euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent: vt qui rectè ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuincti teneantur.

Eremitaria per agros cõſtituta euertantur.

Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur:

ptetur: niſi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ ſint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel poſſeſsionis, vel paſſionis, fideliſsima origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi reuelationes quorūlibet hominū vbiq; conſtituuntur altaria, omnimodè reprobentur.

Cap. 15. De idololatrijs deſtruendis.

ITem placuit, ab Imperatoribus glorioſiſsimis peti, vt reliquiæ, non ſolùm in ſimulachris, ſed in quibuſcunq; locis, vel lucis, vel arboribus omnimodò deleantur.

Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginis, ſupra comprehenſis in noſtro cōcilio ſtatutis, ſubſcripſi. Similiter. 72. epiſcopi ſubſcripſerunt. *Subſcriptio cōcilii Carthа. 5.*

Finit concilium Carthaginenſe. 5.

CONCILIVM TOLETANVM PRImum. 19. epiſcoporum, Patrono epiſcopo præſidente. *Toletanū cōcilium. 1.*

Eſt prouinciale, ſed confirmatū authoritate Leonis Papæ, & eius mandato celebratum.

COnſidentibus presbyteris, aſtantibus diaconis, & cæteris, qui intererant concilio congregato, Patronus epiſcopus dixit: Quoniam ſinguli cœpimus in eccleſiis noſtris facere diuerſa, & inde tanta ſcandala ſunt, quæ vſq; ad ſchiſma perueniunt, ſi placet, communi concilio decernamus, quid ab omnibus epiſcopis, in ordinandis clericis, ſit ſequēdum. Mihi autem placet, conſtituta primitus Nicæni concilij perpetuò eſſe ſeruanda, nec ab his eſſe recedendū. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ita vt ſi quis, cognitis geſtis Nicæni concilij, aliud quàm ſtatutum eſt, facere præſumpſerit, & non in eo perſeuerandum putauerit: hic excommunicatus habeatur, niſi per correctionem fratrum emendauerit errorem.

Caput primum.

DE presbyteris, & diaconis, ſi poſt ordinationem filios genuerint, ad altiorem gradum non aſcendant. *D. 50. Placuit.*

Ca. 2. Vt pœnitens, ſi neceſsitas cogat, lector aut oſtiarius fiat.

ITem placuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantùm ſi neceſsitas, aut vſus exegerit: & tunc inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt euangelia, aut epiſtolam non legant. Si qui autem ante ordinati ſunt dia-

 coni,

coni, inter ſubdiaconos habeantur: ita vt manum non imponant, nec ſacra contingant. Eum verò pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſsimiſq; peccatis, publicā pœnitentiā gerens, ſub cilicio diuino fuerit reconciliatus altario.

Cap. 3. De his qui viduas acceperint, ne diaconi fiant.

ITem conſtituit ſancta ſynodus, vt lector fidelis, ſi viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut fortè ſubdiaconus.

Cap. 4. Vt ſubdiaconus, ſi defuncta vxore aliam duxerit, oſtiarius fiat.

SVbdiaconus autem defuncta vxore, ſi vxorem aliam duxerit, ab officio ſuo, in quo ordinatus fuerat, remoueatẽ, & habeatur inter oſtiarios, vel lectores: ita vt euangeliū, & epiſtolam non legat, propterea, ne qui eccleſiæ ſeruierit, publicis officiis ſeruire videatur. Qui verò tertiam (quod nec dicendum eſt) acceperit, abſtentus biennio, poſtea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet.

Cap. 5. De clericis tardius ad eccleſiam venientibus.

PResbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet eccleſię deputatus clericus, ſi intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villę: ſi ad eccleſiā, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, ſi caſtigatus per ſatisfactionem veniam ab epiſcopo noluit promereri.

Cap. 6. Ne religioſa puella virorum familiaritatem habeat.

ITemq;, puella Dei nec familiaritatem habeat cū confeſſore, aut cū quolibet laico ſanguinis alieni, aut conuiuium ſola adeat: niſi vbi ſit ſeniorum, aut honeſtorū, aut viduarū, honeſtarūq; frequētia: vbi honeſtè confeſſor quilibet, cum plurimorum teſtimonio teſtium, cōuiuio intereſſe poſsit. Cum lectoribus autem in ipſorū domib⁹ nō admittēdas penit⁹, nec vidēdas, niſi fortè cōſanguinea ſoror ſit, vel uterina.

Cap. 7. De clerico cuius vxor peccauerit.

33. q. 2. *Placuit, vt ſi.* PLacuit, vt, ſi quorūcunq; clericorum vxores peccauerint (ne fortè licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc poteſtatem (præter necem) cuſtodiendi, ligandi in domo ſua ad ieiunia ſalutaria, non mortifera, eas cogētes: ita vt inuicem ſibi clerici pauperes auxilium ferāt, ſi ſer-

ſi ſeruitia fortè non habeant.Cum vxoribus autẽ ipſis, quę peccauerint,nec cibos ſumant, niſi fortè ad timorem Dei, acta pœnitentia,reuertantur.

Cap.8.De his,qui poſt baptiſmum militauerint.

SI quis poſt baptiſmum militauerit, & chlamydem ſumpſerit,aut cingulum ad necandos fideles, etiam ſi grauia non admiſerit,ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem. D.51.*Si quis poſt.*

Ca.9.De profeſſis,vel viduis,abſente ſacerdote.

NVlla profeſſa,vel vidua,abſente epiſcopo, vel presbytero,in domo ſua Antiphonas cũ cõfeſſore, vel ſeruo ſuo faciat.Lucernariũ verò niſi in eccleſia non legat,aut ſi legat in villa,p̃ſente epiſcopo,vel presbytero,vel diacono legat.

Cap.10.Ne clericus fiat,ſine conſenſu domini,aut patroni.

CLericos,ſi quidem obligati ſint,vel pro æquatione, vel de genere alicuius domus,non ordinandos:niſi probatæ vitę fuerint,& patroni conſenſus acceſſerit.

Cap.11.De potentibus,qui pauperem expoliant.

SI quis de potentibus clericum,aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliauerit, & mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus,vt audiatur, & is contempſerit, inuicem mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ epiſcopos,& quoſcunq; adire potuerint: vt excommunicatus habeatur ipſe,donec obediat,& reddat aliena.

Cap.12.Ne clericus ab epiſcopo recedat.

ITem,vt liberum nulli clero ſit diſcedere ab epiſcopo ſuo, & alteri epiſcopo communicare:niſi fortè ei,quem epiſcopus alius libenter habeat de hæreticorũ ſchiſmate diſcedentem, & ad fidem catholicam reuertẽtem.Si q autẽ de catholicis diſceſſerint, & in communione eorum, vel palàm, vel occultè,cum eis,qui vel excommunicati ſunt,vel per ſententiam iam notati fuerint inuenti,habeãt illorum,ad quos ire voluerint,etiam in damnatione conſortium. 24 q.3.*Si quis de.*

Cap.13.De his,qui eccleſiam intrant.

DE his,qui intrant in eccleſiam,& deprehendũtur nunq̃ communicare, admoneãtur.Quòd ſi nõ communicãt, ad pœnitentiam accedant: ſi communicãt,non ſemper abſtineantur: ſi non fecerint,abſtineantur. *De cõſ.d.2. Hi qui ĩtrãt.*

Ca.14.De accipientibus euchariſtiam.

SI quis autem, acceptam à ſacerdote euchariſtiã non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur.

Ca.15.De excommunicatis à ſacerdote.

SI quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum eius, vel clericorum, vel religioſorum nullus accedat. Similiter & clericus, ſi abſtinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut cõuiuari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius ſunt epiſcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo, qui abſtinetur, ſiue laico quolibet, ſiue clerico.

Ca.16.De pœnitentia deuotæ, ſi adultera fuerit.

17.q.1.Deuotam. DEuotam peccantem, non recipiendam in eccleſiam, niſi peccare deſierit, & ſi deſinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priuſquam autem in eccleſiam admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit, etiam hęc, quæ eam receperit, habeatur abſtẽta. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc ipſo viuẽte marito, caſtè viuere cœperit, aut poſtq̃ ipſe deceſſerit.

Cap.17.De vxorato concubinam habente.

D.34.His qui. SI quis habens vxorem fidelis, ſi concubinam habeat, non communicet. Cæterùm is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur: tantùm vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione contentus. Aliâs verò viuens abiiciatur, donec deſinat, & ad pœnitentiam reuertatur.

Cap.18.De vidua epiſcopi, ſi maritum acceperit.

SI qua vidua epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cùm ea conuiuium ſumat, nunquam communicet, morienti tantùm ei ſacramentum ſubueniat.

Cap.19.Si filia ſacerdotis religioſa peccauerit.

EPiſcopi, ſiue presbyteri, ſiue diaconi filia, ſi deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, ſi eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. pater verò cauſas in concilio nouerit ſe pręſtaturum: mulier

mulier autem non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto, egerit pœnitentiam. Si autem (viuente eo) ſeceſſerit, & pœnituerit, nullo modo, niſi vitę deficiens, accipiat communionem.

Cap. 20. Vt nullius præter epiſcopum chriſma conficiat.

QVamuis penè vbiq; cuſtodiat, vt abſq; epo chriſma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis, vel prouinciis presbyteri dicuntur chriſma conficere, placuit ex hac die nullum alium, niſi epiſcopum, chriſma conficere, & per diœceſim deſtinare: ita, vt de ſingulis eccleſiis ad epiſcopum ante diem Paſchę diaconi deſtinentur, aut ſubdiaconi, vt confeſtim chriſma ab epiſcopo deſtinatum, ad diem Paſchæ poſsint ad tempus deferre. Epiſcopo ſanè, certum eſt, quòd omni tempore licet chriſma conficere: ſinè conſcientia autem epiſcopi nihil penitus presbyteri agere pręſumāt. Statutum verò eſt, diaconum non chriſmare, ſed presbyterum, abſente epiſcopo, præſente verò non: niſi ab ipſo fuerit pręceptum. Huiuſmodi conſtitutionem meminerit ſemper archidiaconus, vel præſentibus, vel abſentibus epiſcopis, ſuggerendam, vt eam & epiſcopi cuſtodiant, & presbyteri non relinquant.

Vide ſupra pa. 136. c. 36. Vt null' p̄ter ep̄m chriſma conficiat.

Chriſmare poteſt p̄sbyter abſente ep̄o.

Cap. 21. De regulis fidei catholicæ.

REgulæ fidei contra omnes hæreſes, maximè contra Priſcillianiſtas: Quas epiſcopi Tarraconenſis, Carthaginēſis, Luſitani, & Bethici fecerunt, & ex præcepto Papę Leonis ad Balconium epiſcopum Galliciæ tranſmiſerunt. Ipſi etiam ſupraſcripta viginti canonum capitula ſtatuerunt in concilio Toletano.

Aſſertio fidei eiuſdem concilij contra Priſcillianiſtas.

Aſſertio fidei cōtra Priſcillianiſtas.

CRedimus in vnum verum Deum, patrem omnipotentem, & filium, & ſpiritum ſanctum, viſibilium, & inuiſibilium factorem, per quem omnia facta ſunt, in cælo, & in terra, vnum Deum, & vnam eſſe diuinæ ſubſtātię trinitatē. Patrem autem non eſſe filium ipſum, ſed habere filium, qui pater non ſit. Filium, non eſſe patrem, ſed filium Dei de patris eſſe natura. Spiritum quoq; eſſe paracletum, qui nec pater ſit ipſe, nec filius, ſed à patre, filioq; procedens. Eſt ergo

ingenitus

ingenitus pater, genitus filius, non genitus paracletus, ſed à patre, filioq; procedens. Pater eſt, cuius vox hæc audita eſt
Matth. 3. de cælis. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene com
Marci. 1. placui, ipſum audite. Filius eſt, qui ait: Ego à patre exiui, &
Luc. 3. à Deo veni in hunc mundum. Paracletus eſt ſpiritus, de quo
Ioan. 16. filius ait: Niſi ego abiero ad patrem, paracletus non veniet. Hanc trinitatem perſonis diſtinctam, ſubſtantia vnitam, vir tute, & poteſtate, & maieſtate indiuiſibilē, indifferentem. Præter hanc nullam credimus diuinam eſſe naturam, vel an geli, vel ſpiritus, vel virtutis alicuius, quæ Deus credatur. Hunc ergo filium Dei, Deum natum à patre, ante omne om nino principium, ſanctificaſſe vterum virginis Mariæ, atq; ex ea verum hominem, ſinè virili generatum ſemine, ſuſcepiſſe, duabus dumtaxat naturis, id eſt, deitatis, & carnis, in vnam conuenientibus omnino perſonam, id eſt, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Nec imaginarium corpus, aut phantaſmatis alicuius, in eo fuiſſe, ſed ſolidum, atq; verum. Hunc & eſuriiſſe, & ſitiiſſe, & doluiſſe, & fleuiſſe, & omnes corporis iniurias pertuliſſe. Poſtremò à Iudęis crucifixum, & ſepultum, & tertia die reſurrexiſſe. Conuerſatum poſtmo dum cum diſcipulis ſuis, & quadrageſima poſt reſurrectionem die ad cęlum aſcendiſſe. Hunc filium hominis, etiā filium Dei, & filium Dei & hominis filium appellamus. Reſurrectionem verò futuram humanę credimus carnis: animam autem hominis non diuinæ eſſe ſubſtantiæ, aut Dei patris, ſed creaturam dicimus Dei voluntate creatā. Si quis autem dixerit, aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factum non fuiſſe, atq; omnia eius inſtrumenta, anathema ſit. Si quis dixerit, atq; crediderit, Deū patrem eūdē eſſe filium, vel paracletum, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, filium eundem eſſe patrem, vel paracletum, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, paracletum eſſe, vel patrem, vel filium, anathema ſit. Si quis dixerit, vel credide rit, carnem tantùm ſinè anima, à filio Dei fuiſſe ſuſceptam, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, Chriſtum innaſcibilē eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, deita tem naſcibilem eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Chriſti conuertibilem fuiſſe, vel paſsibilem, anathema

anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, alterum Deum eſſe priſcæ legis, alterum Euangeliorum, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuiſſe, & non ab eo, de quo ſcriptum eſt: In principio fecit Deus cælum & terram, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non reſurgere poſt mortem, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei eſſe ſubſtantiam, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, alias ſcripturas, præter quas eccleſia catholica recipit, in authoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit. Si quis dixerit. vel crediderit, deitatis, & carnis vnam in Chriſto eſſe naturam, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, eſſe aliquid, quod ſe extra diuinam trinitatem poſsit extēdere, anathema ſit. Si quis Aſtrologiæ, vel Matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, cōiugia hominum, quæ ſecundùm legem diuinam licet habere, execrabilia eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, carnes auium, ſeu pecudum, quæ ad eſcam datæ ſunt, non tantùm pro caſtigatione hominum abſtinendas, ſed execrādas eſſe, anathema ſit. Si quis in errore Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, vt aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat, anathema ſit. *Gene. 1.*

Explicit regula fidei catholicæ aduerſus Priſcillianiſtas. Patronus epiſcopus ſubſcripſi. Marcellus epiſcopus ſubſcripſi. Afrodiſius epiſcopus ſubſcripſi. Subſcripſerunt & alij epiſcopi, qui interfuerunt concilio. *Subſcriptio.*

Decreta Innocentii Papæ.

INnocentius primus, Papa quadrageſimus à Petro, natione Albanenſis, ſedit annis. 15. menſibus. 2. Hic conſtituit, vt qui natus fuerit de Chriſtiana, denuo naſci debeat per baptiſmum, quod Pelagius damnauit. Eo tēpore florebat Hieronymus presbyter in Bethlehem. Pelagium, & Cæleſtinū inuenit, quos tanquam hæreticos damnauit. *Innocentius. Pon. 40. Sub hoc cœpit hæreſis, deū corp' habere aſſerēs. Et p̄deſtinatorū, & Cataphrygarū, & Pelagii.*

Extat epiſtola eius decretalis ad Decentium epiſcopum, in qua paucis admonet, antiquas patrum traditiones ſeruandas, nec nouitates aliquas inducēdas in ſua eccleſia, nec alterius eccleſiæ, quàm Romanæ in conſecrandis myſteriis, *Et Roma à*

vel in

Gotthis capta eſt. vel in cæteris agendis, conſuetudinem eſſe ſeruandam.

Ca.1. *De pacis oſculo dando poſt confecta myſteria.*

In conciliis. fo.267.pa.1 De cõſe.d. 2. Pacẽ igitur.

PAcis oſculum dandum eſt poſt confecta myſteria, vt conſtet populum ad omnia, quæ in myſteriis aguntur, atq; in eccleſia celebrantur, præbuiſſe conſenſum: ac finita eſſe, pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur.

Ca.2. *De non recitandis nominibus ante precem ſacerdotis.*

De conſ.d.2. De noibus recitandis.

DE nominibus verò recitandis, antequam preces ſacerdos faciat, atq; eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quàm ſuperfluum ſit, & ipſe per tuam prudentiam recognoſcis: vt, cuius hoſtiam necdum Deo offeras, eius antè nomen inſinues, quãuis illi incognitum ſit nihil. Prius ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes edicenda: vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quę ante præmittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.

Ca.3. *Vt infantes baptizati à ſolo ſuo epiſcopo conſignentur.*

Cõfirmationis ſacramẽtum.

DE conſignandis verò infantibus manifeſtum eſt nõ ab alio, quàm ab epiſcopo, fieri licere. Nam presbyteri, licet ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hęc autem pontificibus ſolis deberi, vt vel conſignent, vel Paracletum ſpiritum tradant, non ſolùm conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, verùm & illa lectio actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit, Petrum & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent ſpiritum ſanctum. Nam presbyteris, ſeu extra epiſcopum, ſeu præſente epiſcopo, cùm baptizãt, chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur epiſcopis, cùm tradunt ſpiritum ſanctum Paracletum. Verba verò dicere nõ poſſum, ne magis prodere videar, q̃ ad conſultationem reſpondere.

Actuũ.4.

De cõſ.d. 4. Presbyteris.

Cap.4. *De ieiunio ſabbati.*

De cõſecr.d. Sabbato.

QVòd ritè omni ſabbato ieiunetur, quia feria ſexta, & ſabbatum ambo dies triſtitiã Apoſtolis, vel his, qui Chriſtum ſequuti ſunt, indixerunt. Qui die dominico exhilarati non ſolùm ipſum feſtiuiſsimum eſſe voluerũt, verùm etiam per omnes hebdomadas frequentandũ eſſe duxerũt.

Cap.5.

DE fermēto,quod ciuitatis tātùm presbyteris dirigatur.

Cap.6.

DE energumenis baptizatis,vt eis à presbytero, vel cæteris clericis,abſente epiſcopo,manus imponatur.

Cap.7. *De pœnitentibus.*

DE pœnitentibus verò,qui ſiue ex grauioribus commiſſis,ſiue ex leuioribus pœnitētiā gerunt, ſi nulla interueniat ęgritudo,quinta feria ante Paſcha eis remittēdū, Romanæ eccleſię conſuetudo demōſtrat. Cęterùm de pondere æſtimando delictorū,ſacerdotis eſt iudicare: vt attendat ad confesſionem pœnitentis,& ad fletus,atq; lachrymas corrigentis:ac tum iubere dimitti,cùm viderit congruā ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atq; vſq; ad deſperationem deuenerit,ei eſt ante tempus Paſchæ relaxādum,ne de ſeculo abſq; communione decedat. *De cōſe. d.3. De pœnitentibus.*

Cap.8. *Quòd orandum ſit pro infirmis.*

SAnè quoniam de hoc,ſicuti de cæteris,cōſulere voluit dilectio tua,adiecit etiam filius meus Cæleſtinus diaconus, in epiſtola ſua eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt: Infirmatur quis in vobis,inducat presbyteros,& orent ſuper eum , vngentes eum oleo in nomine dñi , & oratio fidei ſaluabit infirmum,& ſuſcitabit illum domin⁹:& ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod nòn eſt dubium,de fidelibus ęgrotantibus accipi,vel intelligi debere,qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt:quo ab epiſcopo confecto , non ſolùm ſacerdotibus,ſed omnibus vti Chriſtianis licet in ſua,aut ſuorum necesſitate inungendo. Cæterum , illud ſuperfluum vidèmus adiectum,vt ab epiſcopo ambigatur,quod presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcirco de presbyteris dictū eſt , quia epiſcopi : occupationibus aliis impediti , ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm , ſi epiſcopus aut poteſt,aut dignum ducit,aliquem à ſe viſitandum,& benedicere:& tangere chriſmate ſinè cunctatione poteſt , cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud fundi nō poteſt,quia genus eſt ſacramēti. Nam quibus reliqua ſacramēta negant,quomodò vnū genus putat poſſe cōcedi? *Extremā vnctionem eſſe genus ſacramenti.* *Iaco.5.* *D. 95. Illud ſuperfluum.*

His ergo, frater chariſsime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, reſpõdere curauimus: vt eccleſia tua Romanam cõſuetudinem, à qua originem ducit, ſeruare valeat, atq; cuſtodire. Reliqua verò, quæ ſcribi fas non erat, quum adfueris, interrogati, poterimus edicere. Erit autem domini potentiæ, etiam id procurare, vt tuam eccleſiam, & clericos noſtros, qui ſub tuo pontificio diuinis famulantur officiis, bene inſtituas: & aliis formam tribuas, quam debeant imitari.

Epiſtola.2. Extat epiſtola ſecunda eiuſdem Innocentij Papæ ad Victriciũ Rothomageñ. epiſcopũ. In qua cum inſtruit de Romanæ eccleſiæ norma, atq; authoritate, digeſtas vitæ, & morum probabilium diſciplinas annectens: per quas populum doceat, quibus rebus, & regulis Chriſtianorum vita in ſua cuiuſq; profeſsione debeat contineri, & quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnem catholicum epiſcopum expediat cuſtodire. Partita eſt in.13. capita, quæ in epiſtola.4. Siritij Papę ſuperius deſcripta ſunt. *Supra, pag. 125.*

Sequitur eiuſdem epiſtola tertia, ad Exuperium Tholoſanum epiſcopum.

Epla.3. De incõtinentia ſacerdotum. INnocentius Exuperio epiſcopo Tholoſano ſalutem. Conſulẽti, tibi frater chariſsime, quid de propoſita ſpecie vnaquaq; ſentirem: pro captu intelligentiæ meæ, quæ ſunt viſa, reſpondi, quid ſequendum, vel quid vitandum docilis ratio perſuaderet, vel authoritas lectionis oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demonſtraret. Et quidem dilectio tua, inſtitutum ſequuta prudentium, ad ſedem apoſtolicam referre maluit, quid de rebus dubiis cuſtodire deberet: potius q̃ vſurpatione præſumpta, quæ ſibi viderentur, de ſingulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus, diſcere aliquid, q̃ omnino neſcire? Mihi quoq; ipſi de collatione docilitas accedit, dum perſcrutatis rationib', ad ꝓpoſita reſpõdere cõpellar: eoq; fit, vt ſemp aliqd addiſcat, qui poſtulatur, vt doceat. Proponã igiť ſingula, ſubiiciãq; reſpõſum.

Cap.1. De incontinentia ſacerdotum, vel leuitarum.

D.82. Propoſuiſti. PRopoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incõtinẽtes eſſe, aut fuiſſe generati filij prodiderũt. De his & diuinarum

rum

rum legum manifeſta eſt diſciplina,& beatæ recordationis viri Siritij epiſcopi monita euidentia commearunt:vt incontinentes,in officiis talibus poſiti,omni eccleſiaſtico honore priuarentur,nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri.Eſt enim vetus admodum ſacrę legis authoritas,iam inde ab initio cuſtodita, quòd in templo anno vicis ſuæ habitare pręcepti ſunt ſacerdotes: vt ſeruientes ſacris oblationibus,puri, & ab omni labe mundati ſibi vindicēt diuina myſteria : neq; eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent, vel cum vxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, dominus Deus veſter. Quibus vtiq; propter ſobolis ſucceſsionem vxoris vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quantò magis hi ſacerdotes, vel Leuitę pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus, vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſsione eſt:nec pterit dies, q̄ vel à ſacrificiis diuinis,vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi beatus Paulus Apoſtolus ad Corinthi.ſcribit,dicēs: Abſtinete vos ad tempus,vt vacetis orationi,& hoc vtiq; laicis præcepit: multò magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Quòd ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia,quo pudore,vel ſacrificare vſurpabit? aut qua conſciētia,quove merito exaudiri ſe credit, quum dictum ſit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem,& infidelibus nihil mundum?Sed fortaſſe hoc licere credit: quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virum: non permanenti in concupiſcentia generādi hoc dixit, ſed propter continentiam futurā. Neq; enim integros corpore non admiſit,qui ait: Vellem omnes autem ſic eſſe, ſicut & ego.Quod & apertius declarat dicēs: Qui autem in carne ſunt,Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne,ſed in ſpiritu:& habētem filios,non generātē dixit.Sed ea planè diſpar, & diuiſa ſentētia eſt.Nā ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ, pariter & diſciplinæ,q̄ ab epō Siritio ad prouincias commeauit, non probabitur perueniſſe,his ignorātibus venia remittitur:ita vt de cętero

Marginal notes: Luce.1. — 1.Para.24. — Levi.11. — Nume.8. — 1.Cor.7. — Tit.1. — 1.Timoth.3. — 1.Corint.7. — Roma.8. — Idē in conci. Agathen.c.9

penitus incipiant abſtinere. Et ita gradus ſuos, in quibus iu uenti fuerint, ſic retentent, vt eis non liceat ad potiora conſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittũt. Si qui autem ſciiſſe formam viuendi, miſſam à Siritio, deteguntur, neq; ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi: quia poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

Cap.2. De his, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus ſunt dediti, & in vltimo pœnitentiam poſcunt.

ET hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam, ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſeruatio prior, durior: poſterior, interueniẽte miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur pœnitẽtia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non reuocare à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, iam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit: & propter domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergò cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente ſaluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.

Cap.3. De adminiſtratoribus, vel iudicibus ſecularibus.

23. q. 4. *Quæſitũ eſt.* QVæſitum etiam eſt ſuper his, qui poſt Baptiſmum adminiſtrauerunt: & aut tormenta ſola exercuerũt, aut etiam capitalem protulere ſententiam. Nihil de his legimus
Roma. 13. à maioribus definitum eſſe. Meminerant enim, à Deo poteſtates has fuiſſe cõceſſas, & propter vindictã noxiorum gladium fuiſſe permiſſum: & Dei miniſtrum eſſe datum in huiuſmodi vindicem. Quomodò ergo reprehẽderent factum, qđ authore Deo viderent eſſe cõceſſum? De his ergò, ita, vt

hactenus

hactenus ſeruatū eſt, ſic habeamus: ne aut diſciplinam euertere, aut contra authoritatē dñi venire videamur. Ipſis autem, in ratione reddenda, geſta ſua omnia ſeruabuntur.

Ca. 4. Quòd viri cum adulteris vxoribus non conueniant.

ET illud deſideratum eſt ſciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant: cùm econtra vxores in conſortio adulterorum virorum manere videant. Super hoc Chriſtiana religio adulterium in vtroq; ſexu pari ratione condemnat. Sed viros ſuos mulieres non facilè de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem, latente cōmiſſo, nō facilè quiſquā ex ſuſpitionib' abſtinet. Qui vtiq; ſubmouebit, ſi eius flagitium detegat. Cū ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit. *32. q. 5. Chriſtiana religio.*

Cap. 5. Quòd qui preces, vel crimina dictant, habeantur immunes.

ILlud etiam ſciſcitari voluiſti, an preces dictantibus liberum concedatur: vtiq; poſt baptiſmi regenerationem, à principibus poſcere mortem alicuius: vel ſanguinem de reatu: quam rem principes nunquam ſinè cauſæ cognitione cōcedunt, ſed ad iudices commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, vt cauſæ cognitæ vindicentur. Quæ cùm quæſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio, pro negotij qualitate profertur: & dum legum authoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis. *23. q. 4. Illud etiam.*

Cap. 6. Quòd hi, qui (intercedente repudio) diuortium pertulerunt, ſi ſe nuptiis aliis iunxerint, adulteri eſſe monſtrentur.

DE his etiam requiſiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij ſe matrimonio copularunt, quos in vtraq; parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui verò, vel vxore viuente, (quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium) ad aliam copulam feſtinarunt, neq; poſſunt adulteri non videri: intantùm, vt etiam hæ perſonæ, quibus tales coniuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundùm illud quod legimus in euangelio: Qui dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliam, mœchatur. Similiter, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Et ideo tales omnes à commu- *Mat. 19. & 5.*

nione fidelium abſtinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale ſtatui poteſt, niſi incentores illiciti conſortij fuiſſe detegantur.

Cap.7. Qui libri in canone recipiantur.

QVi verò libri recipiantur in canone ſanctarũ ſcripturarũ, breuis annexus oſtẽdit. Hęc ſunt ẽrgo quę deſiderata moneri voce voluiſti, Moyſi libri quinq;, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuitic⁹ &c. Cętera autẽ, q̃ vel ſub nomine Matthiæ, ſiue Iacobi minoris, vel ſub nomine Petri, & Ioannis, quæ à quodam Leutio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreę, quæ à Nexocharide, & Leonide philoſophis, & ſub nomine Thomæ, & ſi qua ſunt alia, non ſolùm repudianda, verũ etiã noueris eſſe damnada. Datũ, decimo Calen. Martij Stilicone. 2. & Antemio, viris clariſsimis conſulibus.

Nota.

Sequitur eiuſdem epiſtola quarta, ad Fœlicem Nucerianum epiſcopum.

Epiſtola. 4. INnocentius Fœlici epiſcopo Nuceriano. Mirari non poſſumus, dilectionem tuã ſequi inſtituta maiorũ, omniaq́;, quæ poſſunt aliquam recipere dubitationẽ, ad nos, quaſi ad caput, atq; ad apicem epiſcopatus referre: vt conſulta (videlicet) ſedes apoſtolica, ex ipſis rebus dubiis, certum aliquid faciendum pronunciet. Quod & nos libenter accipimus: & dilectionem tuam memorem canonum approbamus. Scripſiſti ẽrgo, quòd feruore fidei, quo polles, & amore ſanctæ plebis, vel reparaueris eccleſias Dei, vel nouas quaſq; conſtruxeris: ſed in his clericos, quos conſtituas, non habere: aliquos verò mutilos, aliquos digamos eſſe. Ad quod ſtupuimus, prudentem virum de his voluiſſe conſulere, quæ omnibus ſunt certa ratione comperta. Ergo non quaſi ignoranti dicimus: ſed, in aliis forſitan occupatos, iſtud oblitos vos eſſe dicimus.

Ca.1. Si quis, volens, partem ſui corporis amputauerit, clericus eſſe non poteſt: nolens autem, poteſt.

QVi igitur partem cuiuſlibet digiti ſibi ipſe volens abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciẽs, ſe non ſponte percuſsit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti, non

non abiici. In illis enim voluntas iudicata eſt, quæ ſibi auſa fuerit ferrum iniicere, quod (ſcilicet) & alij id facere dubitari non poſsit: in iſtis verò caſus veniam meruit.

Cap. 2. Quòd digami ad clerum admitti non poſſint.

DE digamis autem nec conſuli debuit, quòd manifeſta lectio ſit Apoſtoli, Vni⁹ vxoris virũ ad ſacerdotium, ſiue ad clericatum admitti debere: & hanc ipſam tñ, ſi virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit ante virũ, licet defunctus ſit, tamen ſi clerico poſtea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, eſſe non poterit: quia in lege cautũ eſt, Non viduã, non abiectam habere poſſe coniugem ſacerdotem. 1. *Timo.* 3. & *Tit.* 1. *Leui.* 21.

Cap. 3. Qui de laicis ad clerum non debeant promoueri.

DE laicis verò religio tua conſuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certum eſt quidem, hoc regulas eccleſiaſticas continere, ſed non ita definitum eſt, vt de omnibus ſit laicis conſtitutum. Neq; enim clerici naſci, & non fieri poſſunt: ſed deſignata ſunt genera, de quib⁹ ad clericatum peruenire non poſſunt, id eſt, ſi qs fidelis militauerit, ſi quis fidelis cauſas egerit, hoc eſt, poſtulauerit, ſi quis fidelis adminiſtrauerit. De curialibus autem manifeſta ratio eſt, qm̃ & ſi inueniantur huiuſmodi viri, qui debeant clerici fieri: tñ, qm̃ ſæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his eſt propter tribulationem, quæ ſępè de his eccleſię prouenit. D. 31. *Deſignata ſunt.*

Cap. 4. Qui de laicis poſſint clerici fieri. Hic apertè concubina prohibetur.

LAici verò, qui habentes vxores, baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aũt clericis iuncti ſint, aut monaſteriis, ex quo baptizati ſunt, hæſerint, & ſi non concubinam, non pellicem nouerint, ſi in bonis operibus vigilauerint, non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi. D. 33. *Laici.*

Cap. 5. De temporibus in clero numerandis.

ITa ſanè, vt in eos tempora à maioribus conſtituta ſeruentur. Nec citò quilibet lector, citò acolytus, citò diaconus, citò ſacerdos fiat: quia in minoribus officiis ſi diu perdurent, & vita eorum, pariter & obſequia comprobantur: vt ad ſacerdotium poſt hac emenſis ſtipendiorum meritis veniãt, nec prripiant, quod vita probata mereẽ accipere. Quo-

niam ergo certa definitione monſtratũ eſt, qui debeant admitti, quivè reprobari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non poſſe reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si em̃ nullã gratiã hominibus, aut beneficium præſtare velimus, tales inuenire poſſumus, de quorum aſſumptione nec incurrere ſcandalum, nec erubeſcere valeamus.

Sequitur eiuſdem epiſtola viceſimaquarta ad ſynodum in Toletana ciuitate conſtitutam.

Cap.1. De Hiſpanorum reprehenſione, qui inordinatè conſtituunt clericos.

Epi'a.24. INnocentius vniuerſis epiſcopis in Toletana ſynodo conſtitutis, dulciſsimis fratribus in domino ſalutem. Sæpè me & nimium cùm teneret cura ſolicitum, ſuper diſſenſionis ſchiſmate eccleſiarum: quod malum per Hiſpanias latius indies ſeparationis gradu incedere fama proloquitur, neceſſarium tempus emerſit, quo non poſsit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ conſuetudinis vitio Hiſpanienſes epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundùm maiorum traditionem ſtatuendũ: niſi perpẽderemus, ne perturbationes quãplurimas eccleſiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, vt, propter numerum corrigendorum, ea, quæ quoquomodò facta ſunt, nõ in dubium vocemus, ſed Dei potius dimittamus iudicio.

Cap.2. Vt cauſidici, vel curiales, vel ſeculari militiæ deditiad clerum non admittantur.

D.51. *Aliquãtos ex.* QVantos enim ex eis, qui poſt acceptam baptiſmi gratiã, in Forenſi exercitatiõe verſati ſunt, & obtinẽdi pertinaciã ſuſceperunt, accitos ad ſacerdotium eſſe cõperimus, è quorũ numero Rufinus, & Gregorius perhibentur? quãtos ex militia, qui cum poteſtatibus obedierunt, ſęuera neceſſariò pręcepta ſunt exequuti? quantos ex curialibus, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata, fecerunt? quãtos, qui voluptates, & editiones populo celebrarũt, ad honorem ſummi ſacerdotij perueniſſe: quorum omnium neminem, ne ad ſocietatem quidem ordinis clericorũ, oportuerat perueniſſe? Quæ ſi ſingula diſcutienda mandemus, non modicos motus, aut ſcandala Hiſpaniẽſib⁹ prouincijs,

quibus

quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus: idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed, ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas prouidere debebit: vt tantæ vſurpationi, ſaltem nunc, finis neceſſarius imponatur: eo videlicet conſtituto, vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur.

Cap. 3. Vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur.

POſt hæc, ſi quis aduerſus formas canonum, vel ad eccleſiaſticum ordinem, vel ad ipſum ſacerdotium venire tentauerit: vnà cum ordinatoribus ſuis, ipſo, in quo inuenti fuerint ordine, & honore priuentur. Et quamuis dilectioni veſtræ, fratres chariſsimi, regulæ Nicænæ ſint cognitæ, ſecundum quas ordines eſſe faciendos per ſententiam decernitis: tamen aliquam partem, quę de ordinationibus eſt prouiſa, inſerendam putaui: vt ſecundum eam ordinationes in poſterum celebrãdas eſſe ſciamus, ne cui interpretandi aliter, liberum arbitrium relinquatur. Ac primum, quæ ſunt prohibita, digerantur.

Cap. 4. De commemoratione Nicæni Concilii, in quo ſupradicta prohibentur.

NE quiſpiam, qui poſt baptiſmum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti: neq; qui cauſas poſt acceptum baptiſmum egerint, aut qui poſt acceptam Dei gratiam adminiſtrauerint: neq; de curialibus aliquem ad eccleſiaſticum ordinem venire poſſe, qui poſt baptiſmum, vel coronati fuerint, vel ſacerdotium (quod dicitur) ſuſtinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de curialibus eſt cauendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando à ſuis curiis, quod frequenter videmus accidere, poſcantur. Quæ omnia, rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus cuſtodiri. *Nicænæ ſynodi. c. 11. & 12.*

Cap. 5. Quales eligendi ſunt in ordine clericorum.

QVales verò eligendi ſunt in ordine clericorum, euidens forma declarat: id eſt, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio ſociati: vel, ſi maiores ſunt, cum fuerint Dei gratiam conſequuti, ſtatim ſe eccleſiaſticis ordinibus mancipauerint. Et ſi vxores habuerint, quærendum, *In dec. Siritii ad Himerium.*

Leui.21 ſi vxorem virginem habuerint, quia ſcriptum eſt in veteri Teſtamento: Vxorem virginem accipiat ſacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei ſemel nubant. Neq; qui duas vxores habuerit, quia Paulus Apoſtolus ait: Vnius vxoris virum. *1. Timoth.3. & Tit.1.*

Cap. 6. De eo, qui ante baptiſmum vxorem habuit, & poſt baptiſmum aliam, vt clericus non fiat.

In epiſto. Inno. ad Rufum cap.2. NEc illud debere admitti, quod aliquanti pro defenſione praui erroris opponũt, & aſſerũt, quòd ante baptiſmum omnia dimittunt: non intelligentes huiuſmodi, quòd ſola in baptiſmo peccata dimmittuntur, non vxoris numerus aboletur. Nam ſi à Deo (vt ſcriptum eſt) præparatur viro vxor: & quod Deus iunxit, homo non ſeparet, & ipſi authores generis humani in origine à Deo benedicuntur, quo modo inter peccata iſta creduntur poſſe dimitti? Quòd ſi ſecundum illos, qui ita credunt, verum eſt, ergo omnis iniuſtitia, quę à catechumenis ante baptiſmum fuerit operata, per baptiſmum aufertur. Nullus ergo contra Apoſtolum tale aliquid ſentiat, nec admittat: ſed fideliter intelligat: Vnius vxoris virum, ſiue antè baptiſmũ eſſe nominatũ, ſiue poſt baptiſmum. Si enim vxor, antè baptiſmum accepta, non ducitur in numerum: nec filij ex eadem ſuſcepti, inter filios poterunt nominari. Quod, quàm abſurdum ſit, atq; alienum prudentia veſtra melius æſtimabit. Vndè neminem liceat interpretari aliter diuinas ſcripturas, niſi quod recta ratio permittit: ne dum quidã remedia ſibi iniqua ad excuſationem præparant, ex eo rupiſſe legem, & regulas euertiſſe, iudicentur. Sed ea tenenda ſunt quæ diuinarũ ſcripturarum ſeries continet, & à ſacerdotibus vtili ratione ſunt conſtituta. Benè valeatis, fratres chariſsimi. *Prouerb. 19.* *Matth.19. & Mar. 10.*

Lege in volumine Conciliorum fol. 277. pag. 2. Extat epiſtola Concilij Cartha. ad Innocentium Papam in qua ſequentes damnãtur errores Pelagij, & Cæleſtini.

Error. 1.

QVòd naturaliter poſsit implere legem, qui vult, & quòd Deus legem ad adiutorium dedit. *Error. 2.*

AD perficiendam iuſtitiam, & Dei mãdata complenda, ſola humana ſufficere poteſt natura. *Error. 3.*

PAruuli propter ſalutem, quæ per ſaluatorem Chriſtum datur, baptizandi non ſunt.

Ad hæc reſcripſit Innocentius, in epiſtola.25. in qua gratulatur epiſcopis Carthagineñ. eccleſiæ de ſolicitudine ſua. Deinde damnat propoſitos errores, & authores eorum, Pelagium, & Cœleſtinũ: & quia nihil addit ad epiſtolam Concilij Carthaginẽ. Ideo non cenſuimus ſubiiciendã hoc loco.

Epiſtola Concilij Mileuitani ad Innocentium Papam, quæ incipit: Domino beatiſsimo, meritoq; venerabili Papæ Innocentio &c. In qua ſequentes damnantur errores. *Vide in conciliis fo.279 pag.2.*

Primus, poteſt homo in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iuſtitiæ, ſine adiutorio gratiæ ſaluatoris, per ſolum liberæ voluntatis arbitriũ peruenire: vt etiam non ſit neceſſariũ dicere: Dimitte nobis debita noſtra.

Secundus, illud: Ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum, tanquàm diuinum adiutorium poſcere debeamus, nec in peccatum tentati decidamus: quoniam hoc in noſtra poſitum eſt poteſtate, & ad hoc implendum, ſola ſufficit hominis voluntas.

Tertius, non eſt orandus Deus, vt contra peccati malum, & ad operandam iuſtitiam, ſit noſter adiutor.

Quartus, non opitulatur paruulis, ad conſequendam vitam æternam, Chriſtianæ gratiæ ſacramentum.

Reſcripſit Innocentius Papa ad Mileuitanũ Concilium. Eſt inter epiſtolas illius.26. In qua primum gratulatur de ſolicitudine ſua, & quòd in rebus arduis conſulant eccleſiam Romanam, deinde damnat propoſitos errores, & quia nihil addit ad epiſtolam Concilij Mileuitani, cẽſuimus eam non eſſe ſubiiciendam hoc loco. *In Conciliis fo.280. pa.1.*

Hæc eadẽ explicatius in cõcilio Mileuitano definita ſunt.

CONCILIVM MILEVITANVM SVB INnocẽtio primo Papa, à quo confirmata ſunt in eo definita. *Conciliũ Mileuitanum.*

Glorioſiſsimis Imperatoribus Archadio, & Honorio Auguſtis, viris clariſsimis conſulibus, 6. Calen. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in ſecretario Baſilicæ, cum Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginis in Concilio vniuerſali conſediſſet, aſtãtibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit: Quoniam eccleſiæ ſanctæ vnum eſt corpus, omniumq; membrorum caput eſt vnũ, factum eſt, volente Domino, ac noſtram infirmitatẽ iuuante, vt ad hanc eccleſiã conueniremus, dile- *Huic cõcilio interfuit Anſelmus Ro. eccleſiæ legat. cõtra Pelag.*

ctionis,

ctionis,& fraternitatis gratia inuitati. Vnde quęſo charitatẽ veſtram, quia ita credendũ eſt, quòd noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus, nec inſuauis eſt cũctis: ideoq́; pariter quędã, de cauſis fidei (vnde nunc quęſtio Pelagianorũ imminet) in hoc cœtu ſanctiſsimo primitus tractetur: deinde ſubſequantur & aliqua, quę diſciplinę eccleſiaſticę neceſſaria exiſtũt.

Cap.1. Contra Pelagianos, qui dicunt etiam ſinè peccato mori potuiſſe Adam.

De conſ. d. 4 Placuit igĩ. PLacuit ẽrgo omnibus epiſcopis, qui fuerũt in hac ſancta ſynodo, conſtituere hæc, quæ in pręſenti Concilio definita ſunt. Vt quicunq; dicit: Adam primum hominem mortalem factum: ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore: hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſsitate naturæ, anathema ſit.

Cap. 2. Quòd omnes in peccatorum remiſsione veraciter baptizentur.

De conſ. d. 4 Placuit. ITem placuit, vt quicunq; paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſsionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur: vnde fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis, in remiſsionem peccatorum, non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligẽdum eſt, quod ait Apoſtolus: *Roma. 5.* Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodũ eccleſia catholica, vbiq; diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſsionem veraciter baptizantur: vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Cap. 3. Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittit, ſed etiam adiuuat, ne committantur.

De conſ. d. 4 Placuit, vt. ITem placuit, vt quicunq; dixerit gratiam Dei, in qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum ad ſolam remiſsionẽ peccatorum valere, quę iam commiſſa ſunt: non etiam adiutorium, vt non committãtur, anathema ſit.

Cap. 4. Quòd per gratiam Dei ſciamus, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus.

Item

ITem, quiſquis dixerit, eandem gratiã Dei per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandũ, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atq; valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat Apoſtolus: Scientia inflat, charitas verò ædificat, valde impium eſt, vt credamus ad eam, quę inflat, nos habere gratiam Chriſti: ad eam, quæ ædificat, non habere, cum ſit vtrũq; donum Dei, & ſcire, quid facere debeam⁹, & diligere, vt faciamus: vt ædificante charitate, ſcientia non poſsit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt: Qui docet hominem ſcientiam, ita etiam ſcriptum eſt: Charitas ex Deo eſt.

De conſ. d. 4 Quiſquis dixe.

1. Corint. 8.

Pſal. 63.

Ioan. 4.

Cap. 5. Quòd gratia Dei præſtet, vt lex impleatur, non (ſicut ait Pelagius) facilè, quaſi ſinè gratia Dei difficilius poſsit impleri.

ITem placuit, vt quicunq; dixerit, ideo nobis gratiã iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius poſsimus implere per gratiã: tanq̃ & ſi gratia non daretur, non quidẽ facilè, ſed tamen poſsimus etiam ſinè illa, implere diuina mãdata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorũ Dominus loquebatur, vbi nõ ait: Sinè me difficili⁹ poteſtis facere, ſed ait: Sine me nihil poteſtis facere.

De conſ. d. 4 placuit, vt.

Ioan. 15.

Cap. 6. Quòd, iuxta ſententiam Ioannis Euangeliſtæ, nemo ſit, qui eſſe poßit ſinè peccato.

ITem placuit, quod ait ſanctus Ioannes Apoſtolus: Si diximus, quia peccatũ non habemus, noſipſos ſeducim⁹, & veritas in nobis non eſt: quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat: propter humanitatẽ non oportere dici, nos non habere peccatum, non quia veritas eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus, & adiungit: Si autẽ confeſsi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi ſatis apparet, hoc non tantùm humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere: Si dixerimus, quia non habemus peccatum, noſipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt. Sed cũ ait: Noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt, ſatis oſtendit eum, qui ſe dixerit non habere peccatum, non

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

non verum loqui, ſed falſum.

Cap.7. Quòd vnicuiq; etiam iuſto, dicere oporteat: Dimitte nobis debita noſtra.

Item placuit, vt quicunq; dixerit, in oratione Dominica ideo dicere ſanctos: Dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis hoc dicāt, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio: ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemq; ſanctorum: Dimitte mihi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra: vt hoc pro aliis potius quàm pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim, & iuſtus erat Apoſtolus Iacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additũ eſt omnes, niſi vt iſta ſententia conueniret & Pſalmo, vbi legitur: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens? Et in oratione ſapientiſſimi Salomonis: Non eſt homo, qui non peccet. Et in libro Iob: In manu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam. Vnde etiā Daniel ſanctus, & iuſtus cum in oratione pluraliter diceret: Peccauimus, iniquitatem fecimus: & cætera, quæ ibi veraciter, & humiliter confitetur: ne putaretur, quemadmodum quidam ſentiunt, hęc non de ſuis, ſed de populi ſui potius dixiſſe peccatis, poſtea dixit: Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo noſtro: noluit dicere, peccata noſtra, ſed populi ſui dixit, & ſua, quia futuros iſtos, qui tam malè intelligunt, tanquàm Propheta præuidit.

Matth.6. *Iacobi.3.* *Pſal.142.* *Eccle.7.* *Iob.27.* *Danie.9.* *Danie.9.*

Cap. 8. Quòd à ſanctis veraciter dicitur: Dimitte nobis debita noſtra.

Item placuit, vt quicunq; verba ipſa Dominicæ orationis, vbi dicimus: Dimitte nobis debita noſtra: ita volũt à ſanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat, orantē, & non hominibus, ſed ipſi Domino mentientem, qui labiis ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur, debita non habere? Hucuſque de fide contra Pelagi. nunc regulę tractentur eccleſiaſticæ.

Matth.6.

Cap.9. Quòd ad communes cauſas eccleſiæ, generale Concilium congregari oporteat, in priuatis verò cauſis, ſpeciale vniuſcuiuſq; prouinciæ.

Regulæ eccleſiaſticæ.

Placuit, vt non ſit vltrà fatigandis fratribus anniuerſaria neceſsitas: ſed quoties exegerit cauſa communis, id eſt, totius

tius Aphricæ, vndecunq; ad hanc ſedem pro conciliò datæ literæ fuerint, congregandam eſſe ſynodum in ea prouincia, vbi oportunitas perſuaſerit. Cauſæ autem, quæ communes non ſunt, in ſuis prouinciis iudicentur.

Cap. 10. Vt epiſtolas ad Concilium euocandum metropolitanus ſubſcribat, & dirigat.

PLacuit etiam pati, vt omnium epiſcoporum epiſtolis omnibus, de concilio dandis, ſanctitas tua ſola ſubſcribat.

Cap. 11. Vt de hæreticis, & infidelibus quicquid in concilio conſtituitur, à principe impetretur.

PLacuit & illud aduerſus hæreticos, vel Paganos, vel eorum ſuperſtitiones, vt legati miſsi de hoc glorioſo Concilio, quicquid vtile prouiderint, à glorioſiſsimis principibus impetrent.

Cap. 12. Vt preces, & orationes compoſitæ, niſi probatæ fuerint in Concilio non dicantur.

PLacuit etiam & illud, vt preces, vel orationes, ſeu Miſsæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in eccleſia: niſi quæ à prudentioribus tractatæ, vel cõprobatæ in ſynodo fuerint: ne fortè aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.

Cap. 13. Vt poſteriores anterioribus epiſcopis non præferantur.

PAlentinus epiſcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ veſtræ, proſequar ea, quę neceſſaria ſunt eccleſiaſticę diſciplinæ. Scimus enim, ſic inuiolatè permanſiſſe eccleſiaſticam diſciplinã, ita vt nullus fratrum prioribus ſuis ſe aliquando auderet anteponere: ſed officiis legitimis id ſemper exhibitum eſt prioribus, quod ab inſequentibus rationabiliter ſemper acciperetur. Hunc ordinem iubeat ſanctitas veſtra, melius veſtris interlocutionibus roborare. Aurelius epiſcopus dixit: Non decuerat quidẽ, vt hæc repeteremus, niſi fortè exiſterent inconſideratæ mentes quorũdam, quæ ad hęc ſtatuenda noſtros acuerent ſenſus. Sed & communis hęc cauſa eſt, quam inſinuauit frater, & coepiſcopus noſter: vt vnuſquiſq; noſtrũ ordinem, ſibi decretum à Deo, cognoſcat, & poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid

aliquid agere præſumant. Qua de re oportet eos, qui putauerint, ſpretis maioribus, aliquid præſumẽdum, competenter eſſe ab omni Concilio coercendos. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus, & à maioribus eſt ſeruatus, & à nobis, Deo propitio, ſeruabitur, ſaluo etiam iure primatus Numidiæ, & Mauritaniæ.

Cap. 14. Vt epiſcopi pro tempore conſecrationis ſuæ literas ab ordinatoribus habeant.

DEinde placuit, vt quicunq; deinceps ab epiſcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis, manu eorum ſubſcriptas, continentes conſulem, & diem: vt nulla altercatio de poſterioribus, vel anterioribus oriatur.

Cap. 15. Vbi primum quis legerit, ibi permaneat clericus.

D.72. Placuit. ITem placuit, vt quicunq; in eccleſia, vel ſemel legerit, ab alia eccleſia ad clericatum non teneantur.

Cap. 16. Vt pro cauſis eccleſiarum executores, vel aduocati à principe poſtulentur.

PLacuit preterea, vt executoribus in omnibus iuſtis deſideriis impertiatur. Placuit etiam, vt petatur à glorioſiſsimis Imperatoribus, vt iubeāt iudicibus, dare petitos ſibi defenſores ſcholaſticos, qui in actu ſint, vel in officio defenſionum cauſarum eccleſiaſticarum, more ſacerdotum: vt prouinciç, idem ipſi qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotiis eccleſiarum (quoties neceſsitas flagitauerit) vel ad obſiſtendum calidè decipientibus, vel obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.

Cap. 17. Vt neq; dimiſſus, neq; dimiſſa alteri coniungantur.

32. q. 7. Placuit, vt. 1. Cor. 7. PLacuit, vt ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neq; dimiſſus ab vxore, neq; dimiſſa à marito, alteri coniungantur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quòd ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem Imperialem petendam promulgari.

Cap. 18. De his, qui in ſua prouincia non communicant, vt alibi non communicent.

PLacuit, vt quicunq; nõ cõmunicat in prouincia propria, & in aliis prouinciis, vel tranſmarinis partibus ad cõmunicandũ obrepſerit, iacturã cõionis, vel clericatus excipiat.

Cap.

Cap.19. De clericis, qui apud principem ſeculare iudicium, aut ſynodale impleuerint.

PLacuit, vt quicunq; ab Imperatore cognitionē iudiciorū publicorū petierit, honore proprio priuetur. Si autē epiſcopale iudiciū ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit. *11.q.1. Placuit quicunq;.*

Cap.20. Vt ſinè formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, & qualiter formatæ fiant.

PLacuit, vt quicūq; clericus, ꝓpter neceſsitatē ſuam alicubi ad comitatū ire voluerit, formatā ab epiſcopo ſuo accipiat. Quòd ſi ſinè formata voluerit pergere, à cōione remoueat. Quòd ſi alicubi ei repētina neceſsitas orta fuerit, ad comitatū pergēdi, alleget apud epm̄ loci eius ipſam neceſsitatē, & de hoc ſcripta eiuſdē epiſcopi deferat, formatę autem, quę à primatibus, vel à quibuſcunq; epiſcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ. Quòd ſi adhuc eiuſdem anni Paſchę dies incerta eſt, ille præcedēs adiungatur, quomodo ſolet, poſt conſulatum, in publicis geſtis aſcribi.

Cap. 21. De epiſcopis, qui, quod repetere poterant, prætermiſſa ſynodo inuaſerunt.

ITem placuit, vt quicūq; epiſcopi, quaſcunq; eccleſias, vel plebes, quas ad ſuam cathedrā ęſtimant pertinere, nō ita repetierint, vt cauſas ſuas, epiſcopis iudicātibus, agāt: ſed ſi ab alio retinente irruerint, ſiue volētibus, ſiue nolētibus plebibus, cauſę ſuę detrimentū patiātur. Et quicunq; iam hoc fecerint, ſi nondū eſt inter epiſcopos finita cōtētio, ſed adhuc inde cōtendūt: ille diſcedat, quē conſtiterit, pretermiſsis iudiciis eccleſiaſticis, irruiſſe. Nec ſibi quiſq; blādiatur, ſi à primate, vt retineat, literas impetrarit: ſed ſiue habeat literas, ſiue non habeat, cōueniat eum, qui tenet, & eius literas accipiat: vt eū appareat, pacificè tenuiſſe eccleſiā ad ſe pertinentem. Si autē ille aliquam quęſtionē retulerit, per epiſcopos iudices cauſa finiatur, ſiue quos eis primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſultu primatis delegerint. *16.q.6. Placuit, vt.*

Cap.22. De clericis, qui de iudicio epiſcoporum ſuorum conqueruntur.

ITē placuit, vt presbyteri, diaconi, vel cęteri inferiores clerici in cauſis, quas habuerint, ſi de iudiciis epiſcoporum ſuorū queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiāt, & inter eos quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex cōſenſu epiſcoporū *2.q.6. Placuit, vt pſbyte.*

ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandũ putauerint, nõ prouocẽt, niſi ad Aphricana cõcilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autẽ, qui putauerit appellandum, à nullo intra Aphricam in cõmunionem ſuſcipiatur.

Cap. 23. *De his, qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.*

PLacuit, vt quicũq; cõuerſus ab hæreticis, dixerit, ſe apud eos pœnitentiam accipere, vnuſquiſque catholicus epiſcopus requirat, vbi & ob quam cauſam apud eoſdem hæreticos pœnitentiam ſuſceperit: vt cum documentis certis hoc ipſum approbauerit, ſibi pro qualitate peccati, ſicut eidem epiſcopo catholico viſum fuerit, tempus pœnitentiæ, vel reconciliationis decernat.

Cap. 24. *De epiſcopis negligentibus aduerſus hæreticos.*

16.q.3.*Placuit, vt.* ITem placuit, vt quicunq; negligunt loca, ad ſuam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari: conueniantur à diligentibus vicinis epiſcopis, vt id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex mẽſes à die conuentionis, non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant: ita ſanè, vt ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impunè vt ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentam, vt eo modo eius cura ſolertior vitaretur: cum hoc iudices epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sanè, ſi epiſcopi inter quos cauſa verſatur, diuerſarum ſunt prouinciarum: ille primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito, vicinos iudices elegerint: aut duo eligãtur, aut tres. Quòd ſi tres elegerint, aut omnium ſententiã ſequãtur, aut duorũ. A iudicibus autem quos cõmunis conſenſus elegerit, non liceat prouocari. Et quiſquis probatus fuerit, pro contumacia nolle obtemperare iudicibus: cũ hoc primę ſedis epiſcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei cõmunicet epiſcoporũ, donec obtemperet.

2.q.6.*A iud.* 2.q.6.*Quiſquis.*

Cap. 25. *Vnde ſuprà.*

SI in matricibus cathedris epiſcopus negligens fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur à vicinis epiſcopis diligentibus: & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſsit. Quòd ſi ex die, quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem ca

tholicam

tholicam conuertendos curauerit:non ei cõmunicetur, donec impleat. Si autẽ executor ad loca non venerit, non aſcribatur epiſcopo. Si autẽ probatũ fuerit, eum de cõmunione illorũ fuiſſe mentitũ, dicendo eos cõmunicaſſe, quos (eo ſciente) non cõmunicaſſe conſtiterit, etiã epiſcopatũ amittat.

Cap.26. De virginibus, quæ infra vigintiquinq; annos neceſſitate cogente velantur.

ITem placuit, vt quicunq; epiſcoporũ neceſsitate periclitãtis pudicitię virginalis (cũ vel petitor potẽs, vel raptor aliquis formidatur: vel ſi aliquo etiã mortis ſcrupulo periculoſo cõpuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorũ curam pertinet) velauerit virginem, ſeu velauit intra vigintiquinq; annos ætatis, non ei obſit conciliũ, qđ de iſto annorũ numero conſtitutũ eſt.

Cap.27. De epiſcopis, qui poſt acta Carthaginenſis ſynodi, retenti ſunt ad reliqua peragenda.

ITem placuit, ne diutius vniuerſi epiſcopi, qui ad conciliũ congregati ſunt, tenerentur, ab vniuerſo concilio ternos iudices de ſingulis prouinciis eligi. Et electi ſunt de prouincia Cartha. Vincentius, Fortunatianus, & Clarus. De prouincia Numidiæ Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus. De prouincia Byzancena, cum ſancto ſene Donatiano primate Creſconius, Iocundus, & Emilianus. De Mauritania Siriphenſi Seuerianus, Aſiaticus, & Donatus. De prouincia Tripolitana Plautius, qui (ex more) legatus vnus eſt miſſus: qui omnes cum ſancto ſene Aurelio vniuerſa cognoſcãt. A quo petiit vniuerſum conciliũ, vt cunctis ſiue geſtis, quę cõfecta iam ſunt, ſiue epiſtolis ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerũt. Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & perlecto ſubſcripſi. Donatianus Telepienſis primæ ſedis ſubſcripſi. Auguſtinus Hippone Regienſis ſubſcripſi. Similiter & omnes epiſcopi ſubſcripſerunt. *Subſcriptio.*

Finit Concilium Mileuitanum.

Decreta Zozimi Papæ.

ZOzimus Papa, natione Gręcus, ſedit ann. 1. mẽ. 2. dies. 11. ſub Honorio, & Theodoſio Iuniore. Hic Paſchale cereũ ſacrauit. Seruis ſacerdotio, ſacerdotib⁹ verò tabernis ĩterdixit. Ex eius decretis hoc extat ex Gratiano deſumptum.

Zozimus põti. 41. Tẽporebuius fuit Lucĩ⁹ hereticus: et Pelagius damnatus eſt.

25.q.1. Contra decreta. Cōtra ſtatuta Patrū condere aliqd,vel mutare, nec huius quidē ſedis poteſt authoritas. Apud nos enim incōuulſis radicibus viuit antiqtas,cui decreta Patrū ſanxere reuerentiā.

In conciliis. fo.288.pa.2 Extant etiam eiuſdē duę decretales epiſtolę, altera ad Iſychium Salonitanum epiſcopum, altera ad clerum Rauennatium. *Decreta Bonifacii primi Papæ.*

Bonifacius 1.Ponti. 42. Bonifacius primus,Romanus,ſedit ann.3.mēſibus.8.Hic, Eulalio ſchiſmatico ſuperato,ſtatuit,ne mulier Sacra attingeret,nec incenſum adoleret.Prohibuitq;,ne obnoxius,aut errans,aut annis.30.minor ad ſacerdotiū admitteretur. Hierony. vita,& obitus Huius Pontificatum inſignem reddidit diuus Hierony.presbyter.Moritur in Bethlehem ętatis ſuę an.91.Quantū hic vita, & doctrina iuuerit eccleſiā Dei, aliis iudicandum relinquo. Siquidem claruit miraculis, & eius ſcripta omnibus ſunt in pretio.Decretum eiuſdem Bonifacij, De ætate presbyterorum,ne ante. 30.ann. ordinentur, prætermiſimus, quia hoc idem exaratum eſt in ſtatutis Fabiani. *Suprà in decretis Fabiani pap. in. 3. epiſtola.*

CONCILIVM CARTHAGINENSE. SEXtum,ab epiſcopis.217. celebratum.

Conci. Carthaginen. 6. In hoc cōcilio,quæ ſtatuta ſunt,breuis declarat annexus. Primū,interfuit Legatio eccleſiæ Ro. Fauſtinus epiſcopus, Philippus,& Aſelluspręsbyteri. Deinde actum eſt,vt ab epiſcopis Orientalibus peteretur Nicęnū concilium. Vbi,in pręſentia omnium, exemplaria Nicænæ ſynodi (ſicut à Patribus conſtituta fuere)in medium prolata ſunt. Poſtremò recitata fuit profeſsio fidei Nicæni Concil. quam ſuperius poſt canones ſuo loco inſeruimus. *vide ſuprà pag.61.*

Explicit Concilium Cartha. 6. prouinciale.

Cōcil.Car.7 CONCILIVM CARTHAGINENSE SEPTImum ſub eodē Bonifacio.1. per.38. epiſcopos celebratū eſt,

Suprà in conci.Cartha.3. & in Mileuitano. nihil habens,qđ ad noſtra hęc tēpora ptineat. In hac ſynodo fuerūt recitati canones cōciliorū diuerſorū vniuerſę prouinciæ Aphricæ,numero.105. Quos non recenſemus, quia quę ibi decreta ſunt, ſuperioribus probantur inſerta.

In cōcili. fo. 294. pag. 1. Hoc in loco adiecta ſunt etiā capita Nicęni cōcilij è Gręco in Latinū cōuerſa, miſſa ab epiſcopis Orientalibus ad Concilium Aphricanū,ſicut in Cōcil.Carth.6.Latius explicantur in volu.Cōcil. *Decreta Cæleſtini primi Papæ.*

Cæleſtinus

Caeleſtinus.1. Romanus ſedit an.8. mēſibus.10.dies.17. Hic Pſalterium antiphonis interſtinxit: introitus, Gradus, Tractus, offertoria, cōmuniones, & orationes inſeruit Miſsæ. Clericos canonicarum inſtitutionū doctos eſſe voluit. Scothos, atq; Britannos in viam Chriſti reduxit.

Caeleſtinus Pont.43. Sub hoc Pōt. moritū B. Auguſtinus. & Neſtorius in Mariam matrem Dei blaſphemauit.

Extat epiſtola eius ad epiſcopos Galliæ, in qua dānat errores Pelagij, quos iam damnarat Innocentius primus in epiſtola ad Carthagineñ. Concilium, cuius initium eſt: Inquirendo de his rebus, quas omni &c. Quos etiā dānauit Concilium Mileuitañ. Ideo ſuperuacaneum duximus hic omnia illa transcribere per capita, niſi titulis dūtaxat in hac ſerie expreſsis.

Hæc oīa plenius in cōciliis. fol.309. pag.2.

Primū notat, quòd niſi gratia Dei iuuemur, inſidias Diaboli euitare non poſſumus.

Secundò, quòd Adam omnes homines læſerit: nec quempiam per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei erexerit.

Tertiò, quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus eſt bonus.

Quartò, quòd per Chriſtū libero bene vtamur arbitrio.

Quintò, quòd omnia ſanctorum merita, dona ſint Dei.

Sextò, quòd omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis, ex Deo ſunt.

Septimò, ꝙ gratia Dei non ſolū peccata dimittat, ſed etiam adiuuet, ne cōmittātur, & pręſtet, vt lex impleat: non ſicut Pelagi⁹ ait, facilè, q̄ſi ſinè gr̄a Dei difficili⁹ poſsit īpleri.

Octauò, quòd pręter ſtatuta ſedis Apoſtolicę, omnes orationes eccleſię gratiam Chriſti reſonant: qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur.

Nonò, quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtatur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis, & inſufflationibus ſpiritus ab eis expelluntur immundi.

Extat altera epiſtola eiuſdē Cæleſtini ad eoſdē epiſcopos Gallię, quos corrigit in nōnullis ſuperſtitionibus, vt ſequit.

Cap. 1. Quòd non debeant ſacerdotes amicti palliis in eccleſia miniſtrare.

Didicimus, quoſdam Dñi ſacerdotes ſuperſtitioſo potius cultui inſeruire: q̄ mentis, vel fidei puritati. Qui amicti pallio, & lumbos pręcincti, credunt ſe ſanctę ſcripturę fidē,

non per Spiritum,ſed per literam complexuros. Nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt,vt taliter ſeruarentur: cur non fiunt pariter, quæ ſequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus
Luca.12. vnà cum baculo teneantur? Habent autem ſuum iſta myſterium,& intelligentibus ita clara ſunt:vt ea magis,quà decet ſignificatione ſeruentur. Nam in lumborum præcinctione,caſtitas;in baculo,regimen paſtorale: in lucernis ardentibus, boni fulgor operis indicatur. De quo dicitur: Sic lu-
Matth.5. ceant opera veſtra. Diſcernendi à plebe, vel cæteris ſumus, doctrina non veſte: conuerſatione, non habitu: mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati,traditum nobis à patribus ordinem calcabimus: vt locum ſuperuacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius ſunt,quàm illudendi. Nec imponendũ eſt eorum oculis,ſed mentibus infundenda præcepta ſunt.

Cap. 2. Quòd nulli ſit vltima pœnitentia neganda.

26.q.6. Agnouimus morientes. AGnouimus pœnitentiam morientibus denegari:nec illorum deſideriis annui,qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquẽ reperiri,vt de Dei pietate deſperet,quaſi non poſsit ad ſe quouis tempore concurrenti, ſuccurrere: & periclitantem ſub onere peccatorum hominem redimere,quo ſe ille expediri deſiderat,& liberari. Quid hoc (rogo) aliud eſt,quàm morienti mortẽ addere,eiusq; animam, ſua crudelitate,ne abſolui poſsit,occidere? cùm Deus ad ſubueniendum ſit paratiſsimus, & inuitans ad pœnitẽtiam, ſic promittat peccatori inquiens: Quacunq; die conuerſus fue-
Ezechie.33. & 18. rit,peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris,ſed tantùm conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tẽpore pœnitentiam denegauerit. Et deſperat de clementia Dei,qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere, vel in momento poſſe non
Luca.23. credit. Perdidiſſet latro in Cruce præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet. Vera ergo ad Deum conuerſio, in vltimis poſitorum, mente potius eſt exiſtimanda, quàm tẽpore, Propheta hoc
Ez.18.&.33. taliter aſſerente: Cùm conuerſus ingemueris,tunc ſaluus eris.

eris. Cùm ergo Dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti: cùm ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

CONCILIVM EPHESINVM VNVM EX quatuor principalibus, ſub Cęleſtino primo Papa.

Concilium Epheſinũ cõtra Neſtoriũ

HAbitum eſt aduerſus Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui purum hominem ex ſancta virgine Maria natum aſſeruit: vt aliam perſonã carnis, aliam faceret deitatis. Nec vnum Chriſtum in verbo Dei, & carne ſentiret: ſed ſeparatim, atq; ſeiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prędicaret. Conuenit autẽ hęc ſynodus ſub Theodoſio Iuniore. Aera. 468. Anno ipſius Theodoſij. 25. Cui ſynodo vice ſancti Cęleſtini Papę (cuius anno penultimo celebrata eſt) præſedit beatiſsimus Cyrillus quondam Alexandrię epiſcopus, qui cũ vniuerſo concilio, ad eundem Neſtorium ſynodalia decreta tranſmiſit, vt habentur in epiſtola concilij Epheſini ad ipſum Neſtorium. In qua Symbolum fidei, quod à magno illo cõcilio apud Nicæam congregato traditum eſt, prolixè interpretãtur: vt iure optimo poſſint dici, ſumma quædam totius doctrinę Chriſtianę. Tertia ſynodus, ſecundum Fauſtinum Cretenſem in epitome, celebrata fuit anno Domini. 430. à ſecunda ſynodo vſq; ad hanc tertiam fluxerunt anni. 42. Pſellus ponit tantùm. 40.

In Conciliis. fo. 314. pa. 2

Sequuntur ea, quæ à 200. epiſcopis in ſynodo Epheſina congregatis cum anathemate definita ſunt.

Caput. 1.

SI quis non confitetur Deum eſſe veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem ſanctam virginẽ (peperit enim ſecundum carnem, carnem factum Dei verbum, ſecundum quod ſcriptum eſt: Verbum caro factum eſt) anathema ſit.

Decreta concilij Epheſini

Ioan. 1.

Cap. 2.

SI quis non confitetur carni ſecundum ſubſtantiã vnitum Dei patris verbum, vnumq́; eſſe Chriſtum cum propria carne, eundẽ, ſcilicet, Deum, ſimul & hominẽ, anathema ſit.

Cap. 3.

SI quis in vno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt vnitatẽ, ſola eas cõnexione coniungẽs, eãq́;, quę ſecundũ carnis dignitatẽ fit, vel etiam authoritatẽ, & poteſtatẽ, ac non potius

conuentu, qui per vnitatē factus eſt naturalē, anathema ſit.

Cap. 4.

SI quis in perſonis duabus, vel ſubſiſtētiis eas voces, quæ in Apoſtolicis ſcriptis continenī, & Euangelicis, diuidit; vel quę de Chriſto dicuntur à ſanctis vel ab ipſo: & aliquas quidem ex his, velut homini, qui pręter Dei verbum ſpecialiter intelligatur, aptauerit: illas autem tanquā dignas Deo, ſoli Dei patris verbo deputauerit, anathema ſit.

Cap. 5.

SI quis audeat dicere, hominem Chriſtum, Theophoron, id eſt, Deum ferentem, ac non potius Deum eſſe veraciter dixerit, tanquā filium per naturam, ſecundum quod verbum factum eſt caro, & communicauit, ſimiliter & nos carni, & ſanguini, anathema ſit.

Cap. 6.

SI quis dicit Deum eſſe, vel Dominum Chriſti Dei patris verbum, & non magis eundem ipſum confitetur Deum ſimul, & hominem, propterea, quòd verbū caro factum eſt, ſecundū ſcripturas, anathema ſit.

Ioan. 1.

Cap. 7.

SI quis velut hominem Ieſum, operante Deo verbo, dicit adiutum, & vnigeniti gloriam, tanquàm alteri pręter ipſum exiſtenti, tribuit anathema ſit.

Cap. 8.

SI quis audet dicere, aſſumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum, & connuncupandum Deum, tanquàm alterum cum altero (nam, con, ſyllaba ſuper adiecta hæc cogit intelligi) ac non potius vna ſupplicatione veneratur Emmanuel, vnamq; ei glorificationem dependet, iuxta quod verbum caro factum eſt, anathema ſit.

Ioan. 1.

Cap. 9.

SI quis vnum Dominum Ieſum Chriſtum glorificatum dicit à Spiritu ſancto, tanquam qui aliena virtute per eum vſus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos ſpiritus poſſe, & coram hominibus diuina ſigna perficere: ac non potius fatetur eius proprium ſpiritum, per quem diuina ſigna expleuit, anathema ſit.

Cap. 10.

POntificem, & Apoſtolum confeſsionis noſtrę factum eſſe Chriſtum, diuina ſcriptura cōmemorat. Obtulit enim

ſemet

ſemetipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo, & patri. *Heb.3.*
Si quis ergo Pontificem, & Apoſtolum noſtrum dicit fa- *Ephe.5.*
ctum, non ipſum Dei verbum (quando caro factum eſt, &
homo iuxta nos homines) ſed velut alterum præter ipſum
ſpecialiter hominem ex muliere: aut qui dicit, quòd pro ſe
obtuliſſet ſemetipſum oblationem, & non potius pro no-
bis ſolis (non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino *Eſa.53.*
neſciuit) anathema ſit. *Cap.11.*

SI quis non confitetur, carnem dñi viuificatricem eſſe: &
propriam ipſius verbi Dei patris: ſed velut alterius præ-
ter ipſum, coniuncti eidem per dignitatem, aut quaſi diui-
nam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem
eſſe, quia facta eſt propria verbi cuncta viuificare valentis,
anathema ſit. *Cap.12.*

SI quis non confitetur Dei verbum paſſum carne, & cru-
cifixum carne, & mortem carne guſtaſſe, factumq; pri- *1. Corin.5.*
mogenitum ex mortuis, ſecũdum quòd vita eſt, & viuifica-
tor vt Deus, anathema ſit. *Cap.13.*

Ait igitur magna, & ſancta ſynodus: Ipſum qui ex Deo
patre naturaliter natus, filium vnigenitum, Deum de *Idem habet*
Deo vero, lumen de lumine, per quem, & cum quo omnia *in concilio*
fecerit pater, hũc deſcendiſſe, incarnatum eſſe, & hominem *Calcedonen.*
factum, paſſum eſſe, & reſurrexiſſe tertia die, aſcendiſſe rur-
ſus in cælos. Hęc nos ſequi verba debemus, his nos conue-
nit obtẽperare dogmatibus, conſiderantes, quid ſit incarna
tum eſſe, & hominem factum Dei verbum. Non enim dici-
mus, ꝙ dei natura conuerſa, vel immutata facta ſit caro, nec *Nota, quid*
quòd in totum hominem, qui eſt ex anima & corpore, trãſ- *ſit hoĩem fa-*
formata ſit: ſed magis quòd carnem animatam anima ratio *ctum Dei ver*
nali ſibi copulauerit, verbũq; ſubſtantialiter, ineffabiliter, *bum.*
& incomprehenſibiliter factus ſit homo, & nuncupatus ſit
etiam filius hominis: non nuda tantummodò voluntate, ſed
nec aſſumptione ſola perſonę, ſed quòd diuerſæ quidem na
turæ in vnum conuenerint, vnus tamen ex ambabus Chri-
ſtus, & filius: non euacuata, vel ſublata diuerſitate natura-
rum per coniunctionem, ſed quia ſimul nobis effecerunt,
vnum Deum, & Chriſtum, & filium, id eſt, diuinitas & hu-
manitas, per arcanã illam, ineffabilemq; copulationis adu-

nationem.Itaq; is,qui ante ſecula omnia eſt natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter eſt procreatus in tempore.Non quia diuina ipſius natura de ſacra virgine ſumpſit exordiũ, nec propter ſeipſam opus habuit ſecundò naſci poſt illam natiuitatem,quam habebat ex patre(eſt enim ineptum,& ſtultum hoc dicere, quòd is, qui ante omnia ſecula eſt,& conſempiternus patri,ſecundæ generationis eguerit, vt eſſe inciperet)ſed quia propter noſtram ſalutem, naturam ſibi copulauit humanã,& proceſsit ex muliere, idcirco dicitur eſſe nat⁹ carnaliter.Nec enim primùm natus eſt homo communis de ſancta virgine,& tunc demum inhabitauit in eo verbum,ſed in ipſa vulua, vteroq; virginali ſecum carnem coniunxit,& ſuſtinuit generationem carnalem, carnis ſuæ natiuitatem ſuam faciens. Sic illum dicimus & paſſum eſſe, & reſurrexiſſe:non quia Deus verbum in ſua natura paſſus ſit,aut plagas,aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera ſuſceperit (Deus namque incorporalis extra paſsionem eſt) ſed quia corpus illud,quod ipſius proprium factũ eſt,hoc ſuſtinuit,ideo hæc omnia pro nobis ipſe dicitur paſſus.Inerat enim in eo corpore,quod patiebatur,De⁹, qui pati non poterat.Simili modo,& mortem ipſius intelligimus. Immortale enim,& incorruptibile eſt naturaliter,& vita,& viuificans Deus verbum:ſed quia corpus ipſius proprium, gratia Dei (iuxta Pauli vocem) pro omnibus mortem guſtauit,idcirco ipſe dicitur, mortem paſſus pro nobis. Non quòd ipſe mortem eſſet expertus,quantùm ad ipſius naturam pertinet(inſania enim eſt,hoc vel ſentire,vel dicere)ſed quòd(vt diximus)vera caro ipſius mortẽ guſtauit.Ita & reſurgente carne ipſius, rurſus reſurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderit(quod abſit)ſed quia eius reſurrexit corpus.Ita Chriſtum vnum, & dominum confitemur,non tanquã hominem cum verbo coadorantes,ne diuiſionis quædam ſpecies inducatur,ſed vnum iam,& eundem adorantes,quia non eſt alienum à verbo corpus ſuũ,cũ quo ipſe etiam aſsidet patri. Nec hoc ita dicimus,quaſi duobus filiis aſsidentibus,ſed vno cum carne per vnitatem, quaſi talem copulationem factam per ſubſtãtiam,aut quaſi prępaſsibilem,aut quaſi parum decoram, voluerimus accipere:in

Heb.2.

re:in id incidemus, vt duos filios eſſe dicamus. Neceſſe eſt enim diſcernere, & dicere hominem ſeparatim fuiſſe, ſola filij appellatione honoratũ: & rurſus verbum, quod eſt ex Deo in homine, in veritate filium Dei. Sed diſcernere in duos filios non debemus vnum dominum Ieſum Chriſtum. Neq; enim adiuuat * rectam fidei rationẽ, licet nonnulli copulationem (neſcio quam) perhibeant perſonarum. Non enim dicit ſcriptura, verbum Dei perſonam ſibi hominis aſſumpſiſſe, ſed carnem factũ eſſe. Id autem eſt oſtendere Dei verbum, ſimiliter ac nos, principium habuiſſe carnis, & ſanguinis, & corpus noſtrum propriè ſuum feciſſe, & hominem ex muliere proceſſiſſe, non abiecta, vel depoſita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre, ſed manſiſſe etiam in aſſumptione carnis Deũ, quod erat. Hoc itaq; rectæ fidei ratio proteſtatur. In tali ſenſu ſanctos patres fuiſſe comperimus. Ideoq; illi non dubitauerunt, ſanctam Virginem dicere θεοτόκον, id eſt, Deum parientẽ: non quia verbi natura, deitasq; in ſancta Virgine ſumpſit exordium, ſed quòd ex ea natum ſit ſacrum illud corpus, animatum anima rationali, cui ſubſtantialiter adunatum Dei verbum, carnaliter natum eſſe dicitur. Hæc igitur pro charitate in Chriſto ſcribo tibi, quęrẽs tanq̃ frater, & cõteſtans coram Deo, & electis eius angelis, vt hęc nobiſcum ſentias, ſimul & doceas: vt eccleſiarum pax, ſalua ſeruet̃, & cõcordię, charitatiſq; vinculũ indiſſolubile maneat ſacerdotib⁹ Dei.

*Aliàs tenet.

Ioan. 1.

CANONES DVCENTORVM SANctorum & beatorum Patrum, qui in Epheſo conuenerunt ſub Theodoſio iuniore & Cęleſtino Papa: interprete Luciano Mantuano monacho Caſinenſi.

Cap. 1. Vt qui cum Cæleſtino, aut complicibus ſentiunt, deponantur.

QVoniã autẽ oportebat, & abſentes à ſancta ſynodo, moràteſq; in vrbib⁹, & ꝓuinciis ob aliqđ' impedimẽtũ, ſeu eccleſiaſticũ, ſiue corporeũ, nõ ignorare, q̃ de ipſis ſunt cõſtituta, ſignificam⁹ ſanctitati vrę, ac dilectiõi: vt ſi qdã Metropolita ꝓuincię, derelicta ſancta, & œcumenica ſynodo, aut acceſſit ad illorũ defectiõis cõſeſſum, aut accedet in poſterũ, ſiue cũ Cęleſtino ſenſit, aut ſentiet, ipſe nihil amplius poterit agere aduerſus ꝓuincię ep̃os, vt q iam inde à ſynodo

totius

totius eccleſiaſticæ communionis expers ſit factus, & prorſus inutilis: ſed & ipſis epiſcopis illius prouinciæ circũq; viciuis Metropolitis recta ſentiẽtibus ſubiacebit, vt omnino deiectus ſit à ſede epiſcopatus.

A ſynodo Epheſina receſſerunt quidam numero circiter triginta, qui deprehenſi ſunt Neſtorii, atq; Cœleſtini ſenſa tenere. Fugerunt autem nolentes vnà cum Patribus Neſtorium condemnare: quos ſancta ſynodus omni eccleſiaſtica communione priuauit, & ſacerdotii omne munus ademit. Hic eſt ſcopus huius canonis.

Cap. 2. Qui, deficientibus à ſynodo adhæſerunt, ſacerdotio priuentur.

SI qui autem prouinciales epiſcopi à ſancta ſynodo defecerunt, vel deficientibus adhæſerũt, aut adhærere tẽtarunt: vel etiam poſtquam ſubſcripſerunt Neſtorij depoſitioni, rurſus ad defectionis conſeſſum nihilominus recurrerunt: iſtos placuit ſanctæ ſynodo penitus alienos eſſe à ſacerdotio, à graduq; cecidiſſe.

Cap. 3. Reſtituantur, qui à Neſtorio ſunt ſacerdotio prohibiti.

Regiões itelligit pagos, aut vicos.

SI qui verò ex clericis in ſingulis vrbibus, aut regionibus à Neſtorio, & conſpirantibus ſacerdotio prohibiti ſunt, quòd rectè ſentirent, iuſtum putauimus hos quoq; propriũ gradum accipere. In ſumma autem, clericos orthodoxę, & œcumenicæ ſynodo conſentientes iubemus eis, qui defecerunt, aut defecturi ſunt epiſcopis nullo pacto, aut ratione ſubiectos eſſe debere.

Cap. 4. Qui cum Neſtorio, aut Cæleſtino ſentiunt, deponantur à ſynodo.

SI qui autem clericorum defecerint, & auſi fuerint, vel priuatim, vel publicè, quæ ſunt Neſtorij, aut Cæleſtini ſapere, ſancitum eſt à ſancta ſynodo iſtos quoq; depoſitos eſſe.

Cap. 5. Quos ſancta ſynodus condemnauit, reſtitui non debere.

QVicunq; autem ob turpia geſta ſunt à ſancta ſynodo cõdemnati, vel à propriis eorum epiſcopis, quibus præter canones Neſtorius, (qui nullum rerum diſcrimen habebat) & qui cum illo eadem ſentiunt, reſtituere conati ſunt gradum, vel communionem, aut conarentur: iſtos cenſuimus inutiles eſſe, & manere nihilominus depoſitos.

Cap. 6. Contra turbatores geſtorum in ſynodo.

SImiliter autem, & ſi qui velint ea, quæ de ſingulis per ſanctam ſynodum geſta ſunt Epheſinam, quocunq; modo mouere

mouere, ſancta ſynodus ipſa decreuit, ſi quidẽ epiſcopi, aut clerici fuerint, eos omnino à propio cadere gradu: Sin verò laici, vt ſine communione permaneant.

Collocutio eiuſdem ſanctæ ſynodi edita poſtquam lecta fuit expoſitio ſanctorum, ac beatorum Patrum trecentorum decem & octo apud Nicæã, & impium ſymbolum à Theodoro Mopſueſtienſi confictum, & à Cariſio presbytero Philadelphiæ porrectum ſanctæ ſynodo Epheſinæ.

Cap. 7.

HIs igitur lectis, decreuit ſancta hæc ſynodus alteram fidem nemini licere proferre, aut ſcribere, aut componere præter eam, quæ definita fuit à ſanctis patribus apud Nicæam vrbem in ſpiritu ſancto congregatis.

Eos autem, qui fuerint auſi aliam fidem componere, ſiue porrigere, aut proferre his, qui volunt ad cognitionem veritatis conuerti, vel ex Gentibus, vel ex Iudæis, vel etiam ex qualibet hæreſi: iſtos ſi quidem epiſcopi, aut clerici, alienos eſſe epiſcopos quidem ab epiſcopatu: clericos autem, à clericatu: ſi verò laici fuerint, anathematizari. Pari modo ſi deprẽhẽſi fuerint aliqui, ſiue epiſcopi, ſiue clerici, ſeu laici ſentientes, aut docentes ea, quæ continẽtur in expoſitione per Cariſium allata presbyterum de incarnatione vnigeniti filij Dei, ſeu ſcelerata atq; peruerſa Neſtorij dogmata, quæ & ſubiecta ſunt, ſubiaceant ſententiæ ſanctæ huius, & œcumenicæ ſynodi. Vnde liquet epm quidẽ alienũ ab epiſcopatu, atq; depoſitum eſſe, clericũq; ſimiliter cecidiſſe à clero: & ſi laicus fuerit, anathemati ſubiacere quẽadmodum dictũ eſt.

Edictum eiuſdem ſanctæ ſynodi ex aduentu Cypriorum epiſcoporum conſtitutum atq; vulgatum. *Cap. 8.*

REm nouam ac præter eccleſiaſticas leges, & canones ſanctorum Apoſtolorum, quæ & libertatem omnium tangit, Deo dilectus coepiſcopus Riginus annũciauit, vnà cum Deo dilectis epiſcopis prouincię Cypri Zenone, & Euagrio. Nempe epiſcopum Antiochenum in Cypro facere ordinationes, quẽadmodũ per libellos, & proprias voces fidem fecere religioſiſsimi viri, qui ad ſanctam ſynodum huc acceſſerunt, habebunt ius ſuum intactum, & inuiolatum, qui ſanctis Cypriorum eccleſiis præſunt ſecundùm canones ſanctorum Patrum, & antiquam cõſuetudinem per ſeipſos religioſiſ-

Sexta ſynod. gñalis ca. 39. cõfirmat hunc octauũ canonem, vt Cypri eccleſia ſit principalis & prima.

ligioſiſsimorum epiſcoporum facientes ordinationes. Idem autem, & in aliis diœceſibus omnibuſq; vbiq; prouinciis erit ſeruandum, vt nullus (videlicet) Deo dilectorum epiſcoporum alienam inuadat prouinciam, quę non prius atq; ab initio ſub illius, ſeu anteceſſorum ſuorum fuerit poteſtate. Sed & ſi quis occupauerit, vel vi ſibi ſubegerit, idem ipſe reſtituat, nę patrum ſtatuta fragantur, néve ſub ſpecie ſacræ functionis potentiæ tumor irrepat: ſicq; latentes & paulatim libertatem perdamus, quam Ieſus Chriſtus Dominus noſter redemptor hominum omnium, proprio ſanguine nobis quæſiuit, & condonauit.

Placuit igitur ſanctæ, & œcumenicæ ſynodo, vt ſingulis prouinciis pura, & inuiolata, q̄ iam inde ab initio habēt ſua iura, ſeruentur: vt vnuſquiſq; Metropolita ſecundùm priſcum, & ſolitum morem rerum faciendarũ æqualiter facultatem obtineat, propriumq; ius firmum poſsideat. Quòd ſi quis ſuperbia contumaci definitis obuiam ierit, hunc arrogatum iri placuit toti ſanctæ, & œcumenicæ ſynodo.

Finis concilij Epheſini.

Decreta Sixti Papæ.

Sixtus.3. Pōti.44. Sixtus tertius, natione Romanus, ſedit annis octo, diebus. 19. Hic poſt annum vnum, & menſes octo accuſatur Romæ apud Auguſtum, & plebem, ita vt Auguſtus, & multus populus ab eius communione ſe ſegregaret. Accuſatur autem à quodam Baſſo. Sixtus autem volens ſe purgare, *De hoc.2. q. 4. cap. Sixt⁹.* fecit, vt Valentinianus Auguſtus ſanctam ſynodum congregaret in baſilica beati Petri Apoſtoli. Et facto conuentu cum magna examinatione per iudicium ſynodicum purgatur à.56. epiſcopis. Et condemnatur Baſſus à ſynodo, ita tamen, vt vltimo die viaticum ei nō negaretur propter humanitatem pietatis eccleſiæ. Hoc audiens Valentinianus Auguſtus, cum matre ſua Placidia Auguſta furore ſancto commoti, proſcriptione Baſſum condemnauerunt, & oīa prædia facultatum eius eccleſiæ catholicæ ſociauit. Qui Baſſus nutu diuino intra tres menſes defunctus moritur. Cuius corpus Sixtus epiſcopus cum linteaminib⁹, & aromatibus, manibus ſuis tractans, recondidit, & ſepeliuit apud beatum Petrum Apoſtolum in cubiculo parentum eius.

Extat

Extat epiſtola Sixti tertia ad epos Orientales, elegans, & lectione digna, gratias referens, q̃ ſuis literis illum viſitauerint in tribulatione, & perſecutione ſua. In qua hanc tradit regulam, qua perſequuti nos conſolari debeamus.

Fratres, propter inſidiantium vituperationes, aut accuſationes, vel propter laudantium opiniones, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinare debemus: ſed inter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mentem ſemper recurrendum eſt. Et ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam triſtitiam generare debet. Et rurſum, ſi in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi omnes laudent, & conſcientia nos accuſet, aut ſi omnes accuſent, & conſcientia nos liberos demonſtret? Habemus Paulum dicentem: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob quoq; dicit: Ecce in cælis teſtis meꝰ. Si ergo eſt nobis teſtis in cælo, teſtis in corde, dimittamus ſtultos foris loqui, quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atq; in oculos ſuos terram excitant? vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen ſunt etiam ipſi, & tranquillè admonendi, eiſq; ſatisfieri modis omnibus debet, ſcientes, quòd de Iudæis veritas ait: Ne fortè ſcandalizemus eos. Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint, habes conſolationem, quam in euangelio aſpicias. Quia cum domino dictum fuiſſet, Scis, quòd Phariſæi, audito verbo hoc ſcandalizati ſunt, reſpondit: Sinite illos, cœci ſunt, & duces cœcorum.

Ep'la hæc eſt parænetica & conſolatoria. *11.q.4. Inter verba.* *Nota.* *2.Cor. 1.* *Iob.16.* *Matt. 17.* *Math. 15.*

In capite. 2. eiuſdem epiſtolæ Sixtus decreuit, vt hi, qui non ſunt bonæ conuerſationis, & quorum vita eſt accuſabilis, vel quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non poſſint domini ſacerdotes accuſare, nec viles perſonæ ad accuſationem eorum admittantur.

In tertio agit de peregrinis, ſiue de prouincialibus iudiciis. Et ſi quis ſibi iudicem ſenſerit aduerſum, appellationis vtatur remedio.

Supra in decretis Fabiani.pa.30.

In quarto, vt qui crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum, & qui non probauerit, ſimilem pœnam ſuſtineat.

Ibidem.

In quinto,

In quinto, De epiſcopis accuſatis. Vbi placuit, vt ſi epiſcopus accuſatus appellauerit Apoſtolicam ſedem, id ſtatuendum, quod eiuſdem ſedis Pontifex cenſuerit.

Cōcilīū Rhegien.

CONCILIVM PROVINCIALE RHEGIEÑ. ſub Sixto. 3. Papa, ab epiſcopis. 13. Aera. 472.

Canones concilij Rhegieñ.

Ca. 2. Taurinateñ. cōcil. Vt peruerſi ordinatores, nullis denuo ordinationibus interſint. 1.

De remotione eius, quem ordinare perperam duo præſumpſerunt. 2.

Nicæ. conci. cap. 8. De hæreticis & ſchiſmaticis epiſcopis, ſi ad catholicam fidem venerint, quid obſeruari debeat. 3.

Vt epiſcopus benedicat, & confirmet neophytum. 4.

Vt epiſcopus, cùm ſepelierit epiſcopum, curam habeat eccleſiæ ipſius. 5.

Vt abſq; Metropolitani literis, & conſenſu, nullus accedat ad eccleſiam deſtitutam epiſcopo. 6.

Finis concilij Rhegieñ.

Cōciliū Agathen.

CONCILIVM AGATHENSE PROuinciale in ciuitate Agatha in Gallia habitū, ab epīs. 35.

Exordium. CVm in Dei nomine ex permiſſu regis Alarici in Agathenſem ciuitatem ſancta ſynodus cōueniſſet, & in ſancti Andreæ baſilica conſediſſemus, ibiq; flexis genibus in terra, pro regno eius, pro longæuitate populi dominum deprecaremur: vt qui nobis congregationis permiſerat poteſtatem, regnum eius dominus fœlicitate extenderet, iuſtitia gubernaret, virtute protegeret: de diſciplina, & ordinationibus clericorum * atq; Pontificum * vel de eccleſiarum vtilitatibus tractaturi, imprimis id placuit, vt Canones, & ſtatuta Patrum per ordinem legerentur.

Cap. 1. De contumacibus clericis, & ad officium tardis.

Canones cōcilii Agathē. D. 50. Cōtumaces. COntumaces verò clerici (prout dignitatis ordo permiſerit) ab epiſcopis corrigantur, & ſi qui, prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur: ita vt, cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula gradum ſuum, dignitatemq; recipiant.

Cap.

Cap.2. De epiſcopis, qui pro minimis cauſis aliquos excommunicant.

EPiſcopi verò, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita, in- nocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommunica re prę́ſumpſerint: aut ad gratiam baptiſmatis feſtinantes, fortaſſe recipere noluerint, à vicinis epiſcopis eiuſdem pro uinciæ literis moneantur. Et ſi parêre noluerint, communio illis vſq; ad tēpus ſynodi à reliquis epiſcopis nō denege tur: ne fortè per excommunicatoris peccatum, excommunicati longo tempore, morte præueniantur. *11.q.3. Epi, ſi ſacerdot.*

Cap.3. De his, qui oblationes eccleſiæ defraudant.

CLerici etiam, vel ſeculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamento relictas, retinere perſtiterint: aut id, quod ipſi donauerint, eccleſiis, vel monaſteriis crediderint auferendum (ſicut ſancta ſynodus conſtituit) velut necatores pauperum (quouſq; reddant) excludantur ab eccleſiis. *13.q.2. Cleri ci, vel.*

Cap.4. Si clericus furtum eccleſiæ fecerit.

SI quis clericus furtum eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur. *Ibidem.*

Cap.5. Si quicquam fuerit epiſcopo derelictum.

POntifices, quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis, ab extraneis aliquid, aut cum eccleſia, aut ſequeſtratim dimittitur, aut donatur: quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis probatur offerre, nō quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ inter facultates eccleſię computabunt: quia iuſtum eſt, vt ſicut ſacerdos habet, quod eccleſię dimiſſum eſt, & ita eccleſia habeat, quod relinquitur ſacerdoti. Sanè quicqd per fidei commiſſum, aut ſacerdoti, aut eccleſię fortaſſe dimittitur, cuicunq; alij poſtmodum profuturum, id inter facultates ſuas eccleſia computare, aut retinere, non poterit. *12.q.3. Ponti fices.*

Cap.6. De rebus eccleſiæ, quomodo ab epiſcopo habeantur.

CAſellas verò, vel mancipiola eccleſiæ, epiſcopi (ſicut priſca ſanctorum canonum præcepit authoritas) vel vaſa monaſterij, quaſi commendata fideli propoſito, integro eccleſiæ iure poſsideant, id eſt, vt epiſcopi neq; vendere, neq; per quoſcunq; contractus res, vnde pauperes viuunt, alienare p̄ſumāt. Quòd ſi neceſsitas certa cōpulerit, vt pro *10.q.2. Caſel las, vel mác.* *10.q.2. Ean.*

N ecle-

eccleſiæ neceſsitate, aut vtilitate, vel in vſufructu, vel in directa venditione aliquid diſtrahatur, apud duos, vel tres cõprouinciales, vel vicinos epiſcopos, cauſa, qua neceſſe ſit vendi, primitus comprobetur: vt habita diſcuſsione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione, quæ facta fuerit venditio corroboretur. Aliter facta venditio, vel tranſactio non valebit. Sanè, ſi quos de ſeruis eccleſiæ, benemeritos ſibi, epiſcopus libertate donauerit, collatam à ſucceſſoribus libertatem placuit cuſtodiri: cum hoc, quod eis manumiſſor in libertatem contulerit: quod tamen iubemus viginti ſolidorum numerum, & modum in terrula, vel vineola, vel hoſpitiolo teneri. Quod amplius datum fuerit, poſt manumiſſoris mortem eccleſiæ reuocetur. Minuſculas verò res, aut eccleſiæ minus vtiles peregrinis, vel clericis, ſaluo iure eccleſię, in vſum pręſtari permittimus.

12. q. 2. *Si quis de ſer.*

Cap. 7. De clericis, qui ad ſeculares confugiunt.

21. q. 1. *Placuit, vt cler.*

ID etiam placuit, vt ſi clericus, relicto officio ſuo, propter diſtrictionem ad ſecularem iudicem fortaſſe confugerit, & is, ad quem recurrit, ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem de eccleſiæ communione pellatur.

Cap. 8. Vt in quadrageſima non ſoluatur ieiunium.

De cõſe. d. 3. *Placuit, vt omnes.*

PLacuit etiam, vt omnes eccleſiæ filij (exceptis diebus dominicis) in quadrageſima, etiam in die ſabbati, ſacerdotali * ordinatione, & diſtrictionis comminatione ieiunet.

**Aliâs, oratione, & diſcretionis cõminione.*

Cap. 9. De prædicatione Symboli.

De cõſ. d. 4. *Symbolum.*

SYmbolum etiam, Placuit, ab omnibus eccleſiis vna die, id eſt, ante octo dies dominicæ reſurrectionis, publicè in eccleſia competentibus prædicari.

Cap. 10. De benedictione, & vnctione altaris.

De cõſe. d. 1. *Altaria.*

ALtaria, placuit, non ſolùm vnctione chriſmatis, ſed etiã ſacerdotali benedictione ſacrari.

Cap. 11. Qualiter maiores, & minores pœnitentiam accipiant.

D. 50. *Pœnitentes.*

Pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput à ſacerdote (ſicut vbiq; conſtitutum eſt) conſequantur. Si autem comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abiiciantur. Et niſi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facilè committenda eſt, propter

ętatis

ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte poſitis, non eſt negandum.

Cap. 12. Qua ætate diaconi ordinentur.

EPiſcopus benedictionem diaconatus minoribus vigintiquinq; annorum penitus non committat. Sanè ſi coniugati iuuenes conſenſerint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirẽda eſt, vt ſequeſtrato mãſionis cubiculo, religione promiſſa, poſteaq̃ pariter conuerſi fuerint, ordinẽtur. D. 77. Epi bñdictione.

Cap. 13. De ſanctimonialibus, qua ætate velentur.

SAnctimoniales, quãtumlibet vita earũ, & mores probati ſint, ante annũ ętatis ſuę quadrageſimum non velentur. 20. q. 2. Sanctimo.

Cap. 14. Vt ſolennitates maiores in ciuitatibus celebrentur.

SI quis etiam extra parochias, in quibus legitimus eſt, ordinariusq; conuentus, oratoriũ in agro habere voluerit reliquis feſtiuitatibus, vt ibi miſſam audiat, propter fatigationem familiæ iuſta ordinatione permittimus. Paſcha verò Natali Domini, Epiphania, Aſcenſione domini, Pẽtecoſte, & natali ſancti Ioannis Baptiſtę, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus, aut in parochiis audiãt. Clerici verò, ſi in his feſtiuitatib⁹, quas ſupradiximus (niſi iubente, aut permittente epiſcopo) ibi miſſas celebrare voluerint, communione priuentur. De conſ. d. 1. Si quis etiã. Solennitates maiores. Idẽ Auguſtinus Ignaro.

Cap. 15. Vt non liceat, presbyterum rem eccleſiæ vendere.

STatuimus (quod omnes canones iubent) vt ciuitatenſes, ſiue diœceſani presbyteri, vel clerici, ſaluo iure eccleſiæ, rem eccleſiæ (ſicut permiſerunt epiſcopi) teneant: vendere autem, aut donare penitus non præſumant. Quod ſi fecerint, & facta vẽditio non valebit, & de facultatibus (ſi quas habent proprias) indemnem eccleſiam reddant: & communione priuentur. 12. q. 2. Statuim⁹, quod.

Cap. 16. Vt clericus minor ſeniori non præponatur.

EPiſcoporum etiam, quorum vita non repręhenditur, poſteriorem priori nullus præponat: niſi fortè elatus ſuperbia, quod pro neceſsitate eccleſiæ epiſcopus iuſſerit, implere contemnat. Sanè ſi officium archidiaconus, aut propter ſimpliciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci ſui nomen teneat, & ordinationem eccleſię, quem elegerit epiſcopus præponendum. D. 74. Epiſcoporum etiam. Idẽ Gregori⁹ Ioãni epo Syracuſano.

Ca. 17. De ſecularibus, qui vxores ſuas derelinquunt.

33.q.2.Seculares, qui. *Idẽ Ambroſi⁹ ſuper Lucam.*

SI verò ſeculares, qui coniugale conſortiũ nulla culpa grauiori dimittunt, vel etiam dimiſerũt, & nullas cauſas diſſidij probabiliter proponentes, propterea matrimonia ſua dimittunt, vt aut illicita, aut aliena præſumant: ſi antequam apud epiſcopos comprouinciales diſsidij cauſas dixerint, & priuſquã in iudicio dãnentur, vxores ſuas abiecerint, à communione ſanctę eccleſiæ, & ſancto populi cœtu (pro eò ꝙ fidem, & coniugia maculant) excludantur.

Cap. 18. Vt monaſterium, inconſulto epiſcopo, nullus conſtituat de monachis.

18. q. 2. De monachis. *20. q. 4. Monachũ, niſi.*

MOnaſterium nouũ, niſi epiſcopo, aut permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præſumat. Monachi etiam vagantes, ad officium clericatus, niſi eis teſtimonium Abbas ſuus dederit, nec in ciuitatibus, nec in parochiis ordinẽtur. Monachum, niſi Abbatis ſui permiſſu, aut voluntate ad alterum monaſterium cõmigrantem, nullus Abbas ſuſcipere, aut retinere præſumat, ſed vbicũq; fuerit, Abbati ſuo authoritate canonum reuocetur.

Cap. 19. Vt monaſteria puellarum ſint procul à monachis.

18. q. 2. Monaſteria puellarum.

MOnaſteria puellarum longius à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

Cap. 20. De libertis, vt in neceſſitate ab eccleſia tueantur.

D. 87. Libertos legit.

LIbertos, legitimè à dominis ſuis factos, eccleſia, ſi neceſſitas exegerit) tueatur: quos ſi qs ante audiẽtiam, aut perſuadere, aut expoliare præſumpſerit, ab eccleſia repellatur.

Cap. 21. Vt poſt antiphonas, orationes dicantur.

De conſ. d. 5. Conuenit. **Aliâs, collectiones.*

ET quia conuenit ordinem eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtatuendum eſt (ſicut vbiq; fit) vt poſt antiphonas * collationes ab epiſcopis, vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel veſpertini decantentur diebus omnibus, & in concluſione matutinarum, vel veſpertinarum, & miſſarum poſt hymnos capitula de pſalmis dicantur: & plebs, collecta oratione ad veſperam, ab epiſcopo cum benedictione dimitattur.

Cap. 22. De his, qui propter odium ad pacem non reuertuntur.

D. 90. Placuit etiam.

PLacuit etiã, vt (ſicut plerũq; fit) quicũq; odio, aut lõgin-

quã

qua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari diuturna obſtinatione nequiuerint, à ſacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſsima excommunicatione pellantur.

Cap.23. Vt clericus, inconſulto epiſcopo, ad iudicem ſecularem pulſari non debeat.

CLericum nullus præſumat apud ſecularem iudicem, epiſcopo non permittente, pulſare. Sed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſeculari proponere. *11.q.1.Clericum nullus.*

Cap.24. De epiſcopis, quando hæredes non habent.

EPiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, alium quàm eccleſiam non relinquat hæredem: ſi quid de eccleſia, non in eccleſiæ cauſa, aut neceſsitate præſumpſerit, quod diſtraxit, aut donauit irritum habeatur. Qui verò filios habet de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus eius indemnitatibus eius conſulatur. *12.q.2.Epiſcopus qui.*

Cap.25. De Iudæis, qui conuerti cupiunt.

IVdæi (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) ſi ad legem catholicam venire voluerint, octo menſes inter catechumenos eccleſiæ limen introeãt. Et ſi pura fide noſcũtur venire, tunc demũ baptiſmatis gratiã mereanť. Quòd ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptum tempus incurrerint, & deſperati fuerint, baptizentur. *De cõſe.d.4. Iudæi quorũ*

Cap.26. De ſtipendiis clericorum.

CLerici etiam omnes, qui eccleſiæ fideliter, vigilanterq; deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita, ſecundùm ſeruitij ſui meritum, vel ordinationem canonum à ſacerdotibus conſequantur. *1.q.2. Clerici.*

Cap.27. De homicidis, & falſis teſtibus.

ITaq; cenſuimus, homicidas, & falſos teſtes à communione eccleſiaſtica eſſe ſubmouendos: niſi pœnitentiç ſatisfactione crimina admiſſa diluerint. *24.d.3.Itaq;*

Cap.28. Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.

PResbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia modò non eſt, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia. Nec his cœtibus miſceantur, vbi *D.34.Presbyteri.*

N iij ama-

amatoria cantantur,& turpia,aut obſcœni motus corporũ choreis,& ſaltationibus efferuntur:ne auditus, & obtuitus ſacris myſteriis deputati,turpium ſpectaculorum, atq; verborum contagione polluantur.

Cap.29.Ne de pœnitentibus clericus ordinetur.

DE pœnitentib⁹ id placuit obſeruare, quod ſancti patres noſtri ſynodali ſententia cenſuerũt,vt nullus de his clericus ordinetur,& qui iam ſunt per ignorantiam ordinati,

26.q.6. *Miniſtrare diaco.* aut ſicut bigami,aut internuptarum mariti locum teneant. Miniſtrare diacon⁹,aut cõſecrare altare p̄sbyter nõ p̄ſumat.

Cap.30.Ne presbyter benedictionem populo dare præſumat.

Ibidem. BEnedictionē ſup plebē in eccleſia fundere,aut pœnitentem in eccleſia benedicere,p̄sbytero penit⁹ non licebit.

Cap.31.Vt ante miſſam expletam egredi populus non præſumat.

De cõſe. d.1. *Miſſas.* MIſſas die dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus,ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat. Quod ſi fecerint, ab epiſcopo publicè confundantur.

Cap.32.De non alienandis ab aliquo rebus eccleſiæ.

12.q.2. *Diacon.* DIaconi,vel presbyteri in parochia conſtituti, de rebus eccleſiæ ſibi creditis,nihil audeant commutare,vendere,vel donare:quia res eccleſiæ ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes,nihil de rebus eccleſiæ ſibi commiſſæ(vt ſuperius comprehẽſum eſt,alienare præſumat. Quod ſi fecerint,conuicti in concilio, & ab honore depoſiti, de

12.q.2.*Si quis qualibet.* ſuo proprio aliud tantùm reſtituant, quantùm viſi fuerint præſumpſiſſe. Sanè ſi quis qualibet conditione, de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit,ſi de ſuo proprio tantùm eccleſiæ contulerit,quantum viſus eſt abſtuliſſe, tunc demum illud ſtare licebit.

Cap.33. De clericis capitale crimen incurrentibus.

D.50.*Si epſ.* SI epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus, capitale crimen commiſerit, aut chartam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit,ab officij honore depoſitus in monaſterium detrudatur:& ibi quãdiu vixerit, laicam tantũmodo communionem accipiat.

Laica communione vti ſacerdotes, eſt à miniſterio conſecrationis remoueri,& cum laicis communicare. Quod verò aliqui vocãt laicam communionẽ

muniionem vſum ſacramenti ſub altera ſpecie, vt nunc eſt in eccleſia Latina, non intelligo qua ratione ſic interpretentur.

Cap. 34. De teſtamento epiſcopi.

SI epiſcopus, condito teſtamento, aliquid de eccleſiaſtici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, niſi tantũdem de iuris proprij facultate ſuppleuerit. 12.q.5.*Si ep̃s.*

Cap. 35. Vt ſacerdotes canibus ad venandum non vtantur.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum, canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere nõ liceat. Quòd ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpiꝰ detentus fuerit: ſi ep̃s eſt, tribus menſibus à communione ſuſpendatur: presbyter duobus menſibus ſe abſtineat, diaconus verò ab omni officio, vel communione ſuſpendatur. D.34.*Ep̃m, presbyterũ.*

Cap. 36. De venditionibus, quas abbates facere præſumunt.

IN venditionibus, quas Abbates facere præſumunt, hæc forma ſeruetur, vt quicquid ſinè epiſcopi licentia venditum fuerit, ad poteſtatem epiſcopi reuocetur. Mancipia verò monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. Iniuſtum enim putamus, vt monachis quotidianũ rurale opus facientibus, ſerui eorum libertatis otio potiantur. 27.q.4.*In venditione.*

Cap. 37. De lapſis, qui de catholica fide in hæreſim tranſeunt.

LApſis, id eſt, qui in catholica fide baptizati ſunt, ſi præuaricatione damnabili poſt in hæreſim tranſierint, grandem redeundi difficultatem ſanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij, conditione infraſcriptæ obſeruationis imponimus, vt præſcripto biennio, tertiò ſinè relaxatione ieiunent, & eccleſiam ſtudeant frequentare. In pœnitentum loco ſtandi, & orandi humilitatem ita nouerint obſeruandam, vt etiam ipſi, quum catechumeni egredi commonentur, abſcedant. Hoc ſi obſeruare voluerint, conſtituto tempore admittendis ad altariũ obſeruatio relaxet. Quòd ſi ardua, vel dura fortè putauerint, ſtatuta præteritorũ canonum implere debebunt.

Cap. 38. De laicis, qui in ſolennitatibus maioribus ad ciuitatem non occurrunt.

CIues, qui ſuperiorum ſolẽnitatum, id eſt. Paſchæ, ac Natalis domini, vel Pentecoſtes feſtiuitatibus, cum epiſcopis intereſſe neglexerint (quum in ciuitatibus cõmunionis,

vel benedictionis accipiendæ cauſa poſitos ſe noſſe debeát) triennio communione priuentur eccleſiæ.

Cap.39.De clericis,qui ab eccleſiæ officio diebus ſolemnibus deſunt.

7.q.1. Si quis. SI quis in clero conſtitutus,ab eccleſia ſua diebus ſolemnibus defuerit,id eſt,Natiuitate dñi,Epiphania,Paſcha,vel Penteçoſte,dum potius ſingularibus lucris ſtudet, q̃ ſeruitio Dei parere, conuenit,vt triennio à communione ſuſpendatur.Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres hebdomadas,ab eccleſia ſua defuerit,huic damnationi ſuccumbat.

Cap.40.De ſynodo annis ſingulis congreganda.

Item,Hilarꝰ Papa. SYnodum etiam ſecundùm conſtituta Patrum,annis ſingulis placuit congregari.Et quia in nomine domini,omnibus ſalubriter conſtitutis, ſynodus cum pace dimittitur, gratias Deo primitus,& domino noſtro Regi agamus,orantes diuinam clementiam,vt hęc eadem facere,& docere per multos annos in honore domini poſsimus.

Explicit concilium Agatheñ.

Cõciliũ Aquileienſe. CONCILIVM AQVILEIENSE SVB Damaſo primo celebratum, tempore quoq; beati Ambroſij Mediolaneñ.epiſcopi contra Palladium,& Secundianũ, Arrianæ hæreſis defenſores: quos damnarunt in prædicto concilio prouinciali, diſputante Ambroſio cum Palladio. Sententia verò damnationis ſub hac forma pronunciata eſt ab epiſcopo Conſtantio.

Cõdemnatio Palladij hæretici à cõcilio. PAlladium Arrij diſcipulum, cuius impietates iam olim damnatæ ſunt à patribus noſtris in concilio Nicæno, & nunc hodie probatæ cum recenſerentur à Palladio ſingulæ, quia non confuſus eſt, dum Dei filium à Deo patre eſſe alienum,cùm creaturam confitetur,cum tempore dicit,dominum,& Deum verũ negat, ſolũ patrẽ eſſe ſempiternũ,& immortalem, in ſempiternum cenſeo eſſe damnandum; & vlterius ſacerdotem dici non poſſe, nec inter epiſcopos deputari.

In hoc concilio pro prouinciis Occidentalibus,quia propter prolixitatem itineris epiſcopi venire non potuerunt, adfuerunt Legati prouinciarum,vt legati Aphrorum, & legati Gallorum.

Decre-

Decreta Leonis primi Papæ.

Leo primus Papa, natione Tuſcus, ſedit annos.21.menſem vnum, dies.13. Hic & doctrinę, & vitę præſtātia magnus, Homiliarum declamator inſignis, in Chalcedonēſi.4.principali, 630.epiſcoporum ſynodo, Martiano Principe contra Eutychem Abbatem, de Chriſti natura perperam ſentientem (vt infrà dicetur) celebrata, omnium conſenſu ter ſanctus acclamatus eſt. Hic eccleſiam ab hæreticis penè diſceptam, reparauit. Sanctorum ſtatuis reuerentiam ſub anathematis nota decreuit. Secretę Miſſę, ſanctū ſacrificiū, Immaculatā hoſtiā addidit. Monialibus ante.40.ꝓbatę caſtitatis annū velū negauit. Eccl'ias cōdidit, & Cubicularios inſtituit

Leo.1.Pō.45 Hic Achephalos cōfutauit Attilā retrouertit, & Genſericum mitigauit.

CONCILIVM ARAVSICANVM PROVINCIALE, ſub Leone primo Papa, tempore Theodoſij Iunioris.

Arauſicanū Concilium.

Cap.1. Vt nullus miniſter ſinè chriſmate proficiſcatur.

NVllus miniſtrorum, qui baptizandi recipit officium, ſinè chriſmate vſquam debet progredi: quia inter nos placuit ſemel in baptiſmo chriſmari. De eo autē, qui in baptiſmate, quacunq; neceſsitate faciēte, chriſmatus non fuerit, in confirmatione ſacerdos commonebitur. Nam inter nos chriſmatis ipſius non niſi vna benedictio eſt. Non præiudicantes cuiquā, hoc dicimus, ſed vt neceſſaria habeatur chriſmatio.

Cap.2. De hæreticis, ſi in mortis diſcrimine conuertantur.

HAereticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi catholici eſſe deſiderēt, ſi deſit epiſcopus, à presbyteris cum chriſmate, & benedictione conſignari placet.

De conſ.d.4 Nullus.

Cap.3. De pœnitentibus, qui de corpore exeunt.

QVi recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit, ſinè reconciliatoria manus impoſitione eis communicare: quod morientis ſufficit reconciliationi ſecundum definitiones patrum, qui huiuſmodi communionem congruenter viaticum nominauerūt. Quòd ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine pœnitentium, vt oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.

Cap. 4 Quòd pœnitentia negari non debeat.

POenitentiā deſiderantibus etiā clericis, non negandam.

Cap. 5. De his, qui ad eccleſiā confugiunt, ne tradantur.

D. 87. *Eos, qui.* EOs, qui ad eccleſiam confugiunt, tradi non oportet, ſed loci ſancti reuerentia, & interceſsione defendi.

Cap. 6. Quòd nullus clericorum mancipia occupet.

SI quis autem mancipia clericorum pro ſuis mancipiis ad eccleſiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes eccleſias diſtrictiſsima damnatione feriatur.

Cap. 7. De libertis, qui in eccleſia cōmendati ſunt, ne opprimantur.

IN eccleſia manumiſſos, & per teſtamentum eccleſiæ commendatos, ſi quis in ſeruitutem, vel obſequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduerſione eccleſiaſtica coerceatur.

Cap. 8. De his, qui clericum alienum ordinare præſumunt.

SI quis alibi conſiſtentem clericum ordinandū putauerit, prius definiat, vt cum ipſo habitet. Nec eum ſinè conſultatione eius epiſcopi, cum quo ante habitauit, ordinare præſumat: quia nō ſinè cauſa diu ab alio non ordinatus remāſit.

Cap. 9. De his, qui ciues alienos ordinauerint.

SI qui autem alienos ciues, aut alibi conſiſtentes ordinauerint, nec ordinati in vllo accuſantur, aut ad ſe eos reuocent, aut ipſi eis impetrent, cum quibus habitent.

Cap. 10. De epiſcopis, qui in aliena ciuitate eccleſiam ædificant.

SI quis epiſcoporū in alienæ ciuitatis territorio eccleſiam ædificare diſponit, nō præſumat dedicationē, quę illi omnimode reſeruatur, in cuius territorio eccleſia aſſurgit. Reſeruata verò ędificatori epiſcopo hac gr̄a, vt quos deſiderat clericos in re ſua videre, ipſos ordinet is, in cui9 ciuitatis territorio eſt: vel ſi ordinati iam ſunt, ipſos habere acquieſcat.

Cap. 11. De epiſcopis, qui excommunicatum alterius ſuſcipiunt.

PLacuit in reatum venire epiſcopum, qui admonitus de excōmunicatione cuiuſq; ſinè reconciliatione eius, qui eum excommunicauit, ei communicare pręſumpſerit: vt integra omnia (ſi reconciliatio interceſſerit) de iniuſtitia, vel iniquitate excōmunicationis proximæ ſynodo reſeruentur.

Cap. 12. De his, qui ſubitò obmuteſcunt.

SVbitò obmuteſcens (prout ſtatutum eſt) baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt: ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut pręſentis in ſuo nutu.

Cap.

Cap.13. Vt Euangelia cathecumeni non audiant.

PLacuit catechumenis non legi Euangelium in eccleſia.

Cap. 14. De eiſdem, ne ad baptiſteria accedant.

CAtechumeni nonnunquam admittendi ſunt, etiam inter domeſticas orationes. Aliâs ad baptiſterium catechumeni nunquam admittendi.

Cap.15. De eiſdem, ne cum fidelibus benedictionem accipiant.

SEgregandi, informãdiq; ſunt catechumeni, vt ſe reuocẽt: & ſignãdos, vel benedicẽdos ſemotim offerãt eos fideles.

Cap. 16. De fœminis, quæ viduitatem profeſſæ ſunt.

VIduitatis ſeruandę profeſsionẽ, coram epiſcopo in ſecretario habitã, impoſita à presbytero veſte viduali, dicimus nõ eſſe violandã. Eius verò repudiatorẽ, vel ipſam talis profeſsionis deſertricẽ, meritò eſſe damnandã decernimus. 17. q. 1. *Viduitatis.*

Ego Hilarius epiſcopus ſubſcripſi. Ego Superuentor pro patre, & meo epiſcopo Claudio ſubſcripſi, & recognoui. *Subſcriptio.*

Explicit Concilium Arauſicanum.

CANONES CONCILII ARAVSICANI circa tempora Leonis primi Papæ, De libero arbitrio, & de rebus neceſſariis per capitula requirendis.

Cap.1. De gratia, & libero arbitrio.

SI quis per offenſam præuaricationis Adæ non totum, id eſt, ſecundum corpus, & animam, in deterius dicit hominem commutatum: ſed animæ libertate illæſa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduerſatur ſcripturę dicenti: Anima, quę peccauerit, ipſa morietur, & Neſcitis, quoniam cui exibetis vos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius, cui obeditis. Et à quo quis ſuperatur, eius & ſeruus addicitur. *Ezech. 18.* *Roma. 6.* *2. Pet. 2.*

Cap.2. Quòd præuaricatio Adæ omnibus infecerit

SI quis ſoli Adæ prǽuaricationẽ ſuam, non & eius propagini aſſerit nocuiſſe, aut certè mortẽ tãtùm corporis (quę pœna peccati eſt, non autẽ & peccatum, quod mors eſt animę) per vnum hominẽ in omne genus humanũ tranſiiſſe teſtatur, iniuſtitiã Deo dabit, cõtradicẽs Apoſtolo dicẽti: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. *Roma. 5.*

Cap.3. De gratia Dei.

Si

SI quis inuocationem humanã gratiæ Dei dicit poſſe conferri, non autẽ ipſam gratiã facere, vt inuocetur à nobis, contradicit Iſaiæ prophetæ, vel Apoſtolo idem dicenti: Inuentus ſum non quærentibus me, palàm apparui his, qui me non interrogabant.

Iſaiæ. 65. *Roma. 10.*

Cap. 4. De purgatione peccati.

SI quis, vt à peccato purgentur, voluntatẽ noſtram Deum expectare contendit, non autẽ, vt etiam purgari velimus, per Sancti ſpiritus infuſionem, & operationem in nos fieri confitetur, reſiſtit ipſi Spiritui ſancto, per Salomonẽ dicenti: Præparatur voluntas à Domino. Et Apoſtolo ſalubriter prædicanti: Deus eſt, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate.

Philip. 2.

Cap. 5. Quòd ad fidem, & ad regenerationem baptiſmatis, per gratiæ donum perueniamus.

SI quis, ſicut augmentũ, ita etiam initium fidei, ipſum credulitatis affectũ, quo in eum credimus, qui iuſtificat impium, & ad regenerationẽ baptiſmatis peruenimus, nõ per gratiæ donum, id eſt, per inſpirationem Spiritus ſancti corrigentem voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatẽ, & naturaliter nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus, quia qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vſq; in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et illud: Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eo credatis, ſed etiam, vt pro illo patiamini. Et gratia ſalui facti eſtis per fidem, non ex vobis, Dei enim donũ eſt. Qui enim fidẽ, qua in Deum credimus, dicũt eſſe naturalẽ, oẽs eos, qui ab eccleſia Chriſti alieni ſunt, quodãmodo fideles eſſe definiunt.

Philip. 1. *Ibidem.* *Ephe. 2.*

Cap. 6. Quòd gratia Dei ſumus id, quod ſumus.

SI quis ſinẽ gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, & pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hæc omnia, ſicut oportet agere, valeamus, per infuſionem, & inſpirationem ſancti Spiritus in nobis fieri cõfitetur: aut humilitati, aut obedientiæ humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec vt obediens, & humilimus ipſius gratiæ donum eſſe conſentit, reſiſtit Apoſtolo dicenti: Quid hàbes, quod non accepiſti? Et gratia Dei ſum id, quod ſum.

1. Cor. 4. *Ibidem. 15.*

Cap.

Cap. 7. Quòd non ſumus idonei cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis.

SI quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare non expedit, aut eligere, ſiue ſaluari, id eſt, Euangelizanti, prædicationi conſentire poſſe confirmat abſq; illuminatione, & inſpiratione Spiritus ſancti, qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis: Sine me nihil poteſtis facere. Et illud Apoſtoli: Non quòd idonei ſimus, cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. *Ioan. 15.* *2. Cor. 3.*

Recentiores quidam Theologi interpretantur hæc duo loca de auxilio Dei generali, ſinè quo nihil omnino valemus facere, nec opus aliquod naturæ. Magis legitimum eſt, quod ſentitur à Concilio, & Pontifice, vt hîc non negetur opera naturæ, ſed quæ pertinent ad ſalutem æternæ vitæ. *Cenſura authoris.*

Cap. 8. Nemo per ſemetipſum ſalutis æternæ myſteriũ poteſt conquirere.

SI quis, alius miſericordia, alius verò per liberũ arbitrium (quod in omnibus, qui de præuaricatione primi hominis nati ſunt) conſtanti ſæuitia hominem ad gratiam baptiſmi poſſe venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis aſſerit infirmatum, aut certè ita læſum putat, vt tamen quidam valeant ſinè reuelatione Dei myſterium ſalutis æternæ per ſemetipſos poſſe conquirere. Quod quàm ſit contrarium, ipſe Dominus probat, qui non aliquos, ſed neminem ad ſe poſſe venire teſtatur, niſi quem pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: Beátus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Et Apoſtolus: Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum Chriſtum, niſi in Spiritu ſancto. *Ioan. 16.* *Matth. 16.* *1. Cor. 12.* *Philip. 2.*

Cap. 9. De adiutorio Dei.

DIuini eſt muneris, cũ rectè cogitamus, & pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia tenemus. Quoties em̃ bona agimus, Deus in nobis, atq; nobiſcum, vt operemur, operatur.

Cap. 10. De eodem.

ADiutorium Dei etiam renatis, ac ſanctis ſemper eſt implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono poſsit opere perdurare.

Cap-

Cap. 11. De obligatione votorum.

NEmo quicquã Domino rectè vouerit, niſi ab ipſo acceperit, ſicut legitur: Quę de manu tua accepim⁹, damus tibi.

Cap. 12. Quales nos diligit Deus.

TAles nos amat Deus, quales futuri ſumus ipſius dono, Non quales ſumus noſtro merito.

Cap. 13. De reparatione liberi arbitrii.

ARbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi nõ poteſt reparari. Quod amiſſum, niſi à quo potuit dari, non poteſt reddi. Vndè ipſa veritas dicit: Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. *Ioan. 8.*

Cap. 14. De miſericordia Dei.

NVllus miſer de quantacunq; miſeria liberatur, niſi qui Dei miſericordia præuenitur, ſicut dicit Pſalmiſta: Citò anticipet nos miſericordia tua Dñe. Et illud: Deus meus miſericordia eius pręueniat me. *Pſal. 18. Pſal. 58.*

Cap. 15. De mutatione priuationis Adæ.

AB eo, quod formauit Deus, mutatur Adam, ſed in peius per iniquitatẽ ſuã. Ab eo, qđ operata eſt iniqtas, mutatur fidelis, ſed in meli⁹ per gratiã Dei. Illa ergo mutatio fuit pręuaricatoris primi: hæc, ſecundũ Pſalmiſtã, mutatio dexterę excelſi. *Pſal. 76.*

Cap. 16. Quòd nemo glorietur de ſubſtantia ſua.

NEmo ex eo, quod videtur habere, glorieĩ, tanq̃ non acceperit: aut ideo ſe putet accepiſſe, quia litera extrinſecus, velut legitur, apparuit, vel vt audiretur, ſonuit. Nam ſicut Apoſtolus dicit: Si per legẽ iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Aſcẽdens in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Inde habet, quicunq; habet. Quiſquis autẽ inde ſe habere negat: aut verè nõ habet, aut id, quod habet, auferetur ab eo. *1. Cor. 4. Gala. 2. Ephe. 4. Pſal. 67. Matth. 25.*

Cap. 17. De fortitudine Chriſtiana.

FOrtitudinẽ Gentiliũ mundana cupiditas: Fortitudinem Chriſtianorũ Dei charitas facit, quę diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per volũtatis arbitriũ: ſed per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, nullis meritis gratiã pręuenientibus. *Roma. 5. Roma. 4.*

Cap. 18. De mercede boni operis.

DEbetur merces bonis operibus, ſi fiant, ſed gratia, quæ non debetur, pręcedit, vt fiant, neminem, niſi Deo miſerante, ſaluari.

Cap. 19. De natura humana.

Natura

NAtura humana, etiã ſi in illa integritate, in qua eſt cõdita, permaneret, nullo modo ſeipſam, creatore ſuo non adiuuãte, ſeruaret. Vndè cùm ſinè gratia Dei ſalutẽ non poſſit cuſtodire, quã accepit: quomodo ſinè Dei gratia poterit reparare, qđ ꝑdidit? *Cap.20. Nihil boni hominem poſſe ſinè Deo.*

MVlta in homine bona fiunt, quæ non facit homo. Nulla verò facit homo bona, quę non Deus pręſtet, vt faciat homo. *Iſaie.26.* *Cap.21. De natura, & gratia.*

SIcut eis, qui volẽtes in lege iuſtificari, & à gratia exciderunt, veriſsimè dicit Apoſtolꝰ: Si ex lege iuſtitia eſt, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt: iam hîc enim erat lex, & non iuſtificabat, iam hîc erat & natura, & non iuſtificabat: ideo Chriſtus non gratis mortuus eſt, vt & lex per illũ impleretur, qui dixit: Non veni legẽ ſoluere, ſed adimplere, & natura per Adã ꝑdita per illũ repararetur, q dixit: Veniſſe ſe quęrere, & ſaluare, qđ perierat. *Gal.2.* *Matth.25.* *Luce.19.* *Pſal.115.* *Ca.22. De his, quæ hominũ propria ſunt.*

NEmo habet de ſuo niſi mendaciũ, & peccatũ. Si quis autem habet homo veritatẽ, atq; iuſtitiã, ab illo fonte eſt, quẽ debemus ſitire in hac eremo, vt ex eo quaſi guttis quibuſdã irrorati, nõ deficiamꝰ ĩ via. *Iſaie.10.* *Ca.23. De volũtate Dei, & hoĩs.*

SVam voluntatẽ homines faciũt, non Dei, quãdo id agũt, quod Deo diſplicet. Quãdo autẽ ita faciunt, quod volũt, vt diuinę ſeruiãt volũtati: quãuis volẽtes agãt, quod agunt, illorum tamen voluntas eſt, à quo præparatur, & obitur, quod volunt. *Cap.24. De palmitibus vitis.*

ITa ſunt in vite palmites, vt viti nihil cõferant, ſed inde accipiant, vndè viuãt. Sic quippe vitis eſt in palmitibus, vt vitale ſubminiſtret eis, nõ ſumat ab eis. Ac per hoc & manẽtẽ in ſe habere Chriſtũ, & manere in Chriſto, diſcipulis prodeſt, & non Chriſto. Nam præciſo palmite, poteſt de viua radice alius pullulare. Qui autẽ pręciſus eſt, non poteſt ſinè radice viuere. *Ioan.15.* *Et Auguſtinꝰ ſuper Io.* *Cap.25. De dilectione, qua diligimus Deum.*

PRorſus donũ Dei eſt, diligere Deum. Diffundit enim charitatem in cordibus noſtris Spiritus patris, & filij, quem cum patre amamus, & filio. Ac ſic ſecundũ ſupraſcriptas ſanctarum ſcripturarũ ſentẽtias, vel antiquorũ patrũ definitiones, hoc Deo propitiãte, & prædicare debemus, & credere, quòd ꝑ peccatũ primi hominis ita inclinatũ, & attenuatũ

fuerit

fuerit liberum arbitriũ:vt nullus poſtea aut diligere Deum, ſicut oportuit, aut credere in Deũ, aut operari ꝓpter Deũ, quod bonum eſt,poſsit:niſi gratia eum,& miſericordia diuina præuenerit. Vnde Abel iuſto,& Noe,& Abraham,& Iſaac,& Iacob, & omni antiquorum ſanctorum multitudini,illam pręclaram fidem,quam in ipſorum laudem prædicat Apoſtolus, non per bonũ naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, ſed per gratiam Dei credimus fuiſſe collatã.

Hebr. 11. per totum.

Quia gratiam,etiam poſt aduentum Domini,omnibus,qui baptizari deſiderant, non in libero arbitrio habere, ſed in Chriſti nouimus ſimul, & credimus largitate conferri, ſecundùm illud, quod iam ſupradictum eſt, & pręadicat Paulus Apoſtolus: Vobis donatum eſt pro Chriſto,non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini. Et illud: Deus, qui cœpit in vobis bonũ opus, perficiet vſq; in diem Domini noſtri. Et illud: Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis,Dei enim donum eſt.Et quod de ſeipſo ait Apoſtolus: Miſericordia conſequutus ſum, vt fidelis eſſem. Non dicit,quia eram,ſed vt eſſem. Et illud:Quid habes,quod non accepiſti? Et illud: Omne datum bonum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Innumerabilia ſunt ſanctarum ſcripturarum teſtimonia,quæ poſsint ad probãdam gratiã proferri,ſed breuitatis ſtudio prætermiſſa ſunt: quia & re vera, cui pauca non ſufficiunt,plura non proderunt. Hoc etiam ſecundum fidem catholicam credimus, quòd accepta per baptiſmum gratia, omnes baptizati (Chriſto auxiliante, & cooperante)quæ ad ſalutem pertinent, poſsint, & debeant(ſi fideliter laborare voluerint)adimplere. Aliquos verò ad malum diuina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolùm non credimus:ſed etiam ſi ſunt,qui tantùm malũ credere velint,cum omni deteſtatione in illis anathema dicimus.Hoc etiam ſalubriter profitemur, & credimus,quòd in omni opere bono nos non incipimus,& poſtea per Dei miſericordiam adiuuamur: ſed ipſe nobis nullis præcedẽtibus bonis meritis, & fidem,& amorem ſui prius inſpirat,vt & baptiſmi ſacramenta fideliter requiramus,& poſt baptiſmum(cum ipſius adiutorio)ea,quę ſibi ſunt placita, implere poſsim⁹. Vnde

Philip. 1. *Ephe. 2.* *Iacobi. 1.*

manifeſtiſsimè

manifeſtiſsimè credẽdum eſt, quòd & illius latronis, quem Dominus ad paradiſi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis, ad quem angelus Domini miſsus eſt, & Zachæi, qui ipſum Dominum ſuſcipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, ſed diuinæ largitatis donum. *Lucæ.23.* *Act.10.* *Lucæ.19.*

Hanc definitionem antiquorum patrum non ſolùm epiſcopi, ſed laici etiã illuſtres, & magnifici viri ſubſcripſerunt. *Subſcriptio.*

CONCILIVM VASENSE SVB LEONE primo Papa, & Theodoſio Iuniore celebratũ eſt. In quo nõ nullæ conſtitutiones ſancitæ ſunt per .18. epiſcopos ibi congregatos, ex quibus aliquas, tanq̃ p̃cipuas ſubiicere placuit

Cap. 1. Vt alterius epiſcopi chriſma nullus accipiat, ſed propriũ.

PEr ſingula territoria presbyteri, vel miniſtri ab epiſcopis non (prout libitũ fuerit) à vicinioribus, ſed à ſuis p̃priis, per annos ſingulos petant chriſma appropinquãte ſolennitate Paſchali, nec per quẽcunq; eccleſiaſticum: ſed ſi qua neceſsitas, aut miniſtrorum occupatio eſt, per ſubdiaconum, quia inhonorum eſt, inferioribus ſumma committi. *Concilium Vaſenſe.*

Cap. 2. Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

QVi oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ab eccleſia ſunt abiiciendi, quia vſq; ad exinanitionẽ fidei peruenire, certũ eſt hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudãtur. Hi ergo tales quaſi egentiũ necatores, nec credẽtes iudiciũ Dei, habendi ſunt. Vndè & quidam * patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit, congruente ſententia, qua ait: Amico quicquam rapere furtum eſt, eccleſiam verò fraudare ſacrilegium eſt. *13. q. 2. Qui oblationes.* **Hieron. vt habet. 12. q. 2. Gloria epi.*

Cap. 3. De ſepulturis, quomodo non eſt accipiendum pretium.

PRæcipiendum eſt ſecundum canonum authoritatem, vt de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant, niſi fortè qui ſepelitur, viuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de rebus ſuis tribuere: aut etiam poſt mortem ipſius illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere, de rebus illius aliquid ſponte dare voluerint. Et tamẽ nullatenus à presbyteris eccleſiæ illius aliquid exigatur, ſine illis, qui locis, & villis præſunt. *12. q. 2. Præcipiendum.*

Cap. 4. Vt presbyteris prædicandi poteſtas ſuis plebibus concedatur.

Parochiis prædicandi poteſtas datur.

HOc etiã pro ædificatione omniũ eccleſiarum,& pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non ſolùm in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus parochiis verbũ faciendi daremus presbyteris poteſtatẽ: ita vt ſi presbyter, aliqua infirmitate, phibente, per ſeipſum nõ potuerit prędicare, ſanctorum patrũ Homilię à diaconis recitenť. Si eñ digni ſunt diaconi, quę Chriſtus in Euãgelio loquut⁹ eſt, legere: quare indigni iudicetur, ſanctorũ patrum expoſitiones publicè recitare? *Cap. 5. Vt Kyrie eleiſon in omnibus eccleſiis dicatur.*

ET quia tam in ſede Apoſtolica, q̃ etiã per totas Orientalis, atq; Italiæ puincias dulcis, & nimis ſalubris conſuetudo intromiſſa eſt, vt Kyrie eleiſon freq̃uẽtius cũ grandi affectu, ac cõpunctione dicatur: placuit etiã nobis, vt in oĩbus eccleſiis noſtris iſta cõſuetudo ſancta, & ad Matutinum, & ad Miſsas, & ad Veſperam, Deo propitiãte, intromittatur.

Cap. 6. Vt in omnibus Miſsis ſemper Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicatur.

IN omnibus Miſsis, ſiue Matutinis, ſiue in Quadrageſimalibus, ſiue in illis, quæ pro defunctorũ cõmemorationibus fiunt, ſemper Sanctus, Sãctus, Sãctus, eo ordine, quo ad Miſsas publicas, dici debeat: quia tã dulcis, & deſiderabilis vox (etiã ſi die, noctuq; poſsit dici) faſtidiũ nõ poterit generare. Et hoc nobis iuſtũ viſum eſt, vt nomen Dñi Papę, quicunq; ſedi apoſtolicę pręfuerit, in noſtris eccleſiis recitetur.

Nomẽ Papæ in Miſſa recitandum.

Cap. 7. Vt propter hæreticorum incredulitatem, poſt Gloria patri &c. Sicut erat in principio &c. ſemper dicatur.

QVia nõ ſolùm in ſede apoſtolica, ſed etiã per totũ Orientem, & totã Aphricã, vel Italiã propter hęreticorum aſtutiã, qua Dei filiũ non ſemper cũ patre fuiſſe, ſed à tẽpore cœpiſſe blaſphemãt, in omnib⁹ clauſulis poſt Glĩa patri &c. Sicut erat in principio &c. dicatur etiam & nos in vniuerſis eccleſiis noſtris hoc ita dicendum eſſe decreuimus.

Cõciliũ Carpẽtoractẽſe.

CONCILIVM CARPENTORACTE. SVB Leone primo Papa celebratum eſt: in quo hæc conſtitutio à patribus eſt definita.

Conſtitutio ſanctorum epiſcoporum, in ciuitate Carpentoractẽ.

Decretum.

LIcet omnia, quæ eccleſiaſtica regula præcepit obſeruari, in

in multis canonibus contineãtur inſerta: noſcuntur tamen cauſæ pro quibus neceſſe habent ſacerdotes Domini, quod ad iuſtitiã pertinet, ſecundũ diſciplinã eccleſiaſticã ordinare. Et ideo, quia Carpentoracte cõuenientes, huiuſmodi ad nos querela peruenit, ꝙ ea, quę à quibuſdã fidelibus parochiis cõferuntur, ita ab aliquibus epiſcopis pręſumantur, vt aut parũ, aut propè nihil eccleſiis, quibus collata fuerant, relinquatur: hoc nobis iuſtũ, & rationabile viſum eſt, vt ſi eccleſia ciuitatis eius, cui pręeſt epiſcopus, ita eſt idonea, vt ipſa nullius indigeat, quicqd parochiis fuerit derelictũ, clericis, qui in ipſis parochiis deſeruiũt, vel reparationibus eccleſiarũ rationabiliter diſpẽſetur. Si verò epiſcopũ multas expenſas, & minorem ſubſtantiam habere conſtiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata ſubſtantia, hoc tantùm, qđ clericis, vel architectis rationabiliter ſufficiat, reſeruet.

Et ſubſcripſerunt hanc conſtitutionem epiſcopi, quorum nomina in conciliis habentur. fol. 341. pag. 2.

CONCILIVM ARELATENSE TERTIVM ſub Leone primo papa celebratum eſt à. 34. epiſcopis Aera 461. Martiano Auguſto, Opilione, & Vincomalo conſulibus. 8. Idus Iulij. Quũ in Baſilica ſanctę Mariæ in Arelateñ. ciuitate ſacerdotes Domini cõueniſſent, congruũ eis, & rationabile viſum eſt, vt primum de obſeruãdis canonibus, attentiſsima ſolicitudine pertractantes, qualiter ab ipſis eccleſiaſticæ regulæ ſeruarentur, ſalubri concilio definirent. *Concilium Arelaten. 3.*

Primum. Vt diaconus ante. 25. annos, & ſacerdos ante 30. non ordinetur. 1.

Vt digami, vel pœnitentes, vel repudiatarum mariti ad ſacerdotium non proueh antur. 2.

Vt Laicus ante annum conuerſionis non ordinetur. 3.

Vt qui clericum alienum defendere nititur, communione priuetur. 4. *Caput. 5.*

Laici, qui excubias funeris obſeruant, cum timore, & tremore, & reuerentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præſumat cantare, nec iocos, nec ſaltationes facere, quæ Pagani, docente Diabolo, adinuenerunt. Quis enim neſciat, Diabolicum eſſe, & non ſolùm à religione Chriſtiana alienũ, ſed etiã humanę naturæ eſſe contrariũ, ibi lætari, *De his, qui vanitates in excubiis excercent.*

cantare, inebriari, & cachinnis ora diſſolui, & omni pietate, & affectu charitatis poſtpoſito, quaſi de fraterna morte exultare: vbi luctus, & planctus, flebilibus vocibus debuerit reſonare pro amiſsione chari fratris? Patres ſiquidē veteris, & noui Teſtamenti, mortes ſanctorū virorum legimus multis in locis cum fletu deploraſſe, in nullo autem loco de illis, qui à ſeculo diſceſſerant, exultaſſe. Nam & Iacob Patriarcham tota fleuit Aegyptus. 70. diebus. Et Ioſeph, & fratres eius, cùm patrem deferrent in terram Chanaan ad ſepeliendum, celebrantes exequias, planctu magno, atq; vehementi impleuerunt ſeptem dies. Tantus autē fuit planctus, vt locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus, quòd ſepelierūt eum viri timorati, & fecerunt planctū magnū ſuper eum. Et ideo talis inepta lætitia, & peſtifera cantica, ex authoritate interdicēda ſunt. Si quis autem cantare deſiderat, Kyrie eleiſon cantet, ſi autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non vult, in craſtino à presbytero taliter coerceatur, vt alij timeant.

Gene.50. *Ibidem.* *Actu.8.*

Cōciliū Chalcedonenſe.

CHALCEDONENSE CONCILIVM VNVM ex quatuor celeberrimis, celebratū eſt præſentibus. 630. patribus, Temporibus Leonis primi Papæ, & Martiani Imperatoris, anno eius Imperij ſecundo: Natalis verò Domini 456. Eſtq; magna ſynodus à Græcis dicta (vt refert Fauſtinus) propter patrum multitudinem, qui ad eam cōuenēre: contra Eutychem Conſtantinopo. Abbatem, qui aſſerebat Chriſtū poſt humanā aſſumptionē non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolā in eo diuinam naturam permanere, & contra Dioſcorum eiuſdem defenſorē. Qui condēnata præſcripta hæreſi, ſtatuerunt hos canones, quorū author maximè ſanctus Anatholius Conſtantinopo. epiſcopus fuit.

A tertia ſynodo, vſq; ad hanc quartam Fauſtinus enumerat. 26. Pſellus verò. 30. annos.

SYNODVS CHALCEDONENSIS. 630. EPIſcoporū habita cōtra oēs hæreſes maximè cōtra Eutychem, & Dioſcorū Alexandrinū epiſcopū. Aera. 488. ſub Valentiniano, & Martiano Imperatoribus. *Actio prima.*

IN ciuitate Chalcedoñ. Metropoli, puinciç Bithyniç facta eſt ſynod' ex decreto piiſsimorū Imperato. Valētiniani, &

& Martiani ſub die.8.Idus Octob.Indictione.4.in eccleſia ſanctę martyris Euphemię. Cõgregatis,& cõſedẽtibus Paſchaſino,& Lucẽtio reuerẽdiſsimis epiſcopis, & Bonifacio religioſiſsimo pſbytero tenẽtibus locũ ſanctiſsimi, & reuerẽdiſsimi Archiepiſcopi vrbis Romę Leonis: & Anatholio reuerẽdiſsimo epiſcopo inclytæ vrbis Cõſtãtinop.cęteriſq; reuerẽdiſsimis epis,& glorioſiſsimis iudicibus.Ecce aduenientibus omnibus ante cãcellos ſancti altaris cũ magnificentiſsimo, & eximio ſenatu: aduenicte etiã piiſsimo Imperatore Martiano in ſupradicta ſanctiſsima baſilica, ſanctã ſynodũ allocutus eſt,animũ Chriſtianũ declarãs, qualiter inter tot publicas vtilitates nullũ magis eum cõſtringere negotiũ,q̃ rectam, & verã fidẽ Chriſtianorũ (q̃ ſancta,& vera cõſiſtit)indubitatã omnibus declarare: ob idq; ſanctã cõuenisse oſtẽdit ſynodũ. Quã nõ ſemel hortatur, vt pro virib⁹ inuigilẽt patres,omneq; adhibeãt ſtudiũ,vt hęreſib⁹,omnibuſq; prauis ſublatis inſtitutionibus,fides nr̃a pura,& ſancta in omniũ ingrediẽs animas,propriæ veritatis effulgeret luce.Deinde ſubdidit dicens: De cętero audeat nemo de natiuitate Dñi,& ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti aliud diſputare pręter q̃ qd' apoſtolicũ procemiũ. 318. ſanctorũ patrũ tradidiſſe noſcitur,ſicut ſanctiſsimi Papę Leonis(qui apoſtolicũ gubernat thronũ) ad ſanctæ memorię Flauianum vrbis Coſtantinopolitanæ Epiſcopum teſtantur literæ.

Et poſt Regis hęc verba Paſchaſinus reuerẽdiſsimus Epiſcopus,& vicarius ſedis apoſtolicę cũ in medio vnà cũ collegis ſuis ſtetiſſet,dixit:Btiſsimi,atq; apoſtolici viri, Papę vrbis Romę(q̃ eſt caput omniũ eccleſiarũ)pręcepta habemus pręmanibus, quibus præcipere dignatus eſt, vt Dioſcorus Alexandrinorũ Archiepiſcopus nõ ſedeat in cõcilio,ſed audiendus intromittatur:quod nos ſeruare neceſſe eſt.Si ergo pręcipit veſtra magnificẽtia,aut ille egrediatur,aut nos exibimus. Quib⁹ in Gręco interpretatis per Berouicianũ virum deuotiſsimũ,& ſecretariũ ſacri cõſiſtorij, glorioſiſsimi iudices,& ampliſsimus ſenatus dixerũt: Quid enim ſpeciáliter ingerit Dioſcoro epo? Paſchaſinus verò eps,& vicari⁹ ſedis apſicę dixit:Cũ intromiſſus fuerit,neceſſe eſt,vt illi obiiciat.Iudices,& ſenatus dixerũt. Vt iã interſati ſumus,cau-

ſa,quæ obiicit,ſpecialiter manifeſtet. Lucẽtius eps̃,& vicari⁹ ſedis apl̃icę dixit. Iudicij ſui neceſſe eſt cũ dare rationẽ: quia cum nec perſonã iudicãdi haberet,ſubrepſit, & ſynodũ auſus eſt facere ſine authoritate ſedis apoſtolicæ, quod nunq̃ ritè factũ eſt,nec fieri licuit. Paſchaſinus verò vicarius ſedis apoſtolicę dixit. Iſta ſic eſt. Nos cõtra pręcepta beatiſsimi, atq; apoſtolici Papæ gubernatoris ſedis apoſtolicæ venire non poſſumus: nec cõtra eccleſiaſticas regulas,vel cõtra patrũ inſtituta. Iudices,& ſenatus dixerunt. Cõuenit,vos ſpecialiter quid errauerit, exponere. Lucẽtius eps̃, & vicarius ſedis apoſtolicę dixit. Et iſta ſic eſt. Nõ patimur tantã iniuriã nec vobis fieri,nec nobis,vt iſte ſedeat, qui iudicãdus aduenit. Iudices,& ſenatus dixerunt. Si iudicis obtines pſonã, nõ vt accuſator debes ꝓſequi. Et Dioſcoro ep̃o Alexãdrię ſecundũ iuſsionẽ iudicũ,& ſenat⁹ reſidẽte in medio,& reſidẽtibus Romanis,& ep̃is in ꝓpriis locis,& tacẽtibus Euſebius epiſcopus Doryletanę ciuitatis tranſiens in medium,dixit:

Per ſanctã Trinitatẽ vos adiuro, quę cuſtos eſt principũ, quãq; colitis, & in qua baptizati eſtis, cuius quoq; inuocatione ſaluamini,iubete preces meas relegi. Clemẽtiſsimi iudices,miſeremini,& adeſte fidei,quę violata eſt à Dioſcoro. Clemẽtiſsimi iudices, per ſalutẽ vos adiuro Imperatorũ,Flauian⁹ ſctũs eps̃ iniquè occiſus eſt. Lachrymis impleor: ſimul mecũ iniuſtè à Dioſcoro dãnatus eſt. Iubete p̃ces meas plegi. Et lectę ſunt publicę p̃ces,& q̃relę Euſebij Doryletanę ciuitatis cõtra Dioſcorũ: q̃bus oſtẽdit ipſum Dioſcorũ in concilio Epheſino.2. malis,perturbationibus,atq; ſeditionibus mundũ repleſſe: cõſenſiſſeq; Eutychi vaniloquo hęretico in deſtructionẽ religionis,fideiq; catholicę. Inſuper ꝙ iniuſtè dãnauerit,occideritq; Flauianũ archiep̃m Cõſtantinop. Ad quę omnia petiit, iudices vt pręcipiãt Dioſcorũ reſpõdere.

Quib⁹ perlectis(petẽtibus Dioſcoro,& Euſebio) iuſſu iudicũ, atq; ſenatus recẽſita ſunt, q̃ in cõcilio Epheſino geſta fuerãt,vt Dioſcori cã innoteſceret. Nãq; nitebat̃ ipſe ꝓbare p̃dictũ cõciliũ legitimè congregatũ, fuiſſeq; catholicũ: & ꝙ robur,& authoritatẽ habuerit,vt ex hoc tã ipſe, q̃ Iuuenalis Hieroſolymorũ Archieps̃,& Thalaſi⁹ Cęſareę Cappadocię Archieps̃,qui p̃fati cõcilij fuerãt iudices,euaderẽt,quã iuſtè

mere-

merebātur dānationē:vel ſi ſec⁹(vt ſucceſsit)incideret in foueā,quā fecit.Quā ob cauſam,& ꝓ manifeſtāda etiā Flauiani innocētia fecerūt patres, vt legerētur in iſta prima actione acta tā ſynodi vniuerſalis primę Cōſtantinopo.quàm,& primę Epheſinę: & quędā epſtę Cyrilli ad Neſtoriū hæreticum,& ad Ioannē Antiochiæ epm de pace,& de partu diuinæ genitricis Virginis,& vnigeniti filij Dei humanitatis aſſumptione.Hac de cauſa nōnulla etiā recitātur acta in cōcilio Nicæno. Et cùm legerētur acta in ſecūda Epheſina ſynodo,& Dioſcorus in ſui defenſionē allegaret, quòd tota illic cōgregata ſynodus ſecū,tam in depoſitionē,& dānationem Flauiani,ꝙ in omnibus aliis,quæ ibidē decreta ſunt,conſenſiſſet,& propriis vocibus eadē cōfeſſa fuerit, atq; ſubſcripſerit, Orientales, & qui cū ipſis erant oēs epiſcopi dixerūt illud eſſe falſum,& quòd nullus volūtariè conſenſerit:& addiderunt. Violenta facta eſt vis cū plagis,in pura charta ſubſcripſimus:minabatur nobis dānatio, minę exilij tendebantur:milites cū fuſtibus,& gladiis inſtabant.Timebam⁹ & fuſtes,& gladios. Vbi gladij,& fuſtes,qualis ſynodus eſt?Milites ꝓpter hoc accepit Dioſcorus,vt nos terreret. Vndè quicquid egimus , terrore compulſi fecimus. Peccauimus tamen,omnes veniam poſtulamus, etiam ſi per vim, & neceſſitatem in pura charta coacti fuerimus tunc ſubſcribere

Et cùm ex actis in præfata ſynodo legeretur,quòd fuerit cōgregata ex preceptione Imperatorū reſidētibus ſanctiſsimis epis Dioſcoro Alexādrię,& Iuliano epō agente vices,& tenēte locum ſanctiſsimi epi Romanę eccleſię Leonis cuius. lectæ,& ſuſceptæ fuerint epiſtolę ad dictā ſynodū directæ. Inſuper quòd patres oēs illic cōuenientes receperint libellum cōfeſsionis Eutychetis tanquā catholicū,conuictus eſt Dioſcorus in multis:ipſa etiam ſynodus reprobata,& vt acephala dānata.Nam cū iſta legerētur, Orientales,& qui cum ipſis erant reuerēdiſsimi epiſcopi clamauerunt: Eiectus eſt, nullus illic ſuſcepit nomen Leonis Papæ, nec eius epiſtolæ receptæ,nec permiſſæ ſunt à Dioſcoro legi:& quòd nec conſenſerint patres confeſsioni Eutychetis,eò quòd ſimilis fuerit Apollinari, Valentiniano,atq; Macedonio,qui verbum illud à patribus de Chriſto in ſymbolo additum, ſcilicet,

(Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine) nuſquam ſuſceperint.

Deinde cum inter cætera alia multa, ex actis Epheſinæ ſecundæ ſynodi legeretur ſic.

Cõſentimus, & cõfitemur ex duab⁹ naturis fuiſſe Dñm noſtrũ ante adunationẽ: poſt verò adunationẽ, vnam naturam cõfitemur. Quę verba in cõcilio Cõſtantinop. pronunciauerat Eutyches in ſua confeſsione, recepta tñ à Dioſcoro in ſecũda ſynodo Epheſina, & hic recitata. Quę cũ legerent Orientales, & qui cũ ipſis erant epiſcopi, dixerũt. Iſta nemo dixit. Anathema ei, qui dixit iſta. Homicida dixit. & Aegyptij dixerunt: Iſta Pharaonis ſunt. Anathema, qui iſta dixerunt. Hæc Dioſcori ſunt &c. Perlectis, quæ in Epheſina ſecunda ſynodo acta ſunt, iudices, & ſenatus dixerunt.

Quoniã verò Flauianus religioſæ memoriæ, & Euſebius epiſcopus ex geſtorũ, & cognitionũ ſcrutatione, & ipſa voce quorundã, qui tũc ſynodo prefuerũt confitentiũ ſe erraſſe, & fruſtra eos dãnaſſe, quia nihil circa fidẽ monſtrant erraſſe, oſtendunt iniuſtè depoſiti, videt nobis iuſtũ eſſe eidẽ pœnę Dioſcorũ Epiſcopũ Alexãdrię, & Iuuenalẽ epm Hieroſolymorũ, & Thalaſiũ epm Cęſarec Cappadocię, & Euſebiũ epm Ancirę, & Euſtachiũ epm Beryti, & Baſilium epm Seleucię Iſaurię, qui principatũ tunc ſynodi tenuerũt, ſubiacere, & ab epali dignitate fieri alienos. Quam ſententiã, vt iuſtã cęteri oẽs epiſcopi approbarunt: gratias deinde Imperatori, iudicibus, atq; ſenatui referentes. Et ſic abſoluta eſt actio prima.

Actio ſecunda.

Conueniente ſancto, & vniuerſali cõcilio ſecundũ ſacrã actionẽ in Chalcedoneñ. ciuitate cõgregato. i. Paſchaſino, & Lucentio reuerẽdiſsimis epiſcopis, & Bonifacio reuerẽdiſsimo presbytero agẽtibus vices ſanctiſsimi, & Deo amantiſsimi Archiepi ſenioris Romę ſancti Leonis, & Anatholio ſanctiſsimo Archiepiſcopo Conſtantinopo. ciuitatis nouæ Romæ, & cætero ſancto Concilio &c.

Pręceptum eſt à legatis, & ſenatu, vt in pręſentia Concilij legeretur ſymbolum. 318. patrum in Nicęa congregatorum. Et lecta eſt per epiſcopum Nicomedię expoſitio fidei Concilij Nicęni. De quo vide ſuprà: pag. 51.

Rurſus

Rurſus præceperunt, vt recitaretur ſymbolum.150.patrũ, qui in Conſtantinop.ſynodo prima conuenerant: quod cũ epiſtolis etiam Leonis Papæ ad Flauianũ epiſcopũ de hære ſi Eutychis Aetius archid. eccleſię Conſtantino. recitauit.

Iterum etiam legũtur duæ epiſtolæ Cyrilli ad Neſtoriũ, quæ habentur in prima actione huius ſynodi, quarum etiã mentionem fecimus in eadem actione.

Hæc acta ſunt, vt per hæc examinaretur Dioſcorus diſcipulus Eutychetis, ſi ſequeretur fidem prædictorum patrũ, vel aliam, quam docuerat Eutyches.

Poſt lectionem verò epiſtolæ Leonis (quæ eſt.10.in numero) Epiſcopi clamauerunt. Hæc patrum fides, Hæc Apoſtolorum fides. Omnes ita credimus. Anathema, qui ita nõ credit. Petrus per Leonẽ locutus eſt. Apoſtoli ita docuerũt &c.

Et cùm legeretur prædicta epiſtola, in qua, & iſta verba continebantur, ſcilicet. Et ad reſoluendum conditionis noſtræ debitum, natura inuiolabilis naturæ eſt vnita paſsibili, vt quod noſtris remediis cõgruebat, mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, & mori poſſet ex vno, & mori non poſſet ex altero: dubitantibus Illyricianis, & Paleſtinis epiſcopis, quidam epiſcoporum ſurrexerunt, vt eos in his, quæ fidei ſunt, inſtruerent. Et hac de cauſa, etiam, & vt pertinentia ad fidem commodius tractarẽtur, inducias nõnulli petierunt, quas etiam iudices conceſſerunt, differentes audientiam per quinque tantùm dies. Et ſic abſoluta eſt actio ſecunda.

In iſta actione videre licet quanta reuerentia proſequantur, & titulis efferant Romanum Epiſcopum. Dominum.n.noſtrum vocãt: ipſumq; adorantem Apoſtolicam ſedem fatentur, eius doctrinam, vt ſer beatiſsimi Petri amplectuntur: nempe, vt in primatu eccleſiæ ſucceſſor, in doctrinæ ſoliditate (pro paſcendo ſibi commiſſo grege) eſſet, & Petri heres. Author.

Actio tertia.

CONueniente ſacro, & vniuerſali concilio &c. Accuſatur Dioſcorus ab Euſebio Dorylei epiſcopo ſicut in actione prima, & ſupplicat ſanctam ſynodum, vt ſceleratũ dogma Dioſcori anathematizare dignaretur, ipſum etiam compellere, vt coram concilio compareret. Dioſcorus enim continuerat ſe domi, nolens coram ſynodo comparere.

O v. Rurſus

Rurſus accuſatur abſens à Theodoro diacono eccleſiæ Alexandriæ. Primùm de homicidio. Secundò de blaſphemia in ſanctam Trinitatē. Deinde quòd cum Origene conſentiret: quòd incendiarius fuerit. Poſtremò quòd excommunicationem contra ſanctiſsimū apoſtolicæ ſedis magnæ Romæ epiſcopum Leonem fecerit: nec nō etiam quòd temerarius extiterit contra geſtum in Metropoli Nicæna concilium. Et dato libello accuſationis ſubſcripſit dicens.

Paratus ſum adueniente Dioſcoro in hoc ſanctū veſtrum concilium meis adeſſe accuſationibus.

Poſt productus eſt alius libellus accuſationis per Iſchyrionem diaconem, qui libellus ſic incipit.

Sanctiſsimo, & beatiſsimo vniuerſali Archiepiſcopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & ſanctæ, & vniuerſali Chalcedonenſi ſynodo &c. Vbi de multis aliis criminibus prædictum accuſat Dioſcorum.

Quartò productus, & lectus eſt alius libellus accuſationis aduerſus eundem Dioſcorum per Athanaſium presbyterum de ſimilibus ſceleribus.

Quintò, productus, & lectus eſt alius libellus contra Dioſcorum, per Sophronium laicum, in quo præter alia accuſauit illum de adulterio: & quòd iniquo deſiderio captus ſuam rapuerat vxorem. Inſuper quòd ipſum Sophronium viribus totis Dioſcorus de rebus humanis curauerat facere alienū.

Sextò, vocatus eſt Dioſcorus ad concilium per notariū concilij, vt reſponderet ad prædictas accuſationes. Ille tamen ſimulans ęgritudinem, noluit venire.

Vocatus eſt ſecundò directis literis à concilio ad illum, & miſsis tribus epiſcopis, qui commonefacerent illum, vt veniret, & ſatisfaceret de illis, quę in concilio illi ingerebant. Quo adhuc renuente, directæ ſunt literæ à ſacro concilio ad illum, quibus iam tertiò vocatus eſt, vt in ſacrū illud concilium dignaretur venire ad ſatisfaciendū ſimul, & reuerēdiſsimo Euſebio epiſcopo, & iis, quę illi tunc ingerebantur. Similiter reſpōſurus, & illis, qui illic aduerſus illū alios accuſatorios dederāt libellos, aliàs ſi poſt tertiam (dicunt patres) hanc regularem vocationem, ex omni parte nullam habentem ſuſpitionem ad veniendum diſtuleris, præſens ſancta

cta ſynodus ad illum veniet modum, quem contra pertinaces, & contemptores ſynodalis vocationis ſeruare ſolet &c.

Et cùm adhuc in ſua permaneret pertinacia, Paſchaſinus eps, & cum ipſo Lucentius epiſcopus, & Bonifacius presbyter tenentes locum ſanctiſsimi, & beatiſsimi Archiepi apoſtolicæ ſedis ſenioris Romæ Leonis Papæ pronunciauerũt.

Manifeſta facta ſunt, quæ à Dioſcoro quondam Alexandriæ Epo cõmiſſa ſunt aduerſus ſanctarum regularum ordinem, & eccleſiaſticam diſciplinam, tam ex iis, quæ dudum examinata ſunt in priore conſeſſu, q̃ ex iis, quæ hodie acta ſunt. Hic eñ, vt plura intermittam⁹, Eutychẽ ſimilia ſibi ſapiẽtẽ, & regulariter à proprio dãnatum Epo, id eſt, ſanctiſsimo Flauiano præſumẽs ſibi primatum irregulariter in communione ſuſcepit, priuſquã conſideret in Epheſo cum Deo amantiſsimis epiſcopis. Sed, & illis quidem apoſtolica ſedes veniam præſtitit de his, quę ibi non voluntariè ab eis geſta ſunt, qui hactenus permanſerunt obedičtes ſanctiſsimo Archiepo Leoni, & omni ſancto, & vniuerſali cõcilio. Hic autẽ, & hactenus permanſit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & ſe terrę proſternere. Super hæc nec epiſtolam beatiſsimi Leonis Papę ad ſanctę memoriæ Flauianum ſcriptam legi permiſit, & ſi cum iuramẽto fieri lectionẽ promiſerit. Sed qm̃ ſecũdis exceſsibus priorẽ iniquitatẽ valde tranſcendit, pręſumpſit enim, & excõmunicationem dictare aduerſus ſanctiſsimũ Archieſpm magnæ Romę Leonem: inſup etiã, & multi libelli multis eius pleni iniquitatib⁹ contra eum in ſancto, & magno concilio oblati ſunt, & ſemel, & 2. & 3. regulariter vocatus minimè voluit obedire: & hos, qui à diuerſis conciliis regulariter damnati ſunt, contra diuinas leges ſuſcepit, ideo ipſe contra ſe elicuit ſententiam. ſępi⁹ eccleſiaſticos cõculcans canones. Vnde ſanctiſsim⁹ Archieps magnæ Romæ Leo per nos, & per pſentem ſanctã ſynodum vnà cum ter beatiſsimo, & oĩ laude digno beato Petro Apoſtolo, qui eſt petra, & crepido catholicæ eccleſię, & ille, q eſt rectæ fidei fundamentum nudauit eum, tam epiſcopatus dignitate, q̃ etiã, & ab omni ſacerdotali alienauit miniſterio.

Tunc Anatholius Archiepiſcop⁹ Conſtantiñ. dixit. Hęc eadem apoſtolicę ſedis per omnia ſapiens, cõcors ſententiæ

efficior. Similiter, & omnes dixerunt conſentiẽtes ſententiæ legatorum apoſtolicæ ſedis.

Poſt hæc ſacrum cõcilium epiſtolam ad Valentinianum, & Martianum Imperatores miſit, rationem reddẽs omniũ, quæ in his tribus actionibus geſta ſunt in depoſitionẽ Dioſcori huius cauſas in eadem epiſtola breuiter complectens, vt Dioſcori malitiam, & in eum prolatæ iuſtæ ſentẽtiæ ſynceritatem conſiderarent.

Miſerunt patres, & aliam epiſtolam ad ſanctæ memoriç Pulcheriam Auguſtam: quç idem, quod in præcedenti continet argumentum.

Deinde ſubiectum eſt edictum, ſiue leges Martiani Imperatoris ad Conſtantinopolitanos ciues, quo interdicuntur, & prohibẽtur diſputationes Chriſtianorum cum Paganis, & Iudæis. Quas leges beatiſsimus Papa Leo in ſuis confirmauit epiſtolis, & confirmantur Chalcedoneñ. concilij edita, atq; ſtatuta.

Extat in hac actione etiam relatio ſanctæ ſynodi Chalcedonenſis ad Leonem Papam de omnibus geſtis generaliter in ſynodo. Quæ vniuerſa poſtulant confirmari authoritate apoſtolica, vt latè ponitur in epiſtola, quæ incipit. Repletũ eſt gaudio os noſtrum &c. Et inter alia, hæc ſubiiciuntur. Hæc ſunt, quæ tecum, qui ſpiritu præſens eras, & placere tanquam fratribus deliberaſti, & qui penè per tuorum vicariorum ſapientiam videbaris nobis, effecimus. Iudicauimus verò, quia & alia quædam pro rerum ipſarũ ordinata quiete, & propter eccleſiaſticorum ſtatutorum definiuimus firmitatem, ſcientes, quia & veſtra ſanctitas addiſcens, & probatura, & confirmatura eſt eadem. Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honora iudicium &c.

Ad quam epiſtolam reſpondet Leo, & confirmat acta huius ſynodi, excepto decreto primatus Conſtantinopo. eccleſiæ ſupra Alexãdrinam, & Antiochenam; & eſt inter epiſtolas Leonis epiſtola. 59, quæ incipit. Omnem quidem fraternitatem veſtram &c.

Actio quarta.

CONgregato ſancto, & vniuerſali concilio &c. Primò, iudicum, & ſenatus iuſſu lecta ſunt coram ſynodo, quæ

in

præcedentibus actionibus acta fuerant. Deinde iudices, & ſenatus dixerunt: Singuli reuerendiſsimi epiſcopi, qui hic conuenerunt, doceant, ſi expoſitio. 318. patrum, qui olim in Nicęa collecti ſunt: & poſt hæc centum quinquaginta, qui Conſtantinopoli congregati ſunt, conſonant epiſtolæ reuerendiſsimi Papę Leonis. Anatholius Archiepiſcopus Conſtantinopo. dixit: Non ſolùm illis conſonat epiſtola ſanctiſſimi Leonis Papæ, ſed & iis, quæ in Epheſo ſub beatiſsimo Cyrillo geſta ſunt ab vniuerſali, & ſancto concilio. Hoc idẽ vicarij ſedis apoſtolicæ, cũ omnibus aliis epiſcopis dixerũt.

Illyriciani, & Palęſtini epiſcopi, qui in. 2. actione cũ legeretur epiſtola Leonis papę (vt diximus) dubitare cœperant ſuper verbis illis iam recitatis conſequenter dixerunt. Nos ſanctorum patrum. 3. 8. qui in Nicæa conuenerant fidẽ ſemper ſeruauimus, & ſeruamus. Sequimur & centum quinquaginta patrum nullo modo diſſonantem. Conſentimus etiam actis, & conſtitutis in prima ſynodo Epheſina. Sed & lecta eſt vobis epiſtola beatiſsimi Archiepiſcopi Romani Leonis in plurimis rectè habens, & prædictis conſonans, & conſentimus. Aliqua autem vobis ex ipſa apparuerũt verba, vt partitionem, & ſeparationem aliquã à diuinitate carnis domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quam ſibi aduniauit de ſancta virgine Maria, demonſtrãtia, de quibus paulò ante dubitabamus. Sed cùm iam à ſantiſsimis vicariis, locum tenentibus eiuſdem ſanctiſsimi Leonis, edocti ſimus: quia talia verba nullam partitionem in Domino, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, ſed vnum eundemq; dominum filium Dei indicant, conſentimus.

Deinde ſurrexerunt aliqui epiſcopi Aegyptiæ regionis pro tota illa prouincia, & ſuam confeſsionem in ſcriptis dederunt: in qua ſecundùm fidem à ſanctis prædictis conciliis expoſitam fatebantur ſe credere: epiſtolæ autem Leonis papæ nolebant ſubſcribere. Ob idq; magna eſt concertatio, & tumultus in ſynodo, vt compellerent illos, Leonis papæ epiſtolæ ſubſcribere, aut regularem damnationem, vt excommunicati, ſuſciperent: indignè ferentes patres, vt decem homines præiudicium facerent ſynodo ſexcentorum patrum, & catholicæ fidei. Illi verò inſtanter clamabant miſericordiam

diam

diam petentes, vt concederetur illis à ſancta ſynodo à tali ſubſcriptione, vt ſuperſedere poſſent, quoadusq; eſſet electus Archiepiſcopus pro eccleſia Alexandrina: cuius conſenſum (vt mos in Aegypto erat) Epiſcopi debebant expectare, vt tale quid poſſent deliberare. Sin autem, quod in cõcilio fieret Archiepiſcopus Alexandrinus, & tunc ſubſcriberent, & conſentirent. Tandem datis fideiuſſoribus quòd non exirent de ciuitate, quoadusq; acciperet epiſcopũ Alexandria: quando non, vt repugnarent catholicę fidei, nec vt non obtemperarẽt ſynodo, ſubſcribere in præſenti diſtulerint. Eorum petitioni ſacra annuit ſynodus.

Extat in fine huius actionis epiſtola Pheudo Archimandritarum hæreticorum, quam protulerunt in concilio, pro reſtitutione Dioſcori. Quæ cùm legeretur omnes epiſcopi clamarunt. Anathema Dioſcoro. Dioſcorum Chriſtus depoſuit. Iſtos foras mitte. Petitiones iſtas ſynodum audire nõ licet. Qui dãnatus eſt ab omni ſynodo, epiſcopũ nominare non licet &c. Et ſic abſoluta eſt actio quarta.

Actio quinta.

IN iſta actione committitur quibuſdam epiſcopis cum vicariis apoſtolicæ ſedis, & Anatholio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, vt definitionem de fide interſe ordinarẽt, cui omnes poſtea aſſentiri deberent: in quo decreto, quæ à 318. patribus in Nicæa, & quæ à centum quinquaginta in ſynodo Conſtantinopolitana prima ſtatuta ſunt: ſimiliter, & geſta in ſynodo Epheſina prima, congregata ſub Celeſtino Papa, & Cyrillo Archiepiſcopo Alexandriæ reuocantur, & recipiuntur. Similiter & epiſtola Leonis Papæ ad Flauianũ pro expugnanda prauitatis Eutychis perfidia, miſſa recipitur à ſancta ſynodo: & nihil præterea.

Actio ſexta.

COnuenientes ſancta, & vniuerſali ſynodo &c. Ad hanc actionem venit Imperator Martianus, qui Græcè, & Latinè ſanctã alloquutus eſt ſynodũ, cuius orationis eadẽ ferè ſunt, q̃ in prima actione (vt annotauimus) ad ſynodũ verba fecit. Poſt verò allocutionem, lecta eſt Imperatori definitio fidei, quæ in actione quinta fuerat prolata.

Et poſt lectionem definitionis, extant ſubſcriptiones epiſcoporum,

ſcoporum,& multi pro abſentibus epiſcopis ſubſcripſerũt. Paſchaſinus epiſcopus vice domini mei beatiſsimi,atq; apoſtolici viri vniuerſalis eccleſiæ Papæ vrbis Romæ Leonis,ſynodo præſidens ſtatui,conſenſi, & ſubſcripſi. Similiter, & alij duo vicarij beatiſsimi Leonis Papæ dixerunt,& ſubſcripſerunt.Conſequenter & alij epiſcopi ſubſcripſerunt.

Poſt hæc idem piiſsimus Imperator ad ſanctam ſynodũ dixit. Pia catholica fide à ſancta,& vniuerſali ſynodo ſecundùm patrum expoſitionem declarata,iuſtum ſimul, & expediens eſſe noſtra tranquillitas approbauit:omnem decætero contentionis occaſionem de ſanctæ fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota,vel militaris,vel clericus publicè de fide turbam congregans, ſub obtentu diſputationis tumultũ fecerit,ſciat:quia (ſi quidem idiota ſit) ab vrbe regia expelletur:militaris verò, & clericus gradus ſui periculum ſuſtinebunt, & pœnis aliis ſubiacebunt. Tunc omnes clamauerunt,Multos annos Imperatori.Multos annos Auguſto pio,& Chriſtiano. Auguſtæ orthodoxæ multi anni &c.Dioſcoro anathema &c.

Imperator ad ſanctam ſynodum dixit. Quædam capitula ſunt,quæ ad honorem veſtræ reuerentiæ vobis ſeruauimus: decorum eſſe iudicantes à vobis hæc regulariter potius formari per ſynodum,quàm noſtra lege ſanciri. Et iubente piiſsimo principe lecta ſunt capitula, quę ſuperfluũ iudicauimus recenſeri:vtpote quòd primum caput ſit can. 4.&.2.cap.ſit.can.3.&.3.cap.ſit canon.5.huius concilij, & in aliis ſæpe repetitus.

Actio ſeptima.

IN iſta actione agitur de concordia duorum epiſcoporum iam inter ſe compoſita ſuper quibuſdam parochiis,quam poſtulant à ſancto concilio(vt permaneat)cõfirmari: quod & factum eſt.Et nihil prætera.

Actio octaua.

REſidente ſancto concilio ante cancellos ſanctiſsimi altaris,reuerendiſsimi epiſcopi clamauerunt.Theodoretus modò anathematizet Neſtoriũ.Theodoret⁹ dixit:Ego preces meas obtuli piiſsimo Imperatori,& libellos obtuli reuerendiſsimis epiſcopis agẽtibus locũ Archiepĩ Leonis: & ſi

vobis

vobis placet, legantur coram vobis, vt ſicut ſapio cognoſcatis. Epiſcopi clamauerunt. Nihil relegi volumus, modo anathematiza Neſtorium. Theodoretus dixit: Ego ab orthodoxis nutritus ſum: orthodoxè prædicaui, & docui: & non ſolùm Neſtorium, & Eutychem, ſed & omnem hominem, qui rectè non ſapit, aduerſor. Epiſcopi dixerunt. Clarè dic, anathema Neſtorio, & dogmatibus eius anathema. Tandem compulſus eſt, vt expreſſè, & clarè Neſtorium, & Eutychẽ, omnem hæreticum, & omnem hominem, dicentem, vel opinantem duos filios: & eos, qui non dicerent Dei genitricem virginem Mariam, anathematizaret. Quod cum dixiſſet, omnes epiſcopi clamauerunt: Theodoretus dignus eſt ſede ecclesiæ. Orthodoxum eccleſia paſtorem recipiat, orthodoxum doctorem eccleſia recipiat. Archiepiſcopo Leoni multos annos. Poſt Deum Leo iudicauit. Et ſic decretum eſt à ſancta ſynodo, vt Theodoreto eccleſia ſua reſtitueret, a qua fuerat, & eiectus, & ab epiſcopatu excluſus.

Iudex ĩmediatus poſt deũ ẽps Roman⁹.

Author. *Theodoretus iſte fuerat ſuſpectus de Arriana hæreſi, qua de cauſa apparet fuiſſe depoſitus. Et ob hoc (vt eſt videre ſupra in actione prima huius concilii.) cùm accuſaretur* Dioſcorus *ab Euſebio, & Theodoreto, ille conquerebatur, quòd permiſſus fuerit à iudicibus, & ſenatu Theodoretus concilium intrare, qui nec Epiſcopus erat. Inſinuans illum iam depoſitum: quia hæreticus.* Hoc *idem magis apparet ex ſententia Theodoſii iunioris lata in cõcilio Epheſino profano, vbi excluſit illũ ab ẽpatu, & pari modo prohibuit ſcripta Theodoreti legi, ſicut & Neſtorii Arriani: & ob hanc cauſam, patres in iſta actione, tanto clamore inſurrexerũt in prædictum Theodoretũ, quoadusq; fidem ſuam palam, & manifeſtam faceret, quod & fecit: addens etiam quòd ille ſubſcribebat epiſtolæ Leonis Papæ: vnde vt per omnia orthodoxus à ſynodo receptus eſt.*

Actio nona, & decima.

CONueniente ſancta, & vniuerſali ſynodo &c. Ibas reuerendus epiſcopus, qui fuit Edeſſenæ ciuitatis epiſcopus dixit. Iniuſtitiam ab Eutyche, & falſa figmenta perpeſſus, abſens à quadraginta manſionibus, & cõdemnatus, huc adueni impetrare clementiam &c.

Deprecor igitur vos, vt cognoſcatis quàm falſam accuſationem pertuli, & calumniam à quibuſdam clericis.

Iubete omnia, quæ per abſentiam meam in Epheſo ſub

Dioſco-

Dioſcoro geſta ſunt euacuari: & iuſtitiam mihi ſeruari, qui ſum in nullo culpabilis: & reddi mihi epiſcopatum pariter, & eccleſiam &c.

Accuſabatur Ibas, quòd publicè coram clero, & populo dixiſſet. Non inuideo Chriſto facto Deo. Et etiam quòd Cyrillum vocaſſet hæreticum. *Iba accuſatio.*

Examinatus tamen Ibas pręſentibus, & inſtantibus accuſatoribus ſuis, talem audiuit ſententiam. *Sētentia pro Iba epō.*

Paſchaſinus, & Lucentius epiſcopi, & Bonifacius presbyter tenentes locum ſedis apoſtolicæ. Quia miſsi apoſtolici ſemper in ſynodis prius loqui, & confirmare ſoliti ſunt, per Paſchaſinum dixerunt. Relectis chartis agnouimus ex ſententia reuerendiſsimorum epiſcoporum Ibam reuerendum innoxium approbari. Relecta enim eius epiſtola cognouim' eum orthodoxum, & ob hoc decernimus ei honorem epiſcopatus reſtituēdum: & eccleſiam à qua iniuſtè, & abſens expulſus eſt reparandam. De ſanctiſsimo igitur Epiſcopo Nonno, qui pro eo paulò ante factus eſt, exiſtimationis erit venerabilis epi Antiochenæ eccleſiæ, qd oporteat de eo ſtatui &c. Omnes epiſcopi clamauerunt: omnes eadem dicimus. Neſtorium modò anathematizet: Eutychem, & eius dogma modò anathematizet. Ibas reuerēdus Epiſcopus dixit: Et iam in ſcripto anathematizaui Neſtorium, eiusq; dogma, & nunc anathematizo eum decies millies. Anathema Neſtorio, & Eutychi: & omnem eum, qui nō ſapit ſicut hęc ſancta ſynodus anathematizo. Glorioſiſsimi iudices dixerunt: Quæ iudicata ſunt à ſancta ſynodo de Iba reuerendiſſimo Epiſcopo, propriam fortitudinem retinebunt. Et ſic abſoluta eſt actio decima.

Actio vndecima, & duodecima.

IN iſtis duabus actionibus agitur cauſa inter Baſsianum, & Stephanum cōtendentes de epiſcopatu eccleſiæ Epheſinæ, & definitum eſt, ambos eſſe remouendos: quia præter regulas epiſcopi facti fuerant, & alterum epiſcopum ordinati: prædictos verò habere epiſcopi dignitatem, & à ſanctiſsima Epheſina eccleſia nutriendos.

In. 13. & 14. actionibus tractatur de cōpoſitione quorundam epiſcoporum: & præterea nihil.

Actio decima ſexta.

COnueniente ſancto, & vniuerſali concilio, reſidentibus omnibus ante altaris cancellos ſanctæ martyris Euphæmiæ vicarij ſedis apoſtolicę ad iudices dixerunt: Heſterna die poſtquam poteſtas veſtra ſurrexit, & humilitas noſtra veſtigia veſtra ſequuta eſt, quædam geſta facta dicũtur, quæ nos, & pręter canones eccleſiaſticos, & diſciplinã ęſtimamus effecta. Poſcimus ergo, vt veſtra manificentia relegi hæc præcipiat, vt omnis fraternitas inſpiciat, vtrum iuſta, an iniuſta ſint ea, quæ geſta ſunt. Iudices dixerũt: Relegant. Beronicianus vir deuot⁹, ſecretari⁹ diuini cõſiſtorij legit ſic.

Definitiones ſanctorum patrum ſequentes vbiq;, & regulam, & quæ nunc relecta ſunt, centum quinquaginta Deo amantiſsimorum epiſcoporum, qui congregati ſunt ſub pię memoriæ Imperatore maiore Theodoſio in regia ciuitate Conſtantinopo. cognoſcentes, & nos eadem definiuimus de priuilegiis eiuſdem Conſtantinopo. eccleſiæ nouæ Romæ. Etenim ſedi ſenioris Romę propter imperium ciuitatis illius, patres conſequenter priuilegia reddiderũt. Et eadem intentione permoti centum quinquaginta Deo amãtiſsimi epiſcopi æqua ſedi nouæ Romæ priuilegia tribuerũt, rationabiliter iudicantes imperio, & ſenatu vrbẽ ornatam, æquis ſenioris Romæ priuilegiis frui: & in eccleſiaſticis, ſicut illa, maieſtatem habere negotiis, & ſecundam poſt illam exiſtere: & vt his, qui de Ponto ſunt, & de Aſia, & de Thracia diœceſibus metropolitanos ſolos, rurſus autẽ, & qui inter Barbaros ſunt epiſcopos præfatarum diœceſum ordinari à prædictę Conſtantinopo. ſedis eccleſia, quippe vt vnuſquiſq; metropolita pręfatarum diœceſum cum epiſcopis ſuę prouincię ordinet ſuæ regionis epiſcopos, ſicut diuinis canonibus eſt præceptum. Ordinari autẽ (ſicut dictũ eſt) Metropolitas præfatarum diœceſum à Conſtantinopo. Archiepiſcopo, decretis conſonis ſecundùm morem factis, & ad eũ relatis. Anatholius eps Conſtantinopolit. definiens ſubſcripſi.

Maximus epiſcopus Antiochiæ definiens ſubſcripſi &c.

Lucentius epiſcopus apoſtolicæ ſedis vicarius dixit.

Primò gloria veſtra perpendat, qua circũuentione cum epiſcopis ſanctis geſtum ſit, vt non conſcriptis canonibus,

quorum

quorum mentionem fecerunt,ſubſcribere ſunt coacti. Epiſcopi clamauerunt: Nemo coactus eſt. Lucetius epiſcop⁹ ſedis apoſtolicæ dixit: Accedit ad cumulũ, ꝙ trecentorum decem,& octo conſtitutionibus poſtpoſitis, centum quinquaginta, qui in ſynodicis canonibus non habentur, mentionẽ tantùm feciſſe noſcuntur, quæ dicunt ante octoginta propè annos conſtituta fuiſſe. Si ergo his temporibus hoc beneficio vſi ſunt, quid nunc requirunt? Si nunq̃ vſi ſunt, quare requirunt? Aetius archidiaconus eccleſiæ Conſtantinop. dixit: Si de hoc capitulo aliquod mandatũ acceperũt, proferant. Bonifacius presbyter, ſedis apoſtolicæ vicarius dixit: Beatiſsimus,& apoſtolicus vir Papa inter cætera hoc nobis mandauit,& ex chartula recitauit, ſanctorum quoq; patrũ conſtitutionem prolatam, nulla patiamini temeritate violari, ſeruantes omnimodo perſonæ noſtræ in vobis, quos vice noſtra transmiſimus, dignitatem. Ac ſiqui fortè ciuitatum ſuarum ſplendore cõfiſi, aliquid ſibi tentauerint vſurpare, hoc qua dignum eſt conſtantia, retundatis. Iudices dixerũt: Vtraq; pars canones proponãt. Paſchaſin⁹ vicari⁹ ſedis apoſtolicæ recitauit canonem ſextum concilij Nicæni,& ſecundùm canonẽ Conſtantinopolitani concilij:& alios recitauerunt canones vicarij ſedis apoſtolicæ, vbi decernitur ſedem Romanã eſſe in omnibus,& per omnia prima,& poſt illam ſecundum habere gradum Cõſtantinopo. Quæ quæſtio valde inter vicarios ſedis apoſtolicæ, cęterosq; ep̄os cõtrouertitur. Tandem iudices dixerunt: Ex his, quæ geſta ſunt, vel ab vnoquoq; depoſita, perpendimus, omnem quidem primatum & honorem præcipuum (ſecundùm canones) antiquę Romæ Deo amantiſsimo Archiepiſcopo cõſeruari. Oportere autẽ Archiepiſcopum Conſtantinopo. eiſdem primatib⁹ honoris,& ipſum dignum eſſe,& poteſtatẽ habere ordinare metropolitanas in Aſiana.& Põtica,& Thracia dioeceſibus, hoc modo, vt electi à clericis cuiuſcunq; metropolis epiſcopi referantur ab eligentibus Archiepiſcopo Conſtantinopo. vt penes eum ſit (ſi velit) hunc, qui electus eſt confirmare, repudiaréve &c. Ep̄i dixerunt. Hæc omnes dicimus. Hæc omnibus placent. Lucentius epiſcopus ſedis apoſtolicæ vicari⁹ dixit: Sedes apoſtolica nobis p̄ſentib⁹, humiliari

P ij non

Inualida q̃ abſq; apoſtolicæ ſedis legatis in cõcilio gerunt.

non debet. Et ideo quæcunq; in præiudicium canonum, vel regularum heſterna die geſta ſunt nobis abſentibus, ſublimitatem veſtram petimus, vt circũduci iubeatis: ſin aliâs cõ tradictio noſtra his geſtis inhæreat, vt nouerimus quid apo ſtolico viro vniuerſalis eccleſiæ Papæ deferre debeamus, vt ipſe, aut de ſuæ ſedis iniuria, aut de canonum euerſione poſ ſit ferre ſententiam. Epiſcopus Sebaſtię dixit. Omnes in ſen tentia veſtræ magnificentiæ permanemus.

Can. 1. De ſeruandis canonibus ſynodorum.

25. q. 1. A ſanctis patrib⁹.

A Sanctis patribus in vnaquaq; ſynodo vſq; nunc prolatas regulas tenere, Statuimus.

Can. 2. In quo damnatur epiſcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.

1. q. 1. Si quis eps.

SI quis epiſcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & pretio redegerit Spiritus ſancti gratiam, quæ vendi non poteſt: ordinaueritq; per pecuniam presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet de his, qui cognominantur in clero, promouerit, & diſpenſatorem, aut defenſorem, vel quemlibet, qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſui turpiſsimi lucri commodo, is, qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit: & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt pro negociatione facta, proficiat, ſed ſit alienus à dignitate, vel ſolicitudine, quam pecuniis acquiſiuit. Si quis verò mediator tam turpibus, & nephandis datis, vel acceptis extiterit (ſi quidẽ clericus fuerit) à proprio gradu decidat, ſi verò laic⁹, anathematizetur.

Item, ex octaua ſynodo.

Can. 3. Vt hi, qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inſeruiant.

D. 86. Peruenit ad ſanctã

PEruenit ad ſanctam ſynodũ, quia de his, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, aliorum poſſeſsionum conductiones, & cauſas ſecularium negotiorum ſuſcipiunt, & à ſacris officiis ſe per deſidiam ſeparant: ad domos autem ſecularium concurrunt, & ſubſtantiarum eorum gubernationes (auaritiæ cauſa) ſuſcipiunt. Decreuit igitur ſancta, & vniuerſalis, & magna ſynod⁹, neminem horum deinceps, hoc eſt, epm̃, ſiue clericũ, aut monachum cõducere poſſeſsiones, aut miſceri ſecularibus poſſeſsionibus poſſe: niſi fortè, qui legibus ad minorum ætatis tutelas, ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur, aut ipſius ciuitatis epiſcopus eccleſiaſticarum rerũ cõmiſerit guberna-

cula,& orphanorum,ac viduarum,quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum, maximè quæ eccleſiaſtico indigēt adminiculo propter Dei timorem. Si quis verò trāſgreſſus fuerit hæc pręcepta,eccleſiaſticæ ſubiaceat correctioni.

Can.4. Quòd monachi in ciuitatibus,epiſcopo debeant eſſe ſubiecti.

QVi verè,& purè ſolitariam eligunt vitam,digni ſunt conuenienti honore. Quidam tamen monachorum habitu vtentes indifferenter per ciuitates incedunt,necnon & monaſteria, & ſeipſos propria præſumptione commendāt. Placuit igitur,neminem aut ædificare,aut conſtruere monaſteria,aut oratorij domum, ſinè conſcientia ipſius ciuitatis epiſcopi. Eos verò,qui per ſingulas ciuitates, ſeu poſſeſsiones,in monaſteriis ſunt,placet nobis,epiſcopo ſubiectos eſſe debere,& quieti operam dare, atq; obſeruare ieiunia, & orationes,in locis,in quibus ſemel ſe Deo vouerint,permanentes: & neq; communicare eccleſiaſticis, neq; ſeculares aliquas attrectare actiones, relinquentes propria monaſteria,niſi fortè iubeant, propter vrgentes neceſsitates ab ipſi' ciuitatis epiſcopo. Et neminem ſeruorum ſuſcipi in monaſterium,vt ſit cum eis monachus,niſi cum domini proprij licentia. Prætereuntem verò hæc,decreuimus extra communionem eſſe,ne nomen domini blaſphemetur. Conuenit ergo ciuitatis epiſcopo, curam, ſolicitudinemq; neceſſariam monaſteriis exhibere.

16.q.1. Qui verè, & purè.& 18.q.2 Quidā monachorū habitu Notent Monachi.

Can.5. Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire.

PRopter eos epiſcopos,& clericos,qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt,placuit,definitiones datas à ſanctis patribus,habere ꝓpriā firmitatē. *Can.6. Vt nemo ordinetᷓ abſolutè.*

NEminem abſolutè*ordinari iubemus presbyterū, neq; diaconum,nec quemlibet in eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum,niſi manifeſtè in eccleſia ſuæ ciuitatis,ſiue poſſeſsionis,aut in martyrio,aut in monaſterio,hic, qui ordinatur,mereatur ordinationis publicę vocabulum. Eos autem, Qui abſolutè ordinantur,decreuit ſancta ſynodus, vacuam habere manus impoſitionem,& nullum tale factum valere, ad iniuriam ipſius,qui eos ordinauit.

7.q.1. Propter eos. Nicæno concil.c.15. D.70. Neminem. *.i. Sine titulo.

Can.7. Quòd ſemel in clero taxati,vel monaſteriis deputati, ad militiam non redeant.

20.q.3. *Eos qui ſemel.* EOs, qui ſemel in clero taxati fuerint, ſiue in monaſterio deputati, decreuimus, neq; ad militiam, neq; ad honores ſeculares venire. Eos autem, qui hoc auſi fuerint facere, & nō ei' rei pœnitere maluerint, vt ad hoc idē reuertant, qd' antè obtētu Dei ſibi ꝓpoſuerunt, cōuenit anathematizari.

Can.8: Diſpenſatores pauperum epiſcopo ſuo obediant.

18.q.2. *Quidā monachorum.* CLerici in parochiis, monaſteriis, aut martyriis conſtituti, ſub poteſtate ſint eius, qui in ea ciuitate eſt epiſcopus, ſecūdùm traditionem ſanctorum patrum: neq; per præſumptionem recedant à ſuo epiſcopo. Eos verò, qui auſi fuerint reſcindere huiuſmodi inſtitutionem quocunq; modo: vel ſi noluerint ſubiacere proprio epiſcopo (ſi quidem fuerint clerici) ſecundùm perſonarum ordinationē ſubiaceāt condemnationibus canonum. Si verò monachi, ſeu laici fuerint, communione priuentur.

Can.9. Si clericus contra alium cauſam habeat, ante epiſcopum ſuum examinetur.

11.q.1. *Si cleric' aduerſū clericum.* SI clericus aduerſum clericum habet negotium, non relinquat ſuum epiſcopum; & ad ſecularia iudicia non concurrat: ſed pri' negotiū agitet apud propriū epm. Vel certè ſi fuerit negotiū ipſi' epi, apud arbitros ex vtraq; parte electos, audiat negotiū. Si qs verò cōtra hoc fecerit, canonū correctionib' ſubiaceat. Et ſi cleric' aduerſus ſuū, vel aliū epm habeat cauſam, apud audiētiā ſynodi prouinciæ cōqueratur. Si verò cōtra ipſi' prouinciæ metropolitanū epm, eps, ſiue clericus habeat controuerſiam: pergant ad ipſius diœceſis primates, aut certè ad Conſtātinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem: vt eorum ibi negotium terminetur.

Can.10. Vt non liceat de alia ciuitate in aliam tranſmigrare.

21.q.1. *Clericū in duarū.* NOn liceat clericum in eccleſiis duarum ciuitatum ordinari, ſed in ea, in qua ab initio ordinatus eſt, & cuius expetitio erat ante profugiū. Et ſi propter vanæ gloriæ deſiderium contigerit, vt poſt ad maiorem eccleſiam confugerit, eum indubitāter reuocari debet ad ſuā eccleſiam, in qua

ibi.2. Si quis ab exordio ordinatus eſt, & ibi tātūmodo miniſtrare. Si qs verò iam tranſlatus eſt ab vna eccleſia in aliam, nihil habeat commune cum priori ſiue ſub eccleſia conſtitutis martyribus, ſiue in parochiis, vel xenodochiis, aut eorum negotiis.

Eos verò, qui auſi fuerint poſt ordinationem huius magnę, & vniuerſalis ſynodi agere, quæ prohibita ſunt, ſtatuit ſancta ſynodus cadere de proprio gradu.

Canon.11. Vt prouincia in duos metropolitanos epiſcopos non diuidatur.

PEruenit ad nos, quòd quidam, præter eccleſiaſticas ordinationes, affectantes potētiam, per pragmaticam ſacrā, vnam prouinciam in duas diuidant: & ex hoc inueniantur duo metropolitani epiſcopi in vna eademq; prouincia eſſe. Statuit ergo ſancta ſynodus, deinceps nihil tale attentari à quolibet epiſcopo. Eos verò, qui tale aliquid tentauerint, cadere de proprio gradu. D.101. *Peruenit ad nos.*

Canon.12. Vt ſinè literis commendatitiis clericus extra ſuam eccleſiam non miniſtret.

EXtraneo clerico, & lectori extra ſuam ciuitatem, ſinè commendatitiis literis, proprij epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare. D.17. *Extraneo clerico.*

Canon.13. Quòd non liceat clericis, alterius ſectæ vxorem accipere.

QVoniam in quibuſdam prouinciis conceſſum eſt pſalmiſtis, & lectoribus vxores ducere, cōſtituit ſancta ſynodus, prorſus cuiq; ex his nō licere alterius ſectæ accipere vxorem. Si quis verò prȩuenit, & habet iam de tali connubio filios, ſi fortè prȩuenerint eos iam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre ſanctæ eccleſiæ catholicę, vt ibi communicent. Qui verò adhuc baptizati non ſunt, omnimodo non poſſe eos in hæretica eccleſia baptizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo, vel Pagano: niſi fortè ſpopōderit ſe venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur perſonæ orthodoxæ. Si quis verò hanc definitionem ſanctæ ſynodi prætererit, regularum condemnationibus ſubiaceat. D.32. *Q̄m in quibuſdam.*

Can.14. Diaconiſſa, quæ poſt ordinationem nubit, anathema ſit.

DIaconiſſam non debere ante annos.40. ordinari, ſtatuimus, & hoc cum diligenti probatione. Si verò ordinationē ſuſceperit, & quantocunq; tempore obſeruauerit miniſterium, & poſtea ſe nuptiis tradiderit, iniuriā faciens gratiæ Dei, hęc anathema ſit cū eo, q in nuptiis illiꝰ cōuenerit. 27.q.1. *Diaconiſſam nō.*

Canon.15. Vt nec Deo dicata virgo, nec monachus nuptiis iungi poſſint. 27.q.1. *Si qua virgo.*

SI qua virgo ſe dedicauerit Deo, ſimiliter monachus non

licet eis nuptiis iungi. Si verò inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus verò, poſſe eis fieri humanitatem, ſi ita probauerit epiſcopus loci.

Can. 16. De ruſticanis parochiis.

16.q.3. Per ſingulas eccleſias.

PEr ſingulas eccleſias parochias ruſticanas pmanere immobiles apud eos (qui eas tenent) epiſcopos decreuim', & maximè ſi eas ſinè violentia per triginta annos gubernauerūt. Si verò intra triginta annos facta fuerit de his dubitatio, liceat eis, qui ſe dixerint læſos, propter ea mouere apud ſynodum prouinciç certamē. Si quis verò putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos, aut apud Conſtantinopolitanç ciuiuitatis ſedem agat negotiū, ſicut dictum eſt. Si verò quælibet ciuitas per authoritatem imperialem renouata eſt, aut ſi renouetur in poſterum, ciuilibus, & publicis ordinationibus, etiam eccleſiarum parochianarum ſequatur ordinatio.

Can. 17. De his, qui coniurationem, aut calumniam contra epiſcopum faciunt.

11.q.1. Cōiurationum.

COniurationum, & conſpirationum crimē (quod apud Græcos dicitur φρατρία) publicis etiam legibus certum eſt penitus inhiberi: hoc multò magis in ſancta Dei eccleſia (ne fiat) conuenit abdicari. Si qui verò clerici, vel monachi inuenti fuerint coniuratores, aut conſpiratores, aut φρατρίας, vel factiones componentes aliquas ſuis epiſcopis, aut aliis clericis omnino cadant de proprio gradu.

Can. 18. Quòd corripiantur epiſcopi, qui ad concilium vocati venire recuſant.

18. Peruenit ad noſtras.

PEruenit ad noſtras aures, quòd in prouinciis conſtituta epiſcoporum concilia minimè celebrenť, hoc ex eo probatur, quòd multæ, quæ correctione opus habent, eccleſiaſticç res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus ſecundùm regulas patrum, bis in anno in vnum conuenire per ſingulas prouincias epiſcopos, vbi ſingula, quç emerſerint, corrigātur. Qui verò noluerint cōuenire epi, cōſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maximè cum ſui corporis ſanitate ſint conſiſtentes, cùm etiam ab omnibus aliis vrgentibus neceſſitatibus, & inexcuſabilibus negotiis ſint liberi, licere eos fraternæ charitatis commonitionibus corripi.

Can.

Can.19.Quòd clericus vnius eccleſiæ, in aliena non ordinetur.

CLericos in ſingulis eccleſiis conſtitutos (ſicut iam defi-niuimus) non liceat in alterius ciuitatis eccleſiis ordinari, ſed quieſcāt in ea, in qua ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex neceſsitate ad alias eccleſias migrauerūt. Si verò quicunq; epiſcopus poſt definitionē iſtam, ad aliū epiſcopū pertinētem clericum ſuſceperit, placuit ſanctę ſynodo, & hunc, qui ſuſcepit, & eum, qui ſuſceptus eſt, tādiu excōmunicatos manere, quandiu ipſe clericus ad propriam reuertatur eccleſiam. *71. Clericos in ſingulis. Item, Gregorius Fortunato epiſcopo.*

Can.20.De his, qui accuſant eccleſiam.

CLericos, aut laicos paſsim accuſantes, & ſine probatione epiſcopos, aut clericos ad accuſationē nō recipiēdos decreuimus, niſi prius diſcutiatur eorū exiſtimationis opinio. *2.q.7. Clerici, aut laicos.*

Can.21.Clericis non licere diripere bona epiſcopi.

NOn liceat clericis poſt mortē epiſcopi ſui rapere res pertinentes ad eū, ſicuti pręcedētibus regulis cōſtitutū habet. Si vero hęc fecerint, periclitari ſe nouerint à proprio gradu *12.q.2. Nō liceat clericis.*

Canon.22. Vt monachi, qui ſinè licentia epiſcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur.

QVidam monachi nihil habentes ſibi iniunctum à proprio epiſcopo: interdum verò etiā illi, qui ab eo fuerant excōmunicati, veniunt ad ciuitatē Conſtantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati eccleſiaſticę inferunt, & diuerſorum domos corrumpunt. Statuit igitur ſancta ſynodus, hos primum commoneri, vt exeant à regia ciuitate, demum eos inuitos deiici, ac inde per defenſorem compelli, vt ad ſua loca redeant. *16.q.1. Quidā monachi. Item, Pelagius Papa Paulino ſolitario*

Canon.23.Vt quæ Deo ſemel dedicata ſunt monaſteria, cœnacula ſecularium non fiant.

QVæ ſemel ſunt dedicata monaſteria concilio epiſcoporum, maneant perpetuò monaſteria, & res, quæ ad ea pertinent, monaſteriis reſeruari oportet, nec poſſe ea vltrà fieri ſecularia habitacula. Qui verò permiſerint hoc fieri, ſubiaceant iis cōdemnationibus, quæ per Canones conſtitutę ſunt. *Cā.24. Quòd intra tres mēſes epiſcoporū ordinatiões fiant.* *19.q.3. Quæ ſemel ſunt.*

QVoniam quidam Metropolitanorum (ſicut ad nos perlatum eſt) negligunt greges ſibi creditos, & differūt *D.57. Quōniam quidā metro*

ordinationes facere epiſcoporũ, placuit ſanctæ ſynodo, intra tres mẽſes fieri ordinationes epiſcoporũ, niſi fortè inexcuſabilis neceſsitas coegerit, ordinationis tẽpus amplius prorogari. Si autẽ qs epiſcoporũ, hoc non obſeruauerit, ipſum debere eccleſiaſticę condẽnationi ſubiacere. Redditus verò eiuſdẽ viduatę eccleſię, integros reſeruari apud œconomũ eiuſdem eccleſiæ cenſemus. *Can. 25. Vt epĩ diſpenſatores habeant.*

D. 89. Quoniã in quibuſdã. Et. 16. q. 7. Quoniam in quibuſdã. QVia in quibuſdã eccleſiis (vt rumore cõperimus) epiſcopi pręter œconomos facultates eccleſię tractant, placuit, omnẽ eccleſiã habentẽ epm habere œconomũ de clero proprio, qui gubernet eccleſiæ res cum arbitrio ſui epiſcopi: vt non ſine teſtimonio ſit gubernatio ipſarum rerum eccleſiaſticarum, & ex hoc deueniat, diſpergi eiuſdem res eccleſiæ, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis non obſeruauerit hæc, diuinis ſubiaceat regulis.

Can. 26. De his, qui mulieres accipiunt.

36. q. 2. Eos qui rapiunt. EOs, qui ſibi rapiũt vxores, vel eos, qui eis auxiliũ præſtiterint: ſtatuit ſancta ſynodus (ſiquidẽ clerici fuerint) decidere à ꝓprio gradu. Si verò laici fuerint anathematizẽtur

Canones ſancti Concilij Chalcedoñ. finiunt.

Subſcriptio. Bonifacius presbyter ſanctæ eccleſiæ Romanæ, ſtatui, & ſubſcripſi: & cæteri epiſcopi diuerſarum ciuitatum, vel prouinciarum ſubſcripſerunt.

Fides Romanorum ex Concilio Chalcedonenſi.

Fides Romanorum. CRedimus in vnũ Deum omnipotentẽ: & in vnigenitũ filium eius Ieſum Chriſtum, & Dominum ſaluatorem noſtrũ: & Spiritũ ſanctũ Deum, nõ tres Deos, ſed patrem, & filium, & Spiritum ſanctũ, vnum Deum eſſe confitemur. Non ſic vnum Deum quaſi ſolitariũ, nec eundem, qui ipſe ſibi pater ſit ipſe filius: ſed patrẽ verum, qui genuit filiũ verum, id eſt, Deus de Deo, lumen de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno, non creatum, ſed genitum, non ex nihilo, ſed ex patre vnius ſubſtantiæ cum patre. Spiritum verò ſanctum Deum non ingenitum, neq; genitum, non creatum, ſed nec factum: ſed patris, & filij, ſemper in patre, & filio æternum veneramur, vnum tamen Deum. qui ex vno.

Subſcriptio epiſcoporum Subſcripſerunt vniuerſi epiſcopi: & Euſebius, & Conſtantius

ſtantius presbyteri, agẽtes vicem Anaſtaſij epiſcopi Nicę: & Ariſto presbyter habẽs vicem Eunomij epi Nicomediæ.

Finis Concilij Chalcedoneñ.

CONCILIVM VENETICVM PROVINciale, ſub Leone Papa, in quo pauci epiſcopi conuenerunt, qui ſtatuerunt. 16. Canones. In quibus agitur de regula eccleſiaſtica, quæ ſacerdotibus (donante Domino) credita eſt, & de diſtrictione, cuius cura non ſine illorũ culpa vitiata torpeſcit. Et ea, quę in priorum patrum ſtatutis ab eis viſa ſunt omiſſa, & procedente tempore ex nimia licentia pro labente ſeculari libertate præſumpta, ſtatutis ſaluberrimis in hac ſynodo ſancita ſunt. Quæ omnia, quia abundè in ſuperioribus adſcripta ſunt, ex induſtria ſubticemus. *Conciliũ Veneticum.*

Finis Concilij Venetici.

CONCILIVM TVRONENSE PROVINciale, interfuerunt. 8. epiſcopi, continet. 13. canones, quorum Summa hæc eſt. *Conciliũ Turonen.*

PRimùm hortatur clericos ad caſtitatem, nam ſi laico abſtinentia imperatur, vt poſsit orationi vacans exaudiri, quanto magis ſacerdotibus, qui omni momento parati eſſe debent, ſacrificium offerre pro populo cum omni munditia, & puritate.

Secundò, hortatur eos ad abſtinentiam. Alij continent regularem inſtitutionem clericorum.

In vltimo clericis prohibet vſuras.

Decreta Hilarij Papæ.

HIlarius, natione Sardus, ex patre Criſpino, ſedit annos ſex, mẽſes. 3. dies. 10. Hic Põtificib⁹ ſucceſſoris ſubſtituendi, & laicis inueſtiendi poteſtatem abrogauit, & epiſtolas de fide catholica per vniuerſum Orientem ſparſit. Confirmãs tres illas vniuerſales ſynodos Nicęnam, Epheſinam, & Chalcedonẽſem, & damnauit Eutychem, & Neſtorium, & eorum ſequaces. Approbauitq; dominationem, & principatum ſanctæ eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolicæ. *Hilarius Ponti. 46.*

Sub hoc celebratum eſt concilium Romanum. 50. ferè epiſcopis ibidem congregatis, & ſtatuerunt aliquot canones. *Romanũ concilium.*

Primò, vt canones Nicæni Concilij, & Apoſtolicæ ſedis decreta cuſtodiantur. *2. q. 1. Nulli fas.*

Secundò

D.34.Curãdum eſt. Secundò, vt bigami, aut viduæ, aut corruptæ mariti ad gradus eccleſiaſticos non accedant.

D.55.Pœnitẽtes, vel inſcii Tertiò, vt pœnitentes, aut inſcij literarum, ſiue defectu membrorum, aut deciſione aliquid minus habentes ad ſuperiorem ordinem non accedant.

8.q.1.Plerique. *Null' epiſcopus eligat ſibi ſucceſſorẽ* Quartò, vt nullus epiſcopus ſibi eligat ſucceſſorem, ad petitionem epiſcoporum Tarraconenſium. Nam epiſcopus Barchinonienſis poſt mortem ſuam velut iure hæreditario voluit Irenæum ſucceſſorem in eccleſia derelinquere. Quibus Hilarius reſpondit ex ſententia epiſcoporum, qui in ipſo concilio ſunt congregati per ſubiecta capita.

Primum, quòd nullus ordinetur epiſcopus ſine conſenſu metropolitani epiſcopi.

Secundum, vt nullus epiſcoporum, relicta vna eccleſia, ad aliam tranſeat.

In concil.fo. 516. Scripſit duas epĩas ad quoſdã epiſcopos, aliqua errata eorũ emẽdare volens, nihil tamen continent notatione dignũ

Decretum Hilarij iuxta Gratianum.

De conſ.d.2. Vbi pars eſt. Exod.16. VBi pars eſt corporis, eſt & totum. Eadẽ ratio eſt in corpore Domini, quæ in Manna, quod in eius figura præceſsit. De quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius, neq; qui minus parauerat, habuit minus. Non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis.

Decreta Simplicii Papæ.

Simplicius Pont.47. SImplicius, natione Tiburtinus, ex patre Caſtino, ſedit annos.15.menſem.1.dies.7. Hic vrbem Romam in quinq; eccleſias diſtribuit, quarum prima Petri, ſecunda Pauli, tertia Laurẽtij, quarta Ioannis Laterani, nunc in vrbe prima, quinta Mariæ maioris. Tum Conſtantino eſpiſcopo damnato, eccleſiarum omnium primam Romanam eſſe declarauit. A laicis eccleſiaſticum beneficium recognoſci noluit.

Hic ſcripſit aliquot epiſtolas ad quoſdam epiſcopos. In quarum ſecunda ad Ioannem Rauennatẽ. epiſcopum, habetur illa regula iuris.

1.q.3. Priuilegium. Priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

11.q.2.decedentibus. In tertia ad Florentinum, & Seuerum epiſcopos ſcribit, quòd

quòd de redditibus eccleſiæ, vel oblatione fideliũ, ſola epis ex hís vna portio remittat, duæ eccleſiaſticis fabricis, & cõgregationi pauperũ ꝓfuturę, à pſbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrent, vltima clericis pro ſingulorũ meritis diuidat. *Item, Gregorius Maximiano epiſcopo*

Finis decreti Simplicij Papæ.

Decreta Fœlicis tertij Papæ.

FOelix Romanus, ex patre Fœlice presbytero, ſedit ann. 8. menſes. 11. dies. 17. Fuit temporibus Odoacris Regis vſque ad tempora Theodorici Regis. *Fœlix. 3. Ponti. 48.*

Hic cum intelexiſſet, Petrum Eutychianum ob hæreſim antè in exilium pulſum, ab Achatio Conſtantinopo. epiſcopo reuocatum, fraudẽ ſubeſſe veritus, authoritate ſedis apoſtolicę, ac concilio bene ſentientium approbata, Petrum, & Achatium damnat. Poſt annos verò tres cùm Zeno Imperator fidem faceret, hos homines pœnitere, Fœlix eò miſit epiſcopos duos Meſſenũ, & Vitalem, qui (re cognita) damnatos abſoluerunt. Hi itaq; Heracleam ciuitatẽ ingreſsi, pecunia corrupti, nihil ex ſententia Fœlicis egere. Vndè Pontifex indignatus, habita (de more) ſynodo, hos, vt præuaricatores, & ſimoniacos, à communione deiecit. Meſſeno tamen pœnitentiæ tempus adſcriptum eſt, quia errorem ſuum confitebatur.

Hic congregauit Synodum multorum epiſcoporum, & presbyterorum, eò quòd in Aphrica rebaptizarentur epiſcopi, & presbyteri, & diaconi. In quo Primum ſtatuitur, rebaptizatos epiſcopos, diaconos, presbyteros, in pœnitentia manere vſq; ad diem obitus ſui, & non communicare orationi fidelium, & catechumenorum, & communionem laicam tantùm in morte illis eſſe reddendam. *De conſ. d. 4 Eos quos.*

Alij verò per tres annos ſint inter audientes, & ſeptẽ annis pœniteãt, & duobus annis nõ ſinãtur oblatiões offerre. *In cõcil. Niceno. ca. 42*

Scripſit epiſtolã Achatio, in qua eum depoſuit, & damnauit propter Eutychianorum communionem. *Et. 1. q. 7. Qui in qua libet.*

Scripſit, & aliam ad Zenonem epiſcopum Italiæ. *In conciliis. fo. 519.*

CONCILIVM TARRACONENSE, HVIVS etiam tẽpore celebratũ eſt prouinciale, decẽ epiſcopis congregatis. Fuit cõciliũ anno ſexto Theodorici Regis. In quo. *Cõciliũ Tarraconẽ.*

Primò, cauetur conuerſatio inter fœminas, & clericos, &

monachos,

monachos, etiam ſi earum curam ratione parentelę gerant.

14.q.4.Canoni ſtatutis Secundò, vt quicunq; in clero eſſe voluerit, emēdi vilius, & vendendi carius, ſtudio non vtatur.

14.q.5.Si quis clericus Tertiò, vt quantum clericus pręſtiterit, tantum recipiat.

Quartò, quòd nullus clericus vnquam iudicet crimina-
14.q.4.Nullus epōrum. lia: diebus verò Dominicis, nec etiam ciuilia, ſed vt tatùm Deo ſtatuta ſolennia peragat.

D.65.Si quis Quintò, vt qui in metropolitana ciuitate ep̄s non fuerit ordinatus, poſt duos menſes ſe metropolitano præſentet.

D.18.Si quis epiſcoporum Sextò, vt epiſcopus contemnens venire ad ſynodum metropolitani vocatus, excommunicetur.

10.q.1.Decreuimus. Septimò, vt ep̄i annuatim diœceſim viſitēt, & baſilicas deſtitutas reſtituāt: & nō niſi tertiā partē d' parochiis accipiāt

15.q.2.Obſer Octauò, ꝙ clericus nullus accipiat munera pro iudiciis.

16.q.1.Monachi. Nonò, quòd monachus miſſus alicubi miniſterium clericatus agere non præſumat: niſi cum Abbatis Imperio; nec negotiator exiſtat.

12.q.5.Sicubi. Decimò, vt ſi epiſcopus inteſtatus deceſſerit, inuētarium de rebus eius fiat, & nullus exinde aliquid auferat.

De conſ.d.5. Citat & Gratianus ex hoc Pontifice, quòd nullus confirmetur bis, aut ter, ſicut nec baptizatur.

Explicit Concilium Tarraconeñ.

Decreta Gelaſii Papæ.

Gelaſius Pōtif.48. GElaſius, natione Apher, ex patre Valerio, ſedit annos quatuor, menſes octo, dies.18. temporibus Theodorici Regis, & Zenonis Auguſti. Hic ſanctitate, doctrina, & pauperum dilectione clarus. Manichæos, libris eorum combuſtis, proſcripſit. Vtriuſq; teſtamenti libros, ac doctorū ſcripta, ab ambiguis authētica ſeparauit. Ordinū ſacrorum adminiſtrationem à menſe Decembri, quatuor temporū Sabbatis attribuit. Epiſcopos.67.creauit. Canonē, & Pręfationes Miſsæ, Proſas, & Hymnos canticis miſcuit. Imperatore excommunicato, eundem excommunicari poſſe probauit. Sub eo Honorius Sueuus Vandalorū Aphricæ Rex, Arrianorum fauore in fideles gladio, flammaq; ſæuiendo fatigatus.496.relegatis, eccleſias, & bona Arrianis tradidit.

In conciliis. 522. Scripſit epiſtolā ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam conſtitutos, in qua.30.decreta continentur, quæ omnia

omnia longum eſſet recenſere, præſertim cum ſuperioribus ſparſim adſcripta ſunt.

Scripſit & aliã epiſtolã ad ẽpos Siciliæ, in qua ita habeť.

Preſulũ noſtrorũ authoritas emanauit, vt facultates eccleſię epiſcopi ad regendũ habeant poteſtatẽ: ita tamen, vt viduarũ, pupillorũ, atq; pauperũ, necnon & clericorũ ſtipendia diſtribuere debeãt. Hoc etiam eis ſtatuimus dari, quod hactenus decretũ eſt: reliquũ ſibi ẽpi vẽdicẽt, vt (ſicut antea diximꝰ) peregrinorũ, atq; captiuorũ largitores eſſe poſsint. *16.q.3. Praeſulum.*

In quodam Tomo, quem Gelaſius fecit de vinculo anathematis ſuper acta Concilii Chalcedonenſis ſunt aliqua annotatione digna.

PRimum, Chalcedonẽſ. Synodum admittendã, excepto Decreto illo de priuilegio eccleſięConſtantinopolitanę, cui repugnarunt Vicarij apoſtolicę ſedis in ea pręſidentes.

Secundò, videtur fauere ſententiæ, quam Hieronymus habet de obſeruantia legalium, quam Petrus ſimulauit, inquit enim ſic: Sanctus Petrus primus Apoſtolorum, ſic exiſtimans noui teſtamenti gratiam prædicandam, vt à legis veteris non recederet inſtitutis, quædam per ſimulationem legitur inter Iudęos, Gentileſq; geſsiſſe. *Gala.2.*

Tertiò, ponit illud Matth. de peccato in ſpiritũ ſanctum, & illud Ioannis.5. Eſt peccatũ ad mortem &c. de eo peccato, quod vſq; ad mortẽ durat. Nam nullũ (inquit) eſt peccatum, pro quo, aut non oret eccleſia remittendũ, aut quod, data ſibi diuinitus poteſtate, deſiſtentibus ab eodẽ, non poſſit abſoluere, vel pœnitẽtibus relaxare, cui dicitur: Quęcũq; ligaueris &c. Loquens etiam de vinculo anathematis dicit, quòd eccleſiaſtica ſentẽtia reos tm̃, & p̃uaricatores obligat. *Explicat locus matth.12 de peccato in ſpiritũ ſctũ.*

Quartò, habet, quòd quęcunq; cuiuſcũq; ſynodi acta, niſi per Ro. Pont. cõfirmentur, nullũ habeãt robur. Totũ (inquit) in ſedis apoſtolicæ poſitũ eſt poteſtate. Ita quod firmauit in ſynodo ſedes apoſtolica, hoc robur obtinuit: quod refutauit, habere nõ potuit firmitatẽ: & ſola reſcidit, quod pręter ordinem cõgregatio ſynodica putauerat vſurpandũ. *Acta in ſynodo nõ firma ſinè authoritate Papæ.*

Quintò dicit, quòd cõminationes, quæ fiunt in ſacris literis, ſunt intelligendæ, quãdiu permãſerint in ſtatu rationis, quo fiunt. Sic inquit, Tyrus, & Gaza, Beryton, & Aegyptus pronũtiatę ſunt periturę, quas poſtea p̃ Euãgeliũ nouimus eſſe *Qualiter ſint intelligendæ cõminatiões diuinæ. Ieremi.47. Luce.10.*

eſſe ſaluatas. Perierunt itaq; duplici modo, aut permanētes in eo, quòd talem ſententiā ſuſceperunt, aut deficientes ab eo, quo tales fuerāt, & incipiētibus eſſe, quo nō tales fuerāt

Explicatur locus Iſa. 60

Sextò: Et ſuper illud Iſaiæ: Claude oculos eorum, vt videntes, non videant &c. Sic etiam inquit: De gente Iudæorum prophetatum eſt: Claude oculos &c. ne vnquàm conuertantur, & ſanem illos &c. Hìc etiam correctio, & emendatio interdicta monſtratur: & reſipiſcendi quoq; ſpes prorſus abſcinditur. De quo tamen populo Apoſtolos, & eccleſiam primitiuam nouimus proceſsiſſe, & tot milia hominum vna die baptiſmate fuiſſe ſaluata.

Fuerūt olim aliqui, & reges, & ſacerdotes.
Gen. 14. & Hebr. 7.

Dicit, quod fuerunt hæc ante Aduentum Chriſti, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actibus conſtituti, pariter Reges exiſterēt, & pariter ſacerdotes: quod ſanctum Melchiſedec fuiſſe, ſacra prodit hiſtoria. Quod in ſuis quoq; diabolus eſt imitatus, vtpote qui ſemper, quæ diuino cultui conuenirent, ſibimet tyrannico Spiritu vendicare contendit: vt Pagani Imperatores, idem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cùm ad verum ventum eſt Regem eundem, atq; Pontificem, vltrà ſibi, nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pontifex regale faſtigium vēdicauit.

1. Pet. 2.

Quamuis enim membra ipſius, id eſt, veri Regis, atq; Pontificis, ſecundum participationem naturæ, magnificè vtrunq; in ſacra generoſitate ſumpſiſſe dicantur, vt ſimul regale genus, & ſacerdotale ſubſiſtāt: quoniam Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperauit: ſic actionibus propriis, dignitatibusq; diſtinctis officia poteſtatis vtriusq; diſcreuit, ſuos volens medicinali humilitate ſaluari: non humana ſuperbia rurſus intercipi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum Imperialibus diſpoſitionibus vterentur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſib⁹. Et ideo militans Deo, minimè ſe negotiis ſecularibus implicaret, ac viciſsim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſecularibus implicatus: vt & modeſtia vtriusq; ordinis curaretur, ne extolleretur vtroq; ſuffultus: & competens qualitatibus actionū ſpecialiter profeſsio aptaretur.

Poſt Chriſtū diuerſa ſunt Pontifex, & Imperator.
2. Timoth. 2.

Ex quib⁹(inquit) apertè colligitur, à ſeculari poteſtate, nec ligari prorſus, nec abſolui poſſe Pontificem.

Miſit etiā epiſtolam eloquentē, & elegantē ad Fauſtum magiſtrum, fungentē legationis officio Cōſtantinopoli: in qua docet, nullū abſolui poſſe ab errore præterito, niſi reſipiſcat. Remitti culpa de præterito poteſt, correctione ſinè dubio ſubſequente: nam ſi deinceps ſinitur māſura peruerſitas, nō eſt benignitas remittētis, ſed conſentiētis aſſenſio. *Epiſtola.3.* *24.q.2. Legatur.*

Docet etiam ſolū Pōtificem poſſe hæreticos dānare ſinè aliorum conſenſu: imò & quemlibet epiſcopum hoc poſſe. Et quòd non opus eſt noua damnatione ei, qui in errorem iam aliâs condemnatum incidit, ſicut iſte Achatius. *24.q.1.Achatius.*

Appellationes etiā omnes ad eccleſiam Ro. Iicere deferre: ab ipſa verò nunquā appellare ſacri canones ſanxerunt. *9.q.3.Ipſi ſunt.*

Aliam etiam miſit epiſtolam ad Anaſtaſium Auguſtum, in qua & fidei zelum, & charitatem erga proximos argutè demōſtrat, ſic dicens: Duo ſunt Imperator Auguſte, quibus principaliter hic regitur mundus, authoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas. In quibus tantò grauius eſt pondus ſacerdotū, quantò etiam pro ipſis Regibus, vel legibus hominū in diuino ſunt examine rationem reddituri. Licet enim præſideas humano generi dignitate rerum: tamen præſulibus diuinarum deuotus colla ſubmittis, atq; ab eis cauſas tuæ ſalutis expectas, inq; ſumendis cæleſtibus ſacramentis, eisq; (vt competit) diſponendis, ſubdi te debere cognoſcis religionis ordine potius, quàm præeſſe. *Epiſtola. 4.* *Iſaiæ.6.*

Extat alia eiuſdē epiſtola ad epiſcopos Dardaniæ de eiuſdem Petri, & Achatij iuſta dānatione per ſedē Apſam facta *Epiſtola.5.*

Ex hac epiſtola citat Gratianus duo decreta.

Primū, ꝙ repeti nō poſſunt, q̄.30. annis quiete poſſidenẜ.

Secundū, ꝙ non oportet ab eorum eleemoſynis abſtinere poſt mortem, quibus in vita communicare non deſtitimus.

Aliam etiā ſcripſit epiſtolam ad Euphemianū, in qua ſanctiſsimè, & doctiſsimè illū cohortatur ad vnitatem fidei catholicæ, & vt Petrum, & Achatium hæreticos habeat.

Ordo veteris, & noui Teſtamenti, quē ſancta, & catholica Romana ſuſcipit, & veneratur eccleſia, digeſtus à Gelaſio Papa cum.70. epiſcopis ſuperioribus iam bis relatus eſt. *Scriptura ſacra ſuprà pa. 117.& 137.*

Q Conciliū

Concilium Epaunenſe.

CONCILIVM EPAVNENSE, TEMPORE Gelaſij primi Papæ, eſt prouinciale, tempore Sigiſmundi Regis celebratũ. Fuerunt verò. 70. epiſcopi in hoc Concilio, in quo ediderunt. 40. decreta, quæ omnia ferè ad inſtitutionẽ clericorũ, & epiſcoporũ, & eccleſiarũ pertinent. Sed ea, cũ iã ſuperiꝰ relata ſint, maximè in cõcilio Agathẽ. hoc loco recẽſere nõ duximꝰ neceſſariũ. Ex pͨipuis tñ hæc ſũma eſt.

Vt epiſcopi venatores non ſint, nec accipitres habeant.
Vt clerici vagi ad communionem non aſſumantur.
Vt alterius epiſcopi clericus in alia ciuitate nõ cõſtituať.
Vt vnius monaſterij ſit vnus Abbas.
De correctione Abbatis peccantis.
Quòd clericus publicum iudicium non interpellet.
Ne illicitis horis clericus ambulet.
De pœnitentia homicidarum.
De confirmatione Canonum.

Finis Concilij Epauneñ.

Decreta Anaſtaſii Papæ.

Anaſtaſiꝰ. 2. Pont. 50. De quo. D. 19. c. Anaſtaſius. Hic à Neſtorianis corruptus, viſcerũ egeſtu periit.

ANaſtaſius ſecundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, ſedit annum vnum, mẽſes. 11. dies. 24. Hic fuit temporibus Theodorici Regis, & Anaſtaſij Imperatoris, cuius tempore multi clerici ab eius cõmunione ſe ſubtraxerunt, etiã non ſolũ, ꝙ cõmunicaſſet Photino Theſaloniceñ. diacono ſine Concilio epiſcoporũ, & clericorum, qui communis erat Achatio: ſed quia oculte voluit reuocare Achatiũ, & non potuit. Qui nutu diuino ſubita morte percuſſus eſt.

Hunc recẽſent aliq inter hęreticos, ꝑpter cõionẽ Achatij, & Photini diaconi. Sed de hoc diximꝰ ĩ cõtrouerſia. 4. ſuprà

Scripſit epl'am ad Anaſtaſiũ Auguſtũ, in qua hęc cõtinent

Primùm, quòd non ſit temerè iudicandum, de his, qui ad Dominum migrauerunt.

Secundùm, quòd magnopere ſit contentio vitanda.

Tertiùm, vt Imperator quoſcunq; potuerit, ad veram fidem pertrahat.

Quartùm, vt ipſe monitis Apoſtolicis pareat.

D. 19. Secundum eccleſiæ

Quintũ, quòd mali miniſtrando ſibi tantũmodo noceăt, non eccleſię ſacramẽta cõmaculent: nec eos, qui per hæreticos ſunt, aut baptizati, aut ordinati, portio lęſionis attingat

Decretum eiuſdem ex Gratiano.

QVi poteſt obuiare,& perturbare peruerſos,& non facit, nihil eſt aliud,quam fauere impietati eorum:nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. *23.q.3.Qui poteſt.*

Decreta Symachi Papæ.

SYmachus,natione Sardus,ex patre Fortunato, ſedit annos.15.menſes ſeptẽ,dies.27.Hic fuit tẽporibus Theodorici Regis,& Anaſtaſij Auguſti. Fuit verò ordinatus ſub cõtentione vnà cum Laurẽtio,Symachus in baſilica Conſtantiniana,& Laurẽtius in baſilica beatæ Mariæ,ex qua cauſa ſeparatus eſt clerus,& diuiſus eſt Senatus. Sed ſchiſmaticis ſuperatis,Symachus pauperũ,& clericorum amator, & ſuſtentator fuit. Eugeniũ fidelẽ Carthaginẽ. epiſcopũ cũ.220. epiſcopis à Tranſimũdo Vandalorũ Rege in Sardiniã proſcriptũ piè fouit.Hic decreuit, vt viuẽte Pontifice, de futuri ſubrogatione præſumat nemo. Hic inuenit Manichæos in vrbe,quorum ſimulachra, & codices cremans,ipſos in exilium relegauit. Innumeras ferè baſilicas ſanctorum conſtruxit,& reparauit:& infinito auro,& argento eas donauit. *Symachus. Ponti.51.*

Hic conſtituit, vt omni die Dominico, & nataliciis martyrum,hymnus,Gloria in excelſis diceretur.Multos captiuos redemit.Fecit ordinationes quatuor in vrbe, presbyteros.92.diaconos.16.epiſcopos.117.Sepelitur in baſilica beati Petri.14. Cal.Auguſti,& ceſſauit epiſcopatus dies.7. *Decreta Symachi.*

Hic ſtatuit,bona eccleſię non alienari, niſi magna, & pia cauſa exigente. *16.q.1. Poſſeſsiones.*

Vt raptores viduarum,vel virginum eccleſiæ communione deleant. *36.q.2. Raptores.*

Vt viduæ,& virgines diu in religioſo propoſito per tempus commoratę,vltrà non nubant. *27.q.1. Neque viduas.*

Vt nullus per ambitum ad epiſcopatum accedat. *1.q.1.Nullus itaque.*

SECVNDA SYNODVS ROMA. SVB Papa Symacho.

2.ſynodus.

COngregauit Romæ ſynodum in baſilica beati Petri,& inter cætera ſtatuit, vt ſi quis,Papa ſuperſtite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem pręſtare conuincitur,loci ſui honore priuetur. *79.q.c. Si quis Papa.* *D.19.Si tranſitus.*

Itẽ,quòd ſi Papa,morte pręuẽtus,non potuerit de ſui ſuc-

ceſſoris electione antè decernere, is conſecretur epiſcopus, quem cunctus clerus, aut certè pars maior elegerit.

Ibidē. Si quis Papa. Item, quòd qui ambientes, vel ambientium fautores, con iuratoresq;, prodiderit, non ſolùm purgatus ab omni culpa videatur eſſe (etiam ſi fuerit particeps) verum etiam remuneratione digniſsimus.

Romana ſynodus. 3. Aliam etiam ſynodum congregauit Romæ, anno Domini 504. In qua cauetur ſub anathematis pœna, ne bona ecclesiaſtica alienentur,

Synodus. 4. Roma. Congreuauit ibidem, & aliam ſynodum, quę dicitur Palmaris, tempore Theodorici, cuius iuſſu fuit congregata, vt Symachus à ſibi obiectis criminibus ſe purgaret.

Extat liber eruditus, & elegans Ennodij eccleſiæ Roma. diaconi pro defenſione quartæ, & quintæ ſyno. Symachi Papæ, & 230. epiſcoporum.

Ex quo deſumptum eſt, huiuſmodi decretum.

9. q. 4. Nonne directa. Nonne directa ſunt verba Canonum: Si quis clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ tempus pro dubia ſuſpitione diſceſſerit, manifeſtã in eum manere cenſurã? Lex enim eccleſiaſtica Pontificem ab aliis accuſatum prius, quàm ſub luce obiecta cõſtiterint, exigit non relinqui.

9. q. 3. Aliorũ hominũ. Item, illud. Aliorum hominũ cauſas Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſinè quæſtione reſeruauit arbitrio.

Synodus Roma. 5. Alia etiam ſynodus eſt Romæ congregata ſub hoc Symacho, in qua approbatur ſupraſcriptus liber Ennodij diaconi, & ei datur eadem authoritas, quæ decretis ſynodorum, & ita iuſſus eſt inter actiones ſynodicas adſcribi.

Secundo.

Statutum eſt Decretum illud à multis anteceſſoribus ſynodaliter firmatum.

2. q. 7. Oues quæ. Verba ſunt Euſebii Pap. Oues, quæ ſuo paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi à fide exorbitauerit, nec vllatenus accuſare poſſunt: quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quamquam reprehendenda rectè videantur.

3. q. 1. Reintegranda. Idem Euſeb. oĩbus epis. Ex hac etiã ſynodo habetur in decre tis, quòd nullus epiſcopus, aut clericus, ante ſententiam ſuis bonis ſpolietur, & ſi ſpoliatus fuerit, reſtituatur in omnibus.

Fuit

Fuit & alia ſynodus Romę ſub Symmacho tẽpore Theodorici Regis, ad eccleſię reformationẽ, & gubernationẽ conſtituta. In qua ſtrictè, & ſub pœna anathematis ꝓhibetur. Ne vllus bona eccleſiæ à fidelibus oblata occupet, & qua ſi propria poſsideat ſinè epiſcopi licentia. *Synodus Ro. 6. cõtra inuaſores rerũ eccleſiaſticarũ 16. q. 1. In ca.*

Quòd ferro abſcindẽda ſunt vulnera, q̃ fomẽta nõ ſentiũt. *16. q. 1. Ferro*

Quòd iniuſtum iudiciũ, & definitio iniuſta regio metu, vel iuſſu, aut à iudicibus ordinata non valeat. *11. q. 3. Iniuſtũ*

Extant eiuſdem epiſtolę aliquot, quas recenſere ſuperuacaneum eſt. *In conc. fol. 555.*

CONCILIVM ILLERDENSE TEMPORE Symmachi. 8. epiſcoporum habitum anno. 15. Theodorici Regis. In hoc Concilio ſtatuerunt canones ſequentes. *Concilium Illerden.*

Canon. 1.

VT clerici in obſidionis neceſsitate poſiti à ſanguine humano (etiam hoſtili) ſe abſtineant, admittantur tamen ad priſtina officia poſt. 2. annos pœnitentię. *D. 50. De his.* *Canon. 2.*

QVòd his, qui abortiuum faciunt, vel natos ſuos extinguunt, poſt. 7. annorum curricula cõmunio tribuatur.

Canon. 3.

QVòd monachi ſine licentia Abbatis non ordinentur. *16. q. 1. Cum pro vtilitate*

Canon. 4. De inceſtis.

VT his, qui ſe inceſtus pollutione commaculant (quouſq; in ipſo deteſtando, & illicito carnis cõtubernio perſeuerant) vſq; ad Miſſam tantùm Catechumenorum in eccleſia admittantur, cum quibus etiam nec cibum ſumere vllum Chriſtianorum (ſicut Apoſtolus iuſsit) oportet. *35. q. 2. & 3. 4. De his, qui inceſti. 1. Cor. 5.*

Canon. 5. De his, qui altario ſeruiunt.

HI, qui altario Dei deſeruiũt, ſi ſubitò in flẽda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciẽte, dignè pœnituerint, ita vt ſi mortificato corpore cordis contriti ſacrificiũ Deo offerãt, maneat in poteſtate Põtificis, vel veraciter afflictos nõ diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiori tẽpore ab eccleſię corpore ſegregare: ita tamen, vt ſic officiorũ ſuorũ loca recipiãt, ne poſsint ad altiora officia vlterius promoueri. Quòd ſi iteratò, velut canes ad vomitũ, reuerſi fuerint, & veluti ſues in volutabris iacuerint, nõ ſolũ dignitate officij careãt, ſed etiã ſanctã cõionẽ (niſi in exitu) non percipiãt *D. 50. Hi qui*

Canon.6. De eo, qui viduæ, vel religioſæ virgini ſtuprum intulerit.

QVi pœnitēti viduę, vel virgini religioſę, vim ſtupri intu lerit, ſi ſe ab eo ſeqſtrare noluerit, pariter à cōmunione Chriſtianorū, & conſortio ſegregentur. Si verò illa, quę vim pertulit, ad ſanctā religionē redierit, in illo ſolo ſententia excōmunicationis teneat, quoadusq; publicè pœniteat.

Canon.7. De his, qui ſacramentò ſe obligant.

22.q.4. *Qui ſacramento.* QVi ſacramēto ſe obligauerit, vt litigās cū quolibet, ad pacē nullo modo redeat; pro periurio vno anno à cōmunione corporis, & ſanguinis Dñi ſegregatus, reatū ſuū eleemoſynis, fletib⁹, & quātis potuerit ieiuniis, abſoluat. Ad charitatē verò, quę operit multitudinē peccatorū, celeriter venire feſtinet.

1.Petri.4.

Canon.8. Si clericis ſeruum de eccleſia traxerit.

17.q.4. *Nullus clericor.* NVllus clericorū ſeruum, vel diſcipulū ſuū ad eccleſiam cōfugientē, extrahere audeat, vel flagellare pręſumat. Quòd ſi fecerit, (donec dignè pœniteat) à loco, cui honorē non dederit, ſegregetur.

Canon.9. De his, qui rebaptizati ſunt.

Can. 11. *Nicenæ ſynodi* DE his, qui in præuaricatione rebaptizati, ſinè aliqua neceſsitate, vel tormento delapſi ſunt, placuit, vt circa eos illa Nicenæ ſynodi ſtatuta ſeruentur, quæ de præuaricatoribus cenſita eſſe noſcuntur.

Can. 10. De his, qui iubente epiſcopo ab eccleſia exire contemnunt.

11.q.3. *Qui iubente.* QVi, iubente ſacerdote, pro qualicunq; culpa ab eccleſia exire contempſerit, pro noxa contumeliæ, tardius recipiatur ad veniam.

Can.11. De clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt.

SI qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali exceſſu contumeliam pertulerit, à Pontifice diſtrictius vindicetur.

Canon.12. De his, qui contra canones ordinati ſunt.

QVi cōtra decreta Canonum indiſcretè clericos vſq; nūc ordinauerūt, eis Dñs, vel ſancta, & eccleſiaſtica charitas ignoſcat. Amodò verò ſi in tali auſu ꝓruperint, decretū Canonū, quod circa eorū perſonas ſtatutū eſt, obſeruetur.

Can.13. De catholicis, qui filios ſuos hæreticorum baptiſmati tradiderunt.

CAtholicus, qui filios ſuos in hæreſi baptizandos obtulerit, oblatio illius in eccleſia nullatenus recipiatur.

Can.

Canon.14. De ſacerdote moriente.

CVm ſacerdos moritur, res eccleſię non diripiantur, ſed fideliter obſeruentur.

Sergius epiſcopus relegi,& ſubſcripſi. Gratus epiſcopus directus à Domino meo Stephano epiſcopo, his conſtitutionibus interfui,& ſubſcripſi. *Subſcriptio.*

Ex hoc Concilio citat Gratianus quatuor Canones. *Cano. à Gratiano citati de hoc Côci.*

Primum, quòd in diebus quadrageſimæ nuptias celebrare non licet.

NOn oportet à .lxx. vſq; in octauã Paſchæ:& tribus hebdomadibus ante feſtiuitatẽ ſancti Ioannis Baptiſtæ: & ab Aduentu Domini vſq; poſt Epiphaniã nuptias celebrare. Quod ſi factum fuerit, ſeparentur. *33.q.4. Non oportet.* *Secundum.*

NOn prohibetur à ſacris ordinibus, qui à medicorum inciſione claudus efficitur. *D.55. Siquis in iſirmitate.* *Tertium.*

STatuitur quomodo clericus infamatus debeat ſe purgare ſeptem teſtibus, & iuramẽto: vt fecit Leo Papa coram Cæſare Carolo. Et ſi hoc facere non potuerit, ſuſpendatur vſq; ad dignam ſatisfationem. *2.q.4. preſbyter.* *Quartum.*

STatuitur, quòd ſacerdos ad baptizãdi officium, & ad veſtimenta altaris lauanda, debet habere propria vaſa. *De cõſ. d.4. Omnis preſbyter.*

CONCILIVM VALENTINVM PROVINciale .6. epiſcoporum, circa tẽpora etiam Symmachi celebratum eſt in Valentia Hiſpaniæ, Theodorici Regis anno .15. *Concilium Valentinum*

Cap.1. Vt Euangelium poſt Apoſtolum legatur.

INter cætera, hoc eſſe cenſuimus obſeruandũ, vt ſacroſancta Euangelia, ante munerũ illationẽ in Miſſa Catechumenorum, in ordine lectionum, poſt Apoſtolum legantur; quatenus ſalutaria Chriſti præcepta, vel ſermones ſacerdotis, non ſolùm fideles, ſed etiam Cathecumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui è diuerſo ſunt, audire licitum habeãt. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter ſcimus. *Cap.2.*

STatuitur, qualiter epiſcopus defunctus per viciniorẽ epiſcopum ſit honorificè tumulandus, & eius exequiæ celebrandæ. *Cap.3.*

CLericus prætera vagus, atq; inſtabilis, & epiſcopi ſui præceptis minimè obediens, & communione, & honore priuetur. Finit Concilium Valentinum.

Decreta Hormiſdæ Papæ.

Hormiſda Pont.52. HOrmiſda,natione Campanus,ex patre Iuſto,de ciuitate Fruſinona,ſedit annos.9.dies.17.tẽporibus Theodorici Regis,& Anaſtaſij Auguſti.Hic Pont.Regibus fuit charus,hęreticis exoſus,& in eccleſiã magnificus. Nuptias publicè agi decreuit.Manichęos,palàm cõbuſtis libris,oppreſſit.Ab Anaſtaſio Imperatore contẽptus,inquiente, Imperatoris eſſe imperare, non imperata Pont.vel cuiuſuis recipere.Sed à Iuſtino confirmatus,eccleſiarũ pacem obtinuit *Tempore huius fuit Boetius Seuerinus*

Argumentũ epiſtolæ Hormiſdæ papæ. Scripſit epiſtolam ad epiſcopos Hiſpaniæ, exhortãs eos ad obſeruantiam veterum Canonũ, & in primis docet eos, qui ad clerum promouentur,debere aliis eſſe pręſtantiores. Nam longa debet vitã ſuam probatione monſtrare,cui gubernacula committuntur eccleſiæ. Non negamus eſſe in laicis Deo placitos mores, ſed milites ſuos probatos ſibi quærunt inſtituta fidelia: & prius debent exemplum religioſæ conuerſationis de ſe potius aliis præſtare,quàm ſumere: & oportet emendatiorem eſſe populo,quem neceſſe eſt orare pro populo,ideoq; nullus ex pœnitentibus debet ordinari. Quis enim eum,quem paulò antè iacentem viderat, veneretur antiſtitem? *61.c. Non negamus.*

Secundò. Admonet ſecundò, vt pro epiſcopatu præmium non accipiatur,ne ſpiritualia vileſcant,dum pretio emuntur, & à Domino corripiantur: ſicut Simon Magus Spiritum ſanctum mercari volens. Nam quis non vile putat,quod venditur? Sed ita debet fieri electio, vt in graui murmure populorum diuinum credatur eſſe iudicium. *Actu.8.*

Tertiò. Tertiò, vt bis in vnoquoq; anno prouincialia Cõcilia celebrentur:vt circa res eccleſiaſticas recta diſponant, & de rectè diſpoſitis,Deo gratias agant.

Ep/a.2.Hormiſdæ. Scripſit, & aliam epiſtolam ad epiſcopos Hiſpaniæ,in qua ponitur Ioannis epiſcopi Conſtantinopolitani profeſſio,propter clericos Oriẽtales,qui eius cõmunionẽ popoſcerant:& docet,quomõ ſint reſcipiẽdi ad eccleſiæ fidẽ,q antè fuerãt errores Neſtorij,Eutychis,Achatij,& aliorũ ſequuti.

Ep/a.3.Hormiſdæ. Aliam etiam miſit epiſtolam ad Epiphanium Conſtantinopolitanum epiſcopum de reconciliatione Romanæ, & Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, Deo gratias agens, quòd

hoc

hoc beneficium ſuis temporibus exhibuerit.

Aliam ſcripſit epiſtolam ad Saluſtium Hiſpalenſem epiſcopum,cui commiſit vicē ſuam ſuper prouinciā Beticam, & Luſitaniam:admonens,vt in omnibus ſtatuta à patribus decreta obſeruare faciat. *Epiſtola. 4.*

Aliam etiam miſit ad epiſcopos Beticæ,in qua eis gratulatur,quòd pacem diu deſideratam interſe compoſuerint. *Epiſtola. 5.*

Habetur etiam epiſtola Iuſtini Imperatoris ad Hormiſdam Papam, rogans pro pace, & vnitate eccleſiarum,maximè Hieroſolymitanæ, ſed nihil ſpeciale continet annotatione dignum. *Ep?a Iuſtini Imperatoris.*

Extat etiam deprecatio Hieroſolymitanorum clericorū, & Abbatum,ad eundem Iuſtinum,In qua ei ſupplicant, vt pacem,& vnitatem eccleſiarum pro virili conetur procurare,& offerunt ei libellum,in quo oſtendunt, qualiter de ſancta Trinitate, & de Ieſu Chriſti domini noſtri incarnatione ſentiant,iuxta decreta à ſanctis Pontificibus in conciliis Nicæno,& Chalcedonenſi. *Dep̄catio Hieroſolymitanorum clericorum.*

Ex hoc Pontifice citat Gratianus decretum, quo ſtatuitur,ne ille,qui in monaſterio recluſus eſt, vt pœnitentiam agat,ordinetur presbyter. *D.50.Si ille.*

Itèm,quòd nullus fidelis,cuiuſcunq; conditionis ſit, occultè nuptias faciat, ſed benedictione accepta à ſacerdote, publicè nubat in domino. *30.q.5.Null?*

Ibi etiam ſtatuitur,ne aliquis ad matrimoniū cōpellatur. *31.q.2.De neptis tuæ.*

CONCILIVM AVRELIANENSE tempore Hormiſdę.In hoc concilio primùm habetur epiſtola Clodouei regis Franciæ ad ſynodum,in qua profitetur ſe pariturum præceptis eccleſię, & Papę de non captiuandis clericis,monialibus,& ſeruis eccleſiarum,nec eorum filiis, &c,& de captiuatis reddendis. *Conciliū Aurelianenſe.*

Secundo loco habeť reſcriptū ſynodi ad eūdē regē in quo

Primò, continetur de homicidis, adulteris, & furibus, ſi ad eccleſiam confugerint:vt ab eccleſiæ atriis, vel domo epiſcopi eos abſtrahere omnino non liceat. *17.q.4.Id cōſtituimus.*

Secundò.De raptoribus verò,ſi ad eccleſiam raptor cùm rapta confugerit,& fœminam ipſam violentiam pertuliſſe conſtiterit,ſtatim liberetur de poteſtate raptoris: & raptor *36.q.1.De raptoribus.*

mortis, vel pœnarum impunitate conceſſa, aut ad ſeruiendum ſubiectus ſit, aut redimendi ſe liberã habeat facultatẽ.

Tertiò. De obligationibus, vel agris, quos dominus noſter Rex eccleſiæ contulerit, id eſſe iuſtum definimus, vt in reparationibus eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorũ, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.

D. 54. Si ſeruus.

Quartò. Si ſeruus, neſciente domino, ſciente tamen epiſcopo, ordinetur, teneatur epiſcopus eius pretium in duplo reddere domino, & ipſe permaneat in ordinibus. Si verò, ignorante epiſcopo, id ipſum facere teneatur, qui illum ordinandum obtulerit.

D. 81. Si diaconus.

Quintò. Si diaconus, aut presbyter, crimen capitale coni miſerit, ſimul & ab officio, & communione pellatur.

D. 82. Epſ.

Sextò. Epiſcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente, non poſſunt ſuis manibus laborare, victum, & veſtitum in quantum poſsibilitas habuerit, largiatur.

Septimò. Ne ſuperſtes frater thorũ defuncti fratris aſcendat. Nec ſe quiſq; amiſſæ vxoris ſorori audeat ſociare.

Amnot ẽt epi. 18. q. 2. Abbates.

Octauò. Quòd Abbates Epiſcopis, monachi Abbatibus ſint ſubiecti.

27. q. 1. Monachus.

Nonò. Quòd monachus in monaſterio orarium, vel zonas non habeat.

16. q. 3. Si epſ

Decimò. Quòd præſcriptio non habeat locum in rebus eccleſiæ.

De cõſe. d. 3. ſacerdotib⁹.

Vndecimò. Quòd ante Paſchæ ſolennitatem non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur.

De cõſe. d. 3. Rogationes.

Duodecimò. Quòd Rogationes. i. Litaniæ ante Aſcenſionem domini celebrentur: ita vt præmiſſum triduanum ieiunium in dominicæ Aſcenſionis ſolennitate ſoluatur: per quod triduum ſerui, & ancillæ ab opere relaxantur.

De cõſe. d. 3. Epſ.

Tertiodecimò. Quòd epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ, cui proximus fuerit, die dominico deeſſe non debet.

Alia multa ſancita ſunt circa partitionem bonorum eccleſiaſticorum, & baſilicas conſtruendas, & boneſtatẽ monachorum, & clericorum, &c. Subſcripſerunt in hoc Concilio. 33. Epiſcopi.

Concilium

CONCILIVM. GERVNDENSE, EST prouinciale, tempore Hormiſdæ Papę. Celebratum eſt anno.7. Theodorici Regis, in quo *Conciliū Gerunden̄.*

Primò ſtatuitur. Vt vnaquæq; prouincia in officio eccleſiæ vnum ordinem teneat. *De cōſe. d.2. Inſtituto.*

Secundò. Vt expleta ſolennitate Pentecoſtes in ſequenti ſeptimana à quinta feria in ſabbatū, per hoc triduum abſtinentiā celebretur.

Tertiò. Vt Catechumeni baptizentur die, vel vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes. Cæteris ſolennitatibus tantùm infirmi. *De cōſ.d.4. Cathecumeni.*

Quartò. Vt paruuli, ſi infirmari cōtingat, eodem die, quo nati ſunt, baptizentur.

Quintò. Vt in omnibus diebus poſt matutinas, & veſperas oratio dominica à ſacerdote proferatur. *De cōſe.d.5. Id ſemper.*

Alia ſtatuuntur circa honeſtatem, & vitam tam clericorum, quàm ordinandorum.

CONCILIVM CAESARAVGVSTAnū à duodecim epiſcopis celebratum. In quo primùm ſtatuitur, vt mulieres fideles ad virorum alienorum cœtum, & lectionem non accedant, nec ad ipſas legentes alij ſtudio, vel diſcendi, vel docendi conueniant, vt Apoſtolus iubet. *Cōciliū Cæſaraguſtan̄. 1.Cor.14. & 1.Timo. 2.*

Item. Ne quis ieiunet die dominica cauſa timoris, aut perſuaſionis: nec quadrageſimæ diebus ab eccleſiis fideles deſint, nec habitent in latibulis cubiculorum, aut montium, qui in ſuſpitionibus perſeuerant. *De cōſe. d.3. Ne quis.*

Item, Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam nō conſumpſiſſe in eccleſia, Anathema ſit in perpetuum.

Item. Viceſimo, & primo die, id eſt, à. 16. Calendas Ianuarij vſq; in diem Epiphanię, quæ eſt octauo Idus Ianuarij, continuis dieb⁹ nulli liceat de eccleſia ſe abſentare, nec latere in domibus, nec ſecedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed ad eccleſiam concurrere, quod qui non obſeruauerit, Anathema ſit in perpetuum.

Item. Ne quis doctoris nomen ſibi imponat p̄ter has perſonas, quibus eſt conceſſum, ſecundùm quod ſcriptum eſt.

Itē. ꝙ virgines non velētur, q̄ ſe Deo vouerunt, niſi. 40. annorum probata ætate, quam ſacerdos comprobauerit. *Heb.5.*

Decreta

Decreta Ioannis. I. Papæ.

Ioã. 1. Põt. 53. Tẽpore hui⁹ floruit. B. Benedictus.

IOannes, natione Tuſcus, ex patre Conſtantio, ſedit annos duos, menſes nouem, dies. 17. temporibus Theodorici Regis, & Iuſtini Auguſti Chriſtiani. Hic à Iuſtino Conſtantinopoli honorat⁹, Theodorici Regis iuſſu (paulopòſt in Vulcani ollam deiecti) carceris pedore, fameq; conſumptus, Rauennæ martyrum numero eſt adſcriptus.

Scripſit epiſtolam ad quendam Zachariam Archiepiſcopum, ex qua illud decretum, quod ſupra retulimus, deſumptum eſt: Oues quæ ſuo paſtori, &c.

Vide ſu. pag. 242. 2. q 2. In ſcriptures.

Item illud, vbi dicitur, quòd nullus epiſcopus vocetur ad Concilium, nec accuſetur, donec omnia, quæ ab illo fuerint ablata, reſtituantur.

Aliam miſit ad epiſcopos Italię, de Theodorico Rege, hortans eos, vt peſtem Arrianam conentur pro virili extirpare, & eorum eccleſias catholicas conſecrent, non timentes minas Theodorici.

Decreta Fœlicis Papæ.

Fœlix. 4. Põtif. 54. Hic Cõſtãtinop. Patriarchã dãnauit.

FŒlix, natione Sammius, ex patre Caſtorio, ſedit annos quatuor, menſes duos, dies. xiiij. fuit temporibus Theodorici Regis, & Iuſtiniani Auguſti. Hic diuis medicis Coſmo, & Dammiano templum Romæ dedicauit. Huius temporibus conſumpta eſt incendio baſilica ſancti martyris Saturnini, quam à ſolo denuo extruendam curauit. Et vixit vſq; ad tempora Athalrici.

In quibus locis miſſa ſit celebrãda.

Scripſit epiſtolam ad epiſcopos omnes per diuerſa loca conſtitutos, in qua

Primùm habetur, Miſſam non debere celebrari, niſi in ſacratis Domino locis, niſi magna compulerit neceſsitas.

Deut. 12.

Quoniam ſcriptum eſt: Vide, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris: ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.

De cõſ. d. 1. Sicut non alii.

Sicut enim non alij, q̃ ſacrati dño ſacerdotes debent miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre: ſic nõ in aliis, q̃ in Dño cõſacratis locis. i. in tabernaculis, diuinis p̃cibus à Pontificibus delibatis, miſſas cãtare, aut ſacrificia offerre licet. Nõ ergo licet in domib⁹ oblationes celebrari ab epiſcopis, & presbyteris. Idem habetur concil. Laodiceñ.

Cap. 26. & 58.

Decreta Bonifacij.2.Papæ.

BOnifacius, natione Romanus, ex patre Sigibuldo, ſedit annos.2.dies.26.tẽporibus Athalrici regis hęretici, & Iuſtiniani Auguſti. Hic cum Dioſcoro ordinatur ſub contentione, Dioſcorus ordinatur in baſilica Conſtantiniana, Bonifacius verò in baſilica Iulij, & fuit diſſenſio in clero, & Senatu dies.26. Quo tempore defunctus eſt Dioſcorus & quieuit ſeditio.

Bonifacius.2.Pon.55.

Hic clericos à laicis in eccleſia ſegregauit.

Hic Bonifacius inſtituit, ne quiſpiã ſibi epiſcopatu ſucceſſorẽ deligeret, qd' poſtea multi Põtifices cõfirmarũt.

Extat epiſtola eiuſdem ad Eulalium Alexandrinum epiſcopum, de reconciliatione Carthaginẽſis Eccleſiæ, oſtẽdẽs per diuinam ſapientiam optimè conſtitutum, vt maiora minoribus ſubdantur: & omnes epiſcopi, epiſcopo Romano. Et hinc deſumptum eſt decretum illud.

Ad hoc diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate cõtentio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorũ: neq; enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi manus cauſa differentiæ ordo ſeruaret.

D. 89. Ad hoc diſpẽſa.

Extat etiam epiſtola precum Eulalij epiſcopi Carthaginenſis, & Iuſtini prædicti principis pro reconciliatione ſuæ eccleſiæ, in quo ſe ſubmittit Romano Pontifici, aſſerens eſſe veram ſalutem in eccleſia Romana, & veram fidem, & nõ extra illam: & Anathematizat omnes hæreticos, qui oppoſitum tenent, & ſtatutis Rom. Pont. contradicunt.

Decreta Ioannis.2.Papæ.

IOannes, qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Proiecto de Cælio monte, ſedit annos.2.menſes quatuor, dies.6. Fuit temporibus Athalrici, & Iuſtiniani: cuius tempore idem Imperator Iuſtinianus miſit fidem ſuam in ſcripto ſub chirographo proprio ad ſedem Apoſtolicam per epiſcopos Apatium, & Demetrium, cum ingentibus donis auri, argenti, & gemmarum.

Ioã.2.Põ.56.

In.l.ĩter cla. de ſum. Tri. & fid.ca.

Scripſit vnam epiſtolam ad Valerium epiſcopũ, in qua oſtendit, quòd filius eſt patri æqualis, congeſtis multis, & probatiſ-

probatiſsimis ſacrarum literarum teſtimoniis.

Concilium Toletanum. CONCILIVM TOLETANVM. II.

Anno. 5. Amalrici Regis.

Primũ decretum. IN hoc Concilio primum ſtatutum eſt, vt clerici, quos parentes ab infantia clericatus officio mancipauerũt, ſi poſt velint ad nuptias accedere, permittatur. Et idem de monachis: & cùm peruenerint ad annum. 18. eorum voluntas requiratur, & non antea, nec ſubdiaconatus officium ante. 20. & diaconatus ante. 25. accipiant.

Secundum. Similiter placuit, vt nullus clericorum à gradu ſubdiaconatus, (vt ſupra) in conſortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, &c.

Tertium. Item, quòd qui in terris eccleſiæ agellos, ſiue vineolas, ſeu alia ędificia fecerit: illa teſtamento legare non poſsit, ſed eccleſiæ relinquat.

Habetur etiam hîc edictum piiſsimi Imperatoris Iuſtiniani, fidei confeſsionem continens, & refutationem hæreſum, quæ aduerſantur catholicæ Dei eccleſiæ, Ioanni Papę. 2. tranſmiſſum, vt patet in vita eiuſdem in libro Pontificali: in quo optimè, & ſatis prolixè oſtendit in ſancta Trinitate tres perſonas, vel proprietates, & vnam eſſentiam, & naturam: in Chriſto verò duas naturas, vnam perſonã, duas natiuitates. Beatã verò virginẽ propriè dici genitricẽ Dei. Et vltimò oſtẽdit, hæreticos, & poſt mortẽ poſſe anathematizari. Hoc probat multis rationibus, & ſanctorum teſtimoniis.

In fine primi tomi habetur epiſtola Pontiani epiſcopi ad eundem Iuſtinianum Imperatorem, illius fidem, & religionem collaudans: ſupplicans tamen, ne Theodorum hæreticum poſt mortem iubeat anathematizari, nam licet eius dicta poſsimus reſpicere, non tamen authorem damnare: nam ſi viueret, poſſet errorem admonitus corrigere.

Agapetus Põti. 57. *Decreta Agapeti Papæ.*

Hic dñicas proceſsiones inſtituit. AGapetus, natione Romanus, ex patre Gordiano preſbytero, ſedit menſes vndecim, dies. 18. Hic à Theodato rege Gothorum, Conſtantinopolim legatus miſſus, Iuſtinianum Imperatorem ab Arrianis in Conſtantinopo. ſynodo

De cõſe. d. 1. Agapetus. (vbi mortuus eſt) auertit, de cuius vita, ac morum ſanctimonia Gratianus dicit: Agapetus Papa, vas catholicum, euãge-

lij tuba,præco iuſtitiæ,ſacra altaris,ſedisq; velamina,ſacrilegis Anthemij infecta fabulis, ſuis catholicis precibus deleuit.Cuius corpus Romam tranſlatum eſt.

Extat elegãs,& catholica epiſtola eiuſdem ad Anthemiũ epiſcopum de duabus naturis in vno Chriſto. *In.2.Tomo cõci.fol.1.*

Decreta Siluerii Papæ.

Siluerius,natione Campanus, ex patre Hormiſda epiſcopo Romano, ex matrimonio tamen natus,ſedit annum vnum,menſes quinq;, dies vndecim. Qui, quoniam noluit reuocare Anthemiũ hæreticum in locum ſuũ, quẽ depoſuerat Agapetus Papa propter hæreſim,pcepto Auguſtæ, miſſus eſt in exiliũ ad Põtianas,vbi, accuſante Vigilio, martyrium pertulit.De obitu autem eius,vide in exemplaribus. *Siluerius Põti.38.* *Tẽpore hui⁹ Neapolis capta eſt,& Beliſari⁹ Romã potitur.* *In.2.To.f.2.*

Decreta Vigilii Papæ.

Vigilius,natione Romanus,ex patre Ioanne cõſule, ſedit annos.17.mẽſes ſex,dies.26.Hic Cõſtãtinopolim Theodoræ Imperatricis iuſſu tract⁹,in quinta principali ſynodo cõtra Theodorũ Cõſtãtinopolitanũ patriarcham,Eutychi, Arrioq; diſſentiẽs,flagris expirauit,& ſanctis adnumerat⁹ eſt.Obitus eius diffuſius ſcribitur in exemplaribus. *Vigilius Ponti.59.* *Vide in.2.to.n.1.fo.3*

Extat epiſtola eiuſdem ad Eutherũ, in qua eum inſtruit, quid iuxta catholicam diſciplinam teneat apoſtolicæ ſedis authoritas.Diuiſa eſt in ſeptem capita.

In primo agit de Priſcillianiſtis, qui ab eſu carniũ ſe ſubtrahunt,dicens:

Hæc igitur ſequentia Patrum venerabilium conſtituta, ſpecialiter eos cenſuerunt eſſe damnandos,qui, cum carnibus abſtinerent,ea quoq; credebant eſſe vitanda, quæ carnibus fuiſſe videbantur admixta.Nam & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus ita præmonuit,dicens:Non, quod intrat in os,coinquinat hominem:ſed quæ procedunt de ore, hæc ſunt,quæ coinquinãt hominem.Quapropter nec abſtinentiam Deo placitam reprobamus,nec eos,qui execrãtur Domini creaturam,recipimus in noſtra ſocietate. *Vide etiã ſupra.pag.23.* *Matth.15.*

In ſecundo agit de trina renaſcentium merſione, dicens: De baptiſmo quoq; ſolenniter adimplendo, ſimiliter, quid Apoſtolica,vel ſanxerit,vel obſeruet authoritas,in ſubiectis tua charitas euidenter agnoſcet,Illud autẽ nouelli eſſe iudi-

camus erroris, quòd cùm in fine Pſalmorum ab omnibus catholicis (ex more) dicat Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, aliqui (ſicut indicas) ſubducta vna ſyllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo: Gloria patri, & filio ſpiritui ſancto. Quanuis ergo ipſa nos ratio euidenter edoceat, quia ſubducta vna ſyllaba, perſonam filij, & ſpiritus ſancti, vnam quodammodo eſſe deſignēt: tamen ad errorem talium conuincendum ſufficit, quòd Dominus Ieſus Chriſtus, deſignās in inuocatione Trinitatis credentium debere baptiſma celebrari, dixit: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Ergo cùm non dixerit, in nomine Patris, & filij ſpiritus ſancti, ſed æqualibus diſtinctionibus patrem, & filium, & Spiritum ſanctū iuſſerit nominari: conſtat illos omnino à doctrina dominica deuiare, qui aliquid huic voluerint cōfeſsioni derogare. Qui ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe non poſſunt.

Contra eos, qui filiū & ſpm̄ ſanctū dicunt vnā eſſe perſonā. Matth. vlti.

In tertio agit de his, qui ab Arrianis iterum baptizantur ſic dicens: De his etiam, qui baptiſmatis gratia ſalutaris accepta, apud Arrianos iterum baptizati profundæ voraginis ſunt morte demerſi, quid per ſingulos ordines, vel ætates anteceſſorum noſtrorum decreta cenſuerunt, quæ multiplici ſunt digeſta ratione, è noſtro ſcrinio releuata capitula, his ſubiecta direximus. In quibus tamen illud ſpeciali charitate etiam cōuenit obſeruari, vt quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipſa ſurrexit, in æſtimatione fraternitatis tuæ, aliorumq; Pontificum per ſuas diœceſes relinquatur: vt ſi qualitas, & pœnitentis deuotio fuerit approbata, indulgentiæ quoq; remedio ſit vicina. Quorum tamē reconciliatio non per illam impoſitionem manus, quæ per inuocationem ſancti ſpiritus fit, operatur: ſed per illam, qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & ſanctæ communionis reſtitutio perficitur.

De rebaptizatis ab Arrianis.

In quarto agit de eccleſiarum reſtauratione in fabricis, quid ſit obſeruandum, dicens: De fabrica verò cuiuſlibet eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolennitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil iudicam⁹ officere, ſi per eam minimè iactetur

De cōſe. d. 1. De fabrica. Verba ſunt Iulian Pap.

aqua

aqua exorcizata: quia in conſecratione cuiuſlibet eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti ara non ponitur, celebritatem ſcimus tantùm eſſe miſſarum. Et ideo ſiquá ſanctorum baſilica, à fundamētis fuerit innouata, ſinè aliq̃ dubitatione, cū in ea fuerit miſſarum celebrata ſolennitas, totius conſecratio ſanctificationis implebitur. Si verò ſanctuaria, quæ habebant, ablata ſunt, rurſus earum depoſitione, & miſſarum ſolennitate reuerentiam ſanctificationis accipiet.

In quinto agit, de Paſchę feſtiuitate, & precum ordine, ac miſſarum ſolenniis.

In ſexto agit, quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari, ſic dicens: Si quis epiſcopus, aut presbyter iuxta præceptum Dñi non baptizauerit in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in vna perſona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut tribus paracletis, proiiciatur de eccleſia Dei.

In ſeptimo agit de primatu eccleſiæ Romanæ, ſic dicēs: Nulli vel tenuiter ſentienti, vel pleniter ſapienti dubiū eſt, quòd eccleſia Romana fundamentū, & forma ſit eccleſiarum, à qua omnes eccleſias principium ſumpſiſſe nemo rectè credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apoſtolorum par eſſet electio, beato tamen Petro cōceſſum eſt, vt cæteris præmineret, vnde & Cæphas vocatur, quia caput eſt, & primus omnium Apoſtolorum. Et quod in capite præceſſit in membris ſequi neceſſe eſt. Quāobrem ſancta Romana eccleſia eius merito, Domini voce conſecrata, & ſanctorum patrum authoritate roborata, primatum tenet omniū eccleſiarum: ad quam tam ſumma epiſcoporum negotia, & iudicia, atq; querelæ, quàm & maiores eccleſiarū quæſtiones (quaſi ad caput) ſemper referenda ſunt. Nā & qui ſe ſcit aliis eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquē eſſe ſibi prælatum. Ipſa namq; eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, vt in parte ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudine poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem epiſcoporum iuditia, & cunctarum maiorum negotia cauſarum eidem ſanctæ ſedi reſeruata eſſe liquet, prſertim cùm in his omnib' eius ſemper ſit expectandum conſultū, cuius tramiti, ſi quis obuia-

Ioan. 1.

Ro. eccle. mater ſacerdotalis dignitatis & eccleſiaſt. magiſtra rationis.

re tentauerit, ſacerdotum cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eandem ſanctam ſedem nouerit redditurum.

Cōſtātinop. ſynodus.5. CONSTANTINOPOLITANA SYnodus quinta, circa tempora prędictorum Pontificum Agapeti, Silucrij, & Vigilij celebrata eſt, præſidente Menna Patriarcha, ſedentibus verò multis aliis epiſcopis Orientalis eccleſiæ, & paucis quibuſdam, qui ex Italia venerunt. Qui omnes numero fuere. 165. Congrata eſt ſynodus anno Domini. 553. Iuſtiniani verò imperij. 26. cōtra Petrum, Anthymum, Seuerum, & Zoaram hæreticos. Petrus archiepiſcopus Antiochenus tenuit in Triſagio addendam eſſe crucē, id eſt, Trinitatem eſſe crucifixam, & diceretur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui crucifixus eſt pro nobis, vbi neceſſe erat, aut confundi perſonas Trinitatis, aut negare duas naturas in Chriſto. Contra hunc ſcripſerunt plures epiſcopi Orientales. Et contra Theodorum, Mopſueſtenum, & complices. Siquidem negarunt ij Mariam Dei genitricem eſſe: quod damnatum iam erat in tertia ſynodo. Damnauit etiam hæc ſynodus Origenem, & Euagrionem, cum eorum ſcriptis: quæ omnia in ſecundo tomo conſcripta ſunt, quapropter hic ea præſcidimus, lectorem illuc deſtinantes. Epiſtolam tamen Fœlicis Papæ cōtra ipſum Petrum ſcriptam hic ſubiecimus, quia lectione digna eſt, & à memoria hominum nunquam excidenda.

Tr. 2. to. Cō. 6.7.8.9.

Fluxerunt à quarta ſynodo vſq; ad hanc quintam anni. 97. Pſellus verò ponit. 102. annos.

Epiſtola Fœlicis Papæ Romæ, ad Petrum Epiſcopū Antiochiæ monitoria, quoniam nō oportet addere in triſagio, crucifixus propter nos.

Hiere. 9. QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū? Qualē autē, & dignū fletum adducam animæ meæ, condolens Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſanctæ catholicæ, & Apoſtolicę eccleſiæ? Ipſa enim plorans plorauit ſuper filios, & filias ſuas, & non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus, qui diligunt eam. Vniuerſi tyranni, & hæreſiarchæ perſequentes ipſam, apprehenderunt eam per tē (frater honoratiſsime) & affligentes ipſam facti ſunt in caput eius. Omnis decor ipſius, quantùm in te,

Threno. 1.

eſt

eſt, factus eſt ad nihilum. Videntes inimici eius, gauiſi ſunt ſuper perditione filiorum eius. Quos enim fouerat, quos enutrierat, quos ad menſuram ætatis perduxerat, lacteque pauerat Propheticis, & Apoſtolicis doctrinis, hos tu vno temporis momento veneno necaſti. Quemadmodum enim, qui piſcationem ſectantur, hamum eſca contegunt, & ex improuiſo capiunt piſces: ſic & tu angelicæ laudationi additionem induxiſti, & triſagiæ deprecationi, quaſi pietatis obtentu, diram impietatem excogitaſti. Ex pluribus enim Orientalibus prouinciis literas ſuſcepimus, ſignificantes nobis, quomodo veneratio tua dudum ſopitum Valentiniani dogma reſumpſit, & irritatur à vobis Saluatoris incarnatio, quodque in Manichæorum dogma, & Arrij, & Apollinaris, Paulique Samoſateni incidiſtis. Dicere enim vnigenitum filium, & Dominum noſtrum Chriſtum Ieſum perfectum non eſſe in deitate, atque in humanitate perfectum, nec ipſum ſubiiſſe paſsionem crucis: ſed vnam verbi Dei naturam incarnatam, corpusque Domini ſine anima, & mente, Apollinaris hæreſim roborat. Ille enim ignorauit, quòd ab ipſis mundi naſcentis exordiis primùm anima primi parentis noſtri mortua eſt, vel in mortem præcipitata eſt, atque ita demum corpus. Dictũ quippe illi eſt à Deo: In quacunque die comederis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte morieris. Itaque iuxta latam in illum à Deo ſententiam, qua die comedit ex ligno, in ipſa ſecundum animam mortuus eſt. Nam ipſius corporis mors poſt nongentos, & triginta annos cõtigit. Itaque Deus donum non dimidiatum fecit, ſed totum ſimul Adam ex vtero virginis ſumpſit, vt etiam perditum totum ſaluum faceret. Idcirco & Dominus ipſe dicebat: Ego animã meam pro ouibus pono. Valentini item, & Martionis, Manichæorumque, ac Gẽtilium innouare vis dogmata. Si enim Deus eſt, qui diuiſibiliter, atque ſubſtantialiter eſt mortuus, ſimiliter & ſanctus ſpiritus Deus, & ipſe diuiſibiliter, ac ſubſtantialiter inuenietur, ſicque iuxta tuam, & illorum rationem tres dij erunt, ac per hoc plurium deorum inualeſcet error, quantũque in te eſt, euacuabitur illud: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Item quod ait Ieremias: Hic Deus noſter, non reputabitur alius ad eũ.

Pulchra comparatio. *Gene. 2.* *Ioan. 10.* *Deute. 6.* *Baruch. 3.*

Ioan. 17. Similiter & Dominus: Vt cognoſcant te ſolum verū Deum. Cumq; ſcriptura diuina vnum Deum, ſanctam & indiuiduā Trinitatem prædicet, tu, & hi, qui ante te fuerunt hæreſiarchæ, tres deos dogmatizari auſi eſtis: alium quidem dicentes Deum patrem præter filium, & alium Deum filiū præter patrē. Rurſusq; alium deum ſpiritum ſanctum pter patrem, præter filium: & alium deum filium præter patrem. Rurſusq; alium deum ſpiritū ſanctum prẹter patrem, & filium. Atq; alium quidē mortalem, & nouiter genitū, alium verò æternum, atq; immortalem. In his autem noxiis verbis tuis cōtraria ſentire vis patribus, qui in Nicęa, & qui in Cōſtantinopoli, atq; Chalcedone conuenerunt, qui & conſubſtantialem roborarunt, & vnam deitatem patris, & filij, ſanctiq; ſpiritus prędicarunt, atq; Arrij amentiam confuderunt. At verò tu in eccleſia auſus es dicere, q vnus increatæ, atq; indiuiduæ Trinitatis paſsionē ſubiit: & p hoc cōſubſtātialem quoq; ſoluere niteris, ac Deum ſubiicere numero. Si enim vnus ſanctæ Trinitatis, & coæternus, qui crucifix⁹ eſt Deus (hoc eſt) filius: ſunt autem duo ſanctæ Trinitatis pater, & ſpiritus ſanctus, dicuntur autem dij, & non (vt habet vera ratio) Deus (ſicut tradiderunt nobis, qui ipſi inſpexerunt, & miniſtri fuerunt verbi) inueniris quoq; conſubſtantialem ſoluere. Quippe mortale, & immortale conſubſtantialia iam eſſe non poſſunt, roborabitur autem ſic pluralitas deorum, dum tres dij Chriſtianis auribus ingerūtur.

Ioan. 1. Cùm itaq; ſcriptū ſit, Verbum caro factum eſt, & Deus erat verbum, nō alius Deus verbum, præter patrem inuenietur: verbum, non ſimpliciter, ſed verbum ſubſtantiale, & deus filius inuenietur, vt ex vilitate noſtra identitatem ſubſtātiæ patris, & verbi, & ſancti ſpiritus agnoſcam⁹. Nos em̄ nō alij præter verbū noſtrum inueniemur. Quoniam igitur vnigenitus Dei filius, qua ratione verbum eſt propria ſubſtantia, non poterit pati, ne ad omnipotentis Dei patris ſubſtātiam paſsio referatur, (eſt enim vna patris, & filij, & ſancti ſpiritus deitas) patitur autem proprium animatū corpus, quod ipſum ſubſtantiale Dei verbū ex ipſa ſanctæ, & intemeratæ virginis vulua ſibi coniungens, ex muliere proceſsit, de qua

Pſalm. 79. ſancto ſpiritu afflati pphetæ cecinerūt: De⁹ virtutū cōuertere,

tere, reſpice de cælo, & vide, & viſita vitem iſtam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi vitem, & filium hominis, quem cõfirmauit verbum, vt inferni clauſtra contereret, & viuificaret eos, qui à ſeculo mortui ſunt, ſalutarẽ verbi incarnationem vocans. Idcirco & Dominus dicebat diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis, vos autem palmites, & pater meus agricola eſt: & Traditur filius hominis in manibus peccatorum. Patris enim intimum ſubſtantiale verbum, ac Deus per ſanctæ virginis aures illapſum, conceptionem ineffabiliter operatum eſt. *Ioan. 15.* *Matth. 26.*

Qua igitur parte vnigenitus filius eſt conſubſtantialis patri, & vnius indiuiduæ Trinitatis increatus, atq; inuiſibilis: impaſsibilis, & immortalis permanſit. Quod ergo increatum, atq; immortale eſt, creaturæ ne applices: neq; deorum pluralitatem confirmare pergas, dicens vnum ſanctæ Trinitatis mortuum eſſe. Rurſus qua parte ex muliere natum eſt, & ſubſtãtiæ nr̃æ, ac generationis eſt particeps; abſq; peccato ſuſtinuit paſsionẽ. Porrò ꝙ nõ modo conſubſtãtialis, verum etiam cognatus ſecundùm carnem ſit nobis filius Dei, docet ipſe Dominus, nunc quidem in euangelio his, qui in ſe crediderant, dicens: Ego ſum vitis, vos palmites, nunc autem in Pſalmis: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis. *Ioan. 15.* *Pſalm. 81.*

Vnde autem tibi tam peſsima ſuperbia ſubrepere potuit, vt te ipſis quoq; ſanctis angelis intelligentiorem, ſapientioremq́; putares? Super his ingemiſco, in his plango inimicos crucis Chriſti, quorum finis perditio, & quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum. Non cogitaſti, quòd ſcandalizare, vel vnum ſolum ex his, qui credunt in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quam graui cruciatui facit obnoxium? Sed incautè, vt ſerpens Euæ, tu ipſe quoq; erroris venena multitudini fidelium, atq; auribus infudiſti, traditamq́; ab angelis ſanctiſsimam laudationis formam corrupiſti, inſerens illi, qui crucifixus es pro nobis. Ergo ne nõ aduertiſti, ꝙ Paulum Samoſatenum, Photinũq;, & Artemiũ impietate tranſcendis, qui duos Dei filios poſuerunt, vnum quidem ante ſecula, alterum verò nouiter natum, cùm ipſe quoque Trinitati inuexeris pluralitatem, duos Dei filios dicens, vnum forte, alterum crucifixũ? Ad hæc fideliſsimum *Philip. 3.* *Matth. 19.* *Gene. 3.* *Error Manichæi.*

 Chriſti

Chriſti gregem in Manichæi opinionem præcipitare contendis, qui ſpiritum ſanctum aſſerit crucifixũ. Nam quod poſt illud, ſanctus immortalis, quod eſt ſpiritus ſanctus, tũc infers, qui pro nobis crucifixus es miſerere nobis, quaternitatem non Trinitatem populo inſinuare videris. Nempe ſi ex humana traditione manaſſet hęc laus, non ita incautè crucem inſereres laudi, in qua filij appellatio, fortis ſcilicet, ponitur. Quoniã verò ab angelis nobis laus iſta profluxit, qui ante crucẽ dicebãt, Sanctus, Sanctus, Sãct⁹, ſicut rẽſpicere Iſaias meruit, poſt crucem verò cum laude clamabant: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

Iſaiæ. 6.

Miraculum.

Deniq; cum terræ motu Conſtantinopolis quateretur, populusq; in campo oraret, infantulus, toto populo ſpectante cum Proclo ciuitatis epiſcopo, in cælum per vnam horã raptus eſt, ibiq; huiuſmodi didicit hymnũ. Rurſumq; deſcendens, nuntiauit, quæ in æthere audierat, dicẽs: de cælo quaſi de multitudine pſallentium huiuſmodi laudes inſonuiſſe auribus ſuis: dictumq; ſibi, vt eam laudationem populo indicaret. Quam vbi populi incœperant, ciuitatem receperunt, Deoq; per huiuſmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati ſunt. At tu, quàm temerè, vt ſcripturas diuinas reliquas, ita & angelorum laudem peruertere præſumpſiſti. Quis igitur in huiuſmodi non ingemiſcat, quis non lamentetur, quis dolor ſimilis inuenietur, ſicut dolor eccleſiæ Dñi, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti? Conſpice te conſtitutum, vt ſis lumen his, qui in tenebris ſunt, & eruditor inſipientium, immo inſipientiæ pręceptor es, lucẽ in tenebras transferens, vide à te populos ſemel illuminatos, qui bona guſtauerunt Dei verba, Dei mãdata, Dei prophetias, pdicationes Dei, Apoſtolicas, Euangelicasq; doctrinas, abs te peruerti magis, ac doceri nõ ſolùm crucifigere filiũ Dei, & oſtentui habere, verùm & contraria ſentire ſcripturis diuinis, & pacta abnegare, quæ accedentes ad ſanctum baptiſma fecerunt. Nam cùm coram cæleſtibus virtuoſis omnibus, coram Apoſtolicis, Euangelicisq; ordinibus ſancti baptiſmatis tempore promiſerint credere in vnum Deum omnipotentem, nunc illos tres deos credere docuiſti. Rurſum cùm polliciti ſint credere in vnum Dominum Ieſum

Hebræ. 6.

Chriſtum, filium Dei incarnatum, & hominem factum de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine: tu eos doces, ne dicant Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, crucem perpeſſum eſſe: qui Deus eſt ſecundum ſempiternam, & impaſsibilem ex patre generationem, & idem homo ſecūdum eam, qua in nouiſsimis diebus ex matre prodiit, natiuitatem, ſecundum quā etiam ſuſtinuit paſsionē: ſed vnum Trinitatis mortuū eſſe, qui eſt ipſum Dei verbum. Confeſsi ſunt rurſus ſpiritū ſanctum, viuificum, & immortalem, dicentes credere in ſpiritum ſanctum, dominum, & viuificantem: & mortalem eſſe ponis ſpiritum ſanctum, cum dicis: Sanctus immortalis, qui crucifixus eſt pro nobis. Fuge obſecro huiuſmodi errorem. Corruiſti, noli in ruina perſiſtere. Peccaſti, iam peccare noli. Expectat te ſancta Dei eccleſia, cupit amplecti pœnitentem in vanis propoſitionibus tuis, & ſecū de Chriſto diuiuina prædicantem, neque negantem ipſius animatam incarnationem, ſecūdum quam etiam paſſus eſſe memoratur, clamatque tibi per nos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. Non vult Deus (frater chariſsime) mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ſecundum euangelium. Memento beati Matthæi ſcribentis: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Recordare quid Paulus ſcribat: Segregat⁹ in euangelium Dei, quod promiſerat ipſe Deus in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius. Memento etiam Ioannis clamātis: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, ſicut etiam eſt, & Deus erat verbū, quodq; caro factum eſt, homine aſſumpto, & quòd Deum nemo vidit vnquam. Hæc tibi ſcripſi vnà cum præſenti ſynodo, conueniens te coram Deo & ſanctis angelis, vt ea doceas, ea nobiſcum ſentias, vt illibata fides noſtra permaneat in gloriam Dei.

Matth. 11. *Ezechie. 18.* *2. Timo. 2.* *Matth. 1.* *Roma. 1.* *Ioan. 1.* *Ioan. 1.*

Sequitur expoſitio fidei, ſecundum reuelationem Gregorij epiſcopi Neocæſarienſis.

Expoſitio fidei, q̄ habet in hiſto. eccleſia. lib. 7. c. 25.

Vnus Deus pater verbi viuentis, ſapientiæ ſubſiſtentis, & potentiæ, ac characteris ſempiterni, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus Dominus, ſolus ex ſolo,

Deus ex Deo, character, & imago deitatis, verbum operatiuum, ſapientia conſiſtentię omnium comprehenſiua, & virtus totius creaturæ factiua, filius verus veri patris, inuiſibilis inuiſibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis immortalis, & ſempiternus ſempiterni. Vnus ſpiritus ſanctus ex Deo ſubſiſtentiam habens, & per filium exiſtens (ſcilicet) hominibus imago. Filij perfecti perfecta vita viuentium, cauſa, ſanctificatio, ſanctificationis donatiuus, in quo apparet Deus pater, qui eſt ſuper omnia in omnibus, & Deus filius, qui per omnia eſt. Trinitas perfecta, gloria, & æternitate: ac regno, & imperio non partita, id eſt, diſtributa, nec abalienata. Non ergo creatum quid, vel ſeruitium in Trinitate, neq; aduentitium, tanquam prius non exiſtens, & poſterius adueniens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neq; filio ſpiritus: ſed incõuertibilis, & immutabilis ſemper ipſa Trinitas.

Actio prima.

IN hac actione leguntur multi libelli epiſcoporum, & monachorum, & aliorum presbyterorum accuſantium prędictos hæreticos, quibus auditis pronuntiantur ſequentes ſententiæ damnationis contra Seuerum, & Petrum &c.

Extant quoq; ſententiæ Epiphanij Patriarchæ, & ſynodi congregatæ, ac Mennæ contra Seuerum, Petrum, & Zoaram hæreticos, ad quem locum (ſuperfluitatem vitantes) remittimus lectorem. *In.2.to.fol. 31.pag. 1.*

Acceſsit ſupra dictis ſententiis conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris contra quatuor ſupradictos hæreticos: qua iubet, eos de ſacris ſedibus deponendos, iuxta ſententiam Agapeti Papæ, & ſanctorum epiſcoporum. Habetur in exemplaribus huius ſynodi. *Ibidē.fo.32. pag.2.*

In iſtis actionibus vocatus, & inquiſitus eſt Anthymus archiepiſcopus Trapezuntius, & eo non comparente, nec volente reſpondere ad libellos accuſationum, damnatus eſt à ſynodo, & eiectus à loco ſuo.

Ibidē.f.44. pag.2. Extat ſentẽtia ſynodi præſentis cõtra Anthymũ in actione.4. quę incipit, Multarum traſgreſsionum Anthym⁹ &c. In qua damnatur de hæreſi, & deponitur de ſede Trapezuntina, iuxta ſententiam beatiſsimi Agapeti Papæ.

Ibidē.45.p.1 Sequitur & alia ſentẽtia Mẽnę cõtra Anthymũ in eadem actione.

actione.4.quæ incipit:Cũ Saluator noſter &c. In qua damnat,& deponit prędictum Anthymum.

Hęc omnia, quæ in his actionibus definita ſunt,à ſanctis patribus ibi congregatis (etiam per literas Syrias) ſubſcripta fuere. *Subſcriptio.*

Capitula ſancti quinti Concilij Conſtantinopoli celebrati ſub Iuſtiniano Imperatore,Anno eius vigeſimo ſeptimo.

Cap. 1.

SI quis non confitetur, Patris, & filij, & Spiritus ſancti, vnam naturam, ſiue eſſentiam, vnam virtutem, & poteſtatem,Trinitatem conſubſtantialem,vnam deitatem in tribus ſubſiſtentiis, ſiue perſonis adorandam, talis anathema ſit. Vnus enim Deus, & Pater,ex quo omnia,& vnus Dominus Ieſus, per quem omnia, & vnus Spiritus ſanctus, in quo omnia. *De cõfeſsiõe ſanctæ Trinitatis.*

Cap. 2.

SI quis non cõfitetur: Dei verbi eſſe duas natiuitates, vnã quidem ante ſecula, & ſine tempore ex patre incorporaliter, aliam verò eiuſdem in vltimis diebus deſcendentis de cælo,& incarnati ex ſancta glorioſa Dei genitrice, ſemperq; virgine Maria, qui natus eſt ex ea,talis anathema ſit. *Duplex verbi natiuitas.*

Cap. 3.

SI quis dicit alium eſſe Deum verbum,qui miracula fecit, & alium Chriſtum,qui paſſus eſt, vel Deum verbũ cum Chriſto eſſe dicit, quãdo ex muliere naſcebatur, vel in ipſo eſſe,vt alterũ in altero,& non vnum eundemq; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum, & hominem factum, atq; eiuſdem miracula, & paſsiones, quas ſponte paſſus eſt carne,talis anathema ſit. *Idẽ erat, qui miracula faciebat,& qui patiebatur.*

Cap. 4.

SI quis dicit, ſecundum gratiam, vel ſecundum operationem, vel ſecundum dignitatem, vel ſecundum æqualitatem honoris,vel ſecundum authoritatẽ,aut relationem,aut effectum,aut virtutem, vnitionẽ Dei verbi ad hominem factam eſſe,aut ſecundum bonam voluntatẽ,qua ſi quod placuit Deo verbo homini,quia benè viſum eſt ei de ipſo(ſicut Theodorus inſaniens dicit)vel ſecundum ſolam hominis ſimilitudinem, quam Græci homonæmiã vocant, per quam Neſtoriani Deum verbum Ieſum,& Chriſtum vocantes,& hominem ſeparatũ Chriſtum,& filiũ nominantes, & duas *Facta eſt in Chriſto vnitio naturarũ per compoſitionẽ in vna perſona.*

R v perſonas

perſonas manifeſtè dicentes, per ſolam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, & vnam perſonam, & vnum Chriſtum confingunt dicere: ſed non confitentur (ſicut ſancti patres docuerunt) vnitatē Dei verbi ad carnem animatam anima rationali, & intellectuali ſecundum compoſitionem, id eſt, ſecundum ſubſiſtentiā factam, & propterea vnam eius ſubſiſtentiam, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnus de ſancta Trinitate, talis anathema ſit. Quum enim multis modis vnitas intelligitur, aliquando quidem impietatem Apollinaris, & Eutychetis ſequuntur, in peremptionem eorum, quæ conuenerunt, colentes vnitionem ſecundum confuſionem prædicant. Theodori autem, & Neſtorij ſequaces, diuiſione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt. Sancta Dei verò eccleſia vtriuſq; perfidiæ impietatem eiiciens, vnitionem Dei verbi ad carnem, ſecundum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam. Vnitio enim per compoſitionem in Chriſti myſterio, non ſolum inconfuſa ea, quæ conuenêre, conſeruat, ſed neq; diuiſionem ſuſcipit. *Cap. 5.*

Nō introducēdæ ſunt in Chriſto duæ ſubſiſtentiæ nec perſonæ.

SI quis vnam ſubſiſtentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ita intelligit, tanquàm ſuſcipientem multarum ſubſtantiarum ſignificationem, & propterea conatur introducere in myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias, vel perſonas, & ab eo introductis duabus perſonis vnam perſonā dicit per dignitatem, & honorem, & adorationem, ſicut Theodorus, & Neſtorius inſanientes conſcripſerūt, & calumniantur. S. ſynodum Chalcedoneñ. tanquā ſecundū hunc impiiſsimum intellectum vſam vnius intelligentiæ vocabulo, ſed non confitetur Dei verbum, carni ſubſtantialiter vniri, & propterea vnam eius ſubſiſtētiam, vel vnam perſonam, & ita ſanctam Chalcedoneñ. ſynodum vnam ſubſiſtentiā Domini noſtri Ieſu Chriſti cōfiteri, talis anathema ſit. Neq; enim adiectionem perſonæ, vel ſubſiſtentiæ ſancta Trinitas ſuſcepit ex incarnato vno de eadem Trinitate Deo verbo. *Cap. 6.*

virgo Maria verè Dei genitrix, & mater.

SI quis abuſiuè, & non verè Dei genitricem dicit ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam, aut per relationem tanquàm homine puro nato (Non enim Deo verbo ex ea incarnato, ſed relati ſecundum illos hominis natiuitate in

Deum

Deum verbum,tanquàm cohærens naſcenti homini)& cri minatur ſanctam Chalcedonẽ. ſynodum,tanquàm ſecundum eundẽ impium intellectum à Theodoro cõmentatum, Dei genitricem virginem aſſerentẽ: aut ſi quis hominis genitricem vocat eam,aut Chriſti genitricem, vtpote Chriſto non exiſtente Deo, & non ſpecialiter,& ſecundum veritatem Dei genitricem eandẽ confitetur, ob id,quod ante ſecula à patre genitus Deus verbũ, in vltimis diebus ex ea incarnatus, & natus eſt,atq; ita piè ſanctã Chalcedonẽ.ſynodum Dei genitricẽ eam confiteri, talis anathema ſit. *Cap. 7.*

SI quis in duabus naturis dicens, non vt in deitate, & humanitate vnum Dominũ noſtrũ IeſumChriſtũ cognoſci confitetur,vt per hoc ſignificet differentiã naturarũ,ex quibus inconfuſa, & ineffabilis vnitas facta eſt, neq; verbo in naturã carnis transfigurato, neq; ad verbi naturã tranſlata carne (Manet enim vtrunq; qđ eſt ſecundũ naturã, & poſt factã vnitatem ſubſtantialiter) ſed in diuiſionẽ per partem huiuſmodi ſuſcipit vocem in myſterio Chriſti,aut numerũ naturarũ confitẽtes in vno eodẽq; Dño noſtro Ieſu Chriſto Deo verbo incarnato,& non tantũmodo contẽplatione differentiã eorum accipit, ex quibus,& cõpoſitus eſt,non interrupta proprietate propter vnitatẽ (vnus enim ex vtriſq; & per vnũ vtraq;)ſed propterea numero vtitur,tanquàm diuiſis,& propriæ ſubſiſtentiæ conſiſtentes naturas, talis anathema ſit. *Cap. 8.*

Cum dualitate naturarum vnitas perſonæ.

SI quis ex duabus naturis deitate,& humanitate cõfitens vnitionẽ factam fuiſſe, vel vnam naturã Dei verbi incarnari,dicẽs: non ſic has voces intelligit ſicut ſancti Patres docuerunt,quòd ex diuina natura,& humana,vnitione ſecundum ſubſiſtentiam facta,vnus Chriſtus factus eſt:ſed ex huiuſmodi vocibus,vnã naturam,ſiue ſubſtantiam deitatis,& carnis Chriſti introducere conatur,talis anathema ſit.Secũdum ſubſtantiã enim dicentes,carni,vnigenitũ verbum vnitum eſſe, non confuſionẽ quandã ad vices naturarũ factam fuiſſe dicimus:magis autẽ manẽte vtraq;,hoc, quod eſt,vnitũ eſſe carni,intelligimus verbũ. Propter quod & vnus eſt Chriſtus,idem Deus,& homo:conſubſtantialis patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ſecundum

humani-

humanitatē. Similiter enim & eos, qui per partes diuidūt, vel incidunt, & confundunt diſpenſationis myſteriū Chriſti, auertitur, & anathematizat catholica Dei eccleſia.

Ca. 9.

Vna adoratione adorādus Chriſtus, Deus, & homo

SI quis adorari in duabus naturis dicit Chriſtum, ex quo duæ adorationes introducuntur ſemotim Dei verbo, & ſemotim homini. Aut ſi quis ad peremptam carnis, aut in confuſionem deitatis, & humanitatis, vnam naturam, ſiue eſſentiam conuenientiū portentuosè dicit: ſic adorat Chriſtum, ſed non vna adoratione Deum verbum incarnatum, cum eius carne adorat. Iuxta quod ſanctæ Dei eccleſiæ ab initio traditum eſt, talis anathema ſit. Cap. 10.

SI quis non confitetur crucifixum carne Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe verum, & Dominum gloriæ, & vnum de ſancta Trinitate, talis anathema ſit. Cap. 11.

Cōdēnantur heretici.

SI quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Appollinarem, Neſtorium, Eutychem, & Origenem cum impiis eorum ſcriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati ſunt, & anathematizati à ſancta Dei catholica, & Apoſtolica eccleſia, vel p̄dictis ſanctis quatuor Conciliis: ſed & eos, qui ſimilia cum prædictis hæreticis ſapuerunt, aut ſapere noſcuntur, & vſq; ad finem permanſerunt in propria impietate, talis anathema ſit. Cap. 12.

Dānat Theodorus cū dogmatib⁹ ſuis

SI quis defendit Theodorum impiiſsimum Mopſueſtenum, qui dixit: Alium eſſe Deum verbū, & alium Chriſtum, & paſsionibus animę, & concupiſcentiis carnis moleſtatum, & à malis moleſtatum, & à malis paulatim ſeparantem ſe, & ita ex promotione operum melioratum: & ex vitę conuerſatione incontaminatum conſtitutum, tanquā purum hominē baptizari in nomine Dei patris, & filij, & Spiritus ſancti, & per baptiſmum gratiam Sancti ſpiritus accipere, & adoptionem promereri, & ad ſimilitudinem Imperialis imaginis in perſona Dei verbi adorari. Poſt reſurrectionem inconuertibilem ſecundū intellectum, & ſinè peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impiiſsimo Theodoro vnitionem Dei verbi ad Chriſtum talem factam fuiſſe, qualem dixit Apoſtolus in marito, & vxore: Erunt duo in carne vna. Et ſuper alias innumerabiles eius blaſphe-

Ephes. 5.

mias, præſumente dicere, quòd poſt reſurrectionē ſufflans Dominus in diſcipulos ſuos, & dicēs: Accipite Spiritū ſanctum, non dedit Spiritum ſanctū, ſed tantùm ſchemate ſufflauit. Hic autem & confeſsionem Thomę, per quam, dum palparet manum, vel latus Domini poſt reſurrectionem, dixit: Deus meus, & Dominus meus, aſſeruit, non fuiſſe dictum de Chriſto à Thoma. Nec enim eſſe eum Deum dixit: ſed miraculo reſurrectionis obſtupeſcentem Thomam glorificaſſe Deum, qui ſuſcitauit Chriſtum. Quod autē peius eſt, & in interpretatione facta ab eo in geſtis Apoſtolorū, quaſi in interpretatione comparans idem Theodorus Chriſtum Platoni, vel Manichęo, & Epicuro, & Martioni, dicit: Quia ſicut vnuſquiſq; illorum inueniens propriam ſectam, diſcipulos ſuos fecit nominari Platonicos, & Manichęos, & Epicureos, & Martioniſtas: ſimili modo, & Chriſto inueniēte ſectam, ex ipſa Chriſtianos vocari. Si quis igitur defendit prędictum impiiſsimū Theodorum, vel impia eius ſcripta, in quibus tam prædictas, quàm & alias innumerabiles blaſphemias euomuit aduerſus magnum Deum, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtū: & non anathematizat eum, vel impia eius conſcripta, & omnes, qui ſuſceperint, aut defendunt eum, aut dicentes, rectè eum exponere: & eos, qui pro ipſo ſcripſerunt, & ſimilia ei ſapuerunt, aut pro eo ſcribunt, vel eius impia cōſcripta: & eos qui ſimilia ei ſapiunt, aut ſapuerunt aliquando, & vſq; ad finem permanſerunt, aut permanent in huiuſmodi impietate, talis anathema ſit.

Ioan. 20. *Ibidem.* *Heretica comparatio.*

Cap. 13.

SI quis defendit impia ſcripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem expoſita ſunt, & primā Epheſinam .S. ſynodum, & S. Cyrillum, vel. 12. eius capitula, & ea omnia, quæ conſcripſit pro Theodoro, & Neſtorio impiiſsi. vel aliis, qui ſimilia prædictis Theodoro, & Neſtorio impiiſsimis ſapuerunt: & recipit eos, vel impietatem eorum, atq; propterea impios vocat eccleſiæ doctores, qui ſubſtantialiter Dei vnitionem Dei verbi ad carnē confitentur, & non anathematizat prædicta impiiſsi. conſcripta, & eos, qui ſimilia his ſapuerunt, vel ſapiunt: ſed & omnes, qui contra rectam fidem ſcripſerunt, aut cōtra beatæ memoriæ Cyrillum, vel. 12. eius

Damnatur Theodoretus epiſcopus.

capitula

capitula, & in hac impietate defuncti ſunt, tales anathema ſint. *Cap. 14.*

Dãnatur epiſtola, quam ſcripſit Iba. SI quis defendit epiſtolam, quam dicitur Iba ſcripſiſſe ad Mariam Perſam, quæ denegat quidẽ Dei verbum de ſancta genitrice, ſemperq; virgine Maria incarnatũ hominem factum. Dicit autẽ purum hominẽ ex ea natũ fuiſſe, quem templũ vocat, tanquã alio exiſtente Deo verbo, & alio homine: ſed & ſanctũ Cyrillum rectã Chriſtianorũ fidem prædicantẽ, reprehendit hęreticũ, & ſimilia ſceleſti Apollinaris ſcribentem: atq; vituperat Epheſinam ſanctã primam ſynodum, tanquã ſinè iudicio, & requiſitione Neſtorium deponentem: ſed &. 12. capitula beatę memorię Cyrilli impia, & aduerſa rectę fidei nominat prædicta impia epiſtola, & defendit Theodorũ, & Neſtorium, & impia eorũ dogmata, & conſcripta. Si quis igitur prędictã epiſtolã defendit, & non eam anathemati ſubmittit, & eos, qui defendunt eam, & dicunt rectam eſſe, aut partẽ eius, & eos, qui conſcripſerunt, vel ſcribunt pro ea, ſiue pro impietatibus, quæ in ipſa continentur, & prę ſumentes eã defendere: aut poſitas in ea impietates ex noĩe ſanctorũ Patrũ, aut ſanctę Chalcedoñ. ſynodi, & vſq; ad finẽ in his permãſerunt, talis anathema ſit.

His igitur ita confeſsis à nobis, quę & accepimus de diuina ſcriptura, à ſanctorũ Patrũ doctrina, & definitis de vna, eademq; fide à prędictis ſanctis quatuor Conciliis: facta verò & à nobis ſuper hęreticos, vel impietatẽ eorũ, ſed & contra eos, qui defendere prę ſumpſerunt, aut defendunt prędicta tria capitula, aut permanſerunt, & permanent in proprio errore, & condẽnatione: ſi quis conatus fuerit contraria his, quę à nobis piè terminata ſunt, tradere, aut docere, aut ſcribere: ſi quidem epiſcopus eſt, aut in clero connumeratus, talis extranea, & à ſacerdotum, & eccleſiaſtica diſciplina peragens, denudabitur ab epiſcopatu, aut clero: ſi autem monachus, aut laicus fuerit, anathematizabitur.

Finis Capitulorum quintæ ſynodi.

Concilium. 2 Aurelianeñ. AVRELIANENSE CONCILIVM SECVNDUM, circa tempus Vigilij Papæ: & eſt prouinciale. Cùm ex prę ceptione glorioſiſsimorũ Regũ in aurelianẽſem vrbẽ de obſeruatione legis catholicę tractaturi (Deo auxiliãte) ſancti Pa-

cti Patres conuenirent, ibiq; quid de antiquis regulis, quid de nouis ambiguitatibus pro captu intelligẽtiæ (illuminante Domino) ſenſerint, expreſsè, atq; ſigillatim, deſcriptisq; conſtitutionibus, atq; (Deo propitio) in poſterũ, quæ ſint obſeruanda, ex veterum canonum authoritate ſequẽtes canones conſcripſerunt. *Canon primus.*

ID ergo eſt conſtitutum, vt nullus epiſcoporum (admonente metropolitano epiſcopo) niſi certa tædij cauſa detentus, ad concilium, vel ordinationẽ conſacerdotis venire penitus vlla excuſatione detrectet. *Canon. 2.*

VT metropolitani ſingulis annis comprouinciales ſuos ad Concilium euocent. *Canon. 3.*

NE quis epiſcopus, de quibuſlibet cauſis, vel epiſcoporũ ordinationibus, cæterorumq; clericorũ aliquid præſumat accipere: quia ſacerdotem, nefas eſt, cupiditatis venalitate corrumpi. *Canon. 4.*

SI quis ſacerdotium per pecuniæ nundinũ execrabili ambitione quæſierit, abiiciatur, vt reprobus: quia Apoſtoli ea ſententia donum Dei eſſe præcipit pecunię trutina minimè comparandum. *Canon. 5.* *Matth.* 10.

NVllus epiſcopus ad ſepeliendũ epiſcopum venire conficta occaſione diſsimulet: ne cuiuſlibet corpuſculum diutius inhumatum, negligentia interueniente ſoluatur. Is verò epiſcopus, qui defunctũ aduenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam nihil pretij pro fatigatione depoſcat.

Canon. 6.

VT epiſcopus, qui ad ſepeliendum epiſcopũ venerit, conuocatis presbyteris in vnam domum eccleſię, adeat deſcriptum, qui idoneis perſonis cuſtodiendam ſub integra diligentia derelinquat: vt res eccleſiæ vllorũ improbitate non pereant. *Canon. 7.*

IN ordinandis metropolitanis epiſcopis antiquam inſtitutionis formulam renouamus, quam per incuriam omnimodis videmus amiſſam. Itaq; metropolitanus epiſcopus à comprouincialibus clericis, vel populis electus, congregatis in vnũ omnibus comprouincialibus epiſcopis ordinetur: vt talis (Deo propitio) ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula eccleſiæ in melius aucta plus floreat.

Canon.

Canon. 8.

SI quis diaconus, in captiuitate redactus, vxori fuerit copulatus: reuerſus, ab officij omnino miniſterio remouendus eſt. Cui ſufficere debet, ꝑ actus ſui leuitate impleta pœnitentia, pro ſatisfactione cõmunio. *Canon.* 9.

NVllus clericorum ſinè permiſsione epiſcopi ſui cum ſecularibus habitare præſumat. Quòd ſi fecerit, ab officij communione pellatur. *Canon.* 10.

NVllus nouercę ſuę, id eſt, vxori patris ſui, vlla copulatione iungatur. Quòd ſi præſumpſerit, nouerit ſe anathematis ſupplicio feriendum. *Canon.* 11.

COntraria matrimonia, accedente infirmitate, nulla voluntatis contrarietate ſoluantur. Quòd ſi qui ex coniugibus fecerint, nouerint ſe cõione priuandos. *Canon.* 12.

NE quis in eccleſia votum ſuum cantando, bibendo, vel laſciuiendo exoluat: quia Deus talibus votis irritatur potius, quàm placatur. *Canon.* 13.

CLerici, q officiũ ſuũ implere deſpiciũt, aut vice ſua ad eccleſiã venire detractãt, loci ſui dignitate priuentˊ. *Ca.* 14.

OBlationem defunctorũ, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus: ſi tamen non ipſi ſibi mortẽ probentur, ꝓpriis manibus intuliſſe. *Can.* 15.

PResbyter, vel diaconus, ſi nec literas, vel baptizandi ordinem neſciat, nullatenus ordinetur. *Canon.* 16.

FOeminę, quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta Canonũ acceperint, ſi ad coniugium probantur iterum deuolutę, à communione pellantur. Quod ſi huiuſmodi contubernium, admonitę ab epiſcopo, cognito errore diſſoluerit, in communionis gratiam, acta pœnitentia, reuertantur. *Canon.* 17.

PLacuit etiam, vt nulli poſtmodum fœminę diaconalis benedictio pro cõditionis huius fragilitate credatˊ. *Canon.* 18.

PLacuit, vt nullus Chriſtianus Iudæam, neq; Iudęus Chriſtianam in matrimonio ducat vxorem: quia inter huiuſmodi perſonas illicitas nuptias eſſe cenſemus. Qui ſi cõmoniti à conſortio hoc ſe ſeparare diſtulerint, à communionis gratia ſunt ſinè dubio ſubmouendi. *Canon.* 19.

CAtholici, qui ab idolorum cultu ſe non cuſtodiunt, nec ad in-

ad integram accepti baptiſmi gratiam reuertuntur: vel qui cibis idolorũ cultibus immolatis,guſtu illicitæ præſumptionis vtuntur,ab eccleſię cœtibus arceantur. *Canon.* 20.

SImiliter & hi,qui beſtiarũ morſibus extincto,vel quolibet morbo,aut caſu ſuffocato veſcuntur. *Canon.* 21.

ABbates,qui epiſcoporũ præcepta deſpiciunt, ad cõmunionem,nec penitus admittantur, niſi contumaciã humilitate ſuſcepta deponant. *Canon.*22.

SAnè, ſi qui poſt hanc diligẽtiſsimã ſanctionẽ,non obſeruauerint,quæ ſunt ſuperius comprehenſa,reos ſe diuinitatis pariter, & fraternitatis iudicio futuros eſſe cognoſcãt.

Explicit ſecundum Concilium Aurelianenſe

CANONES AVRELIANENSIS CONCILII tertij,tẽpore Childeberti Regis.Eſtq; prouinciale. *Concilium.3 Aurelianẽſe.*

CVm in Dei nomine Aurelianẽſem vrbẽ ad ſynodale concilium Patres veniſſent,de his,quę per longũ tẽpus, obſeruatione ceſſante,fuerint intermiſſa, priorũ canonũ tenore ſeruato,prӕſentibus regulis vetera ſtatuta ſeruãda, & noua pro cauſarũ, vel tẽporũ conditione addenda crediderũt.

*Canon.*1.*Ne à ſubdiacono,& ſuprà quis ſe propriis vxoribus miſceat.*

VT nullus clericorũ,à ſubdiacono,& ſuprà,quos vxores in ꝓpoſito ſuo accipere inhibetur,proprię(ſi fortè iam habeat)miſceat vxori. Quòd ſi fecerit,laica cõmunione contentus,iuxta priorũ canonũ ſtatuta ab officio deponatur. Quẽ, ſi ſciẽs eṗs ſuus in hac vilitate permixtionis viuẽtem, ad officium poſtea admiſerit,& ipſe epiſcopus ad agendam pœnitentiã tribus menſibus ſit à ſuo officio ſequeſtratus.

Canon. 2. *De electione metropolitanorum.*

DE metropolitanorum verò ordinationibus id placuit, vt metropolitani à metropolitanis omnibus(ſi fieri poteſt)præſentibus comprouincialibus ordinentur:ita vt ipſi metropolitano ordinandi priuilegium maneat,quem ordinationis conſuetudo requirat. Ipſe tamen metropolitanus à comprouincialibus epiſcopis(ſicut decreta ſedis Apoſtolicæ continent)cum conſenſu clerici, vel ciuium eligatur. De cõprouincialibus verò ordinãdis, cũ conſenſu metropolitani,clerici,vel ciuiũ, iuxta priorũ canonũ ſtatuta,electio, & volũtas requirat. *Canon.* 3. *De oblatis, & collatis baſilicis.*

SI quæ oblationes in quibuſlibet rebus,atque corporibus collatæ fuerint baſilicis in ciuitatibus cõſtitutis, ad poteſtatẽ epiſcopi redigãtur.Et in eius ſit arbitrio,quid in reparatione baſilicę,aut obſeruantiũ ibi ſubſtantię deputetur. De facultatibus verò parochiarũ,vel baſilicarum in pagis ciuitatum cõſtitutis, ſingulorũ locorũ conſuetudo ſeruetur.

Canon. 4. De ordinatis clericis,ne nubant, & ne quis inuitus ordinetur.

CLerici verò,qui cũ vxores non habuerint,benedictione ſuſcepta,coniugia crediderint eligenda:qui volẽtes abſque vlla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati,cũ ipſis mulieribus,quas acceperunt,excõmunicatione percellantur. Quòd ſi inuitus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur,ſed non à cõmunione pellatur. Epiſcopus autẽ,qui inuitũ, aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus, Miſſas facere non præſumat. De adulteriis autẽ honoratorum clericorum,id obſeruandum eſt,vt ſi quis adulteraſſe,aut cõfeſſus,vel conuictus fuerit: depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.

D.74. *Eps, qui inuitum*

D.81. *Si quis cle. inuitum.*

Canon.5.De clerico conuicto de furto, aut falſitate, & de periurio.

SI quis clericus furtum,aut falſitatem cõmiſerit, quia capitalia etiam ipſa ſunt crimina, communione conceſſa, ab ordine degradetur. De periurio verò id cẽſuimus obſeruandum:vt ſi quis clericus in cauſis, quę ſub iureiurãdo finiendę ſunt,prębuerit iuramẽta,& poſt, rebus euidẽtibus,detegitur peieraſſe,biennij tempore à communione pellatur.

Can. 6.De his,qui vxoribus defunctis, cõcubinas crediderint ſociandas.

DE his,qui ex cõcubinis filios habẽt,& vxores legitimas poſt habuerint:aut defunctis vxoribus, ſibi concubinas publicè crediderint ſociandas,id obſeruandum eſſe cenſuimus: vt ſicut eos,qui iam ſunt clerici per ignorantiã ordinati,non remouemus,ita ſtatuimus,ne vlterius ordinentur.

Canon.7.De inceſtis coniunctionibus,vel à quibus perſonis coniugalis copula ſit obſeruanda.

DE inceſtis cõiunctionibus, ita quæ ſunt ſtatuta,ſeruentur:vt hi, qui aut modo ad baptiſmum veniunt,aut quibus Patrum ſtatuta ſacerdotali prædicatione antea in notitia non venerunt,ita pro nouitate conuerſionis,ac fidei ſuæ

credi-

credidimus conſulendum, vt contracta hucuſq; huiuſmodi coniugia non ſoluantur: ſed in futurū, quod de inceſtis coniunctionibus in anterioribus canonibus interdictū eſt, obſeruetur, id eſt, ne quis ſibi ſub coniugij nomine ſociare præſumat relictam patris, filiam vxoris, relictam fratris, ſororem vxoris, conſobrinā, aut ſobrinā relictam auunculi, vel patrui. Quòd ſi q in hoc inceſti adulterio potius, q̄ cōiugiò fuerint, ſociatiq; diu, ſe non ſequeſtrauerint, à cōmunione eccleſiaſtica repellantur. Illud etiam adiiciendum eſſe credidimus, vt in epiſcopi diſcuſsione conſiſtat, de his, qui in ciuitate ſua, ac territorio conſiſtunt, & tali ſunt ordine ſociati, vtrum ignoranter ad illicita coniugia venerint, aut per contumaciam, quę ſunt interdicta, præſumpſerint. Quia ſicut his, qui per ignorantiam lapſi ſunt, ſubuenitur, ita illis, quibus prius Patrum ſtatuta in notitia venerunt, quiq; etiam contra ſacerdotum interdicta in tali permixtione verſantur, priorum canonum in omnibus ſtatuta ſeruentur: vt non prius ad communionem recipiantur, quàm inceſti adulterium (ſicut ſcriptum eſt) ſeparatione ſanauerint, quia in lege Domini manifeſtè legitur: Maledictus, qui dormit cum vxore patris ſui, cum priuigna, vel vxoris ſuæ ſorore, & reliqua his ſimilia. Quo fit, vt quos Deus maledixit, nos niſi emendatos, benedicere non poſsimus. Deutro. 27.

Canon. 8. De clericis propter patrocinia ſecularium officium ſuum minus implentibus.

SI clerici miniſteria ſuſcepta quacunq; occaſione agere, ſicut & reliqui, de tractant, & excuſationem de patrociniis quorūcunq;, ne officiū impleant, prętendunt, ac ſacerdotes ſuos ſub huiuſmodi cauſa æſtimāt per inobedientiā cōtemnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne à licētia alij vitiētur, nullatenus habeant: neq; ex rebus eccleſiaſticis cum Canonibus ſtipendia, aut munera vlla percipiant.

Canon. 9. De agris eccleſiæ ab epiſcopo inutiliter diſtractis.

DE agellis verò, cęteriſq; facultatibus eccleſiaſticis à ſacerdotibus nō alienādis, nec per cōtractus inutiles obligandis, priorū canonum ſtatuta ſeruentur: vt nobis per nullos contractus res eccleſiaſticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam, quę de rebus eccleſiaſticis ab anteceſſo-

diſpendio in locis aliis commutetur. De munificentiis verò præſentibus, quas vnuſquiſq; clericus, pro ſua gratia eorum obſequiis exiſtimat cōferendas, ſicut in arbitrio dantis eſt, vt tribuere, quibus voluerit, debeat: ita ſi inobedientia, vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita, in arbitrio ſit præſentis, vtrum, vel qualiter debeat reuocare.

Canon. 13. De clericis, qui in oratoriis ordinationem acceperint.

DE his verò clericorū perſonis, quę de Ciuitatenſis eccleſiæ officio monaſterij, vel diœceſis, vel baſilicis in quibuſcunq; locis poſitis, id eſt, ſiue in territoriis, ſiue in ipſis ciuitatibus ſuſcipiūtur ordinādę: in poteſtate ſit epiſcopi, ſi de eo, quod antè de eccleſia habebāt, eos aliqd, aut nihil exinde habere voluerit: qa vnicuiq; facultas ſuſcepti monaſterij, diœceſis, vel baſilicæ debet plena ratione ſufficere.

Canon. 14. De clericis contumacibus.

SI quis ſuperbia elatus, officium ſuum indignatione quacunq; implere noluerit, iuxta ſtatuta priora, à cōmunione retētus, & ab ordine depoſitus tandiu habeatur, quādiu (ſicut ſcriptum eſt) pœnitentiæ ſuppletione ſatisfecerit præſente Pontifice. Tamen illis regulariter, iuxta charitatem integram, & quæcunq; illis ſtipendiorum iuxta conſuetudinem debentur, pro qualitate tēporis ſunt miniſtranda. De quibus ſi querela procedat, officiū agēs recurrat ad ſynodū.

Canon. 15. De clericis iniuſtè oppreſſis à ſuis Pontificibus.

SI quis clericorū circa ſe diſtrictionē epiſcopi ſui putat iniuſtam, iuxta antiquas cōſtitutiones recurrat ad ſynodū.

Canon. 16. De clericorum conſpiratione per rebellionem in ſcripturis, aut aliàs factam

SI qui clericorū (vt nuper in multis locis per ſuperbiā diabolo inſtigante actum fuiſſe perpatuit) rebelli authoritate ſe in vnum, coniuratione intercedente, collegerint, aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus præſumptio labatur: ſed rès detecta, cùm in ſynodum ventū fuerit, in præſumptores iuxta perſonarū, & ordinum qualitatē à Pontificibus, qui tunc in vnū collecti fuerint, vindicetur. Quia ſicut charitas ex pceptis diuinis corde, non chartulę cōſcriptione, vel cōiuratione eſt exhibenda: ita quæ ſuprà ſacras admittunt ſcriptu- *11. q. 1. Si qui clericorum.*

ras, authoritate, & diſtrictione Pontificali ſunt reprimẽda.

Can. 17. De ſacerdotibus eccleſiæ res debitas occupantibus.

SI quis ſacerdos res eccleſiæ debitas, vel proprias horrẽda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à poteſtate ex cõpetitione perceperit, ſi eas nõ reſtituerit, nullis rebus excuſetur. Sed & ſi agnito iure eccleſiaſtico non ſtatim eccleſię, vel ſacerdoti reformauerit, vt ipſum ius agnoſcere poſsit, & in iudiciũ electorũ venire diſtulerit: tandiu à cõmunione eccleſiaſtica ſuſpẽdatur, quãdiu reſtitutis rebus, tam eccleſiã, quàm ſacerdotẽ reddat indemnem. Similis etiã de his, qui oblationes defunctorũ legaliter dimiſſas quolibet ordine aſſignare tardauerint, vel detinere pręſumpſerint, diſtrictionis eccleſiaſticæ iuxta priores canones forma ſeruetur. Cui etiã ſentẽtię ſubiacebit, quiſquis ille quolibet ordine, quod pro deuotione ſua eccleſiis dedit, reuocare pręſumpſerit.

De retinentibus defunctorũ oblationes

Canon. 18. Quòd miniſtris eccleſiarum non liceat eccleſiæ res ſine epiſcopi conſenſu alienare.

ABbatibus, presbyteris, aliiſq; miniſtris de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio deditis, alienare, & obligare, abſq; pmiſſu, & ſubſcriptiõe epiſcopi nihil liceat. Quòd ſi pręſumpſerint, degradentur, cõmunione cõceſſa. Et quod alienatũ, vel temerè ordinatũ eſt, ordinatione epi reuocetur.

12. q. 2. Abbatibus presbyteris.

Canon. 19. Quòd pœnitentia non ſit iuuenibus temerè credenda.

DE pœnitẽtium conuerſione, vt ne quis benedictionem pœnitentiæ iuuenibus perſonis credere pręſumat. Certè coniugatis, niſi ex conſenſu pari, ætate iam plena cani dare non audeat. Aut ſi quis pœnitentiæ benedictione ſuſcepta ad ſecularẽ habitum, militiamq; reuerti pręſumpſerit, excõmunicatione plectatur, viatico conceſſo ad exitum.

Canon. 20. Ne ſeruus, vel colonus ad honorem promoueatur ante acceptam ingenuitatem.

VT nullus ſeruilibus, colonariiſq; conditionibus obligatus, iuxta ſtatuta ſedis Apoſtolicę, ad honores eccleſiaſticos admittatur, niſi prius aut teſtamento, aut per tabulas eum legitimè conſtiterit abſolutum. Quòd ſi quis epiſcoporum, eius, qui ordinatur, conditionem ſciens, trãſgredi per ordinationem indebitã fortaſſe voluerit, anni ſpatio Miſſas facere non præſumat.

Canon

Canon. 21. Quòd die Dominico operari non permittatur.

QVia perſuaſum eſt populis, die Dominico cum caballis, & bobus, & vehiculis itinerare non debere, neq; vllam rem ad victum præparare, vel ad notionem domus, vel hominis pertinentem, nullatenus exercere: quę res, quia ad Iudæam magis, quàm ad obſeruantiã Chriſtianã pertinere probatur, id ſtatuimus, die Dñico quod antè fieri licuit, licere. De opere tñ rurali .i. agricultura, vel vinea, vel ſectione, vel meſsione, excuſsione, vel exacto ſępe cẽſuimus abſtinendum: quo facilius ad eccleſiã venientes, orationis gratia vacet. Quòd ſi inuetus fuerit quis in operibus ſupraſcriptis, quæ interdicta ſunt, ſe exercere: qualiter emendare debeat, non in laici diſtrictione, ſed in ſacerdotis caſtigatione conſiſtat.

Canon. 22. Vt ante Dñicam orationem expletã, de eccleſia nullus diſcedat.

DE Miſsis nullus laicorum antè diſcedat, quàm Dñica dicatur oratio. Et ſi epiſcopus præſens fuerit, eius benedictio expectetur. Sacrificia verò matutina, Miſsarũ, ſiue veſpertinarum ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum vſum expetat. Quod qui fecerit, in ſacerdotis poteſtate conſiſtat, qualiter eius diſtrictione debeat caſtigari.

Canon. 23. Quando Iudæis inter Chriſtianos procedere non liceat.

QVia (Deo propitio) ſub catholicorum Regum dominatione viuimus, Iudęi à die cœnę Domini vſq; in ſecundã Sabbati in Paſcha, hoc eſt, ipſo quatriduo procedere inter Chriſtianos, neq; catholicis populis ſe vllo loco, vel quacunq; occaſione miſcere præſumant.

Canon. 24. De hereticis, vel Bonoſiacis.

IVdex ciuitatis, vel loci, ſi hęreticũ, aut Bonoſiacum, vel cuiuſlibet alteriꝰ hęreſis ſacerdotẽ, vel quãcunq; perſonã de catholicis rebaptizaſſe cognouerit (quia Reges nos cõſtat habere catholicos) nõ ſtatim rebaptizãtes adſtrinxerint, & ad Regis fidẽ propterea diſtringẽdos adduxerit, annuali excõicatione ſubdat.

Ca. 25. Vt nõ liceat laicis clericos accuſare.

CLericum cuiuſlibet ordinis abſque Pontificis ſui permiſſu nullus pręſumat ad ſecularem iudicem atrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accuſare. *11. q. 3. Cleri cũ cuiuſlibet*

Canon. 26. Quid de epiſcopis, qui ſupraſcripta obſeruare diſtulerint.

QVo circa, hæc, quæ inſpirante Deo, communi conſenſu

S iiij placue-

placuerunt, ſi quis Antiſtitũ, vel eorũ, quos Spiritus Dei eſſe voluerit ſucceſſores, relicta obſeruationis integritate, cuſtodire, & implere neglexerit, reum ſe diuinitatis pariter, & fraternitatis iudicio futurũ eſſe cognoſcat: qa & canones ſuos, nec ignorare quenq̃, nec diſsimulare, i. p̃teriri p̄mittitur.

Expliciunt Canones Aurelian̄. ſynodi.

Sancti Quintiani Epiſcopi Eſculani ad Petrum Antiochenum fides.

Fides à ſancto Quintiano epiſcopo expoſita.

OMnis, qui dicit vnam naturam Dei verbi, & carnis, & non duas vnitas, indiuiſasq́;, damnetur.

Siquis confundit duas Chriſti naturas, dicens Deum paſſum carne ſecundum Apoſtolum, damnetur.

Si quis impaſsibilẽ, immortalẽ Deum verbũ dicit, conuerſum in paſsione, ac morte, & nõ hęc reddit eius carni, dãnet̃.

Si quis vocem triſagiam, id eſt, ter ſanctam dicit propter nos crucifixam, & non Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, damnetur.

Si quis poſt vocem ter ſanctam dicit Deum crucifixum propter nos, & non potius vnum filium, cui in medio ter ſanctæ vocis hymnus dicitur, damnetur.

Si quis hominem dicit, qui pro nobis crucifixus eſt, ſiue Deum, diuidendo naturas, & non eas copulando in crucifixione eius, damnetur.

Si quis dicit duas perſonas, ſeu ſubſiſtentias, & non potius duas naturas in vnam perſonã, & vnam ſubſiſtentiam in vnum concurrentes, damnetur.

Si quis Deum hominem, & non magis Deum, & hominem dicit, damnetur.

Si quis dicit creatum patris verbum, & non magis eius carnem, damnetur.

Si quis dicit conſubſtantialem carnem Domini Deo patri, & non potius Deum verbum, damnetur.

Si quis dicit ſinè mente, & ſinè anima Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & pro ea habuiſſe diuinitatem: & quia ex hoc dicẽdum paſſum carne Deum verbum, & non magis mente cum anima rationali: inhumanatum Deum verbum, & impaſsibilem dicendo eundem diuinitate, humanitate verò paſsibilem, damnetur.

Si quis quaternitatem introduxit in triſagio, apponens

poſt Trinitatem Chriſtum crucifixum, anathema ſit.

Si quis vnũ filiũ ſecat in dualitatem filiorũ, anathema ſit.

Si quis Dei verbum, & carnem dicit vnam naturam, ignorans naturarum differentiam, anathema ſit.

Si quis confundit Trinitatem, eũdem dicẽs eſſe patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, anathema ſit.

Si quis diſtinguit vnam eſſentiam Trinitatis in duas, anathema ſit.

Si quis diuinam naturam filij confundit paſsionibus carnis eius, & non confitetur eum ſpiritu impaſsibilem, carne verò paſſum, anathema ſit.

Si quis dicit, Deum paſsibilitatem, aut mortem guſtaſſe, tanquam ad hæc eum bona voluntate veniſſe, cùm conuerſus eſſet: & non confitetur eum tanquã Deum nõ fuiſſe ſub damnatione mortis, mortem verò mortificaſſe per carnem ſuam mortalem, quam aſſumpſit, anathema ſit.

Credimus enim quia vita, vita eſt, & non recedit in mortem. Tu autem cognoſce, & abſcinde in quibus iniquè loquutus es. Tamẽ ſit, & eſt Dei gratia cum his, qui rectè prędicant verbum veritatis.

ARVERNENSE CONCILIVM CIRca tempora Vigilij Papæ.

Cõcilium Aruernẽſe.

Apud eccleſiam Aruernam cum in Dei nomine, congregante. S. Spiritu, conſentiente domino glorioſiſsimo, pioq; rege Theodeberto, in Aruernam vrbem ſancta ſynodus cõueniſſet, ibiq; in eccleſia (ex more) Patres cõſediſſent, inſpectiſq; canonibus id eis rationabile viſum eſt: vt quamuis eccleſiaſticæ regulæ penè omnia comprehendant, quædam tamen, vel adderentur noua, vel repeterentur antiqua.

Caput primum.

IN primis placuit, vt quoties ſecũdum ſtatuta Patrum, ſancta ſynodus congregaretur, nullus epiſcopus aliquã prius cauſam ſuggerere audeat, q̃ ea, q̃ ad emendationem vitæ, ad ſerenitatẽ regulæ, ad animæ remedium pertinẽt, finiantur.

In decre. Iuonis lib. 4.

Caput. 2.

PLacuit etiam, vt ſacrum quis Pontificij honorem non votis quærat, ſed meritis, nec diuinũ videatur munus comparare rebus: ſed moribus, atq; eminẽtiſsimæ dignitatis api-

Qualiter ſit eligẽdus Pontifex.

cem omnium conſcendat electione,non paucorum fauore. Sit in eligendis ſacerdotibus cura pręcipua:quia irreprehenſibiles eſſe conuenit,quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis.

Caput.3.

DE opertorio dominici corporis, ſeu palla altaris, nunquam ſacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur:quia ſacro velamine vſibus ſuis reddito, dum honorantur corpora,altaria polluuntur.

Cap.4.

NE ad nuptiarum ornatum miniſteria diuina pręſtetur, ne dum improborum contactu,pompaq; ſecularis luxuriæ polluuntur, ad officium ſacri myſterij videantur indigna.

Cap.5.

NE Iudæi Chriſtianis populis iudices præponantur.

Caput.6.

EPiſcopus,presbyter,atq; diaconus tam ſancta conſcientia reſplendeant,vt effugiant probitate actuum maledicorum obloquia:& teſtimonium in ſe diuinum implere cōtendant,quo Dominus ait:Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus,&c. *Matth.5.*

Cap.7.Vt presbyteri plebes ſuas admoneant,quòd hoſpitales ſint.

De hoſpitalitate ſeruãda. PLacuit etiam, vt presbyteri ſuas plebes admoneant, vt hoſpitales ſint,& nulli iter facienti manſionem denegēt. Et vt omnis occaſio rapinæ tollatur,nihil carius vēdāt trāſeuntibus, niſi quanto in mercato vendere poſsint. Quòd ſi carius vendere voluerint,ad presbyterum tranſeuntes hoc referant,& illius iuſſu cum humanitate eis vendant.

Caput.8.

QVòd licitum ſit epiſcopis,cū cōſilio cleri de theſauro eccleſiæ,familiæ,& pauperibus eiuſdem eccleſiæ, ſecūdū canonicā inſtitutionē,iuxta quod indiguerint, erogare.

Decreta Pelagii Papæ.

Pelagius Pōti.60. PElagius,natione Romanus,ſedit annos.11.menſes.10.dies 18.Hic mox accuſatus eſt, quòd malorum Vigilij Papæ cauſa fuiſſet non parua: quamobrem congregato clero, & populo, apud. S. Petrum coram Narſete aſcendit in ambonem,tenensq; Euangelia,ac crucem ſuper caput ſuum,iurauit ſe nullum malum Vigilio intuliſſe,& ſic populo ſatiſfecit.Hic Pont.eccleſiam in magna tribulatione conſeruauit. *Tempore huius fuit Atila,cognomēto flagellum Dei.*

uit. Canonicas preces eccleſiaſticis quotidie perorandas inſtituit, & defunctorum ſuffragia approbauit. Hæreticos, atq; ſchiſmaticos, haud paruo eccleſiaſticorum leuamine, ſeculari poteſtate coercendos indulſit.

Extat epiſtola Pelagij ad Vigilium epiſcopum, in qua ſolùm probat, congeſtis teſtimoniis veteris, ac noui teſtamēti, Patrem, & Filium vnum eſſe Deum, & Spiritum ſanctū ab eis non eſſe diſcretū. Contra quoſdā, qui dicebāt, ſe nō poſſe intelligere, qualiter Pater, & Filius eſſent vnus Deus.

AVRELIANENSE CONCILIVM QVARtum circa tempora Pelagij Papæ primi, & eſt prouinciale, fuit celebrata ſynodus iſta tempore Childeberti regis. Conciliū Aurelianēn. 4.

Cùm in Aurelianēn. vrbem vnanimiter in Chriſti nomine ſancta adfuiſſet congregatio ſacerdotum, & de his, quæ ad ſacrum propoſitum pertinent, vel quæ ſecūdum eccleſiaſticam ordinationem regulari conueniunt diſciplinæ (Deo medio) tractata recepiſſent: placuit, vt quæ ſunt definita, ſecundum antiquam conſuetudinem inuiolata monſtrentur. Et quò firmius ſtatuta ſeruentur, cum conſenſu omnium docet adnotata ſubſcriptio.

Cap. 1. De feſtiuitate Paſchali celebranda.

PLacuit itaq; vt ſanctum Paſcha ſecundum Laterculū Victori, ab omnibus ſacerdotibus vno tempore celebretur. Quæ feſtiuitas annis ſingulis ab epiſcopo Epiphaniarū die in eccleſiis denuncietur. De qua ſolēnitate, quoties aliquid dubitaē, inquiſita, vel agnita per metropolitanos à ſede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.

Cap. 2. Vt quadrageſima æqualiter teneatur.

HOc etiam decernimus obſeruandum, vt quadrageſima ab omnibus eccleſiis æqualiter teneaē. Neq; quinquageſimam, aut ſexageſimam ante Paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere. Sed neq; per ſabbata abſq; infirmitate quiſquā ſoluat quadrageſimale ieiunium, niſi tantùm die dominico prandeat. Quod fieri ſpecialiter Patrum ſtatuta ſanxerunt. Si quis hanc regulam irruperit, tanq̄ traſgreſſor diſciplinæ à ſacerdotibus cenſeatur.

Cap. 3. Vt primates ciuitatis Paſcha in ciuitate celebrent.

QVi ſq; de priorib⁹ ciuib⁹ Paſcha extra ciuitatē tene-

re

re voluerit, ſciat ſibi à cuncta ſynodo eſſe prohibitum. Sed principales feſtiuitates ſub præſentia epiſcopi teneant, vbi ſanctum decet tenere conuentum. Tamē ſi aliquis certa neceſsitate aſtringatur, vt hoc implere non poſsit, ab epiſcopo poſtulet commeatum. Quod ſi hoc poſtulare deſpexerit, & eundē locū iiſdē in feſtiuitate præſentibus tenere voluerit, ſuſpendatur. *Cap. 4. De ordinatione epiſcopi.*

ID etiam regulare eſſe perſpeximus decernendum, vt epiſcopus in ciuitate, in qua decreto eligitur ordinandus, in ſua eccleſia, cui profuturus eſt, conſtituatur. Sanè ſi ſubitò neceſsitas temporis hoc implere non patitur, licet melius eſſet in ſua eccleſia fieri: tamen aut ſub præſentia metropolitani, aut certè cum eius authoritate intra prouinciam omnino à comprouincialibus ordinetur.

Cap. 5. Quòd clerici canonum ſtatuta ab epiſcopis percipiant.

PArochiani clerici à Pontificib' ſuis neceſſaria ſibi ſtatuta canonum legenda percipiant: ne ipſi, vel populi, quæ pro ſalute eorū decreta ſunt, excuſent poſtmodū ignoraſſe.

Cap. 6. De oratoriis, & clericis in illis ſeruire debentibus.

VT in oratoriis Domini clericorum nemo contra votum epiſcopi, ad quem territorij ipſi' priuilegium noſcitur pertinere, peregrinos clericos intromittat: niſi forſitā quos probatos ibidem diſtrictio Pontificis obſeruare præcepit.

Cap. 7. De alienatis à ſacerdote cuiuſlibet eccleſiæ.

VT epiſcopus, qui de facultate propria eccleſiæ nihil relinquit de eccleſiæ facultate, id eſt, ſi aliter quàm canones eloquuntur, obligauerit, vēdiderit, aut diſtraxerit, ad eccleſiam reuocetur. Sanè ſi de ſeruis eccleſiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneāt, ita vt ab officio eccleſiæ non recedant.

Cap. 8. De indignis ad ſacerdotium promotis.

SI quis epiſcoporum ſciens aut bigamum, aut internuptæ maritum, ad officium Leuiticæ dignitatis, ſiue presbyterij contra ius canonicum promouere præſumpſerit: ſciat ſe vnius anni ſpatio ab omni officio ſacerdotij eſſe ſuſpēſum. Qui ſi fortè ſententiæ ſubiacere contempſerit, à cōmunione eius, vſq; in aliam ſynodum ſe fraternitas vniuerſa ſuſpēdat: illi verò, qui illicitè promoti ſunt, degradentur.

Cap.

Cap. 9. De non diſtrahendis his, quæ eccleſiis ſunt collata.

SI quid abbatibus, aut ſacris monaſteriis, aut parochiis pro Dei cõtemplatione oblatum fuerit, in ſua proprietate hoc abbates, aut presbyteri minimè reuocabunt, nec alienari à cunctis fratribus debet quacunq; occaſione. Quibus ſi fuerit neceſſarium, vt ſtatuta cõuellant, non aliter valeat, niſi fuerit ſui epiſcopi ſubſcriptione firmatum.

Cap. 10. De his, quæ epiſcopus eccleſiæ dederit.

QVæcunq; eccleſiis à Pontificibus ſub competenti, ac iuſto documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis, dignum eſt, vt pro Dei contemplatione ſeruentur.

Cap. 11. De his, qui poſt baptiſmum dæmonibus offerunt.

SI quis poſt acceptum baptiſmi ſacramentum ad immolata dæmonibus ſumenda, tanquam ad vomitum reuertitur: ſi commonitus à ſacerdote ſe corrigere ex hac præuaricatione noluerit, à communione catholica pro emundatione ſacrilegij ſuſpendatur.

Cap. 12. Quòd Chriſtianus in pecudes non iuret.

SI quis Chriſtianus (vt eſt Gentilium conſuetudo) apud cuiuſcunq; feræ, vel pecudis exta inuocatis inſuper nominibus Paganorum fortaſſe iurauerit, ſi ſe ab hac ſuperſtitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, à conſortio fidelium, vel eccleſiæ communione pellatur.

Cap. 13. Quòd eccleſia præiudicium non patiatur, ex alienatione bonorum per clericos.

VT quicũq; clericus aliquid de iure eccleſiaſtico ſeu verbo, ſeu per ſcripturam acceperit ad vtendum, & poſt modum alienare quacunq; occaſione voluerit, non valebit: quia ſecundũ canonum inſtituta proprietatem eccleſię non violat in alios, quælibet longa poſſeſsio. Sed in Põtificis poteſtate conſiſtat, qualiter pro conſeruando iure eccleſiaſtico rem poſſeſſam inter clericos debeat communicare.

Cap. 14. Quod eccleſiæ collatum eſt, nec à collatore, nec ab illius hæredibus repeti debet.

QVicunq; pro deuotione ſua oblationis ſtudio aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam abſq; ſcriptura probatur eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum ipſe, vel hæredes eius quacunq; occaſione auferre à iure hoc eccleſiæ, vel alie

nare

nare voluerint, quoaduſq; à tali intẽtione diſcedãt, aut puā ſa reſtituant, aut certè à cõmunione eccleſiaſtica ſuſpẽdant.

Cap. 15. De mancipiis propter ſpem coniugii ad eccleſiam confugientibus.

QVæcunq; mancipia ſub ſpecie coniugij ad eccleſiæ confugerint ſepta, vt per hoc credãt poſſe fieri coniugia, minimè eis licentia tribuatur, nec talis coniunctio à clericis defenſetur: quia probatum eſt, vt ſinè legitima traditione coniuncti pro religionis ordine ſtatuto tempore ab eccleſiæ cõmunione ſuſpẽdant: ne in ſanctis locis talis coitus miſceatur. De qua re decernimus, vt parentibus, aut propriis dominis (pro vt ratio poſcit) perſonarum accepta fide reſtituti ſub ſeparatione promiſsioni reddantur, Poſtmodum tamen à parentibus aq; dominis conceſſa libertate, ſi voluerint, eos propria voluntate coniungant.

Cap. 16. De homicidio voluntario.

QViſquis homicidium voluntate cõmiſerit, ita vt occidere audeat innocentem, ſi à principibus, aut à parentibus quacunq; re ſe reddiderit abſolutum, modus pœnitentiæ diſtringendi in ſacerdotis poteſtate conſiſtat.

Cap. 17. De mulieribus in adulterio cum clericis deprehenſis.

SI quæ mulieres fuerint prolapſæ in adulterium cum clericis, diſtrictione adhibita, mulieres ipſæ (pro vt ſacerdoti viſum fuerit) diſtrictioni ſubiaceant, & à ciuitatibus, vt ſacerdos præceperit, propellantur.

Cap. 18. De mancipiis Chriſtianis ſeruientibus Iudæis.

CVm prioribus canonibus fuerit definitum, vt de mancipiis Chriſtianis, quæ apud Iudæos ſunt, ſi ad eccleſiã confugerint, & redimi ſe poſtulauerint, etiã ſi ad quoſcũq; Chriſtianos refugerint, & ſeruire Iudæis noluerint, taxato, & oblato à fidelibus iuſto pretio ab eorum dominio liberẽtur. Itidem ſtatuimus, vt tam iuſta conſtitutio ab omnibus catholicis obſeruetur.

Cap. 19. De Iudæis, qui aduenam, vel Chriſtianum ad Iudaicam ſuperſtitionem ſeduxerint.

HOc etiam decernim' obſeruandũ, vt ſi quicunq; Iudęus proſelytum (qui aduena dicit) Iudęum facere pſumpſerit, aut Chriſtianũ factũ ad Iudaicã ſuperſtitionẽ adducere: vel ſi Iudæus Chriſtianam ancillã ſuã ſibi crediderit ſociandam,

dam,vel ſi de parentibus Chriſtianis natũ,Iudęum ſub promiſsione fecerit,libertatis mãcipiorũ amiſsione mulctetur. Ille verò,qui de Chriſtianis natus Iudæus fact᷒ eſt,ſi ſub cõditione fuerit manumiſſus,vt in ritu Iudaico permanẽs, habeat libertatẽ, talis cõditio nõ valebit:quia iniuſtũ eſt, vt ei libertas maneat, qui de Chriſtianis parentibus veniens, Iudaicis vult cultibus adhærere.

Cap.20. De exiſtentibus genere ſeruilibus perſonis.

DE genere ſeruili id decreuimus obſeruandum,vt deſcendens inde poſteritas,vbicunq; (q̃uis poſt longa ſpatia temporum) reperiatur in loco, cui authores eius conſtat fuiſſe depoſitos ſtudio ſacerdotis,in ea,quæ conſtituta eſt à deuotis,conditione permaneat. Cui præcepto ſi quis ſecularium humanæ cupiditatis impulſu crediderit obuiandum, quouſque ſe corrigat, ab eccleſia ſuſpendatur.

Cap.21. De facientibus in agro ſuo oratorium.

SI quis in agro ſuo,aut habet, aut poſtulat habere diœceſim,primùm & terras ei diſponat ſufficiẽter, & clericos, qui ibidem ſua officia impleant:vt ſacratis locis reuerentia condigna tribuatur.

Cap.22. De agellis ſacerdotum.

QVisquis agellum eccleſiæ in diẽ vitæ ſuæ à quocunq; ſacerdote, cui poteſtas eſt,acceperit poſsidẽdum, quęcunq; ibi profecerint,alienandi nullam habeat poteſtatem: nec ibi parẽtes ſui ex ea re aliquid exiſtiment vindicãdum.

Cap.23. De ſubſtituendo Antiſtite.

DE ſubſtituendo Antiſtite,ſi fortaſsis mora extiterit, & volũtate deceſſoris antè fuerit res ſubarrata,q̃ ſucceſſor accedit eccleſiæ,nõ impediat ſucceſſorem. Si quiſpiam clericorum aliquid de facultate illa pręſumpſerit, in poteſtate ſit aduenientis epiſcopi,vtrum ſua debeat voluntate adire, an reiicere deceſſori:nec eccleſiæ in obiecto veniant tempora legibus conſtituta,dũ non extitit perſona, quæ de vtilitate eccleſiæ cogitarit.

Capit.24.

SI quis epiſcopus alterius eccleſię clerico de facultatib᷒ ſuę eccleſiæ aliquid ſub titulo quocũq; donauerit, poſt eius obitum, qui accepęrit, ad eccleſiæ ius, de cuius facultate diſceſ-

let)ex cauſa liuor emerſerit,vt pedente certamine ſibi inuicem reconciliari non poſsint:electis ab vtraque parte fratribus.i.presbyteris,præponderante dulcedine, litis iacula finiant,& vota pacis acquirant. *Canon.2.*

VT corpus Domini in altari,non in armario,ſed ſub crucis titulo componatur.

Can.3.Ne laici in eccleſia clericis miſceantur.

VT laici ſecus altare,quo ſancta myſteria celebrãtur, inter clericos,tam ad vigilias,quàm ad miſſas ſtare penitus non preſumant: ſed pars illa, quæ à cancellis verſus altare diuiditur,choris tãtum pſalentium pateat clericorum. Ad orandum,& communicandum laicis, & fœminis (ſicut mos eſt)pateant ſancta ſanctorum. *Can.4.*

Laici cũ clericis non ſunt ĩ eccleſia miſcendi.

VT vnaquæque ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundum vires,vt tam vicini presbyteri,quàm ciues omnes ſuum pauperem paſcãt, quo fiet,vt ipſi pauperes,per ciuitates alienas non fatigent. *Canon.5.*

De paſtu pauperũ propriorum.

VT nullus clericorum, vel laicorum præter epiſcopum, epiſtolia facere præſumat. *Can.6.*

De epiſtolis dandis.

VT epiſcopus,nec abbatẽ,nec archipresbyterũ,ſinè omnium ſuorum compresbyterorum,& abbatum cõſilio de loco ſuo præſumat eiicere:neq; per præmium alium ordinare,niſi facto concilio tam abbatum, quàm presbyterorũ ſuorum.Quem autem negligẽtia eiicit,cum omniũ presbyterorum conſilio refutetur.

De remotione abbatum.

Can.7.Ne clericus familiaritate extranearum mulierum vtatur.

DE familiaritatibus mulierum,licet crebrius ſit in canonibus replicatum:attamen neceſſe eſt,vt ſicut ſecta virgulta,quæ malè pullulauerant,rurſus fidei faſce ſuccidant, atq; etiã radicitus eruantur. Nullus deinceps clericorũ pro occaſione neceſsitatis faciendæ veſtis,aut cauſa ordinandæ domus extraneam mulierẽ in domo ſua habere præſumat. Et cùm iubeamur victum,aut veſtitum artificiolo quærere, & manibus propriis laborare: quid opus eſt in domo ſerpentem includere pro veſte,quæ multi formem veſtem non propterea deponit,vt nudetur,ſed vt ſe gratiorem, dum remouetur, oſtendat? *Can.8.*

Vitãda familiaritas mulierum.

T Epiſco-

EPiſcopus coniugem, vt ſororem habeat, & ita ſancta gubernatione gubernet domũ omnem, tam eccleſiaſticã, quàm propriam: vt nulla de eo ſuſpitio quaq̃ ratione conſurgat. Et licet (Deo propitio) clericorum ſuorum teſtimonio viuat: quia cum illo tam in cella, quàm vbicũq; fuerit, ſecum habitent, eũq; ſequantur, & presbyteri, & diaconi, vel deinceps clericorum turba iuniorum (Deo adiutore) conuerſantur: ſic tamen propter Zelotem Deum noſtrum tam longè abſint, manſionis propinquitate diuiſi, vt nec hi, qui ad ſpẽ recuperandam clericorum ſeruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

Eps ĩ domo, ac aliis habere debet ſuæ bonæ cõuerſationis teſtes.

Cenſura.

**Intellige hunc canonem iuxta vſum Orientalis eccleſiæ, in qua coniugatus promouebatur ad ſacerdotium.*

Canon. 9.

Epm̃ mulieres proſequi non debent.

EPiſcopum, epiſcopam non habentem, nulla ſequatur turba mulierum, licet ſaluetur vir per mulierem fidelẽ, ſicut & mulier per virum fidelem, vt Apoſtolus ait. Nã vbi talis cuſtodia neceſſaria non eſt, quid eſt neceſſe, vt miſeria proſequatur, vnde fama conſurgat? Habeant miniſtri eccleſiæ, vtiq; clerici, qui epiſcopo ſeruiunt, & eum cuſtodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere.

Corin. 7.

Can. 10.

Duo clerici, aut duo monachi ĩ vno ſtratu recũbere non debent.

ET ne occaſio famam laceret honeſtatis: quia aliqui laici, dum diuerſa perpetrant adulteria, hoc, quod de ſe ſciũt, in aliis ſuſpicantur: ſicut ait Seneca, peſsimum in eo vitium eſſe, qui in id, quo inſanit, cæteros putat furere. Vt ergo ipſi putãdi, aut certè exiſtimandi locus amputetur, nullus ſacerdotum, aut monachorum colligere alium in lecto ſuo præſumat. Neq; liceat monachis cellas habere communes, vbi aũt bini maneant, aut ſingulares reponi poſsint: ſed ſchola labore communi conſtruatur, vbi omnes iaceãt, aut Abbate, aut præpoſito imminente: vt dum duo, vel tres viciſsim, & legãt, & excubent, alij conſolentur, vt non ſolùm ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat pro lectione aſsidua profectus animarum.

Canon. 11.

Monach⁹ cõiugio nõ copuletur.

SI qui in monaſterio conuerſi ſunt, aut cõuerti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagãdi, nec (quod abſit) vllus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierum

ſterum familiaritatem habere. Nam (ſicut ſupradictum eſt) ſi vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxoris malæ ſociatæ conſortio, etiam iudicis auxilio ſeparetur. Quòd ſi iudex ad hoc ſolatium dare noluerit, excõmunicetur. Qui infœlix monachus tali coniunctione fœdatus, ſi per cuiuſcunq; patrocinium ſe conatus fuerit defenſare: & is, qui in hac pertinacitate perdurat, & ille, qui eum exceperit ad defenſandum, ab eccleſia ſegregentur, donec reuertatur ad ſepta monaſterij, & indictam ab Abbate, quãdiu præceptum ei fuerit, agat pœnitentiam: & poſt ſatisfactionem reuertatur ad gratiam. *Can.12.*

MVlier intra ſepta monaſterij nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut præpoſitus negligen s apparuerit, qui eam viderit, & non ſtatim eiecerit, excommunicetur. *Can.13.* *Mulier ſola monaſteriũ non adeat.*

DE ieiuniis verò antiqua à monachis inſtituta ſeruetur, vt de Paſcha vſq; ad quinquageſimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandiũ præparetur. Poſt quinquageſimam tota hebdomada exactè ieiunet. Poſteà vſque ad Calen. Auguſti ter in ſeptimana ieiunent, ſecũda, & quarta, & ſexta die, exceptis his, qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie miſſæ ſanctorum ſunt, prandium habeant. In Septembri toto, & Nouembri (ſicut prius dictum eſt) ter in ſeptimana. De Decembri vſq; ad Natale Domini, omni die ieiunẽt. Et quia inter natalem Domini, & Epiphaniam omni die feſtiuitates ſunt, itẽq; prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium conſuetudinem Patres noſtri ſtatuerunt priuatas in Calend. Ianuarij fieri Litanias, vt in eccleſia pſallatur, & hora octaua in ipſis Calendis Circũciſionis miſſa Deo propitio) celebretur. Poſt Epiphaniam verò vſque ad quadrageſimam ter in ſeptimana ieiunent. *Can.14.* *De obſeruatione ieiuniorum.*

ITemq; pro reuerentia domini Martini, vel cultu, ac virtute, id ſtatuimus obſeruandum: vt tam in ipſa baſilica ſancta, quã in eccleſiis noſtris, iſte pſallẽdi ordo ſeruetur. Vt in diebus æſtiuis ad matutinum ſex antiphonæ binis pſalmis explicẽtur. Toto Auguſto manicationes fiant, quia feſtiuitates ſunt, & miſſæ. Septembri ſeptẽ antiphonę explicẽtur *De obſeruatione pſallendi.*

binis pſalmis. Octobri, octo ternis pſalmis. Nouẽbri, nouẽ ternis pſalmis, Decembri, decem ternis pſalmis. Ianuario, & Februario itidem vſque ad Paſcha. Sed vt poſsibilitas habet, qui facit amplius pro ſe, & qui minus (vt potuerit) ſupereſt, vt vel duodecim ſpalmi expediantur ad matutinum: quia Patrum ſtatuta præceperunt, vt ad ſextam ſex pſalmi dicantur cum Alleluia, & ad duodecimam duodecim, itẽq; cum Alleluia, quod etiam (Angelo oſtendente) didicerunt. Si ad duodecimam duodecim pſalmi, cur ad matutinum non itemque, vel duodecim explicentur? Quicunque minus quàm duodecim pſalmos ad matutinum dixerit, ieiunet vſque ad veſperam, panem cum aqua manducet, & non illi ſit altera in illa die vlla refectio. Et qui hoc facere cõtempſerit, vna hebdomada panem cum aqua mãducet, & ieiunet omni die vſque ad veſperum.

Canon. 15.

Archipſbyteri cõiugati ſine teſtimonio clericorũ dormire non debent.

ARchipresbyteri verò vicani, & diaconi, & ſubdiaconi, non quidem omnes, ſed plures in hac ſuſpitione tenentur à populo, quòd cum coniugibus ſuis maneant. Pro qua re hoc placuit obſeruare, vt quotieſcũq; archipresbyter, ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulauerit, vnus lectorum canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, vbi ille iacet, lectum habeat pro teſtimonio. *Can. 16.*

De Calen. Ianuarii.

ENimuerò, quoniam cognouimus nõnullos inueniri ſequipedas erroris antiqui, qui Calẽ. Ianuarij colunt, cùm Ianus homo Gentilis fuerit, rex quidem, ſed Deus eſſe non potuit. Quiſquis ergo vnum Deum patrem regnantem cũ filio, & ſpiritu ſancto credit, certè hic non poteſt integer Chriſtianus dici: quia aliqua de Gentilitate cuſtodit. Sunt etiam, qui in feſtiuitate cathedræ domini Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt, & poſt miſſas redeũtes ad domos proprias, ad Gentilium reuertuntur errores, & poſt corpus Domini, ſacratas dæmmoni eſcas accipiunt. Conteſtamur, illã ſolicitudinẽ, tam paſtores, q̃ presbyteros gerere: vt quemcunq; in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel (neſcio) ad petras, aut arbores, aut ad fontes deſignata loca Gentilium perpetrare, quæ ad eccleſiæ rationem non pertinent, eos ab

De cathedra ſancti Petri.

eccleſia ſancta authoritate repellant: nec participare ſancto altario permittant, qui Gentiliū obſeruationes cuſtodiunt. Quid em̄ dæmonibus cum Chriſto cōmune, cùm magis ſumendo cibum delicta videatur addere, quàm purgare?

Canon.17.

ET licet Ambroſianos habeamus hymnos in canone, tamen quoniam reliquorū ſunt aliqui, qui digni ſunt forma, cātari volumus libēter, & amplecti: eos præterea, quorum authorum nomina non fuerint in limine prænotata: quoniā quę fidem conſtituerunt, dicendi rationi nō obſtāt. *De hymnis recipiendis.*

Can.18. De perſuaſoribus rerum eccleſiaſticarum.

PLacet itaque, ac omnibus nobis conuenit obſeruare, vt quia nonnulli memores ſui, per quaſlibet ſcripturas pro captu animi, de facultatibus ſuis eccleſiis contuliſſe probantur, quod à diuerſis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur, vt aliorum oblatio illi pertineat ad ruinam: nec intueri corde poſſunt diem iudicij, dū nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Quicūq; ergo immemor interitus ſui, res eccleſiis delegatas iniuſtè poſsidens, prȩſumpſerit retinere: & veritate cōperta, res Dei ſeruis ſuis diſsimulauerit reformare, ab omnibus eccleſiis ſegregatus, à ſancta communione habeatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, niſi culpam propriam rerum emendatione purgauerit. Indignè enim ad altare Domini properare pmittit̄, qui res eccleſiaſticas, & audet rapere, & iniuſtè poſsidere, ac in iniqua defenſione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi ſunt, qui eorum taliter alimenta ſubtraxerint. Sacerdotalis tamen debet eſſe prouiſio, vt vindictam admonitio manifeſtè præcedat, vt res vſurpatas ſi iniuſtè quis tulerit, adhibita æquitate reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſsitas compulerit, poſtea prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat: neq; quiſq̄ per interregna res Dei defenſare nitatur: quia Dei potentia, cunctorū regnorum terminos ſingulari dominatione concludit. *Iſte canō habet̄ i Pariſieſi ſynodo prima, in primo capi.*

Canon.19. De iudicibus, qui pauperes opprimunt.

VT iudices, aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi cōmoniti à Pontifice ſuo ſe non emēdauerint, excommunicentur.

Canon.20.

Sacerdotium per pecuniã acquiri non debet. CAuta enim eſt in ſalutẽ prouiſio ad effugiendam culpam delicti,aditum delinquendi repellere. Nullus epiſcoporum de ordinationibus clericorum pręmia præſumat exigere:quia non ſacrilegium,ſed & hæreticum eſt(ſicut in dogmatibus eccleſiaſticis habetur inſertum) ad ordinandum clericum per ambitionem,ad imaginem Simonis Magi,pecuniã offerre ſacerdoti:quia dicitur,Gratis accepiſtis, gratis date.Et cùm talis ſit,qui gratiam Dei à ſacerdote æſtimat pretio comparari,qualis ille,qui vendidit:vterq; vſque ad ſynodum ab eccleſia ſegregetur. *Act. 8.*

Expliciunt Canones.2.ſynodi Turonicẽ.

Cõcilium Pariſienſe.1. PARISIENSE CONCILIVM PRImum circa tempora Pelagij Papę primi,eſtq; prouinciale.

Coniuncti in vnũ(Chriſto opitulante)Pariſius pro vtilitatibus eccleſiarum,vnde non leuiter rationem ſumus quãdoq; reddituri, inquantum diuina pietas virtutem dare dignata eſt,tentauimus ſalubri conſideratione proſpicere,ne dum periculoſa abuſione ordinatio ſuperna negligitur,in nobis aliorum crimina vindicentur. *Cap.1.*

ITaq; placet, ac omnibus nobis cõuenit obſeruare,vt quia non nulli memores ſui &c.

Sup.pag.291 1 In iſto cap.agitur contra raptores , & iniuſtos poſſeſſores rerum eccleſiaſticarum,eſt idem,quod habetur in ſecunda ſynodo Turonẽ.cap.18. *Cap.2.*

Res epĩ cõfiſcare pſumat nemo. ET qui epiſcoporum res propriæ eccleſiarum res eſſe noſcuntur, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit facultate graſſatum,peruerſores rerum memoratarum , canonum diſtrictione feriantur:vt dum vindicta corrigit, qui moribus propriis,ac nulla conſcientiæ caſtigatione corripitur , ſaltẽ regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur,qui res confiſcare,aut competere,aut peruadere periculoſa infeſtatione præſumpſerit. *Cap.3.*

Eps alterius epi res nõ cõpetat. ET quia exempla boni operis à Pontificibus debent primũm(Chriſto opitulante) procedere:nullus epiſcopus res competat alienas,aut ſi competitas,aut à ſe,aut ab anteceſſore ſuo fortè quis poſſedit , domino proprietatis poſſeſſionẽ propriam abſq; præiudicio liberalitatis regię,integra reformatione reſtituat:vt quia Deus dona reprobat iniquorum,

rum,non ad iudiciũ ſuum eccleſiæ res exteras derelinquat.

Caput.4.

SAcrarum etiam virginum,neque per raptum, neque per cõpetitiones aliquas quiſquã cõiugia ſortiatur. Similiter de earum coniunctionibus abſtinendum (& hi, qui eas rapere,aut cõpetere voluerint,à cõmunione ſunt remouendi) quæ veſtium cõmutatione tam viduæ,ꝗ puellæ religionem, pœnitentiam, aut virginitatem publica declaratione fuerint profeſſæ. Quod ſi contra dicta quis venerit,& ſacerdotem ſuum audire neglexerit, & in præſenti à communione catholicæ eccleſiæ habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur. *De ſanctimonialiũ raptarum indecẽti copula.*

Cap.5.

ET quia vniuerſis ſacerdotibus ita conuenit, vt ſiquis de eis pro contemptu canonum, aut perſuaſione eccleſiaſticarũ rerũ à communione eccleſiæ aliquẽ fortaſſe ſuſpẽderit, à nullo penitus epiſcopo recipi præſumatur. Quod ſi factũ fuerit,is,qui eum contra indicta receperit, & à fratrum ſuorum erit concordia ſeparatus, & æterni iudicis in futurum(vt confidimus)iracundiam ſuſtinebit. *Excõicatus ab aliis colligi nõ debet.*

Caput.6.

ET quia in aliquibus rebus cõſuetudo priſca negligitur, ac decreta canonum violantur,placuit,vt iuxta antiquã conſuetudinem canonum decreta ſeruentur. Nullus, ciuibus inuitis,ordinetur epiſcopus,niſi quem populi,& clericorum electio pleniſsima quæſierit voluntate: non principis*imperio,neq; per quamlibet conditionem cõtra metropolis voluntatẽ epiſcoporum cõprouincialium ingeratur. Quòd ſi per ordinationẽ regiam honoris ſui culmen peruadere aliquis nimia temeritate prẹſumpſerit: à cõprouincialibus loci ipſius epiſcopus recipi nullatenus mereatur, quẽ indebitè aſſumptum agnoſcunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra indicta prẹſumpſerit, ſit à fratribus omnibus ſegregatus,& ab ipſorum omnium charitate remotus.Nam de actis ordinationibus pontificum ita cõuenit,vt cõiũcti metropolitanus cum ſuis comprouincialibus epiſcopis,vel quos vicinos epiſcopos eligere voluerint,in loco vbi conuenerit, iuxta antiqua ſtatuta canonum, omnia communi conſilio,& ſententia decernantur. *De ordinatione epõrum.*

Caput.7.

De miniſterio ſeruorũ degenerũ.

DE degeneribus ſeruis,qui ſepulchris defunctorum pro qualitate ipſius miniſterij deputantur, hoc placuit obſeruari, vt ſub qua ab actoribus fuerint conditione dimiſſi,& ſiue hęredibus,ſiue eccleſiæ pro defenſione fuerint deputati,voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conſeruari.Quòd ſi eccleſia eos de fiſci functionib⁹ in omni parte defenderit:tam illi, quàm poſteri eorum eccleſiæ defenſione in omnibus potianť,& occurſum impendant.Et quia huic definitioni cuncti fratrum intereſſe minimè potuerũt, hoc omnis congregatio ſacerdotũ(Chriſto propitiante)decreuit:vt conſtitutio p̃ſens à quantis oblata fuerit, ſubſcriptionib⁹ tñ eorum debeat probari, quatenus in hoc, quod ab vniuerſis obſeruandum eſt,vniuerſitas debeat cõſentire.

Expliciunt canones Pariſienſis ſynodi.1.

Conciliũ Aurelianenñ.5.

AVRELIANENSE CONCILIVM quintum circa tempora Pelagij primi Papæ celebratum eſt.

Præfatio.

Ad diuinam gratiam referendum eſt, cùm vota Principum concordant animis ſacerdotum. Vt dum fit Pontificale concilium,normam viuendi teneat recapitulatio antiqua canonum,vt locus,& tempus: quia eſt in quibuſcunq; titulis veteribus adhærens noua conſtitutio ſanctionum. Igitur clemẽtiſsimus Princeps triumphorum titulis inuictiſſ. dominus Childebertus, cùm pro amore ſacræ fidei, ſtudio religionis in Aurelianenſium vrbem congregaſſet in vnum dominos ſacerdotes,cupiens ex ore Patrum audire,quod ſacrum eſt, & quod pro eccleſiaſtico ordine authoritate promoueretur paſtorali, & quod aduenientibus ſit norma, & pręſentibus ſit diſciplina,atque conueniens à præſenti tempore in poſterum cuſtodiri(præſtante Deo)ſignanter eſt titulis prænotatum.

Caput primum.

Dogmata Eutychetis, & Neſtorii dãnantur.

PRimũ itaq; nefarias ſectas Eutychetis,& Neſtorij, quas ſedes Apoſtolica ſancta condemnat,ſimiliter & nos eaſdem cum ſuis authoribus, & ſectatoribus execrantes, præſentis conſtitutionis vigore anathematizamus, atque damnamus, Apoſtolicum fidei ordinem in Chriſti nomine prędicantes.

Caput.2.

Nullus

NVllus ſacerdotum, quenquã rectæ fidei hominem pro paruis, & leuibus cauſis à communione ſuſpendat, pręter eas culpas, pro quibus antiqui Patres ab eccleſia arceri iuſſerunt committentes. *Cap. 3.*

Null' pro leuibus cauſis à cõione ſuſpendi debet

VT nullum epiſcopatum per præmia, aut comparatione liceat adipiſci, ſed voluntate Regis iuxta electionẽ cleri, ac plebis (ſicut in antiquis canonibus cõtinetur ſcriptũ) conſenſu cleri, ac plebis, à metropolitano, vel quem vice ſua permiſerit, cum comprouincialibus Pontifex conſecretur. *Cap. 4.*

Nulli liceat epatum ꝑ ptio cõparare.

ITem (iuxta quod antiqui canones Decreuerunt) nullus inuitis detur epiſcopus: ſed nec per oppreſsionem potentium perſonarum, ad conſenſum faciendum ciues, aut cleri (quod dici nefas eſt) inclinctur. Quòd ſi factum fuerit, ipſe epiſcopus, qui magis per violentiã, quàm per decretum legitimum ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Cap. 5.*

Nullus inuitis ordinari debet eps.

NVlli viuenti epiſcopo alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus, niſi forſitan in eius loco, quem culpa capitalis deiecerit. *Cap. 6.*

QVęcunq; puellę, ſeu propria volũtate monaſterium expetunt, ſeu à parentibus afferũtur, annum in ipſa veſte, qua intrauerint, permaneant. In his verò monaſteriis, vbi non perpetuò tenentur incluſæ, triennium in ea, qua intrauerint, veſte permaneant: & poſtmodum ſecundum ſtatuta monaſterij ipſius in loco, quo elegerit permanere, veſtimenta religionis accipiant. Quę ſi deinceps ſacra relinquentes loca, propoſitum ſanctum ſeculi ambitione tranſcenderint: illæ, quę in domibus propriis tam puellæ, q̃ viduę commutatis veſtibus cõuertũtur, cum his, quibus coniugio copulantur, eccleſię cõmunione priuentur. *Cap. 7.*

De oblatione puellarum in monaſteriis.

ID etiam miſeratione certè condiximus cuſtodiri, vt qui pro quibuſcunq; culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono, ſeu à prępoſito eccleſiæ diebus ſingulis Dominicis requirantur: vt neceſsitas vinctorum ſecundum pręceptum diuinum miſericorditer ſubleuetur: atq; à Põtifice inſtituta fideli, & diligẽti perſona, quæ neceſſaria prouideat, cõpetens victus de dono eccleſiæ tribuatur. *Cap. 8.*

Qui in carceribus cõtinẽtur, ab archidiacono diebus Dñicis requirantur.

De ſolicitudine infirmorũ vel ſuſtentatione.

ET licet (propitio Deo) omniũ Domini ſacerdotum, vel quorumcunq; hæc cura poſſet eſſe fidelium, vt egentibus neceſſaria debeant miniſtrari, ſpecialiter tamen debilibus, id pietatis cauſa conuenit: vt vnuſquiſq; epiſcoporum incolis, quos infirmitatẽ incurriſſe, tam territorij ſui, quàm ciuitatis agnouerint, de domo eccleſię iuxta poſsibilitatem victui, & veſtitui neceſſaria ſubminiſtret: vt non eis deſit miſericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intollerabilis conſtringit inopia. *Cap. 9.*

Hic canon erat renouandus.

NVllus ex laicis abſq; annua cõuerſatione pręmiſſa epiſcopus ordinet̃: ita vt intra anni ipſius ſpatiũ à doctis, & probatis viris, diſciplinis, & regulis ſpiritualibus plenius inſtruatur. Quòd ſi hoc quiſq̃ epiſcoporũ tranſcẽdere quacunq; conditione pręſumpſerit, anno integro ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus. *Cap. 10.*

Qui facultates eccleſiæ ſubtraxerit, puniatur.

NE cui liceat res, vel facultates eccleſiæ, aut monaſteriis, vel Xenodochiis pro quacunq; eleemoſyna cũ iuſtitia delegatas retentare, alienare, atq; ſubtrahere. Quòd ſi quis fecerit, tanq̃ necator pauperũ, antiquorũ canonũ ſententiis conſtrictus, ab eccleſię liminibus excludatur, q̃diu ab ipſo ea, quæ ſunt ablata, vel retenta, reddantur. *Cap. 11.*

Nullꝰ eccl'iæ oblata auferre præſumat

QVisquis etiam aut maiorum, aut mediocrium perſonarum, quodcunq; muneris, vel facultatis ſacerdotibus, aut eccleſiis, aut quibuſlibet locis ſanctorum ſtudio mercedis cum iuſtitia pro Dei contemplatione contulerit: & hæc ipſa, quæ à parentibus donata noſcuntur, poſtmodum quis auferre præſumpſerit, ſuperiori ſententia, vt necator pauperum, communione priuetur. *Cap. 12.*

De annua euocatione cõcilii.

HIs quoq; (Deo propitio) conſtitutis, quod præcipuè in oĩbus Patrũ conciliis habetur ſcriptũ, congrua definitione ſancimus: vt intra anni circulũ vnuſquiſq; metropolitanus epiſcopus, iunctis in vnum locũ cõprouincialibꝰ ſuis, intra prouinciã ſuam ſtudeat habere conciliũ: vt aut, ſi qua acceſſerint, charitatis emendẽtur ſtudio, aut ſi pax regalis, vel diſciplina in cũctis permãſerit, gr̃as Deo referãt. Hęc ergo vnanimiter definita ſeruãtes, etiã pręteritorũ ſtatuta canonum his decernimus, vt inconuulſa vniuerſa ſeruentur.

Finis Aurelianeñ. Concilij. 5.

Decreta Ioannis tertii Papæ.

IOannes tertius,natione Romanus,de patre Anaſtaſio illũſtri,ſedit annos.12.mẽſes.11.dies 26.Fuit tẽporibus Iuſtini iunioris Imperatoris. Hic Pont.ędem Apoſtolorum Philippi, & Iacobi à Vigilio inchoatã abſoluit: & Narſeti eunucho amiciſsimus fuit,eiq; conſulatum impetrauit.Prodigiosam tẽpeſtatẽ,perturbationibus,& annis plenus ſuperauit. *Ioã.3.Põ.61.* *Tẽpore huius Armen.Chriſtũ recepere.*

Extat eiuſdẽ epiſtola decretalis ad vniuerſos epiſcopos per Germanię,& Gallię prouincias conſtitutos,in qua:

Primò damnat chorepiſcopos,quo modo damnati ſunt à Damaſo,& Leone, & à Concilio Neocæſarienſi. *C.ſ.13.*

Secundò tradit, quòd Clemens poſt Petrum ſedem Apoſtolicam,& poteſtatem Pontificalem tenuit:& id factum eſt tradente ſibi beato Petro Apoſtolo. *8.q.1.Si Pet.*

Tertiò demonſtrat, quanto labore,quantiſq; vigiliis intendere debet, qui paſcit oues Chriſti: quod fuſius habetur in epiſtola Leonis,& Damaſi. 4.

Decreta Benedicti Papæ.

BEnedictus, natione Romanus, ex patre Bonifacio, ſedit annos.4. menſem.1.dies.28.Huius tẽporibus gens Longobardorũ totam Italiam inuaſit, ſimulq; & fames nimia, vt etiam multitudo caſtrorum ſe traderet Longobardis, vt temperare poſſet inopiam famis.In iſtis laboribus,& afflictionibus poſitus Benedictus Papa,mortuus eſt. *Benedictus.1 Pont.62.* *Fuit tempore Mauritii Impera.*

Extat epiſtola decretalis ad epũm Dauid,qui per literas ſignificauerat Apoſtolicę ſedi, eſſe quoſdam intra prouinciam Beticã,qui dicerent,neminem veraciter poſſe probare Trinitatem,vnitatẽ fieri:cum neq; tres vnum,neq; vnum in tribus poſſet quenq̃ propriè approbare.Hos longa diſputatione cõfundit teſtimoniis veteris,& noui Teſtamẽti. Quæ oĩa habẽtur in epĩa prima decretali Alexandri Papę primi. *Hæc epĩ.Papæ eſt myſteriis. Eſt.q; in 2.Tomo. fo. 78.*

Primum eſt Iſaiæ. Vidi Dominum Sabaoth &c.& Seraphin ſtabant in circuitu eius,dicẽtes, Sanctus,Sanctus,Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Quia Trinitas eſt,tertio Sanctus dixerunt. Quia vnitas eſt, ſub trini repetitione vnum Deum,ac Dominum intimarunt. *Iſaia.6.*

Secundum Exod. Domine,Domine,Domine,miſerator miſericors &c. *Exod.34.*

Tertium

Gene.18. Tertium Gene. Abraham ſedens ad ilicem Mambre, tribuſq; occurrens, vni dixit: Domine &c.

Iſaiæ.37. Quartum Iſaiæ: Domine Deus Sabaoth, Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubin &c.

2.Reg.7. Item illud Reg. Domine Deus omnipotens, Deus Iſrael ſermones tui fideles ſunt &c.

Matth.28. Item Matth. Dominus diſcipulos ſuos in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti, vniuerſas gentes miſit baptizare.

Decreta Pelagii.2. Papæ.

Pelagius.2. Pontif.63. *Hic baſilicã Laurẽtii martyris extruxit.* PElagius, natione Romanus, ſedit annos.10. menſes.2. dies 10. tempore Mauritij Imperatoris. Hic abſq; Ro. Principis authoritate (contra conſuetudinem) creatus eſt. Nihil enim tunc à clero in eligendo Pontifice actum erat, niſi Impe. approbaſſet. Sed Longobardis tunc Romam obſidentibus, facultas mittendi Conſtantinopolim nulla fuit. Poſtea verò offenſam, miſſo illuc Gregorio, deprecatus eſt.

Extat decretalis epiſtola Pelagij, in qua primo definit, generales ſynodos non poſſe conuocari, niſi authoritate Apoſtolicæ ſedis, quoniam ſedi beati Petri ſingulari priuilegio hæc authoritas eſt tradita, & quia nulla vnquã ſynodus rata legitur, quę Apoſtolica authoritate non fuerit fulta. Hoc definit contra Ioannem Conſtantinopolitanũ epiſcopum, qui intentarat Concilium quodam generale conuocari.

In eadem epiſtola adiecit: Orate fratres, vt honor eccleſiaſticus noſtris diebus non euacuetur: neq; vnquã Romana ſedes, quæ (inſtituente Domino) caput eſt omnium eccleſiarum, priuilegiis ſuis vſquã careat, aut ſpolietur.

D.17. Multi denuo. In eadem ſic. Maiores verò, & difficiles quæſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata cõſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur &c.

Extat ſecunda epiſtola decretalis eiuſdem, de mutatione epiſcoporum, in qua Benigno archiepiſcopo reſpondet, ſic dicens: Exigit ergo dilectio tua conſulta ſedis Apoſtolicę, ſi licitum foret epiſcopum tranſire, aut mutari de ciuitate in ciuitatem, cùm quidam canones (vt tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significaſti etiam literis tuis, quendã fratrum nomine, & actu Dei ſeruum, cauſa vtilitatis te velle mutare in locum, & ciuitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non

Quibus cauſis poßit mutari ẽpus de vna ciuitate ad aliam.

ri non licere,niſi cõſenſum Apoſtolicę ſedis habuiſſes. Qua propter ſcias,frater dilectiſsime,aliud eſſe cauſam neceſsitatis,& vtilitatis, & aliud præſumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedem,qui non mutat mẽtem,id eſt, non auaritiæ cauſa, aut Dominationis, aut propriæ voluntatis, aut delectationis ſuæ migrat de ciuitate ad ciuitatem, ſed cauſa neceſsitatis, & vtilitatis mutatur. Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati,aut voluntati præferẽda eſt. Aliud eſt enim mutare,& aliud mutari. Quod enim in canonibus legitur, non debere epiſcopum de ciuitate in ciuitatem tranſire,non de his dicitur,qui aut vi expulſi,aut neceſsitate coacti, aut authoritate maiorum hoc agũt:ſed de his, qui auaritiæ ardore inflammati,ſponte ſua proſiliunt,& potius ambitioni, quàm vtilitati eccleſiæ ſeruire,& vt dominationem agant,inſiſtere cupiunt.

Vide etiam ſupra.pa.28

Quapropter (chariſsime) muta epiſcopum cauſa neceſsitatis,aut vtilitatis, ſuper quo conſulere nos voluiſti,& alios fratres noſtros,quibus hoc faciẽdum neceſsitas, aut vtilitas compulerit, agere doce: quia hoc, quod tibi ſoli ſcribimus, generaliter omnibus tenere mãdamus. Quia ſic poteſtatem habemus epiſcopos,& ſacerdotes regulariter titulare,& ordinare:ita (vt prædictum eſt) cauſa neceſsitatis,aut vtilitatis habes,& mutare,ac de titulo ad titulum transferre,licet de minori ad maiorem vrbem mutandus ſit. Hoc tamen ſummopere prçuidendum eſt,ne cauſa arrogantię,aut auaritiæ vnquàm fiat: quia hi à prædictis canonibus damnãtur,non illi,qui neceſsitate,aut vtilitate, maiorum conſilio,& ſana, ac pura,& Deo placita intentione hoc faciunt.

Extat epiſtola decretalis tertia eiuſdẽ, ad vniuerſos ẽpos Italiæ,in qua eos adhortatur ad ſolicitudinem eccleſiarum.

Extat quarta ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ,in qua ordinem prçfationum,quem eccleſia Romana habet, requirentibus epiſcopis,tradit. Inuenimus has nouem præfationes in ſacro cathalogo tantũmodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana eccleſia hactenus ſeruauit. Vnam in Albis Paſchalibus,aliam de Aſcẽſione Domini, tertiã die Pentecoſtes,quartam de Natali Domini,quintam de Apparitione Domini, ſextam de Apoſtolis, ſeptimam de ſancta

De cõſ.diſt.1. Inuenimus.

Trinitate, octauã de Cruce, nonam de Ieiunio in quadrageſima tantũmodo dicendam. Has pręfationes tenet, & cuſtodit ſancta Romana eccleſia, has tenendas vobis mandamus.

Conciliũ Hiſpalenſe. 1.

HISPALENSE CONCILIVM PRIMVM

ſub Pelagio ſecundo Papa. Eſt prouinciale, ſed robur habet à ſede Romana, vt patet ex præfatione Concilij, Præſidente Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi.

Præfatio.

Domino ſancto, & reuerenter à nobis honorando, chariſsimo fratri Pelagio epiſcopo, Leander, Agapius &c. epiſcopi, qui vnà in vrbe Hiſpalenſi adfuimus, ſanctitatẽ tuam charitatis ſtudio ſalutantes, precamur Dominum, qui nos de ſalute mutua, vel viſione lætificare dignetur, te lætum multo conſeruet in tempore.

Cap. 1. De diſponendis eccleſiæ rebus poſt epiſcopi exceſſum

Hæres epĩ defuncti, eſt eccleſia.

COmperimus autẽ in canone (conſulentes vetera ſtatuta) vt epiſcopus, qui res proprias alteri, & non eccleſiæ ſuę dimiſerit, quicquid de eccleſię rebus, aut donauit, aut vẽdidit, aut quoquomodo ab eccleſia trãſtulit, irritũ haberẽ.

Hic Canon erat renouandus in Concilio, vt hæres defuncti epiſcopi eſſet eccleſia, non alius. Secundò Alienum eſt à ſententia horum Patrum licere epiſcopo, inſtituere primogenituras, vel locupletare conſanguineos.

Cap. 2.

De mancipiis eccleſiæ.

EA verò mancipia, quę memoratus de iure eccleſię ſublata, ſuis proximis cõtulit, ſi ſimilia de ꝓprio ſuo eccleſiæ ipſi nõ cõpẽſauit, eccleſia abſq; aliqua oppoſitiõe accipiat.

Cap. 3. De clericis, cum quibus mulieres cohabitant.

Cap. 3. ſecundi Concilii Toletani.

INter cætera verò hoc definitum à nobis eſt, pro abolẽdis maculis clericorũ, ſecundũ edictũ Concilij Toletani, vt ſi presbyteri, diaconi, vel clerici cõſortia extranearũ fœminarũ, vel ancillarũ familiaritatẽ, per ſacerdotis ſui admonitionem à ſe minus remouerint, ſeculi iudices eaſdẽ mulieres cũ volũtate, & permiſſu epiſcopi cõprehẽſas, in ſuis lucris vſurpent, vt vitium hoc, dum ſacerdos inhibere nõ pręualet, poteſtas iudicialis coerceat, dato tamẽ ab eiſdẽ iudicibus ſacramento epiſcopo, vt eas clericis nulla arte reſtituant. Quòd ſi reſtituerint, ipſi iudices ſententiæ excõmunicationis feriantur. Mulieribus verò illis, iuxta priores canones à ſacerdote diſtractis, pretium eorum indigentibus diſpenſetur.

Quæ

Quæ ſtatuta manu noſtra ſubſcripſimus. Data ad ſanctitatem veſtram, die. 2. Nonas Nouembris, anno. 5. glorioſi Domini noſtri Reccaredi Regis. Aera. 628. Leander eccleſię ſanctę Hiſpaleñ. epiſcopus, hanc conſtitutionem confirmaui, & ſubſcripſi. Ioannes epiſcopus Agragenſis &c. *Subſcriptio.*

CONCILIVM TOLETANVM TERTIVM ſub Pelagio ſecundo Papa, in quo Arrij hæreſis in Hiſpania condẽnatur, Mauſona Emeritano epiſcopo. Græci putant celebratũ ſub Gregorio ſucceſſore Pelagij, & probatur eorum ſententia ex epiſtolis Grego. ad Leandrum, quibus approbat hanc fidem. *Concilium Toletanũ. 3.*

In nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, anno quarto, regnãte glorioſiſsimo, atq; piiſsimo, & Deo fideliſsimo Reccaredo Rege, die octauo Idu. Maiarũ. Aera. 627. Hæc ſancta ſynod' habita eſt in ſancta ciuitate regia Toletana ab epiſcopis totius Hiſpaniæ, & Galliciæ, qui infrà ſcripti ſunt. *Cap. 1.* *Præfatio.*

CVm pro fidei ſuæ ſynceritate, idẽ glorioſiſsimus Princeps omnes regiminis ſui Pontifices in vnum conuenire mãdaſſet, vt tam de eius cõuerſione, quã de gentis Gothorum innouatione in Dño exultarent, & diuinę dignationi pro tãto munere gratias agerẽt, memorat' ſanctiſsimus Princeps ſic venerandũ Conciliũ alloquitur. Non incognitũ reor eſſe vobis Reuerendiſsimi ſacerdotes, quòd ꝓpter inſtaurandã diſciplinę eccleſiaſticę formã, ad noſtrę vos ſerenitatis pręſentiã euocauerim, & qa decurſis retro tẽporibus hęreſis imminens in tota eccleſia catholica agere ſynodica negotia denegabat, Deus, cui placuit ꝑ nos eiuſdẽ hæreſis obicem depellere, admonuit, inſtituta de more eccleſiaſtico reparare. Ergo ſit vobis iucũditatis, ſit gaudij, ꝙ mos canonic' ꝓſpectu Dei ꝑ noſtrã gloriã ad paternos reducit̃ terminos. *Allocutio Reccaredi ad cõcilium.*

Prius tñ admoneo, pariter & exhortor, ieiuniis vos, & vigiliis, atq; orõnibus operã dare, vt ordo canonicus, quẽ à ſacerdotalibus ſenſib' detraxerat lõga, ac diuturna obliuio, quã ætas nřa ſe neſcire fatet̃, diuino dono vobis rurſum pateſiat. *Sancta admonitio.*

Ad hæc autem gratias Deo agẽtes, & religioſiſsimo Principi vniuerſo Concilio in laudibus acclamante, triduanum eſt exinde prædicatum ieiunium. Sed cùm die octaua Iduum Maiarum in vnum cœtum Dei ſacerdotes adeſſent, *Gratiarum actio cõcilii.*

&

& oratione præmiſſa, vnuſquiſq; ſacerdotum competenti loco reſediſſet, ecce in medio eorũ adfuit ſereniſsimus Princeps, ſeq; cum Dei ſacerdotibus orationi cõmunicãs, diuino deinceps flamine plenus, ſic ad loquendũ exorſus eſt dicẽs:

Secunda allocutio Reccaredi. Non credimus veſtram latere ſanctitatem, quanto tẽpore in errore Arrianorum laboraſſet Hiſpania, & non multos poſt deceſſum genitoris noſtri dies, quibus nos veſtra beatitudo fidei ſanctæ catholicæ cognouit eſſe ſociatos, credimus generaliter magnum, & æternum gaudiũ habuiſſe, & ideo, venerandi Patres, ad hanc vos peragendam congregari decreuimus ſynodũ, vt de omnibus nuper aduenientibus ad Chriſtũ ipſi æternas Deo gratias referatis. Quicquid verò verbis apud ſacerdotium veſtrum nobis agendum erat de fide, atq; ſpe veſtra, quam gerimus, in hoc Tomo conſcripta, atq; allegata, nota facim⁹. Relegatũ ergo in medio veſtri, & in iudicio ſynodali examinata, per omne ſuceſsiuũ tẽpus gloria noſtra, eiuſdem fidei teſtimonio declarata, clareſcat.

Suſceptus eſt autẽ ab omnibus Dei ſacerdotibus (offerente Rege) ſacroſanctæ fidei Tomus, & pronunciante notario clara voce recenſitus eſt, in quo confeſſus eſt fidem catholicam iuxta canones quatuor conciliorum generaliũ, cui ſubſcripſit Rex, his verbis: Huic verò confeſsioni meæ ſanctarum ſcripturarũ, & conciliorũ conſtitutionibus conſentiẽs, teſtimonio diuino tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi.

Subſcriptio confeſsionis fidei per Reccaredum.

Acclamatio Concilii. Tũc acclamatũ eſt in laudib⁹ Dei, & in fauore Principis ab vniuerſo cõcilio, Gloria Patri, & filio, & Spiritui ſancto, cui cura eſt pacẽ, & vnitatẽ eccleſię catholicę prouidere &c.

Deinde vniuerſo concilio iubente, vnus epiſcoporum catholicorum ad epiſcopos, & religioſos clericos, vel maiores natu, ab hæreſi Arriana conuerſos, ſic eſt alloquutus: Officij noſtri cura compellimur, à veſtra charitate perquirere, quid damnetis in hęreſi, aut quid intra ſanctam catholicam credatis eccleſiã. Tunc epiſcopi omẽs vnà cum clericis ſuis, Primoreſq; gentis Gothicæ pari conſenſione dixerunt: Licet hoc, quod tua Paternitas, atq; fraternitas veſtra à nobis cupit audire, iam olim conuerſionis noſtræ tempore egerimus, quando ſequutiglorioſiſsimũ Reccaredũ Regem noſtrum, ad eccleſiam tranſiuimus, & perfidiam Arrianã cum omnibus

omnibus ſuperſtitionibus ſuis anathematizauimus, nunc tamen propter charitatem,& deuotionem,quam Deo,& ecclefiæ catholicę debem⁹,quę petitis,prōptiſsimè agere properamus: ſed & ſi qua adhuc congrua fidei eſſe perſpicitis, ac nobis charitate perſuadetis,faciemus.

Omnis ergo,qui fidem, & communionem ab Arrio venientem,& vſq; ad nos retentã, adhuc tenere deſiderat, & de tota cordis intentione non damnat,anathema ſit.

Confeſsio fidei epōrũ,& primorũ Gothicæ gentis.

Quicunq; filium Dei, Dominum Ieſum negauerit à paterna ſubſtantia ſinè initio genitum, & æqualem patri eſſe vel conſubſtantialem,anathema ſit.

Quicunq; Spiritum ſanctum non credit, aut non crediderit à patre, & filio procedere, eumq; non dixerit, coęternum eſſe patri,& filio,& coeſſentialem,anathema ſit.

Quicunq; in patre,& filio,& Spiritu ſancto,& perſonas non diſtinguit, & vnius diuinitatis ſubſtantiam non agnoſcit,anathema ſit.

Quicunq; filium Dei, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum iuxta deitatem eſſe patre minorem aſſeruerit,& gradibus ſeparauerit,creaturamq; eſſe dixerit,anathema ſit.

Quicunq; neſcire filium Dei, quod Deus pater ſciat, dixerit,anathema ſit.

Quicunq; initium filio Dei,& Spiritui ſancto deputauerit,anathema ſit.

Quicunq; filium Dei ſecundum diuinitatem ſuam viſibilem,aut paſsibilem auſus fuerit proferre,anathema ſit.

Quicunq; Spiritum ſanctum, ſicut patrem, & filium verum Deum, & omnipotentẽ eſſe non credit, anathema ſit.

Quicunq; alibi fidem,& communionem catholicam,pręterquam in eccleſia vniuerſali, quam Nicæni, & Conſtantinopolitani, & primi Epheſini, & Chalcedonenſis Concilij decreta tenent,pariter & honorant,anathema ſit.

Quicunq; patrem,& filium, & Spiritum ſanctum honore,& gloria,& diuinitate ſeparat,aut diſiũgit,anathema ſit.

Quicunq; non dixerit, Gloria patri, & filio, & Spiritui ſancto,anathema ſit.

Quicunq; rebaptizandi ſacrilegum opus, eſſe bonum cre

dit, aut crediderit, agit, aut egerit, anathema ſit.

Quicunq; Ariminen͂. conciliũ ex toto corde non reſpuerit, & damnauerit, anathema ſit.

Sint ergo damnata in cęlo, & in terra, quæcunq; per hanc catholicam fidem damnantur: & ſint accepta in cælo, & in terra, quæcunq; per hanc fidem accipiuntur, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui cum patre, & Spiritu ſancto, eſt gloria in ſecula ſeculorum.

Subſcriptio. Subſcripſerunt epiſcopi, presbyteri, & diaconi ex hæreſi Arriana conuerſi, & Gothorum viri Illuſtres, & omnes ſeniores ſubſcripſerunt.

Decreta Concilii. Canon. 1.

Cõciliorum ſtatuta, & Ponti. Ro. decreta cuſtodiri debent.

POſt damnationē hæreſis Arrianę, & fidei ſanctæ catholicę expoſitionē, hoc ſanctum pręcepit Conciliũ: vt quia à nonnullis, vel hęreſis, vel Gentilitatis neceſsitate per Hiſpaniarum eccleſias canonicus prætermiſſus eſt ordo: dum & licentia abũdaret tranſgrediēdi, & diſciplinę optio negaretur: dum omnis exceſſus hæreſis foueretur patrocinio, & abundantia mali temporis procul eſſet diſtrictio diſciplinę. At nunc pace eccleſię, Chriſti miſericordia, reparata, quod priſcorum canonum authoritas prohibet, ſit reſurgente diſciplina inhibitum, & agatur omne, quod præcepit fieri. Permaneāt in ſuo vigore Conciliorũ omnium conſtituta, ſimul & ſynodicæ ſanctorum pręſulum Romanorũ epiſtolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores eccleſiaſticos contra canonũ ſtatuta aſpiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod ſancti patres, Spiritu Dei pleni, ſanxerunt debere non fieri. Et qui pręſumpſerit, ſeueritate priorum canonũ diſtringatur.

Aduertat. Lector.

Canon. 2.

In omnibus eccleſiis die Dñica Symbolũ recitet.

PEtitione Reccaredi Regis cõſtituit ſynodus, vt per om̃es eccleſias Hiſpaniæ, & Galliciæ ſecũdum formam Orientalium eccleſiarum Concilij Conſtantinopolitani; hoc eſt, centum quinquaginta epiſcoporum ſymbolum fidei recitetur, & prius quàm Dominica dicatur oratio, voce clara prędicetur, quo fides vera manifeſta ſit, & teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus, & ſanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant.

Canon. 3. Vt ne quis extra neceßitatem, rem eccleſię alienet.

Hæc,

HAEc ſancta ſynodus nulli epiſcoporum licentiam tribuit, res alienare eccleſiæ, quia & antiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid verò, quod vtilitatẽ non grauet eccleſię, pro ſuffragio monachorũ, vel eccleſiis ad ſuam parochiam pertinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum, vel clericorum, & egenorũ neceſsitati, ſaluo iure eccleſiæ pręſtare permittuntur pro tẽpore, quæ potuerint. *In decre. Iuonis lib. 2.*

Canon. 4. Quòd liceat religionis intuitu, res eccleſiæ alienare.

SI epiſcopus vnam de parochianis eccleſiis monaſterium dedicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat, hoc de conſenſu Cõcilij ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiã, ſi de rebus eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentũ eccleſiæ non exhibeat, eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim benè ſtatuendę ſanctum Concilium dat conſenſum. *12. q. 2. Si epiſcopus.*

Canon. 5.

COmpertum eſt à ſancto Concilio epiſcopos, presbyteros, & diaconos venientes ex hæreſi, carnali adhuc deſiderio vxoribus copulari. Ne érgo de cętero hoc fiat, pręcipitur, quod & canonibus prioribus continetur, vt non liceat eis viuere libidinoſa ſocietate, ſed manente inter eos coniugali lege, communem vtilitatẽ habeant, & non ſub vno conclaui maneant. Vel certè, ſi ſuffragatur virtus, in alia domo ſuam vxorẽ faciat habitare: vt caſtitas apud Deum, & apud homines habeat teſtimoniũ bonum. Si quis verò poſt hanc conuentionem obſcenè cum vxore elegerit viuere, vt neglector habeatur. Qui verò ſemper ſub canone eccleſiaſtico iacuerint, ſi contra veterũ imperata in ſuis cellulis mulierum, quę infamiæ ſuſpitionẽ poſſunt generare, conſortiũ habuerint, illi canonicè quidẽ diſtringantur, mulieres verò ab epiſcopis venundentur, & pretiũ ipſum pauperibus erogetur. *Sacerdotibus nõ licet cũ ſocietate libidinoſa viuere.*

Canon. 6. Vt liberti ab epiſcopo defendantur.

DE libertis autem hæc præcipit ſancta ſynodus, vt ſi qui presbyteri, vel diaconi ab epiſcopis facti ſunt, ſecundũ modum, quo canones antiqui dant licentiam, ſint liberi, & tamen à patrocinio eccleſiæ, tam ipſi, quàm ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoq; libertati traditi, & eccleſiis commendati, patrocinio epiſcopi colligantur, & ne cuiquã donentur, hoc à Principe epiſcopus poſtulet. *12. q. 2. De libertis autem*

Canon. 7. Quòd ſacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus cõuiuiis miſceatur.

D.44. Pro reuerentia.

PRo reuerẽtia Dei, & ſacerdotum id vniuerſa conſtituit ſynodus, vt (quia ſolẽt crebrò menſis ocioſę fabulę interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarũ ſcripturarum miſceatur. Per hoc enim & animę ędificantur ad bonum, & fabulę non neceſſarię prohibentur. Canon. 8.

Clerici de familia fiſci à Principe non donentur.

IVbente autem, atq; conſentiẽte Dño Reccaredo Rege id præcipit ſacerdotale Conciliũ, vt clericos, ex familia fiſci nullus audeat à principe donatos expetere, ſed tradito capitis ſui tributo, eccleſiæ Dei, cui ſunt alligati, vſq; dum viuunt, regulariter adminiſtrent. Canon. 9.

Eccleſiæ Arrianorum in cuius diœceſi ſunt permanere debent.

DEcreto huius Concilij hoc ſtatuitur, vt eccleſię, quę fuerunt in hęreſi Arriana, nunc autem ſunt catholicæ, ad eos epiſcopos cũ ſuis rebus pertineant, ad quos parochię ipſę, in quibus ipſę eccleſię fundatę ſunt, pertinere videntur.

Canon. 10. Vt mulier inuita viro non nubat.

32. q.2. Hoc ſanctum confirmat.

VIduæ, quibus placuerit, teneant caſtitatem, non tamen ad nuptias vi venire cogantur. Similis conditio & de virginibus habeatur. Si quis verò propoſitum caſtitatis viduę, vel virgini impedierit, à ſancta communione, & à liminibus eccleſiæ habeatur extraneus. Canon. 11.

Pœnitens pœnitentiã agere debet.

QVoniam comperimus, per quaſdam Hiſpaniarum eccleſias, non ſecundum canones, ſed fœdiſsimè pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, vt quoties peccare libuerit, toties à presbyteris ſe reconciliari expoſtulent, & ideo, pro coercenda tam execrabili pręſumptione, id à ſancto Concilio iubetur, vt ſecundum formam canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc eſt, vt prius eum, quem ſui pœnitet facti, à communione ſuſpenſum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebrò recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicuti ſacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni reſtituat. Hi verò, qui ad propria vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeueritatem damnentur. Canon. 12.

De his, qui pœnitentiam poſcunt.

QVicũq; ab epiſcopo, vel presbytero ſanus, vel infirmus pœnitẽtiam poſtulat, id ante oĩa epiſcopus ſeruet, &

presbyter

presbyter: vt ſi vir eſt, ſiue ſanus, ſiue infirmus prius cũ ton deat, aut in cinere, & cilicio habitũ mutare faciat, & ſic pœnitentiam ei tradat. Si verò mulier fuerit, non accipiat pœnitẽtiã, niſi prius aut velata fuerit, aut mutauerit habitum. Sæpius enim laicis, cum fœminis tribuendo deſidioſè pœnitentiam, ad lamentanda rurſus facinora poſt acceptã pœnitentiam relabuntur. *Canon.13.*

INſolita præſumptio vſq; adeò illicitis auſibus aditũ patefecit, vt clerici clericos ſuos (relicto ſuo Põtifice) ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus, vt hoc de cætero non prẽſumat. Si quis hoc præſumpſerit facere: cõuẽtus, & cauſam perdat, & à cõione efficiatur extraneus. *Canon.14.* *11.q.1.Inſolita p̃ſumptio.*

COnuẽtus noſter hoc canonibus inſerendũ præcepit, vt Iudęis nõ liceat Chriſtianas habere vxores, vel cõcubinas, neq; mancipiũ Chriſtianũ in vſos proprios cõparare, ſed & filios, qui ex tali cõiugio nati ſunt aſſumẽdos eſſe ad baptiſmũ. Nulla officia publica eis iniungãtur, per quæ eis occaſio tribuatur, Chriſtianis pœnam inferre. Si verò Chriſtiani ab eis in Iudaiſmi ritu ſunt maculati, vel etiam circuncisi, non reddito pretio ad libertatem, & religionem redeant Chriſtianam. *Cap.15.* *Officia publica Iudæis nõ ſunt committenda.* *d.54. Nulla officia publica.*

SI qui ex ſeruis fiſcalibus fortaſſe eccleſias conſtruxerint, eaſq; de ſua paupertate dotauerint, has procuret epiſcopus prece ſua authoritate regia confirmari. *Canon.16.* *De ſeruis fiſcalibus.*

QVoniã penè per omnẽ Hiſpaniam, ſiue Galliciam idololatriæ ſacrilegiũ inoleuit, hoc cũ conſenſu glorioſiſſimi Principis ſancta ſynodus ordinauit, vt oĩs ſacerdos in loco ſuo, vnà cũ iudice territorij, ſacrilegiũ memoratũ ſtudioſè perquirat, & exterminare inuentũ non differat. Omnes verò, qui ad talẽ errorem cõcurrunt, ſine diſcrimine, qua poterunt, animaduerſione coerceant. Quòd ſi neglexerint, ſciant ſe vtriq; excommunicationis periculũ eſſe ſubituros. Si qui verò domini extirpare hoc malũ de poſſeſsione ſua neglexerint, & familiæ prohibere noluerint, ab epiſcopo, & ipſi à communione pellantur. *Canon.17.* *Epi cũ iudicibus idola deſtruere debẽt*

CVm multę querelę ad aures ſancti cõcilij deferrẽtur, inter cętera, tãtę crudelitatis opus eſt nunciatũ, quantum confidentium aures ſacerdotũ non poſſent ſuſtinere: vt in *Epi cũ iudicibus necatores filiorũ corripiant.*

quibuſdā Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimāt, fornicationis auidi, pietatis alieni: quibus ſi tædiū eſt filios numeroſos alere, prius ſeipſos debent caſtigare à fornicatione. Nam dum cauſa propagandæ prolis ſortiunt̄ coniugia, parricidio, & fornicationi tenentur obnoxij qui filios necando proprios docent, ſe nō pro filiis, ſed pro libidine vxores duxiſſe. Proinde tantū nefas ad cognitionem glorioſiſsimi dn̄i noſtri Reccaredi Regis perlatum eſt, cuius gloria dignata eſt iudicibus earundē partiū imperare, vt amouendū tantū facinus diligēter cū ſacerdote procurēt, & adhibita ſeueritate prohibeant. Ergo & ſacerdotes locorū eorundē, in quibus ſceleris huius immanitas peragitur, ſancta ſynodus præcipiendo cōuenit, vt idē ſcelus cum iudice curioſius quærant, & ſinè capitali vindicta acriori diſciplina prohibeant.

Canon. 18. Vt eccleſiæ cum dotibus ſuis in epiſcopi poteſtate conſiſtant.

10. q. 1. Sic quidā cōtra. Et in decret. Ino. lib. 2. — SIc quidā contra canonū authoritatē eccleſias, quas ædificauerint, poſtulant conſecrari: vt dotē, quam eidē eccleſię cōtulerint, cēſeant ad epiſcopi ordinationē non pertinere. Quod factū taliter in præterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat, prohibeatur, & omnia ſecundū conſtitutionē antiquam ad epiſcopi ordinationem, & poteſtatem pertineant.

Canon. 19.

10. q. 3. Quia cognouimus — QVia cognouimus, epiſcopos per parochias ſuas non ſacerdotaliter agere; ſed crudeliter deſęuire. Et dū ſcriptum ſit: 1. Petri. 5. — Forma eſtote gregi, non vt dominantes in clerum, qui exactiones diœceſi ſuę, vel damna infligant: ideo cenſemus (excepto, quòd veterum conſtitutiones à parochiis habere iubent epiſcopos) vt alia quæ illis hucuſq; præſumpta ſunt, denegētur, hoc eſt, neq; in angariis presbyteri, aut diaconi, neq; aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in eccleſia Dei exactores potius, q̄ Dei Pontifices nominari. Hi verò clerici tam locales, q̄ diœceſani, qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanū deferre non differant, & metropolitanus non moretur huiuſmodi præſumptiones auertere.

Epos nō licet ī diœceſi ſua angarias imponere.

Canon. 20.

12. q. 2. Eccleſiarū ſeruos. — ECcleſiarum ſeruos, & epiſcoporum, vel presbyterorum, vel omnium clericorum à iudicibus, vel exactoribus publicis in diuerſis angariis fatigari dolemus. Propter quod

omnę

omne cõciliũ à pietate glorioſiſsimi Domini noſtri poſcit, vt tales vſus deinceps inhibeat: ſed ſerui ſupradictorum offi ciorum in eorũ vſibus, vel eccleſię laborẽt. Si quis verò iudi cum, aut actorũ clericum, aut ſeruũ clerici, vel eccleſię in pu blicis, ac priuatis negotiis occupare voluerit, à cõmunione eccleſiaſtica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus. *Serui eccleſiarũ publicis angariis nõ fatigentur.*

Canon. 21. Quòd qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedũt, cũ pſalmis tan tummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepul chrum deferri. Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet: vel in pectoribus ſe, aut ꝓximos, aut familias cedere, omnino prohibemus. Sufficiat autẽ, quod in ſpe re ſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuino rum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſto lus ſanctus lugere defunctos, dicens: De dormientibus autẽ nolo vel contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad huius vitæ ærumnas plorauit reſuſcitandũ. Si autem poteſt hoc epiſco pus omnibus Chriſtianis prohibere, non moretur agere: à religioſis autem omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnẽ mundum humari opor tet corpora defunctorum. *13. q. 2. Qui diuina vocatione.* *Mortui inter Chriſtianos non lugendi.* *1. Theſſal. 4.* *Ioan. 11.*

Canon. 22. Quòd in ſanctorum Natalitiis *ballimathiæ prohibeantur.*

IRreligioſa cõſuetudo eſt, quam vulgus per ſanctorũ ſolen nitates, & feſtiuitates agere cõſueuit. Populi, q debent of ficia diuina attendere, ſaltationibus turpibus inuigilãt, can tica non ſolũ mala cantãtes, ſed etiã religioſorũ officiis per ſtrepũt. Hoc enim, vt ab omnibus prouinciis depellatur, ſa cerdotum, & iudicum à concilio ſancto curę committitur. *De cõſeſ. d. 3.* *Irreligioſa cõſuetudo eſt.*

Poſt confeſsionem ergo, & ſubſcriptionem omnium epi ſcoporum, & totius gentis Gothicæ ſeniorum, Reccaredus Rex, Dei ſacerdotes piè, & benignè affatus eſt: & poſt alia verba, hoc ſubiecit decretum.

Hoc adhuc neceſſariò pro firmitate catholicæ fidei no ſtra Deo ſupplex, inſtituere decreuit authoritas, vt propter roborandã gentis noſtrę nouellã conuerſionem, omnes Hiſ paniarum, & Gallicię eccleſiæ hanc regulã ſeruent: vt omni *Decretũ Reccaredi Regis.*

ſacrificij tempore ante communicationem corporis Chriſti,& ſanguinis,iuxta Orientalium partium morem,vnanimiter clara voce ſacratiſsimum fidei recenſeant ſymbolum: vt primum populi, quam credulitatem teneant, fateantur: & ſic corda fide purificata, ad Chriſti corpus,& ſanguinem percipiendum exhibeant.

Deſcriptio cōfirmationis concilij. Publico edicto Regis confirmatum eſt concilium, & ſingula eius capitula in vnam ſummam redacta, confirmauit, dicens: Flauius Reccaredus Rex hanc deliberationē, quam cum ſancta definiuimus ſynodo, confirmans, ſubſcripſi. Subſcripſeruntq; epiſcopi præſentes.

Explicit Concilium Toletanum tertium.

Concilium Matiſconē. I. MATISCONENSE CONCILIVM PRImū circa tempora Pelagij ſecundi Papæ, & eſt prouinciale.

Canon. I.

Prohibentur epi, & preſbyteri in monaſteria ingredi. VT nullus epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicunq; ſecularis in monaſteriis puellarum, niſi probatæ vitæ, & ætatis prouectæ, præter vtilitatem, aut pro quacunq; reparatione monaſterij in quacunq; earum neceſſitate habitare, aut ſecretas collocutiones habere preſumāt: neq; intra ſalutatoriū, aut oratoriū ingredi permittantur, precipuè Iudęi, non pro quorumcunq; negotiorum occaſione puellis intra monaſterium Deo dicatis aliquid ſecretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibidem habere præſumant.

Canon. 2.

VT nulla mulier in cubiculo epiſcopi abſq; duobus presbyteris, aut certè diaconis ingredi permittaт.

Canon. 3.

Sacerdotes ſecularia veſtimēta induere non debent. VT nullus clericus ſagum, aut veſtimenta, aut calciamenta ſecularia, niſi quod religionem deceat, inducre preſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem clericus, aut cum indecenti veſte, aut cum armis inuentus fuerit: à ſeniore ita coerceatur, vt triginta dierum incluſione detētus, aqua tantum, & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur.

Canon. 4.

VT Archiepiſcopus ſine pallio Miſsas dicere non præſumat.

Canon. 5.

Clerico nō licet aliū clericū corā iudice ſeculari accuſare. VT nullus clericus ad iudicē ſecularē quēcunq; alium fratrē de clericis accuſare, aut ad cauſam dicendā trahere, quocun-

quocunq; loco præſumat:ſed omne negotium clericorum, aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quicunq; clericus hoc implere diſtulerit, ſi iunior fuerit, vna minus de quadraginta ictus accipiat, ſi certè honoratior.30. dierum incluſione mulctetur.

Canon.6.

VT à feria ſancti Mártini vſque ad Natalem Domini, ſecunda, quarta, & ſexta ſabbati ieiunentur, & ſacrificiũ quadrageſimale, debito quemadmodum ordine celebrentur. In quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, vt nullus ſe fateaẽ per ignorantiã deliquiſſe. *De ieiunio aduẽt⁹ Dñi.*

Canon.7.

VT presbyteri, diaconi, vel de quolibet ordine cleri, ita epiſcopo ſuo obedientiæ deuotione ſubiaceant, vt non alibi dies feriatos, niſi in obſequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quòd ſiquis per quãcunq; contumaciam, aut per cuiuſcunq; patrociniũ hoc facere diſtulerit, ab officio ſegregetur. *De obediẽtia circa epm.*

Canon.8.

NEc Iudæi Chriſtianis populis iudices deputentur, aut telonarij eſſe permittantur, per quod illis Chriſtiani videantur eſſe ſubiecti. *De Iudæis.*

Can.9.

VT Iudæis à cœna Domini vſq; ad primam diẽ poſt Paſcha, ſecundum edictum bonę recordationis domini Childeberti regis per plateas, aut forum, quaſi inſultationis cauſa deambulandi licentia denegetur: & vt reuerentiam cunctis ſacerdotibus Domini, vel clericis impẽdant, nec ante ſacerdotes conſeſſum, niſi ordinati, habere præſumant. Qui hoc facere fortaſſe præſumpſerit à iudicibus locorum (pro vt perſona fuerit) diſtringatur. *Canõ hic deberet renouari.*

Can.10.

PRæſenti concilio (Deo authore) ſancimus quòd qui Iudęo deinceps debeat deſeruire, datis pro quolibet bono mancipio.12. ſolidis ipſum mancipium quicunq; Chriſtianus, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium licentiam habeat rediměndi: quia nefas eſt, vt quos Chriſtus Dominus ſanguinis ſui effuſione redemit, perſecutorum vinculis permaneant irretiti. Quòd ſi acquieſcere his, quæ ſtatuimus, quicunq; Iudęus noluerit, q̃diu ad pecuniam conſtitutam veni re diſtulerit, liceat mancipium ipſum cum Chriſtianis, vbi- *De mãcipiis Iudæorum.*

cunq; voluerit habitare. Can. 11.

De his, qui alios ad falſum teſtimonii attrahũt

ID etiam pari conniuentia placuit, vt ſi quis conuictus fuerit alios ad falſum teſtimonium, vel periurium attraxiſſe, aut quacunque corruptione ſolicitaſſe, ipſi quidem vſq; ad exitum non communicent. Hi verò, qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſt, ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur Can. 12.

De his, qui innocẽtes accuſant.

DE his verò, qui innocentes, aut coram principe, aut iudicibus accuſare conuicti fuerint: ſi clericus honoratior fuerit, ab officij ſui ordine degradetur: ſi verò ſecularis, communione priuetur.

Explicit Matiſconeñ. concilium primum.

Cõciliũ Matiſconeñ. 2.

MATISCONENSE CONCILIVM ſecundum, & eſt prouinciale.

Canon primus.

De obſeruantia diei dñicæ.

CVſtodire debemus diem Dominicam, quæ nos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus veſtrũ litium fomitibus vacet, nullus cauſarum actiones exerceat: nemo ſibi talem neceſsitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat. Eſtote omnes hymnis, & laudib⁹ Dei animo, corporeq; intenti. Si quis veſtrum proximam habeat eccleſiã, properet ad eandẽ, & ibi Dominico die ſemetipſum precibus, lachrymiſq; afficiat. Sint oculi, manuſq; veſtræ toto illo die ad Deum expanſæ: ipſe eſt enim dies requietionis perpetuus, ipſe nobis per ſeptimæ diei vmbram inſinuatus noſcitur in lege, & prophetis. Iuſtũ igitur eſt, vt hanc diem vnanimiter celebremus, per quã facti ſumus, quod non fuimus. Fuimus enim antè ſerui peccati, ſed per eam facti ſumus filij iuſtitiæ. Exhibeamus Dño liberam ſeruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris. Non quia hoc Dominus noſter à nobis expetit, vt corporali abſtinẽtia diem Dominicã celebrem⁹: ſed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus, ad cælum vſq; miſericorditer prouehat. Si quis igitur veſtrum, hanc ſalubrem exortationem paruipenderit, aut contemptui tradiderit: ſciat ſe pro qualitatis meritò principaliter à Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoque iræ implacabiliter ſubiacere. Si cauſidicus fuerit, irreparabiliter cauſam

cauſam mittet: ſi ruſticus, aut ſeruus grauioribus fuſtium ictibus verberabitur: ſi clericus, aut monachus menſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum.

Canon. 2.

PAſcha noſtrum, in quo ſummus ſacerdos, & Pontifex pro noſtris delictis immolatus eſt, omnes debemus feſtiuiſsimè colere, & in illis ſanctiſsimis ſex diebus, nullus ſeruile opus audeat facere. *De veneratione Paſchæ.*

Can. 3.

DEcernimus, vt extra tempora decreta baptiſmi, nullus filios ſuos baptizet, niſi infirmitas nimia, vel dies extremus compulerit filios ſuos baptiſmum ſuſcipere.

Canon. 4.

ITem ſtatuimus, vt omnibus Dominicis dieb⁹ altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis, quàm vini: vt per has immolationes, & peccatorum ſuorum faſtibus careant, & cum Abel, vel cæteris iuſtè offerentibus promereantur eſſe conſortes. *De oblatione altaris dieb⁹ dominicis. Gene. 4.*

Can. 5.

OMnes reliquas fidei ſanctæ catholicæ cauſas, quas temporis lõgitudine cognouimus deterioratas fuiſſe, oportet nos ad ſtatum priſtinum reuocare: ne nobis ſimus aduerſarij, dum ea, quæ cognoſcimus ad noſtri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut (quod nefas eſt) ſilentio prætterimus. Leges namq; diuinæ conſulentes ſacerdotibus, ac miniſtris eccleſiarum, pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt, decimas fructuum ſuorũ locis ſacris præſtare: vt nullo labore impediti, per res illegitimas ſpiritualib⁹ poſsint vacare miniſteriis. Quas leges Chriſtianorum congeries longis temporibus cuſtodiuit intemeratas. Vnde ſtatuimus, vt decimas eccleſiaſticis omnis populus inferat, quibus ſacerdotes, aut in pauperum vſum, aut captiuorum redemptionem prorogatis, ſuis orationibus pacem populo, ac ſalutem impetrent. Si quis autem cõtumax noſtris ſtatutis fuerit, à mẽbris eccleſię omni tẽpore ſeparetur. *De decimis fructuum locis ſacris præſtandi.*

Canon ſextus eſt. Ca. 29. concilij Carthaginenſis tertij, qui etiam corrigitur, per ca. 29. ſextæ ſynodi.

Canon. 7.

STatuimus inſuper, vt liberti eccleſiæ, per ſolos epiſcopos iudicentur.

Canon

Canon.8.

ITem decernimus,vt quicunq;,culpa compellente,aut potentum importuna non ſuſtinẽs,ſuæ gremium matris eccleſiæ petierit,in eodem loco inconcuſſè permaneat: nulli permittentes quolibet gradu dignitatis fũcto,fugitiuo in locis ſacris violentiam inferre. Can.9.

Humana temeritas in ſacerdotes Dei graſſari non debet.

STatuimus etiam,vt epiſcopus per ſecularem poteſtatem non iudicetur. Nefas eſt enim, vt illius manibus epiſcopus,aut iuſsione de eccleſia trahatur,pro quo ſemper Deum exorat:& cui inuocato nomine Domini,ad ſaluationẽ corporis,animæq; euchariſtiam ſępe porrexit. Hoc enim decretum à nobis præfixum,qui fuerit audacter trãſgreſſus: tam ipſe,quàm omnes,qui ei cõſenſerint,vſque ad generale concilium,anathemate de eccleſia ſeparentur.

Canon.10.

Clerici à laicis iniuriã pati non debẽt.

QVod de epiſcopis cenſuimus,vim obtineat, & in clero: vt neq; presbyter,nec diaconus,neq; ſubdiaconus de eccleſiis trahantur, aut iniuriam aliquam, inſcio epiſcopo eorum)patiantur:ſed quicquid quis aduerſus eos habuerit, in notitiam epiſcopi proprij perducat,& ipſe cauſam iuſtitia præeunte diſcutiẽs,an imo clericos accuſantis ſatisfaciat.

Canon.11.

Matt. 25. Paulus ĩ multis locis.

SEctatores hoſpitalitatis nos eſſe,non ſolùm Dominus Ieſus admonet,cùm ſe dicit in hoſpitem receptũ fuiſſe: ſed etiam eius Apoſtolus omnibus penè præceptis. Propterea beatiſsimi fratres,vnumquemq; noſtrum oportet,non ſolũ ſemetipſum ad hoc opus aptare: ſed etiam omniũ fidelium mentes,vt poſsint apud Deum miſericordiæ operibus pro noſtris peccatis intercedere,& nos ei per veram hoſpitalitatem recõciliari. Si quis ergo noſtrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis ſuæ ipſe prius cõprobauerit opere:indignationem diuinæ proculdubio incurret maieſtatis. Prædicetur hoc noſtræ mediocritatis ſtatutum in auribus omnium Chriſtianorum. Can.12.

De viduis & pupillis.

QVid autem ſcriptura diuina de viduis,& pupillis præcipiat,nobis clam non eſt. Ideoq; quia prouiſioni noſtræ(Deo authore)cauſæ principaliter viduarum, & pupillorum ſunt commiſſæ:decernimus,vt iudices non prius viduas

duas,& pupillos conueniant,niſi epiſcopo nunciarint, cuius ſub velamine degunt. Quòd ſi epiſcopus pręſens nõ fuerit,archidiaconus,& presbyter pariter ſedentes, communi deliberatione cauſis eorum terminos figant:ita iuſtè, & rectè,vt deinceps de talibus antedictæ perſonę non conquaſſentur. Quòd ſiquis iudex,aut impeditor eis iniuriam aliquam ingeſſerit,aut hanc definitionem tranſgreſſus fuerit, à communione ſuſpendatur. *Can.13.*

VOlumus igit,quòd epiſcopalis domus,quæ ad hoc inſtituta eſt,vt ſinè perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat:canes non habeat,ne fortè hi, qui in ea miſeriarum ſuarum leuamẽ habere cõfidunt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimentũ verſa vice ſuorum ſuſtineant corporum. Cuſtodienda eſt igitur epiſcopalis*habitatio,hymnis,non latratibus: operibus bonis, non morſibus venenoſis. Vbi igitur Dei eſt aſsiduitas cãtilenæ, monſtrum eſt,& dedecoris nota,canes ibi,vel accipitres habitare. *Can.14.*

Canõ hic noſtris tẽporib⁹ negligiti.

** Nota.*

EX interpellatione quorundam cognouimus,quòd calcatis canonibus,& legibus, hi, qui lateri regis adhærent, vel aliqui,qui potentia ſeculari inflantur,res alienas competere:& nullis ex ertis actionibus,aut conuinctionibus prærogatis,non ſolùm miſeros de agris, ſed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium conſulentes,decernimus,vt deinceps huius mali licentiam quiſpiam nõ habeat: ſed ſecũdum canonum, atq; legum tenorem cauſarum ſuarum actionem proponat : vt nullus miſerorum rebus ſuis per vim, aut aſſentationẽ quamlibet defraudetur. Illi autẽ, qui cõtra fecerint,procelloſi anathematis vltione plectant. *Canon. 15.*

Quòd nullus miſerorũ reb⁹ ſuis fraudetur.

STatuimus,vt ſiquis quempiam clericorũ honoratorum in itinere obuium habuerit: vſq; ad inferiorem gradum honoris veneranter illi colla ſubdat, prout is officio,& obſequia fideliſsima Chriſtianitatis iure promeruit. Et ſi quidẽ ille ſecularis equo vehitur,clericusq; ſimiliter: ſecularis galerum de capite auferat,& clerico ſynceræ ſalutationis manus adhibeat.Si verò clericus pedes graditur,& ſecularis vehitur equo : ilico ad terrã deſluat,& debitum honorem illi

De reuerẽtia pſtãda clericis.

ſyncerę

ſynceræ charitatis exhibeat. Qui verò horũ, quę ſpiritu ſancto dictante ſancita ſunt, trãſgreſſor fuerit, ab eccleſia, quãdiu epiſcopus illius eccleſiæ voluerit ſuſpendatur.

Canon. 16.

ILlud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere, vt quæ vxor ſubdiaconi, vel exorciſtæ, vel acolythi fuerat: mortuo illo, ſecundo ſe non audeat ſociare matrimonio. Quod ſi fecerit ſeparetur, & in cœnobiis puellarum Dei tradatur, & ibidem vſque ad exitum vitæ permaneat.

Canon. 17.

De his, qui ſepulchra reſerant.

COmperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulchra reſerare, & mortuos ſuos ſuperimponere: & aliorum (quod nefas eſt) pro mortuis ſuis religioſa loca vſurpare ſinè voluntate domini ſepulchrorũ. Ideoq; ſtatuimus, vt nullus deinceps hoc peragat. Quod ſi factum fuerit, ſecundum legem ſuper impoſita corpora de eiſdem tumulis reiactentur.

Can. 18.

INceſtam copulationem, in qua nec coniunx, nec nuptias rectè appellarè leges ſanxerunt, catholica deteſtatur eccleſia, & grauioribus pœnis eos afficere promittunt, qui natiuitatis ſuæ gradus libidinoſo ardore contemnentes in ſtercore, vt ſues teterrimi conuoluuntur.

Can. 19.

ITem ſtatuimus, vt ad locum vbi, pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt, nullus clericorum accedat.

Canon. 20.

DEcernimus etiam, vt ad ſynodum poſt triẽnij tẽpus oẽs conueniãt: & hoc adimplere ſolicitudinis ſit metropolitani Lugdunenſis epiſcopi, vnà cum diſpoſitione magnifici principis noſtri definientis locum, ad quem omnes congregentur. Si aliquis eorum cõtumax fuerit, aut excuſationem falſæ neceſsitatis inuenerit: volumus, vt vſque ad concilium generale à communione maneat alienus.

Acceſsit ad hæc edictum regis Guntranni inſigniter pium, de obſeruando die Dominico: & aliis ſtatutis ſecundæ ſynodi Matiſconeñ.

Expliciunt canones concilij Matiſconeñ.

Decreta Gregorij Papæ.

Gregori᷒. I. Pap. 64.

GRegorius natione Roman᷒, ex patre Gordiano ſedit annos

nos.13.menſes.6.dies.10. Hic expoſuit homilias euangeliorum.40.in Iob ſcripſit libros.35. in Ezechielẽ homilias. 22. paſtorale quoq;, & Dialogorum libros quatuor:ob idq; à Græcis Gregorius Dialogus dictus eſt. Edidit, & alia multa, quæ vulgo ſuo nomine circunferuntur. Sub Gregorio celebrata ſunt duo concilia Romæ, quæ habẽtur in Regiſtro, lib.4.cap.88. Celebratum eſt ſub eodem concilium Lateraneñ. de quiete, & libertate, atque exemptione nigrorum monachorũ.

Sabinianus Papa.

SSabinianus.65. Papa ſub Petro ſedit annum vnum, menſes.5.dies.11.nihil fecit memoria dignũ. Eius patria ignoratur. Succeſsit Gregorio, cuius res bene geſtas perpetuò auerſatus eſt. *Sabinian' pa. 65.*

Bonifacius.3.Papa.

BOnifacius tertius, patria Romanus, Papa.66. ſub Petro. Hic obtinuit à Phoca Imperatore, vt ſedes beati Petri, quæ caput eſt omniũ eccleſiarũ, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus: quem locum eccleſia Conſtãtinopolitana ſibi vendicare conabatur, fauentibus malis principibus, &, affirmantibus eo loco primam ſedem eſſe debere, vbi imperij caput eſſet. Quantum temporis ſederit Pontifex iſte diuerſitas eſt inter ſcriptores, nam ex Platina colligitur, quòd ſederit menſes.9. nõnulli quòd octo, cum dimidio, alij ꝙ ſederit annum vnum, dies.25. Alij verò annum vnum, menſes quinque, dies.28. Alij quòd menſe octauo, & die.22. ſui Pontificatus obierit. *Bonifacius Papa.66.*

Bonifacius.4.Papa.

BOnifacius quartus Papa.67. ſub Petro, natione Marſus, ſedit annos.6. menſes.7. dies.13. hic templum, quod veteres Pantheõ appellabant (quia omnibus diis commune eſſet) à Phoca Imperatore obtinuit, & conſecrauit in honorem beatæ Mariæ virginis, & omnium martyrum, eiectis prius Gẽtilium ſimulachris: vnde poſtea Virgo ad martyres appellata eſt. *Bonifacius Papa.67.*

Decreta Deuſdedit Papæ.

DEuſdedit Papa.68. ſub Petro, natione Romanus, ex patre Stephano ſubdiacono: hic ſedit annos tres, dies.23. ſub hoc floruit in Hiſpania Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus Leãdri ſucceſſor. Iſte Deuſdedit fuit vir ſanctitatis eximiæ. *Deuſdedit Papa.68.*

Cõcilium

ſub hoc pontifice celebratum eſt, eſtq; prouinciale cuius canones ſunt ſequentes.

Canon primus.

NOn liceat Calen. Ianuarij vecolo, aut ceruolo facere, vel ſtrenas diabolicas obſeruare: ſed in ipſa die ſic omnia beneficia tribuantur, ſicut & reliquis diebus. *Can. 2.*

VT omnes presbyteri ante Epiphaniam miſſos ſuos dirigant: qui eis de principio q̃dragesimæ nuncient, & in ipſa Epiphania ad populum indicent. *Can. 3.*

De ſuperſtitiõib⁹ quorũdam. NOn licet compenſas in domibus propriis, nec vigilias in feſtiuitates ſanctorum facere: nec inter ſentes, aut arbores ſacriuos, vel ad fontes vota exoluere. Sed quicunque votum habuerit, in eccleſia vigilet, & matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat, nec ſubtilia, aut pede, aut hominem lineo fieri penitus præſumat. *Canon. 4.*

De ſortilegiis, vel auguriis. NOn licet ad ſortilegos, vel auguria reſpicere, nec ad characteres, nec ad ſortes, quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt aſpicere: ſed quæcunque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

Canon. 5.

De vigiliis. OMnino & inter ſupradictas conditiones, vigilias, quas in honore Domini obſeruant, omnibus prohibemus.

Canon. 6.

De chriſmate. VT à media quadrageſimæ presbyteri Chriſma petant: & ſiquis infirmitate detentus venire non potuerit, ad archidiaconum ſuum, vel archiſubdiaconum trãſmittat, & Chriſmario, & linteo imponant, ſicut reliquiæ ſanctorum deportari ſolent. *Canon. 7.*

VT omnes presbyteri ad ſynodum in ciuitatem veniant, & Calen. Nouembribus omnes abbates ad concilium veniant. *Canon. 8.*

Extra vinũ nõ fiat cõſecratio ſanguinis Chriſti. NOn licet in altario in ſacrificio diuino mellitum (quod mulſum appellatur) nec vllũ aliud poculũ extra vinũ cum aqua mixtum offerre: quia ad grandẽ reatum, & peccatum pertinet presbytero illi, quicunq; aliud poculum extra vinum in conſecratione ſanguinis Chriſti offerre præſumpſerit. *Canon. 9.*

NOn licet in eccleſiis choros ſecularium, vel puellarum cantica

cantica exercere, nec conuiuia in eccleſia præparare: quia ſcriptum eſt, Domus mea domus orationis vocabitur. Matt.21.

Canon.10.

NOn licet ſuper vno altario in vna die duas miſſas dicere: nec in altario, vbi epiſcopus miſſas dixerit, presbyter in illa die miſſas dicat.

Canon.11.

NOn licet in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigiliam expedire: quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſolennitatibus. Can.12.

NOn licet mortuis, nec euchariſtiam, nec oſculum tradi, nec velo, neque palliis corpora eorum inuolui.

Canon.13.

NOn licet diacono velo, vel palla ſcapulas ſuas inuolui.

Canon.14.

NOn licet in baptiſterio corpora ſepelire.

Canon.15.

NOn licet mortuum ſuper mortuum mitti.

Canon.16.

NOn licet die Dominico boues iungere, vel alia opera exercere. Can.17.

QVicunq; ſe propria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore precipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntate ſe morti tradiderit, iſtorum oblata non recipiantur.

Canon.18.

NOn licet abſq; Paſchæ ſolennitate vllo tempore baptizare, niſi illos, quibus mors vicina eſt, quos grabarios dicunt. Quod ſi quis in alio pago, contumacia faciẽte, poſt interdictum hoc infantes ſuos ad baptiſmum detulerit, in eccleſias noſtras non recipiantur: & quicunq; presbyter ipſos extra noſtrum præceptum recipere præſumpſerit, tribus menſibus à communione eccleſiæ ſequeſtratus ſit.

Canon.19.

NOn licet presbytero, aut diacono, aut ſubdiacono, poſt acceptum cibum, vel poculũ miſſas tractare, aut in eccleſia, dum miſſæ dicuntur, ſtare. Can.20.

X Quod

QVòd ſi presbyter (quod nefas eſt dicere) aut diaconus, aut ſubdiaconus poſt acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium commiſerit, & archipresbyter hoc epiſcopo, aut archidiacono non intimauerit, integro anno non communicet. Can. 21.

NOn licet presbytero in vno lecto poſt acceptã benedictionẽ cum presbytera dormire, nec in peccato miſcere, nec diacono, nec ſubdiacono. Canon. 22.

NOn licet relictæ presbyteri, nec relictę diaconi, nec ſubdiaconi poſt eius mortem maritum accipere.

Canon. 23.

SI monachus in monaſterio adulterium cõmiſerit, aut peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit: & hoc Abbas per ſe non emendauerit, aut epiſcopo, aut archidiacono non intimauerit: ad pœnitentiam agẽdam in alio monaſterio retrudatur. Canon. 24.

NOn licet Abbati, vel monacho ad nuptias ambulare.

Canon. 25.

NOn licet Abbati filios de baptiſmo habere: nec monachis commatres habere.

Can. 26. Abbas non permittat mulieres monaſterium ingredi.

QVòd ſi quis Abbas mulierem in monaſteriũ ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus mẽſib⁹ in monaſterio trudatᷣ, pane, & aq̃ cõtẽtus.

A canone. 27. vſq; ad. 32. tantùm agitur de perſonis inter quas prohibitum eſt nuptias celebrare. Quod quidem omnibus notum eſt. Can. 33.

NOn licet presbytero, nec diacono ad trepalium vbi rei torquentur, ſtare. Canon. 34.

NOn licet presbytero in iudicio illo ſedere, vnde homo ad mortem tradatur. Can. 35.

NOn licet presbytero, aut diacono, vel cuiquã clericorũ de qualibet cauſa conclericum ſuum ad iudicem ſecularem trahere. Can. 36.

NOn licet mulieri nuda manu euchariſtiam ſumere, nec manum ſuam ad pallas dominicas mittere.

Ca. 37. Nullus cum excommunicatis communicet.

SI quis p̃sbyter, aut quilibet de clero, aut de populo excõmunica-

municatum abſq; voluntate ipſius, qui eum excommunica uit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit: ſimili ſententiæ ſubiacebit.

Canon. 38.

NOn licet presbytero inter epulas cantare, nec ſaltare.

Canon. 39.

VNaquæque mulier quando communicat, Dominicalem ſuum habeat. Quòd ſi quem non habuerit, vſq; in alium diem Dominicum non communicet.

Ca. 40. *Iudex ſecularis inconſulto epiſcopo nulli clericorum iniuriam inferat.*

QVicunq; iudex, aut ſecularis presbyterum, aut diaconũ, aut quẽlibet de clero, aut de iunioribus abſq; audientia epiſcopi, aut archidiaconi, aut archipresbyteri iniuriam inferre præſumpſerit, anno ab omnium Chriſtianorum cõſortio habeatur extraneus.

Ca. 41. *Parendum eſt præceptis archipresbyteri.*

SI quis ex ſecularibus inſtitutionem, aut commonitionem archipresbyteri ſui contumacia faciẽte audire diſtulerit, tãdiu à limitibus ſanctæ eccleſiæ habeatur extraneus, quãdiu tam ſalubrem inſtitutionem adimplere ſtuduerit. Inſuper, & multam, quam glorioſiſsimus Rex dominus præcepto ſuo inſtituit, ſuſtineat.

Expliciunt canones concilij Altiſiodorenſis.

Bonifacius. 5. Papa,

BOnifacius quintus Papa, natione Campanus Heraclio Impe. ſedit annos. 5. dies. 10. Hic Pontifex Campanos ſacrilegos ab eccleſiis excluſit: ſed ad eccleſias confugientes immunitate donauit. *Bonifaci⁹. 5. Ponti. 69.*

Sub hoc Pontifice Mahometus Arabs natus eſt ex patre Pagano, & ex matre Hebræa Hiſmaeliticigenetis. Qui magnum in Chriſtianum populum excitauit incendium. Qui cùm magnum ſe Dei prophetam aſſereret, magicis artibus Aſianos, & Aphricanos deludens, ita populos quoſdam concitauit noua à ſe religione imbutos, vt paulum abfuerit, quin omnino Imperij nomen deleret, capta Alexandria, multiſquè aliis Syriæ, & Ciliciæ vrbibus. Sarracenos ſectatores ſuos habuit. Qui annos natus penè 40. poſtquã *Mahometi origo, ĩgeniũ, & obitus.*

 tam

tam tetra peſte animos hominum infeciſſet, extinctus eſt. Viſitur in Perſidis vrbe Meca ferrea illius arca.

Honorius.1.Papa.

Honori⁹ primus Pō.70.

HOnorius primus Papa.70. natione Campanus ex patre Petronio viro cõſulari: ſedit annos.12.mẽſes.11.dies.17.Hic Ponti.eccleſias reſtaurans Heraclij permiſſu æreas Romuli ædis tegulas.S.Petro ſupertexit. Quo mortuo vacauit ſedes menſibus.19.

Cõciliũ Hiſpalẽſe ſecundum.

CONCILIVM HISPALENSE SEcundum, ſub die iduum Nouembrium circa tempora Honorij Papæ tempore Siſebuti regis. Eſtq; prouinciale.

Ca.1.Non eſt obiicienda præſcriptio, vbi neceſſitas intereſt hoſtilitatis.

PRima actione Theodolphi Malacitanæ antiſtitis eccleſiæ ad nos oblata precatio eſt: aſſerentis antiquam eiuſdem vrbis parochiam militaris quodã hoſtilitatis diſcrimine fuiſſe deciſam, & ab aliis eccleſiis eſſe remotã. Pro qua re placuit, vt oĩs parochia, quæ ab antiqua diuione ante militarem hoſtilitatẽ retinuiſſe eccleſiã ſuã quiſquis cõprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut enim per legẽ mundialẽ his, quos Barbarica ſeueritas captiua neceſsitate tranſuexit, poſtliminio reuertẽtibus redditᷣ antiqua poſſeſsio: ſic eccleſia receptura eſt parochiam, quam antea tenuit cum rebus ſuis. Non enim erit obiicienda præſcriptio tẽporis, vbi neceſsitas intereſt hoſtilitatis.

C.de capt.& poſtlimin.l. ſi quos.

Ca.2.Legitimus ſi deficiat limes, præſcriptio longi temporis ſilentium repetenti imponit.

PLacuit, vt ſi in diœceſi epiſcopi poſsidentis ſitam baſilicam veteribus ſignis limes præuiſus monſtrauerit, eccleſiæ, cuius eſt ius retentionis, ſit ęternum Dominium. Quòd & ſi limes legitimus eandem baſilicam non recludit, & tamen longi temporis probatur obiecta præſcriptio, appellatio repetentis epiſcopi non valebit: quia illi triennalis obiectio ſilentium imponit. Sin verò infra metas triennalis temporis extra alienos terminos baſilicę iniuſta retentio reperitur, repetentis epiſcopi iuri ſinè mora reſtituetur.

Ca.3.De deſertoribus clericis, vt epiſcopis ſuis reſtituantur.

PLacuit, vt ſiquis clericus in miniſteriis eccleſiæ propriæ deſti-

deſtitutus ad aliam tranſitum fecerit:compellente (ad quẽ fugerit) ſacerdote ad eccleſiam,quam prius incoluerat, remittatur. Qui verò eum ſuſceperit,nec ſtatim ſinè vllo niſu exceptionis ad propriam eccleſiam remittendum elegerit, quandiu eum reſtituat,cõmunione ſe priuatum agnoſcat. Deſertorem autem clericum cingulo honoris, atq; ordinationis ſuæ exutum,aliquo tempore monaſterio relegari cõuenit:ſicq; poſtea in miniſterio eccſiaſtici ordinis reuocari.

Ca.4.Bigami ad presbyterum, vel diaconatum non ſunt promouendi.

NVnciatũ eſt nobis apud Aſtigitanam eccleſiam quaſdam nuper ordinationes illicitas extitiſſe:ita vt quidã viduarum mariti leuitarum miniſterio ſacrarentur. Quos quidem conuenit à gradu ſuſcepto in irritum deuocari: nec vltra prouehi ad diaconij miniſterium, qui contra diuina, atq; eccleſiaſtica iura inſtituti reperiuntur.

Ca.5.Presbyteri non præſumant ordinare.

RElatum eſt nobis de quibuſdam clericis, quorum dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium ſacrarentur,epiſcopus oculorum dolore detentus,fertur manum ſuam ſuper eos tantùm impoſuiſſe: & presbyter quidam illis,contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Qui licet propter tantam audaciam poterat accuſatus damnari,ſi adhuc viueret:ſed quia iam ille examini diuino relictus,humano iudicio accuſari non poteſt, hi, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij,vel leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt,amittant. D.23.Quorũ dã clericorũ.

Ca.6.Presbyteri, vel diaconi ab vno epiſcopo non ſunt deponendi.

COmperimus quendam presbyterum à Põtifice ſuo iniuſtè olim deiectum, & innocentem exilio condemnatum.Ideo decreuim⁹(iuxta priſcorũ patrũ decretũ) ſynodali ſnĩa nullus noſtrum ſinè cõcilij examine,deiiciẽdũ quẽlibet presbyterum,vel diaconum audeat.Epiſcopus enim ſacerdotibus, & miniſtris ſolus honorem dare poteſt: auferre ſolus nõ poteſt.Tales enim neq; ab vno dãnari, nec vno iudicante potuerunt honoris ſui priuilegiis exui:ſed præſentati ſynodali iudicio,quod canõ de illis præceperit,definiri.

Ca. 7. Prohibita chorepiſcopis, & presbyteris.

RElatum eſt nobis, Agapium Cordubenſem epiſcopum, frequēter chorepiſcopos, vel p̄ſbyteros deſtinaſſe (qui tamen iuxta canones vnum ſunt) qui abſente Pontifice altaria erigerēt, baſilicas cōſecrarēt: quod quidem nō eſt mirum id præcepiſſe virū, eccleſiaſticæ diſciplinæ ignarum. Ergo, ne vltra talis à nobis licentia vſurpetur, cōmuni ſentētia ſtatuendū oportuit: ſciētes, quia ſicut presbytero, vel chorepiſcopo illicita cōſecratio eſt altaris, ita & cōſtitutio. In diuinis enim literis, præcipiente Dño, ſolus Aarō in tabernaculo erexit altare, ſolus ipſe vnxit: quia ſummus Dei ſacerdos erat: ſicut ſcriptum eſt de eo: Moſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. Ideoq; id, quod tantū facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt (quorum typum Moſes, & Aarō tenuerūt) presbyteri, qui filiorum Aaron geſtāt figuram, arripere nō præſumant. Nam q̄uis cum epiſcopis plurima illis myſteriorū cōmunis ſit diſpēſatio, quædā tamen authoritate veteris legis, quædam nouellis, & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint. Sicut presbyterorū, & diaconorum, ac virginum conſecratio. Cōſtitutio altaris, benedictio, vel vnctio, ſiquidem nec liceat eis benedicere eccleſiam, vel altaria conſecrare, nec per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, vel conuerſis ex hæreſi ſpiritum ſanctum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frōtem ſignare: ſed nec publicè quidem in miſſa quenquā pœnitentem recōciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc omnia illicita eſſe presbyteris, quia pōtificatus apicem non habent, quem ſolis deberi epiſcopis, authoritate canonū præcipitur: vt per hoc, & diſcretio graduū, & dignitatis faſtigiū ſummi Pontificis demōſtret. Sed nec corā ep̄o licere eis in baptiſterium introire, nec p̄ſente Antiſtite infantē tingere, aut ſignare, nec pœnitentem ſinè præcepto ep̄i ſui reconciliare, nec eo præſente ſacramētū corporis, & ſanguinis Chriſti cōficere, nec eo coram poſito populū docere, vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem vtique exhortari. Quę omnia eis à ſede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur.

Aarō ſumm⁹ Dei ſacerdos.
Pſal. 98.
Presbyteri q̄ filiorū Aarō geſtant figuram.
Prohibita chorep̄is, & p̄sbyteris eccleſiaſticis ſacramentis.

Ca. 8. Ob ingratitudinem liberti libertate priuentur.

STatuimus, vt qui ab epiſcopo ſuo libertati traditi ſunt, ſi immediate

Hic cauō di-

immemores beneficij accepti,ei ingrati ob ſuperbiam ſuam exttiterint,in ſeruitutem reuocentur:vt quorũ libertas perniciosa eſt,ſit ſalutifera ſeruitus. *ſcuſſ⁹ eſt pro pter Heliſeũ Agabrẽſis ecclesie.*

Ca.9.eſt ca.25.Concilii Calcedonenſis.

Ca.10. *Anathemate feriuntur monaſteriorum expoliatores.*

SI quis noſtrum,vel nobis ſuccedẽtium ſacerdotũ quodlibet monaſteriũ,aut vi cupiditatis expoliãdũ,aut ſimulatione aliqua fraudis conuellendum,aut diſſoluendum tentauerit, anathema effect⁹ maneat, & à regno Dei extrane⁹: nec proficiat illi bonum fidei,vel operis ad ſalutem,qui tantæ,& tã ſalutaris vitæ deſtruxerit tramitem.Super hos etiã vniuerſi illius prouinciæ epiſcopi congregati, eundẽ ſacrilegum, cœtusq; ſui euerſorem à communione ſuſpendant: & quod impiè vnus ſubuerterit,omnes reſtaurent. *Salutaris vitæ via,monaſtica vita.*

Ca.11. *Vt virginum monaſteria, monachorum curæ committantur.*

DEcreuimus,vt monaſteria virginum,monachorum adminiſtratione gubernẽt.Tunc enim ſalubria Chriſto dicatis virginibus prouidemus,quando eis patres ſpirituales eligimus:quorũ nõ ſolũ gubernaculis tueri,ſed etiam doctrinis ędificari poſsint.Ea tñ circa monachos *cautela ſeruata:vt remoti ab earũ familiaritate maneãt.Sed nec Abbati,vel ei,qui præficit, extra eã,quæ præeſt,loqui virginibus Chriſti aliquid , quod ad inſtitutionem morum non pertineat,licebit:nec cũ ea ſola,quæ præeſt,frequenter eis loqui oportet:ſed ſub teſtimonio duarum,vel trium ſororum: ita, vt rara ſit acceſsio , & breuis omnis locutio. Abſit enim,vt monachos (quod dictu etiam nefas eſt) Chriſti virginibus familiares eſſe velimus : ſed eos tantum earũdẽ gubernaculis deputamus,conſtituentes,vt vnus monachorum probatiſsimus eligatur,cuius curæ ſit prædiis earum ruſticis , vel vrbanis intendere,fabricas extruere &c. vt Chriſti famulæ ſolis diuinis cultib⁹,operibusq; ſanctis inſeruiant. Sanè is, qui ab Abbate præponitur,iudicio ſui epiſcopi comprobetur. Veſtes autem illæ iiſdem cœnobiis faciant, à quib⁹ tuitionẽ expectãt: & ab eiſdẽ denuò laborũ fruct⁹,& pcuratio nis ſuffragiũ recepturę. Siq monachorũ cõtrafecerint,ſciãt, q eorũ temeritas excõicationis ſit plectẽda cẽſura. *Nota.* * *Nota.*

Can.12. IN iſto canone hæreſis cuiuſdam epiſcopi, Acephalorum *Iſte epũs natione erat Syr⁹.*

abnegantis proprietatem duarum naturarum in Chriſto, & aſſerentis deitatem paſsibilem, damnatur: & eiuſdem epiſcopi conuerſio ad fidem deſcribitur.

Canon.13.

In hoc canone agitur de duab⁹ ī Chriſto naturis & vna perſona.

TErtia decima proſecutione breuiter narrãdum putauimus, ad refutationem eorundem hęreticorum, qui duas naturas Chriſti, poſt vnionẽ delirãtes cõfundunt, & paſsibilem in eo diuinitatis ſubſtantiã aſſerunt. Cõtra quorum blaſphemias oportet nos in vna perſona Chriſti geminæ naturæ proprietatem oſtendere: paſsionẽq; eius in ſola humanitatis ſuſceptione manifeſtare, vt ſi fortè aliqui ſtultorum hui⁹ ſentẽtiæ errore decepti ſunt, dũ iſta legerint, reſipiſcãt: rectæq; fidei veritatem firmiter teneãt. Ergo (ſicut immaculata fides, & ſancta Dei eccleſia docet) cõfitemur Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum æternaliter ex patre Deum natum: temporaliter ex vtero glorioſæ virginis Mariæ hominẽ editum, & ob hoc in vna perſona duas naturas habentem, deitatis, qua ante ſecula genitus eſt, & humanitatis, qua in tempore editus eſt. Cuius geminæ naturę diſtinctio primùm ex literis legis, deinde ex Prophetis, & Euangelicis, atq; Apoſtolicis depromenda eſt paginis: vt ea, quæ aſſerimus, nõ argumentis, ſed exemplis ſcripturarum firmemus. Primò ex
Exod. 23. illo: Ecce mitto angelum meum, qui præcedat te. Obſerua eum &c. quia eſt nomen meum in illo. Hic diuina demonſtratur natura. Et illud: In ſemine tuo benedicentur omnes
Gene. 22. gentes. i. in carne Chriſti, quæ de Abrahæ ſtirpe deſcendit. Hic humana demonſtratur natura. Secundò in Pſal. Dauid ſub vna Chriſti perſona ſic oſtendit vtranq; naturam, diui-
Pſal. 109. nam ſecundum illud: Ex vtero ante luciferum genui te. Hu-
Pſal. 86. manã, ibi: Homo natus eſt in ea. Rurſus diuinã, ibi: Eructa-
Pſal. 44. uit cor meum verbum bonum. Humanam, ibi: Specioſus
Ibidem. forma præ filiis hominum. Tertiò Iſai. Sub vna eademq; Chriſti perſona, vtranque oſtendit naturam. Deitatis, ibi:
Iſai. 66. Nunquid qui alios parere facio, ipſe non pariam? Humani-
Iſai. 7. tatis verò, ſecundũ illud: Ecce virgo in vtero concipiet, & pa-
Iſa. 45. riet filium. Rurſus, Deitatis: Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Humanitatis, ibi: Aperiatur terra, & ger-
Iſai. 9. minet Saluatorẽ. Et iterum. Humanitatis, ibi: Paruulus na-

tus

tus eſt nobis. In Euangelio quoq; in vno, eodemq; Chriſto *Ioan.10*
diuinæ naturæ ſignificatio: Ego, & pater vnum ſumus. Hu- *Ioan.14.*
manæ naturæ inſinuatio ibi: Pater maior me eſt. Item diui- *Ioan.14.*
næ naturæ ibi: Ego ſum via, veritas, & vita. Humanæ natu *Matth.26.*
ræ: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Paulus quoq; Apo
ſtolus in vno, eodemq; Chriſto naturam diuinitatis expri-
mit ibi: Primogenitus omnis creaturæ. Ipſe eſt ante omnes. *Coloſ.1.*
Humanitatis, cum dixit: Ipſe eſt caput corporis eccleſię. De *Ibidem.*
paſsione verò, quam in ſola humanitate, nõ in deitate ſuſti-
nuit, legis, & prophetarum authoritas: Euangeliorum, &
Apoſtolorum prędicatio adhibẽda eſt. Ex Prophetis illud:
Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium *Gene.49.*
ſuum. Quid hic palliũ, quid ſtola, niſi caro Chriſti, paſsio-
nis ſanguine decorata? Et alia multa, quæ ſuperuacaneum
eſt referre. Probatur ergo veteri, ac noui Teſtamenti teſti-
moniis, in quibus duę naturæ Chriſti patefactę ſunt in vna
ſubſiſtentes perſona, in quibus & paſsio eius apparuit in
homine ſolo expleta: deinde oportuit ſententias ſubnecti
ſanctorum patrum, qui in ſacris literis ingenti gloria reful-
ſerunt, vt etiam eorum traditione perpateat, quia Dominus
noſter Ieſus Chriſtus ex duab⁹ naturis, & vna perſona ſub-
ſiſtit, & quia mortẽ, & paſsionẽ in ſola carne ſuſcepit.

Recenſentur ad hoc Hilarius, Ambroſius, Gregorius Nazianzenus, Baſilius, Cyrillus, Athanaſius, Auguſtinus, Leo Papa, Fulgentius: quorum etiam teſtimoniis concluditur queſtio.

Hæc quidem, quę tam diuinæ ſcripturæ, quàm etiam ſanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis noſtris breuiter inſerta protulimus: demonſtrantes geminam carnis, & deitatis naturam in vna Domini, & ſaluatoris noſtri perſona, paſſum quoq; eundẽ in ea natura, quæ corporis eſt: non tamen paſſum in ea natura, quæ deitatis eſt. His ergo concordi ſententia in tribus ſecretariis definitis pro confirmatione ſui propriam ſubſcriptionẽ ſubiecimus. Iſidorus Chri-
ſti nomine eccleſiæ Hiſpalenſis epiſcopus ſubſcripſi. Ma- *Subſcriptio*
lacitanus epiſcopus, Corduben̄. epiſcopus, & cæteri omnes *epiſcoporum*
fecerunt ſimiliter.

Expliciunt canones ſecundi Concilij Hiſpalẽſis.

Conciliū Toletanum. 4. CONCILIVM TOLET. QVARTVM SVB Honorio.1.Papa,& anno.3.regnāte Siſennādo Rege celebratū eſt ab omnibus epiſcopis Hiſpaniç,& Galliciç,Aera.681.

Præfatio. CVm cōueniſſemus ſacerdotes Dñi apud vrbem Toletanam,vt Regis Imperiis,atq; iuſsis cōmoniti à nobis agitaretur de quibuſdā eccleſię diſciplinis tractatus:primū gratias ſaluatori noſtro Deo omnipotenti egimus. Poſt hęc antefato miniſtro excellentiſsimo,& glorioſo Regi,cuius tanta erga Deum deuotio extat,vt non ſolū in rebus humanis:, ſed etiā in cauſis diuinis ſolicitus maneat. Hic quippe dum in baſilica beatiſsimę,& ſanctę martyris Leocadię omnium noſtrū pariter iam cœtus adeſſet, pro merito fidei ſuę cum magnificentiſsimis,& nobiliſsimis viris ingreſſus:primum coram ſacerdotibus Dei humi proſtratus,cum lachrymis,& gemitibus pro ſe interueniendum Dño poſtulauit. Deinde religioſa proſecutione ſynodum exhortatus eſt:vt paternorum decretorū memores, ad conſeruanda in nobis iura eccleſiaſtica ſtudiū præberemus, & illa corrigere, quæ, dum per negligentiā in vſum venerunt, contra eccleſiaſticos mores licentiam ſibi de vſurpatione fecerunt. Talibus eius monitis cōgaudentes,neceſſariū extitit(iuxta eius,noſtrumq; votum)quę competunt tractare. Et quoniā generale Concilium agimus, oportet primùm noſtræ vocis ſermonem de cęlo eſſe,vt poſt profeſsionē fidei ſequētia operis noſtri nota quaſi ſuper fundamentum firmiſsimum diſponantur.

Deuotio Siſenandi.

Can. 1. De oratione, & fidei confeſsione.

Explicatur, Deſcendit ad inferos. IN iſto primo canone pronūciatur publicè generalis profeſsio omniū pertinentiū ad fidē per formā ſymboli. Specialiterq; explicatur illud ſymboli: Deſcendit ad inferos,vt ſanctos,qui ibi tenebanť,erueret: per quē & nos ſumꝰ in nouiſsimo die reſuſcitādi in ea, qua nūc viuimꝰ carne,& in ea, qua reſurrexit idē Dñs forma:percepturi ab ipſo,alij pro iuſtitię meritis vitā æternā,alij pro peccatis ſuppliciū æternū, Quę omnia in aliis ſymbolis explicitè non ſunt tradita.

Canon. 2. Diuerſitas in his, quæ ad religionem pertinent, prohibetur.

Nulla res magis diſciplinæ mores ab eccleſia depulit, quā inordinata diuerſitas officii. PLacuit,vt vnus ordo orādi, atq; pſallendi à nobis per omnem Hiſpaniā,atq; Galliciam conſeruetur. Vnus modus in Miſſarum ſolennitatibus,vnus in veſpertinis officiis,nec diuerſa

diuerſa ſit vltra in nobis eccleſiaſtica conſuetudo: quia in vna fide continemur, & regno.

Canon.3. Statuitur formula pro conciliis celebrandis.

STatuimus, vt ſaltem ſemel in anno à nobis Conciliũ celebretur: ita tamen, vt ſi fidei cauſa eſt, aut quęlibet alia eccleſię cõmunis, generalis totius Hiſpanię, & Gallicię ſynodus celebretur. Si verò talis non extiterit cauſa, ſpeciale erit Conciliũ. Oẽs autẽ, qui cauſas aduerſus quoſcunq; habere noſcuntur, ad idem Conciliũ concurrãt: & pro cõpellendis quibuſcũq; perſonis quidã executor à Principe poſtuletur &c. Deinde annotatur modus obſeruandus in Concilio celebrando, & in tractandis rebus ſynodalibus.

Can.4. De ſolennitate Paſchali.

PLacuit, vt ante tres menſes Epiphaniarum, metropolitani ſacerdotes literis ſe inuicem inquirant, vt diẽ reſurrectionis Chriſti comprouincialibus ſuis inſinuent, & vno tẽpore celebrandũ annuncient. *Supra in Conci. Aurel. 4. cap. 1.*

Can.5. De baptiſmi ſacramento.

IN iſto canone docetur, q̃ in vſu baptiſmi teneatur modus ille, quẽ Gregorius primus cõſultus à Leandro epiſcopo Hiſpano definiuit. ſ. vt ſiue trina, ſiue ſimpla merſione, fuerit infans baptizatus, cenſeaẽ baptizatus: quia in illa trina merſione triduanę ſepulturę ſacramẽta ſignificamus: vt dũ tertiò infãs ab aq̃s educiẽ, reſurrectio triduani tp̃is exprimiẽ: etiã & trinitas deſignaẽ. In ſimpla verò merſione vnitas ſubſtãtię in Trinitate datur intelligi. Ne tñ hęreticis videamur cõſentire (qui tertiò mergũt) dum eorũ morẽ ſeruamus: cautum eſt, ne in Hiſpania fiat baptiſmus niſi in vna merſione. *Lib. 1. Regiſtri, epiſt. 41 De cõſe. d. 4. De trina merſione. De cõſe. d. 4 C propter vitandum.*

In reſiduo capituli declaratur pulchrè myſterium, quare in vna merſione debeat fieri baptiſmus.

Can.6. Vt paſsio Chriſti populis prædicetur.

STatuimus in ſexta feria paſsionis Domini, myſteriũ crucis, quod ipſe Dominus cunctis annunciandum voluit, prędicari, atq; indulgentiam criminum clara voce omnem populum pręſtolari: vt pœnitentię compunctione mundati, venerabile feſtum Dominicę reſurrectionis, remiſsis iniquitatibus ſuſcipere mereamur: corporiſq; eius, & ſanguinis ſacramentum mundi à peccato ſumamus. *Matth. 16. d.*

Can.7. In die paſsionis Chriſti ieiunium ſolui non debet.

Quicunq;

QVicunq; in die paſsionis Domini ieiunium, præter paruulos, ſenes, & languidos ante peractas indulgentię preces ſoluerit, à paſchali gaudio, depellatur: nec in eo ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſsionis eius per abſtinentiam non honorauit. *Can.* 8.

Exprimitur cauſa, benedictionis cerei in vigilia reſurrectionis Domini.

LVcerna, & cereus in vigilia ſacræ reſurrectionis ꝓpter glorioſum noctis ipſius ſacramentum ſolenniter benedicatur: vt ſacræ reſurrectionis Chriſti myſteriũ, quod tempore huius noctis votiuè aduenit, benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus. *Canon.* 9. *De efficacia orationis Dñicæ.*

Matth. 6.

NOnnulli ſacerdotum in Hiſpania reperiuntur, qui Dominicam orationẽ, quam ſaluator noſter docuit, & pręcepit, non quotidie, ſed tantùm die Dominica dicunt. Attamen, quia quotidiana oratio eſt, quotidie quoq; vt detur, dici oportet. Delet enim hæc quotidiana oratio minima, & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus vita fideliũ (etiam ſceleratè geſta) pœnitendo in melius diſcedit mutata. Quiſquis ergo ſacerdotum, vel ſubiacentium clericorũ hanc orationem quotidie, aut in publico, aut in priuato officio prætererit, ordinis ſui honore priuetur.

Pro confirmatione huius canonis adducitur. Cyprianus in ſermone de oratione Dominica. Hilarius, & Auguſtinus in libro Enchiridion vltra medium.

Canon. 10. *In quo tempore Alleluia decantari debeat.*

STatuimus, vt in omnibus diebus quadrageſimæ Alleluia non cantetur, quia tẽpus mœroris eſt. In tẽporibus verò reliquis, id eſt, Caleñ. Ianuarij, quæ propter errorem Gentilium aguntur, omnino Alleluia non decantabiť. In quibus etiam pręter piſcem, & olus, ſicut & in illis quadraginta diebus cęteris carnibus abſtinetur, & à quibus etiã nec vinum bibitur. Si quis ergo epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus contrafecerit, ordinis ſui officio carere cogatur, & communione eiuſdem Paſchæ priuetur.

Canon. 11. *Vt poſt Euangelium decantentur laudes.*

ITem decreuimus, vt in Miſsa laudes poſt epiſtolam non decantentur, donec prędicetur Euangelum. Nam laudes ideo euangelium ſequuntur propter gloriam Chriſti, quę per idem Euangelium prędicatur. Qui verò hunc ordinem pertur

perturbauerint, excommunicationis pœnam ſuſcipiant.

Canon. 12. De Hymnis canendis.

DE hymnis, & pſalmis etiam canẽdis publicè in eccleſia, *Matth. 26.*
& ſaluatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum: Et *Ephes. 5.*
hymno dicto &c. Paulus hoc etiam docet: Implemini Spiritu ſancto loquẽtes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis &c. Et quia nonnulli hymni humano ſtudio in laudẽ Dei compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos Hilarius, & Ambroſius ediderunt: quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, pro eo, quod de ſcripturis ſanctorũ canonũ, vel Apoſtolica traditione non exiſtunt. Reſpuant ergo illum hymnum ab hominibus compoſitum, quem in fine omnium pſalmorum dicimus. Gloria, & honor patri, & filio, & Spiritui ſancto &c? Similiter & totum illud, quod ſequitur poſt Angelicum hymnum. Gloria in excelſis Deo &c. Quod tamen eccleſiaſtici doctores compoſuerũt? Ergo nec ipſi in eccleſiis canẽdi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarum libris non inueniuntur? Componũtur Miſsæ, ſiue preces, vel orationes, ſiue commẽdationes, ſeu manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantentur in eccleſia, vacant omnia officia eccleſiaſtica. Admonet enim hęc fieri, atq; hortatur Apoſtolus Timotheum dicens: Obſecro igitur primò omnium fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarũ actiones. Excõmunicatione ergo plectendi ſunt, qui hymnos reiicere fuerint auſi. *1. Timo. 2.*

Canon. 13. De Hymno trium puerorum.

HYmnum quoq; trium puerorum, in quo vniuerſa cæli, & terræ creatura Deum collaudat, & quem eccleſia tota catholica per totum orbem diffuſa celebrat, publicè ſanctum Concilium decantari inſtituit. *De hymno trium puerorum.*

Canon. 14. Quid in fine Pſalmorum dicendum.

STatuimus, vt in fine pſalmorum, non gloria patri, ſed gloria, & honor patri dicatur, Dauid dicente: Afferte Domino gloriam, & honorem. Et Ioan. Euange. audiuit vocem dicentem: Honor, & gloria Deo noſtro &c. Qui verò hoc prętereierit, excommunicetur. *Pſal. 28.* *Apoca. 5.*

Canon. 15.

STatuimus, vt Gloria. in fine Reſponſoriorum in lætis ſequatur: In triſtioribus verò, repetatur principium,

Canon. 16. De libro Apocalypſeos.

Apoca

APocalypſim librum multorũ Conciliorũ authoritas, & ſynodica ſanctorũ præſulum Romanorũ decreta Ioannis Euãgeliſtę eſſe preſcribunt: & inter diuinos libros recipiendum conſtituerũt. Et quia plurimi ſunt, qui eius authoritatẽ non recipiunt, eumq; in eccleſia Dei prædicare cõtemnunt; ſi quis eum deinceps aut non receperit, aut à Paſcha vſq; ad Pentecoſtẽ Miſſarum tempore, in eccleſia non prędicauerit, excommunicationis ſententiam habebit.

Canon.17. Quo loco, & tempore communicandum.

NOnnulli ſacerdotes poſt dictam orationẽ Dominicã ſtatim communicant, & poſtea benedictionẽ in populo dant: quod deinceps interdicimus: ſed data benedictione ad populum, tunc corporis, & ſanguinis Dñi ſacramentum ſumatur: eo videlicet ordine, vt ſacerdotes, & Leuitæ ante altare cõmunicent, in choro clerus, extra chorum populus.

Can.18. A quibus debet eſſe immunis, qui in epiſcopum ordinatur.

D.51. Qui aliquo crimine — IN iſto canone notantur, qui ſunt indigni ad honorẽ ſacerdotij: quos ius nunc vocat irregulares. Inter quos etiam

*Nota. — recenſentur & iſti, qui muneribus *honorẽ obtinere moliuntur. Qui à deceſſoribus in ſacerdotiũ eliguntur. Qui inſcij literarũ ſunt. Qui nondũ ad.xxx annos peruenerunt. Qui nec à clero, nec à populo propriæ ciuitatis electi ſunt. Qui verò probatus inuentus fuerit, ab vniuerſis comprouincialibus epiſcopis, aut certè à tribus in ſacerdotem die Dominica conſecrabitur. Epiſcopus verò cõprouincialis ibi conſecrandus eſt, vbi metropolitanus elegerit: metropolitanus autem non niſi in ciuitate metropoli, cõprouincialibus ibi conuenientibus. Si quis autem ad gradum ſacerdotij indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.

Canon.19. Quo tempore in veteri lege Leuitæ ordinabantur.

DEcreuimus, vt.25. annorum ætatis leuitæ conſecrentur,

D.77. In veteri lege. Nume.7. 1.Timo.3. — &.30. presbyteri ordinentur: ita vt ſecundũ pręceptum Apoſtolicum probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Quoniam & in veteri lege ab anno.25. Leuitæ in tabernaculo ſeruire mandantur.

Canon.20. De ſacerdotibus, quales eſſe debeant.

QVicunq; in ſacerdotio Dei poſiti ſunt, irreprehenſibiles

les eſſe debent, Paulo atteſtante: Oportet epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe. Inoffenſos ergo, & immaculatos decet Dei exiſtere ſacerdotes: nec vllius eos fornicationis cõtagio pollui. Abſtineamus ergo nos ab omni opere malo, vt mundi corpore, purgati mente, poſsimus ad ſacrificium Chriſti digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

Canon. 21. De eiſdem.

QVanuis conſcientiã purã apud Deum nos habere oporteat: tamen & apud homines famam optimam cuſtodire oportet. Ideo conuenit epiſcopos teſtimonium probabilium perſonarũ conuerſationis, & vitę in conclaui ſuo habere: vt & Deo placeant per conuerſationẽ bonã, & eccleſię per optimam famam. *Rom. 12. d. & 2. Corin. 8. d.*

Canon 22. De presbyteris, & leuitis.

SImiliter placuit, vt quẽadmodũ Antiſtites, ita presbyteri, atq; Leuitę, quos forte infirmitas, atq; ętatis grauitas in cõclaui ſuo manere non ſinit: vt & iidẽ in cellulis ſuis teſtes vitæ habeant, vitamq; ſuã ſicut nomine, ita meritis teneant.

Can. 23. Quòd adoleſcentes probatiſsimo ſeniori deputentur.

OMnis ætas ab adoleſcentia prona eſt in malum. Nihil enim incertius, quàm vita adoleſcentium. Ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui in clero impuberes, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno conclaui commaneant: vt lubricæ ætatis annos, non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant: deputati probatiſsimo ſeniori, quem & magiſtrum doctrinæ, & teſtem vitæ habeant. *12. q. 1. Omnis ætas. Gene. 6. d. Prouer. 30.*

Can. 24. Quòd ſacerdotibus maximè ignorantia vitanda eſt.

IGnorantia mater cunctorum errorum maximè in ſacerdotibus Dei euitanda eſt, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus, dicens ad Timotheum: Attẽde lectioni, & exhortationi &c. Sciãt ergo ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones meditẽtur: omne opus eorum in prædicatione diuina, & doctrina cõſiſtat: atq; ędificent cunctos, tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina. *D. 38. Ignorantia mater. 1. Timoth. 4*

Canon. 25. Quòd officialem libellum ab epiſcopo accipiant presbyteri cum ordinentur.

QVando presbyteri in parochiis ordinãtur, libellũ officialẽ à ſuo ſacerdote accipiãt: vt ad eccl'as ſibi deputatas, inſtructi *D. 38. Quando presbyteri.*

inſtructi accedant, ne per ignorantiã etiã in ipſis diuinis ſacramentis Chriſtũ offendant: ita vt quando, vel ad litanias, vel ad conciliũ venerint, rationẽ epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent.

Canon. 26. De caſtitate ſeruanda tempore ſuæ ordinationis presbyteri, & diaconi votum emittant.

In Decre. Iuo. lib. 3.

QVando presbyteri, aut diaconi per parochias conſtituuntur, oportet eos primum profeſsionem ſuo epiſcopo facere, vt caſtè, & purè viuant ſub Dei timore: vt dum eis talis profeſsio obligauerit, vitæ ſanctæ diſciplinã retineant.

Canon. 27. Presbyteri iniuſtè depoſiti, quomodo in priſtinum reſtituantur ſtatum.

EPiſcopus, presbyter, aut diaconus à gradu ſuo iniuſtè deiectus, ſi in ſancta ſynodo innocens inueniatur, gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporũ. Si epiſcopus eſt, orariũ, annulũ, & baculũ. Si presbyter, orariũ, & planetã. Si diaconus, orarium, & albam. Si ſubdiaconus, patenam, & calicẽ. Sic & reliqui gradus ea in reparatione ſua recipiant, quæ cum ordinarentur, perceperunt.

Canon. 28. Priuetur honore quicunq; ex ordine clericorum Magos conſuluerit.

26. q. 5. Si quis ep̃s.

SI quis ep̃s, aut presbyter, aut quilibet ex ordine clericorũ magos, aut aruſpices, aut certè augures, vel ſortilegos, vel eos, qui profitentur artẽ magicam, aut aliquos eorũ ſimilia exercentes conſuluiſſe fuerit deprehenſus: ab honore dignitatis ſuæ depoſitus, monaſterij cenſuram excipiat: ibiq; perpetuæ pœnitentiæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat.

Canon. 29.

COnfinitimi hoſtium ſacerdotes nullum mandatum ad gentẽ extraneã occultè accipere, vel dirigere pręſumãt.

Can. 30. Nullus ſacerdos ſit iudex, vbi ſanguinis ſententia præparatur.

SI quis ſacerdotum, vbi ſanguinis ſententia pręparatur, iudex extiterit, reus effuſi ſanguinis ſit apud Chriſtum: & apud eccleſiam perdat proprium gradum.

Can. 31. Ne pauperes à potẽtib⁹ opprimãtur, epiſcopis cura committitur.

EPiſcopi (quibus hęc cura à Deo impoſita eſt) dũ cõſpiciunt iudices, ac potẽtes pauperũ oppreſſores exiſtere, prius eos ſacerdotali admonitione redarguãt: & ſi cõtẽpſerint emendari,

emendari, eorum inſolentiam Regis auribus intiment: vt quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad iuſtitiam, regalis poteſtas ab improbitate coerceat. Si quis epiſcoporum id neglexerit, Concilio erit reus.

Can.32. Epiſcopi nihil de iure ſuæ diœceſis præſumant auferre.

AVaritia radix eſt cunctorũ malorum: cuius ſitis etiã ſacerdotum mentes obtinet. Ideo conſtitutũ eſt à præſenti Cõcilio, epiſcopos diœceſes ſuas ita regere, vt nihil ex earum iure præſumãt auferre: ſed iuxta priorũ authoritatẽ cõciliorũ tam de oblationib⁹, quã de decimis, tributis, ac frugibus tertiã conſequãtur: vt cõceſſa à fidelibus in Chriſti, & martyrũ honorem, ipſorũ epiſcoporũ parochiis intacta maneant. Nouerint tamen conditores baſilicarũ in rebus, quas eiſdem eccleſiis conferunt, nullam ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta ſicut eccleſia, ita & dos eius ad ordinationem epiſcopi pertineat. 1. Timo. 6. 16. q. 1. Cõſtitutum eſt à. 10. q. 1. Nouerint.

Canon.33. Quòd tricennalis poſſeſſio intra eandem prouinciam ſeruari debeat.

QVicũq; epiſcop⁹ alterius epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit, admittẽda non eſt cõtra eũ actio repoſcẽdi. Sed hoc intra vnã prouinciã. Extra verò nullo modo: ne dũ diœceſis defenditur, prouinciarum termini confundantur. 16. q. 3. Quicunq; eps.

Canon.34.

SIcut diœceſim alienam tricennalis poſſeſſio tollit, ita territorij conuentum non adimit. 16. q. 3. Sicut diœce.

Canon.35. In valetudine grauatus epiſcopus, viſitationis officium aliis committat.

EPiſcopi per cũctas diœceſes, parochiaſq; ſuas per ſingulos annos ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæq; baſilica in reparatione ſui indigeat. Quòd ſi ipſe, aut lãguore, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit: preſbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & redditus baſilicarum, & reparationes, & miniſtrantiũ vitam inquirant. 10. q. 1. Epiſcopũ per.

Canon.36. Exoluat prælatus, quod in remunerationem obſequii eccleſiæ impenſi alicui promiſit.

QVicunq; ſuffragio cuiuſlibet aliquid eccleſiaſticæ vtilitatis prouiderint, & pro eo quodcunq; commodum in remunerationem promiſerint: promiſſi ſolutionem eos 12. q. 2. Quicunq; ſuffr.

exoluere oportebit.

Can.37 Fundatores eccleſiarum ſi ad inopiam deuenerint, ab eiſdem alimenta accipiant.

QVicunq; fidelium de facultatibus ſuis eccleſiæ aliquid deuotione propria contulerit: ſi fortè ipſi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadẽ eccleſia ſuffragium vitę (pro tẽporis vſu) percipiant. Si enim omnibus aliis neceſsitatem ſuſtinẽtibus (pro ſolo religionis intuitu) in vſum res eccleſiæ largiuntur: quanto magis conſulendum eſt, quibus retributio iuſta debetur?

Canon.38. eſt Ca.7. ſextæ ſynodi.

Can.39. Vt Leuita vnum tantum humerorum ambiat orario.

D.25. *Vnum orarium.* VNum orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt, prędicat. Dexterã autẽ partẽ oportet habere liberã, vt expeditius ad miniſteriũ ſacerdotale diſcurrat. Caueãt ergo Leuitæ gemino vti orario, ſed vno tantũ, & puro, nec vllis coloribus, aut auro ornato.

Can.40. Vt clerici tonſuram deferant.

OMnes clerici, vel lectores, ſicut Leuitę, & ſacerdotes detonſo ſuperius capite toto, inferius ſolam circuli coronam relinquant. Non ſicut hucuſq; in Gallicię partibus facere lectores videntur, qui prolixis (vt laici) comis in ſolo capitis apice modicum circulũ tondunt: ritus enim iſte in Hiſpaniis hucuſq; hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputando ab eccleſiis ſcandalo hoc ſignum dedecoris auferatur. Qui ſecus fecerit, fidei catholicæ reus erit.

D. 81. *Quidam clerici.* Can.41. & 42. idem continent, quod & ca. 5. ſextæ ſynodi.

Canon. 43.

CLerici, qui ſinè conſultu epiſcopi ſui vxores duxerint, ſeparari eos à proprio epiſcopo oportebit.

Can. 44. De clericis, qui voluntariè arma ſumunt.

23.q. 8. *Clerici.* CLerici, qui in quacunq; factione arma volẽtes ſumpſerunt, amiſſo ordinis ſui gradu in monaſterio pœnitentiæ tradantur. *Can.45. Ne clerici ſepulchra demoliantur.*

SI quis clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, à clericatus ordine ſubmoueatur: & pœnitentię triennio deputetur. *Can.46. De libertate clericorum.*

PRæcipiente domino noſtro Siſſebuto Rege, id conſtituit

ſanctum Concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes: vt liberi Deo ſeruiant.

Canon. 47. eſt Ca. 25. Conci. Chalcedo.

Cap. 48. *Quòd paterna deuotio monachum faciat, ſicut propria profeſſio.*

MOnachum, aut paterna deuotio, aut propria profeſsio facit. Quicquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde, his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad ſeculum interdicimus regreſſus. *20. q. 1. Monachum. De hoc vide infrà in Conci. Vormacien. cap. 5.*

Cap. 49. *Quòd liberum ſit clericis monaſticam profiteri vitam.*

CLerici, qui monachorũ propoſitũ appetũt (quia meliorem vitã ſequi cupiũt) liberos eis ab epiſcopo in monaſteriis largiri oportet ingreſſus: nec interdici propoſitũ eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur. *19. q. 1. Clerici, qui mona.*

Can. 50. *Quale ius epiſcopi in monaſteriis habere debeant.*

NVnciatum eſt præſenti Concilio, quòd monachi epiſcopali Imperio ſeruili opere mancipentur, & iura monaſteriorum illicita præſumptione vſurpentur: ita vt penè ex cœnobio poſſeſsio fiat: atq; illuſtris portio Chriſti ad ignominiam, ſeruituteq́; perueniat. Quapropter monemus eos, qui eccleſiis præſunt, vt vltrà talia non præſumant. Sed hoc tantùm ſibi in monaſteriis vindicent, ſacerdotes, abbates, aliaq; officia inſtituere: atque extra regulam facta corrigere. Qui contrafecerit, excommunicetur. *18. q. 2. Hoc tantùm ſibi.*

Can. 51. *De monachis à monaſterio egredientibus.*

NOnnulli monachorum egredientes à monaſterio non ſolùm ad ſeculum reuertuntur: ſed etiam vxores accipiunt. Igitur reuocati in eodem monaſterio à quo exierant, pœnitentiæ deputentur.

Can. 52. *Qui ſeipſos infamia notant, ad clerum peruenire non poſſint.*

HI, q in diſcrimine cõſtituti pœnitentiã accipiunt, nulla manifeſta crimina cõfitentes: ſed tantũ ſe peccatores eſſe prędicãtes, huiuſmodi ſi reuelauerĩt, poſſunt etiã per morũ probitatẽ ad grad⁹ eccleſiaſticos peruenire. Qui verò ita pœnitentiã accipiũt, vt aliqd' mortale pc̃tũ ſe ppetraſſe publicè fateãtur, ad clerũ, vel honores eccleſiaſticos peruenire nullatenus poterunt: quia ſe cõfeſsione propria notauerũt.

Can. 53. *Pœnitentiæ ſtatum qui ſemel acceperint mutare non poſſunt.*

 Qui-

QVicunq; ex ſecularibus accipientes pœnitentiã totonderunt ſe, & rurſus prævaricantes laici effecti ſunt: a b epiſcopo ſuo ad pœnitentiã reuocẽt. Quòd ſi aliqui admoniti ad pœnitentiã reuerti noluerint: vt verè apoſtatæ corã eccleſia anathematis ſententia condemnentur. Hoc etiam totum ſeruetur in religioſis: etiam in viduis, virginibusq́; ſacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ habitum religionis mutauerunt, aut ad nuptias tranſierunt.

In Ca. 54. idẽ: habet, quod de viduis in præcedẽti dictũ eſt

Canon. 55. Sicut Iudæi ad fidem non ſunt cogendi, ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur.

D. 45. De Iudæis. Roma. 9. Gene. 3. DE Iudæis præcepit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes: vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij volũtate ſerpenti obediens periit: ſic (vocante ſe gratia Dei) propriæ mentis conuerſione quiſque credendo ſaluatur. Qui autem iam pridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt (ſicut factum eſt tẽporibus religioſiſsimi Principis Siſebuti) quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis Domini, & ſanguinis extitiſſe participes: oportet, vt fidem etiam, quam vi, vel neceſsitate ſuſceperunt, tenere cogantur: ne nomen Domini blaſphemetur: & fides, quam ſuſceperunt, contemptibilis habeatur.

Canon. 56. Iudæis contra fidẽ Chriſtianam dare ſuffragium prohibetur.

QVicunq; Iudæis contra fidem Chriſtianam ſuffragium qualecunq; præſtiterit, verè vt prophanus, & ſacrilegus anathemate effectus ab eccleſia catholica, & regno Dei habeatur extraneus.

Ca. 57. De prævaricatione eorũ, qui ad fidem Chriſtianã promoti fuerant

De cõſe. d. 4 Pleriq; IVdæi, qui ad fidem Chriſtianam promoti abominandas circunciſiones, & alios Iudaicos vſus exercuerint, pontificali authoritate corrigantur: & ad cultum Chriſtiani dogmatis reuocentur. Eos autem, quos circunciderunt, ſi filij eorum ſint, à parentum conſortio ſeparentur. Si ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur.

Canon.58. Iudæorum filii poſt baptiſmum à parentibus ſeparentur.

IVdæorum filios, vel filias baptizatos ne parentum inuol uātur erroribus, ab eorū conſortio ſeparari decernimus. Deputandos autē monaſteriis, aut Chriſtianis viris, aut mulieribus Deum timentibus: vt in moribus, & fide proficiāt. 28.q.1.*Iudæorum filios.*

Canon.59. Perfidia parentum filiis obeſſe non debet.

IVdæi baptizati ſi poſtea præuaricantes in Chriſtum, qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia ſcriptū eſt: filius non portabit iniquitatem patris. 1.q.4.*Iudæi baptizati.* Ezech.18.

Hoc deſideramus obſeruari.

Canon.60. Iudæi ad fidem conuerſi cum remanentibus in veteri ritu non communicent.

NVlla cōmunio ſit Hebræis ad fidem Chriſtianā tranſlatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt: ne eorum participatione ſubuertantur. Quicunq; hoc non ſeruauerint, & hi Chriſtianis donentur: & illi cum quibus prohibitum eſt eis conuerſari, publicis cædibus deputentur. 28.q.1. *Sæpe malorum.*

Canon.61. Iudæus ab vxore fideli ſeparetur, niſi ad fidem acceſſerit.

IVdæi, qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab epiſcopo ciuitatis illius, vt ſi cū eis permanere cupiūt, Chriſtiani efficiātur. Quòd ſi admoniti noluerint: ſeparētur. Filij aūt, qui ex talibus nati ſunt, fidem, atq; conditionē matris ſequantur. Similiter & alij, qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris Chriſtianam religionem ſequantur, non Iudaicam ſuperſtitionem. 28.q.1. *Iudæi, qui.*

Canon.62. Iudæi teſtes eſſe non poſſunt.

IVdæi, qui Chriſtiani effecti ſunt, & Chriſti fidem præuaricati ſunt ad teſtimoniū dicendum admitti non debēt, quāuis ſe eſſe Chriſtianos annūcient: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubij habētur. 2.q.7. *Non poteſt.*

Canon.63. Iudæi publicis officiis non præfici.vitur.

COnſtituit ſanctum Concilium, vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudęis ſunt, officia publica nullatenus appetant: nec illa exercere iudices prouinciarum permittant. Si quis iudex hoc permiſerit, excōmunicetur: & is, qui ſubrepſerit, publicis cædibus deputetur. 17.q.4. *Cō ſtituit ſctūm*

Can.64. Quòd non liceat Iudæis Chriſtianos ſeruos habere.

Ex decr. Seſinnādi Regis

IVdæis nullo modo liceat Chriſtianos ſeruos, nec Chriſtiana mancipia emere. Si contrafecerint, ablati ab eis à Principe libertatem conſequantur. *Canon.* 65.

12. q. 2. Et ſi illi, qui.

NVllus epõrum libertos ex familiis eccleſię facere pręſumat. Si ſecus fecerit, per ſucceſſorẽ epiſcopũ ad eccleſiã reuocent. *Can.* 66. *Liberti eccleſiæ à patrocinio eccleſiæ non diſcedant.*

12. q. 2. Liberti eccl'iæ quia · *12. q. 2. Liberti eccleſiæ.*

LIberti eccleſiæ (quia nunquã moritur eorum patrona) ne à patrocinio eccleſiæ aliquãdo diſcedãt, neceſſe eſt, vt tam hi liberti, q̃ ab eis progeniti profeſsionem epõ ſuo faciant. Qui ſi à patrocinio eccleſiæ præmiſſa admonitione nihilominus diſceſſerint, manumiſsio eorum irrita ſit.

Canon. 67. *Quando libertatem quis integram conſequatur, ad clericatum ſuſcipi poteſt.*

D. 54. Quicunq;.

QVicunq; libertatem à dñis ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequium patronus retentet, iſti ſi ſinè crimine capitali ſunt, ad clericatus ordinem ſuſcipiantur.

Can. 68. *Quòd de familiis eccleſiæ liceat presbyteros conſtituere.*

DE familiis eccleſiæ cõſtituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitę rectitudo cõmendat. Ea tamen ratione, vt antea manumiſsi libertatẽ ſtatus ſui percipiant. In vltimo canone excõmunicantur omnes, qui cõtra Regis, regniq; Hiſpanię conſeruationẽ aliquid tyrannicè attentauerint. Quibus oĩbus ſubſcripſerunt omnes epiſcopi numero ſeptuaginta. Subſcripſit etiam epiſcopus Carcaſſonenſis: & Vicarij etiam epiſcoporum.

Explicit Concilium Toletanum quartum.

Concilium Toletanũ. 5.

CONCILIVM TOLETAN. QVINTVM.

Circa tempora Honorij Papæ primi, anno primo Chintilliani Regis Gotthorũ: pręſente Eugenio eccleſię Toletanæ, & prouincię Carthagineñ. epiſcopo metropolitano. Adfuerunt & alij viginti epiſcopi. *Can.* 1. *Quando Litaniæ dici debeant.*

IN cuncto regno ſpecialis, & propria hæc religioſa omni tempore teneatur obſeruantia, vt à die Iduum Decemb. Litania triduo vbiq; annua ſucceſsione peragatur. Quòd ſi dies Dñica interceſſerit, in ſequenti hebdomada celebretur

In Can. 2. nihil aliud tractatur, niſi de cuſtodia ſalutis Regum, & defenſione prolis præſentium Principum.

Can. 3. *Sinè electione omnium nullus præficiatur in Regem.*

Si

SI quis ad regię maieſtatis ambit peruenire faſtigia, quem nec electio omnium præficit, nec Gotthicę gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, ſit conſortio catholicorũ priuatus: & diuino anathemate condemnatus.

In reliquis canonibus cauetur ſub anathemate, ne quis in Principẽ maledicta cõgerat: aut illi aliquo modo inſidietur.

Subſcripſerunt oẽs epiſcopi, & vicarij etiam epiſcoporũ.

Explicit concilium Toletanum quintum.

CONCILIVM TOLETANVM SEXTVM, ſub eodẽ Honorio Papa. 1. anno. 2. Chintillani Regis in eccleſia Leocadię martyris, celebratũ ab ẽpis Hiſpaniæ, & Gallitię quinquaginta duobus, prę ſidẽte Eugenio ẽpo Toletano *Conci. Toletanum. 6.*

In primo canone pronunciatur ſymbolum fidei: in quo explicatius habetur illud: Quòd ex tribus perſonis diuinis, ſolum filium fatemur ad redemptionẽ humani generis propter culparum debita (quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & noſtro libero arbitrio cõtraximus) reſoluenda, à ſecreto patris, arcanoq́; prodiſſe: & humanitatem ſinè peccato de ſancta Virgine aſſumpſiſſe, vt idẽ filius Dei patris, eſſet filius hominis: Deus perfectus, & homo perfectus, in duabus naturis vna perſona, ne quaternitas trinitati accederet, ſi in Chriſto geminata perſona eſſet. *Ex trib' perſonis diuinis ſol' filius humanitatem aſſumpſit*

Et ibidem etiã habetur: Et cum tota cooperata ſit Trinitas formationẽ ſuſcepti hominis (quoniã inſeparabilia ſunt opera Trinitatis) ſolus tamen filius ſuſcepit humanitatẽ in ſingularitate perſonę, non in vnitate diuinæ naturæ, id eſt, in eo, quod proprium eſt filij, non quod cõmune eſt Trinitati: quoniam conſtat naturã Trinitatis eſſe, non tamen perſonam. Hic ergo Dñs noſter Ieſus Chriſtus mortuus eſt propter expiationem noſtram: reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Quem etiam venturum in fine expectamus ſeculorum cum reſurrectione omnium æquiſsimo ſuo iudicio redditurum iuſtis præmia, & impiis pœnas &c. *Filius Dei in ſingularitate perſonæ non in vnitate naturæ humanitatem aſſumpſit.*

In Ca. 2. agiť tñ de obſeruãtia litaniarũ, ꝑ ſucceſſu Regũ.

Canon. 3. Vt Hiſpaniarum Reges iuramentum præſtent de expellendis à ſuo regno infidelibus.

SAnctum Conciliũ ſimul, & cum conſenſu Chriſtianiſsimi Principis, ſuorũq́; optimatum, illuſtriumq́; virorum

hanc promulgamus Deo placiturā ſententiam: vt quiſquis ſuccedentium temporū regni ſortitus fuerit apicē, non antè conſcendat regiam ſedē, quā inter reliqua conditionū ſacramenta pollicitus fuerit, nullū non catholicū permittere in ſuo regno degere. Si verò poſtquā ad regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerator huius extiterit promiſsi, ſit anathema maranatha in cōſpectu ſempiterni Dei: & pabulū efficiatur ignis æterni. Similiter & omnes, qui cum eo conſenſerint.

Autor. *Horum Patrum ſententia vſus eſt Ferdinandus Hiſpaniarum Rex cognomento Catholicus, cū à tota ditione ſua expulit Iudæos, & Sarracenos.*

CAnon. 4. eſt Can. 22. ſextæ ſynodi, de his, qui per pecunias eccleſiaſticos gradus aſſumunt.

Canon. 5. Qui beneficium ab eccleſia accipit, eius profeßionem nomine precariæ faciat.

12. q. 2. Sæpe ſit. SI quis clericorum ſtipendium de rebus eccleſiæ cuiuſquā epiſcopi percepit largitate, ſub precariæ nomine debeat profeſsionem ſcribere: ne per retentionem diuturnam præiudicium afferat eccleſiæ. *Canon. 6.*

Quicunq; religioſum ſponſtaneè ſemel indutum habitum dimiſerint, excommunicentur, ſi reuerti noluerint.

Canon. 7. eſt Can. 53. ſuprà in Concilio Toletano quarto.

Canon. 8.

33. q. 2. c. fin. *Et habet̄ in ep̄ Pa Leōis papæ ad Ruſticū Narbonēſem ep̄m quæ eſt. 90. reſpō ſi. 11.* QVi in ætate adoleſcentiæ poſitus, dum mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, ſi coniugatus, & fortè fuerit incontinens, ne poſtea adulterij incurrat lapſum, redeat ad priſtinum coniugiū: quouſq; poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum. Quod nos ſicut de viris, ita de fœminis æquo modo cenſemus: non quidem hoc generaliter, & canonicè præceptum, ſed pro humana fragilitate conſtat à nobis indultum: ea duntaxat ratione, vt ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, antè ab hac vita deceſſerit, quàm ex cōmuni conſenſu ad continentiam vnus eorum fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo tranſire ad vxoris amplexus. Si autem illius vita ſuperſtes extiterit, qui non acceperit * abſolutionem pœnitentis, nubat ſi ſe continere nō poteſt: & alterius conſortio fruatur vxoris. In omnibus tamen ſacerdotis expectetur ordinatio: vt iuxta quod ætatem aptam perſpexerit, pœniten-

**Aliàs benedictionē.*

nitentiæ abſolutionis tribuat legem.

Cum coniugatus in ægritudine vouet continentiam, ſi poſtea non poteſt continere, redibit ad vxorem. Ea tamen mortua non tranſibit ad ſecundas nuptias. Viſum eſt ſynodo diſpenſandum cum illo in vſu primi matrimonii, & arcere eum à ſecundis nuptiis. Quod tamen licebit coniugi non vouenti : atq; hic eſt ſcopus huius canonis. Author.

Canon. 9.

NOuo adueniente Pontifice omnes eccleſiæ liberti, & ab eis progeniti chartulas, & profeſsiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare debent. Quod ſi intra annum non fecerint, vacuæ remaneant, & inanes.

Canon. 10.

LIbertorum filij intra eccleſiam erudiendi nutriantur: & epiſcopo debitum reddant famulatum.

Canon. 11.

QVisquis à quolibet criminatur, nō antea accuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator præſentetur. 3.q.9.*Dignũ eſt, vt.*

Canon. 12.

QVi ſquis patrator culparum extiterit, & ad hoſtium refugium confugerit, excommunicetur.

Canon. 13.

QVi primatum dignitatis habent in palatio, à iunioribus modeſtus honor per omnia deferatur: & minores à ſenioribus dilectionis amplectātur affectu, & vtilitatis imbuantur auxilio,

Ca.14.eſt ca.6.Concilij Toletani quinti.

Canon. 15.

REs eccleſiæ à quibuſlibet iuſtè collatæ in earum iure firma ſtabilitate permaneant.

Ca.16.eſt ca.2.conci. Toletani.5.

Ca.17.eſt ca.4.in conci. Toletano.5.

Ca.18.eſt.18.ca.in conci. Toletano.5.

Ca.19.Conſūmitur in gratiarum actionibus Deo, & deinde Regi: cuius ſtudio, & inſtātia collecti ſunt epiſcopi.

Subſcripſerunt epiſcopi, qui ibi conuenerunt. num. 52.

Ego Eugenius eccleſiæ Toleta. epiſcopus ſubſcripſi.

Subſcripſerunt etiam vicem agentes abſentium epõrum.

Explcit concilium Toletanum ſextum.

rit:& tonitrua,& fulgura,& tẽpeſtates:& ſiccitates ipſe diabolus ſua authoritate facit,ſicut Priſcillianus dixit:anathema ſit. Can. 9.

SI quis animas,& corpora humana fatalibus ſtellis credit aſtringi,ſicut Pagani, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Canon. 10.

SI quis duodecim ſigna,id eſt, ſydera, quæ mathematici obſeruare ſolent per ſingula animæ, vel corporis mẽbra diſsipata credunt:& nominibus patriarcharum aſcripta dicũt,ſicut Priſcillianus dixit:anathema ſit. Canon. 11.

SI quis coniugia humana damnat:& procreationem naſcẽtium perhorreſcit,ſicut Manichęus,& Priſcillianus dixerunt:anathema ſit. Can.12.

SI quis plaſmationẽ humani corporis diaboli dicit figmentum eſſe:& conceptiones in vteris matrũ operibus dicit dæmonum figurari:propter quod reſurrectionẽ carnis non credit,ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt:anathema ſit. Can. 13.

SI quis dicit creationem vniuerſæ carnis non opificiũ eſſe Dei,ſed malorum angelorum,ſicut Manichęus,& Priſcillianus dixerunt:anathema ſit. Can.14.

SI quis immundos putat cibos carnium, quas Deus in vſu hominum dedit,& non propter afflictionem ſui corporis:ſed quaſi ĩmũdiciã putãs, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus pręguſtet,ſicut Manichęus,& Priſcillianus docuerunt:anathema ſit. Canon.15.

SI quis clericorum,vel monachorum pręter matrẽ, aut germanã,vel etiã quę proxima cõſanguinitate iũgunť, alias aliquas quaſi adoptiuas fœminas ſecum retinet: & cũ ipſis habitat,ſicut Priſcilliani ſecta docuit:anathema ſit.

Iſtas olim vocabãt ſubintroductas mulieres, quas ſynodus non permittit.

Canon.16.

SI quis.5.feria Paſchali,quę vocať cœnaDñi,hora legitima poſt nonã ieiunus in eccleſiis miſſas non tenet: ſed ſecundum ſectam Priſcilliani feſtiuitatẽ ipſius ab hora tertia per miſſas defunctorum ſoluto ieiunio colit:anathema ſit.

Canon.17.

SI quis ſcripturas(quas Priſcillianus ſecundum ſuũ deprauauit errorẽ,vel tractat⁹ Dictinij,quos ipſe Dictini⁹ ante

quã

quàm conuerteretur, ſcripſit ſub nomine Patriarcharum, Prophetarum, & Apoſtolorum, & ſuo errori conſona cōfin xit) legit: & impia eorum figmenta ſequitur, aut defendit: anathema ſit.

• Hæc ſunt dogmata Priſcillianiſtarum.

Poſt hæc pronunciati ſunt canones ad inſtructionem clericalis diſciplinæ pertinentes.

Canō.19.eſt ca.2.cōci. Toletani ſecūdi. & cōci. Venet.c.15.

Canon.20.

Dſtin.12. Placuit oībus.

ITem placuit, vt per ſolennium dierum vigilias, vel miſſas omnes, eaſdem, & nō diuerſas lectiones in eccleſia legant.

Can.21. Vt ſit vnus modus ſalutandi in miſſa.

Ruth.2.

ITem placuit, vt non aliter epiſcopi, & aliter presbyteri populum, ſed vno modo ſalutent, dicentes: Dominus ſit vobiſcum, ſicut in libro Ruth legitur. Et vt reſpondeatur à populo: Et cū ſpiritu tuo, ſicut & ab ipſis Apoſtolis traditū, oīs retinet Oriēs: & non ſicut Priſcilliana hæreſis pmutauit.

Traditio apoſtolorum.

Can.22. Vt vno ordine miſſæ celebrentur.

ITem placuit, vt eodem ordine miſſæ celebrentur ab omnibus, quo Profuturus quōdam huius metropolitanæ eccleſię eps ab ipſa apſicę ſedis authoritate ſuſcepit ſcriptum.

Can.23. Vt ſit vnus ordo baptizandi.

ITem placuit, vt nullus eum ordinem baptizandi prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarenſis eccleſia, & pro amputanda aliquorum dubietate prædictus Profuturus epiſcopus ſcriptum, & ſibi directum à ſede beatiſsimi Petri Apoſtoli ſuſcepit.

Can.24. Epiſcopi ſecundum tempus ordinationis ſedeant.

ITem placuit, vt cōſeruato metropolitani epiſcopi primatu cæteri epiſcoporum ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alij ſedendi deferat locum.

Can.25. Res eccleſiaſticæ in quatuor partes diuidendæ.

ITem placuit, vt de rebus eccleſiaſticis tres fiant æquę portiones, id eſt, vna epiſcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis eccleſiæ. De quarta parte ſiue archipresbyter, ſiue archidiaconus illam adminiſtrās, epiſcopo faciat rationem.

Canon 26.

Item

ITem placuit, vt nullus epiſcopus clericum alterius ordinare præſumat ſinè licentia alterius epiſcopi.

Canon. 27.

ITem placuit, vt diacones ſuppoſito ſcapulæ vtanē orario.

Canon. 28.

PLacuit, vt non liceat cuilibet ex lectoribus, ſacra altaris vaſa portare: nec aliis, niſi his, qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuerint ordinati. Canon. 29. *23.d. Non licet cuilibet.*

LEctores in eccleſia, in habitu ſeculari ornato nō pſallāt.

Canon. 30.

EXtra pſalmos veteris teſtamenti, nihil poeticè compoſitum in eccleſia pſallatur. Canon. 31.

INgredi ſacrarium ad communicandum non liceat laicis, niſi tantùm clericis.

Ca. 32. *Ne ab eſu carnium abſtineat clerus.*

QVicũq; in clero cibo carnium nō vtunť, pro amputanda ſuſpitione Priſcillianæ hæreſis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur. Quod ſi contempſerint, neceſſe eſt pro ſuſpitione hæreſis huius, vt excõmunicentur: & ab officio remoueantur.

Canon. 33. *Vitentur excommunicati.*

QVi pro hæreſi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præſumat. Quæ ſi quis ſpernit voluntariè, ſeipſum alienum à communione facit.

Canon. 34.

QVi ſibiipſis, quolibet modo culpabili inferũt mortem, nulla pro illis fiat commemoratio, nec cum pſalmis ſepeliantur. Hoc idem obſeruetur in illis, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. *23.q. 5. Placuit, vt hi qui.*

Can. 35. *De catechumenis ſinè baptiſmo defunctis.*

CAtechumenis ſinè redemptione baptiſmi defunctis, ſimili modo non oblationis ſanctæ commemoratio, nec pſallendi impendatur officium.

Ca. 36. eſt ca. 17. conci. Tiburieñ.

Canon. 37. *Ne presbyter altaria conſecret.*

SI quis presbyter, poſt hoc interdictum auſus fuerit, chriſma benedicere, aut eccleſiam, aut altaria conſecrare, à ſuo officio deponatur.

Ca.38. Ne quis ex ordine laico aſſumatur ad ſacerdotium.

Hoc idem de epiſ pcipitur in ca. 5. octauæ ſynodi. EX laico ad gradū ſacerdotij, antè nemo veniat, niſi prius anno integro, in officio lectorum, vel diaconatus diſciplinam eccleſiaſticam diſcat: & ſic per ſingulos gradus eruditus, ad ſacerdotium veniat.

Can.39. Qualiter diſtribuendæ oblationes fidelium.

SI quid ex collatione fidelium, aut per feſtiuitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud vnum clericorum fideliter colligatur, & conſtituto tempore, aut ſemel, aut bis in anno inter omnes clericos diuidatur.

Expliciunt canones concilij Bracarenſis primi.

CONCILIVM BRACARENSE SEcundum anno.2. regis Ariamiri. æra.610. ſub Honorio Papa. 1. eſt concilium prouinciale, in quo tractantur ea tantùm, quæ ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinent.

Can.1. Qua forma viſitabunt epiſcopi eccleſias ſuas.

10. q.1. Placuit oĩb9 epis. PLacuit omnibus epiſcopis, atq; conuenit, vt per ſingulas eccleſias epi, & per diœceſes ambulātes, primū diſcutiāt clericos, qūo ordinē baptiſmi teneāt, vel miſſarū, & qualiter q̄cūq; officia in eccleſia peragāt. Et ſi rectè qdē inuenerint, Deo grās agant: ſin autē minimè, docere debent ignaros: & hoc modis oĩbus pcipere, ſicut antiq canones iubēt, vt ante dies. 20. baptiſmi ad purgationē exorciſmi concurrant catechumeni. In quib9 viginti dieb9 oēs catechumeni ſymbolū, quod eſt, Credo in Deū &c. ſpecialiter doceanī. Poſtquam ergo ĩ his ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerīt epi (alia die vocata plebe ipſius eccleſiæ) doceant illos, vt errores fugiāt idolorum, vel diuerſa crimina, id eſt, homicidium, adulterium, periuriū, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolunt ſibi fieri, alteri non faciant, & vt credant reſurrectionem omnium hominum: & diem iudicij, in quo vnus quiſq; ſecundum opera ſua recepturus ſit. Et ſic poſtea epiſcopus de illa eccleſia proficiſcatur ad aliam.

Quē ordinē ſeruēt epi viſitātes diœceſim ſuam.

Canon.2. Quid accipient epiſcopi viſitantes.

10.q.3. Placuit, vt nullus. NVllus epōrum per ſuam diœceſim ambulans, præter honorē cathedræ ſuę, id eſt, ſolidos duos, aliquid aliud per eccleſias tollat. Tertia verò pars oblationū populi, pro lumi-

luminaribus, vel recuperatione, in eccleſiis parochialibus, ſeruetur. Similiter, & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopis ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt: Neque, vt dominantes in clero &c. *1. Petr. 5. a.*

Ca. 3. Non ſunt accipienda munera ab epiſcopo.

DE ordinatione clericorum epiſcopi munera nulla accipiant, ſed ſicut ſcriptum eſt: Gratis accepiſtis &c. quia antiqua definitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens: Anathema ſit danti, & accipienti. *1. q. 1. Placuit vt de ordi. Matt. 10. a.*

Canon. 4. Pro balſamo nihil accipiat epiſcopus præter ſolitum.

MOdicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur: quia à ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil vlterius exigatur: ne fortè quod pro ſalute animarum per inuocationem ſancti ſpiritus conſecratur, ſicut Simon Magus donũ Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes, damnabiliter venundemur. *Actu. 8.*

Canon. 5. Pro conſecratione eccleſiæ nihil accipiendum.

PLacuit, vt quoties ab aliquo fideliũ ad conſecrãdas eccleſias epiſcopi inuitantur: non quaſi ex debito munus aliquod à fundatore requirãt: ſed ſi ipſe quidẽ aliqd ex ſuo voto obtulerit, nõ reſpuat. Si verò aut paupertas illum, aut neceſſitas retinet, nihil exigat ab illo. Attamẽ vnuſquiſq; epiſcoporum meminerit, vt nõ prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequiũ ipſius per donationem chartulæ cõfirmatũ accipiat. Cõtra verò facere temeritas magna eſt. *1. q. 2. Placuit, vt quoties*

Can. 6. Qualiter ædificanda baſilica.

SI quis baſilicam, non pro deuotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat: vt quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat, eò quòd baſilicam in terra ſua condiderit, nullus epiſcoporum tam abominabili voto conſentiat, nec talem baſilicam audeat conſecrare. *De cõſe. d. 1. Si quis baſili can.*

Canon. 7. Nihil exigendum pro baptiſmo.

VNuſquiſque epiſcoporum per eccleſias præcipiat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntariè pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis. Si qui verò per neceſſitatem paupertatis aliquid non habent, quod offerant, nullum illi pignus violenter tollatur à clericis. *1. q. 1. Placuit, vt vnuſquiſq;*

Canon.

Can.8. Qualiter accuſandi clerici.

2. q. 5. Placuit, vt ſi quis aliquẽ.

SI quis aliquem clericorũ in accuſatione fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli, duo, vel tria teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare quod dixit, excommunicationẽ accuſati accuſator accipiat.

Ca.9. De ieiunio quadrageſimæ indicendo.

De cõſe. d. 3. Placuit, vt poſtquam. Quadrageſimale ieiuniũ præcipitur.

ADueniente natalis Dñi die, poſt lectionem euãgelicam, ſuperuenturũ ipſius anni Paſcha, quota Calẽdarũ die, vel quota luna debeat ſuſcipi, à ſacerdotibus, nuncietur populo, & quadrageſimæ ieiuniis, populo ſeruire præcipiant.

Can.10. Vt nullus niſi ieiunus miſſas peragat.

COgnouimus quoſdã presbyteros in huius præſumptionis audacia retineri, vt miſſas mortuorum etiã poſt acceptum merum, vel oblationem auſi ſint conſecrare. Ideoq; hoc pręfixę euidentis ſententiæ admonitione ſeruet: vt ſiqs presbyter poſt hoc edictum noſtrũ amplius in hac veſania fuerit deprehenſus, hoc eſt, non ieiunus, ſed quocunq; cibo pręſumpto oblationem conſecrauerit in altari, continuò ab officio ſuo priuatus, à proprio deponatur epiſcopo.

Explicit concilium Bracarenſe ſecundum.

Seuerinus Papa.

Seuerin⁹ Papa. 71.

SEuerinus Papa ſeptuageſimus primus ſub Petro, patria Romanus, patre Labieno, in locum Honorij ſubrogatus, ab Iſatio totius Italiæ hexarcho, in pontificatu cõfirmatur. Tunc enim non habebatur rata cleri, ac populi electio, niſi id Imperatores, aut eorũ exhexarchi cõfirmaſſent. Seuerin⁹ igitur pontifex vir ſingularis pietatis, & religionis, amator pauperũ ſedit menſes vndecim, dies verò quatuor.

Ioannes. 4. Papa.

Ioannes papa. 72.

IOannes quartus Papa ſeptuageſimus ſecũdus ſub Petro, natione Dalmata, patre Venantio, ſedit annũ vnum, iuxta verò aliquos tres annos.

Decreta Theodori Papæ.

Theodor⁹ Papa. 73.

THeodorus Papa ſeptuageſimus tertius ſub Petro, natione Græcus, ex patre Theodoro epiſcopo Hieroſolymis oriundo, ſedit annos ſex, menſes quinq;, dies octo. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus ſuper omnes, & multùm

tùm miſericors. Iſti tres Pontifices fuerunt ſub Heraclio Imperatore. 57. anno Chriſti. 612.

CONCILIVM TOLETANVM SEptimum. Circa tempora Theodori, vel Martini primi Papæ: in quo conuenerunt triginta & octo epiſcopi. *Conci. Toletanum. 7.*

Canon. 1. De euentu languoris in clerico miniſtrante.

CEnſuimus conuenire, vt cùm à ſacerdotibus miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrãtur, ſi ęgritudinis accidit quilibet euentus, quo cœptum nequeat cõſecrationis expleri myſteriũ: ſit liberum epõ, vel pſbytero alteri cõſecrationem exequi officij cœpti. Nõ enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis competit, quàm aut incipientis, aut ſubſequentis completa benedictio ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. Dum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil cõtrarium perſonarum diuerſitas format, vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repreſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduum eſſe ſibi non ambigant, ſed præcedẽtibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen, quod naturę languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur, nullus poſt cibum, potumq́; quemlibet minimum ſumptum miſſas facere, nullus abſque patẽtis prouentu moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos cùm cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Qui contra fecerit, excommunicetur. *7. q. 1. Nihil contra ordinis.*

Can. 2. De exequiis morientis epiſcopi.

SI quis ſacerdotum ad humanda decedentis epiſcopi membra venire commonitus diſtulerit, appellantibus clericis abeuntis epi, apud ſynodum, vel metropolitanũ epm tempore anni vnius nec faciendi miſſam, nec communicandi habeat oĩno licentiã. Presbyteri autẽ, ſiue cęteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandem eccleſiam fuerit, cuius ſacerdos obierit, ſi omni ſolicitudine pro exequiis, aut iam mortui, aut continuò antiſtitis morituri, ad commonendum epiſcopum tardi inueniantur, aut per quãcunque moleſtiam animi id negligere comprobentur, totius anni ſpatio ad pœnitentiam in monaſteriis deputentur. *De exequiis moriẽtis epi habetĩ ca. 4. ĩ cõcilio Valētino Hiſpaniæ celebrato.*

Canon. 3.

30.q.3.*Inter cætera deniq; que.* VLtra duos ſolidos, à parochianis eccleſiis, epiſcopus non præſumat accipere, & amplius quàm vna die per vnam quãq; baſilicam morandi licentiam non habeat.

Omiſimus alia tria cap. aliâs repetita.

Explicit concilium Toletanum ſeptimum.

Decreta Martini Papæ.

Martinus Papa.74. MArtinus Papa ſeptuageſimus quartus ſub Petro, de ciuitate Tudertina, prouinciæ Tuſciæ, ſedit annos ſex, menſem vnum, dies viginti & ſex Imperatore Cõſtante circa annum Chriſti. 643. Huius temporibus fuit Paulus Conſtantinopolitanæ vrbis epiſcopus hæreticus (contra quem congregauit ſynodum Lateraneñ. in vrbe Roma, vbi conuenerunt epiſcopi, numero centum quinque, & condemnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrum, & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos: quia nouitates contra immaculatam fidem præſumpſerunt innectere, anathematis vltione percuſsi ſunt. Et faciens exẽplaria, per omnes tractus Orientis, & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium diſſeminauit.

Hic Paulus hæreticus ſuggeſsit Imperatori, vt deduceretur Martinus Conſtantinopolim occidendus, niſi ceſſaret à ſua perſecutione: quod obtinuit, quoniam delatus eſt Conſtantinopolim per Pellurium cubicularium Imperatoris. Qui cùm nollet omnino acquieſcere, directus eſt in exilium, in locum, qui dicitur Cerſona: & ibidem vitam finiuit in pace Chriſti confeſſor, vbi operatus eſt multa miracula.

Synod. Lateranenſis. CONCILIVM LATERANENSE CIRca Martini tempora celebratum contra Theodorum, & Cyrum, & Paulum hæreticos, quondam epiſcopos, ac ſocios eorum: cui adfuerunt centum quinque patres, cuius exemplar hodie in archiuo eccleſiæ continetur: ſuntq; eius canones, qui ſequuntur.

Canon primus.

SI quis non confitetur, ſecundum ſanctos patres, propriè, & verè, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, Trinitatem in vnitate, vnitatem in Trinitate &c. ſit condemnatus.

Canon. 2.

SI quis non confitetur, ſecundum ſanctos Patres, propriè, & verè, ipſum vnum ſanctæ, & conſubſtantialis, & adorandæ

randæ Trinitatis Deum verbum deſcendentem de cælis, & incarnatum de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, & hominē factum &c. ſit condemnatus.

Canon. 3.

SI quis non confitetur propiè, & verè Dei genitricem ſanctam ſemper virginem immaculatam Mariam, in vltimis ſeculorum abſque ſemine cōcepiſſe ex ſpiritu ſancto, & incorruptibiliter enixam eſſe, & indiſſolubili permanente, & antè, & poſt partum eiuſdem virginitate, ſit condemnatus.

Canon. 4.

SI quis non confitetur propriè, & verè ipſius, & vnionis Domini noſtri, & Dei noſtri Ieſu Chriſti, duas natiuitates exiſtere, vnā ante ſecula ex Deo patre incorporaliter, & ſempiternaliter, alterā autē de virgine Maria carnaliter in vltimis ſeculorum, & eundē Dnm, & Deum Ieſum Chriſtū conſubſtantialem Deo patri ſecundum deitatem, & cōſubſtantialem Virgini ſecundum humanitatem, ac eūdem paſſibilem carne, impaſsibilem deitate &c. ſit condemnatus.

Canon. 5.

SI quis non confitetur propriè, & verè vnam naturam Dei verbi incarnatam, ex hoc quòd incarnata dicitur noſtra ſubſtantia perfectè in ipſo Chriſto Deo, & indiminutè abſque tantummodo peccato ſignificata, ſit condemnatus.

Canon. 6.

SI quis non confitetur propriè, & verè ex duabus naturis, deitate, & humanitate, ſecundum ſubſiſtētiam vnitis, inconfuſè, & indiuiſè, eundem, & vnum Chriſtum eſſe, ſit condemnatus.

Can. 7.

SI quis non confitetur propiè, & verè ſubſtantialem differentiam naturarum poſt ineffabilem vnionem, ex quib9 vnus, & ſolus extitit Chriſtus in eo ſaluatam, ſit cōdēnatus.

Canon. 8.

SI quis non confitetur propriè, & verè ſecundum compoſitionem, id eſt, ſecundum ſubſiſtentiam naturarum vnitionem, ex quibus vnus, & ſolus extitit Chriſtus, inconfuſè, & indiuiſè in eo cognitam, ſit condemnatus.

Canon. 9.

SI quis non cōfitetur propriè, & verè naturales proprieta-

QVicunq; ex ſecularibus accipientes pœnitentiā totonderunt ſe, & rurſus prꝙuaricantes laici effecti ſunt: à b epiſcopo ſuo ad pœnitentiā reuocentur. Quòd ſi aliqui admoniti ad pœnitentiā reuerti noluerint: vt verè apoſtatæ corā eccleſia anathematis ſententia condemnentur. Hoc etiam totum ſeruetur in religioſis: etiam in viduis, virginibusq; ſacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ habitum religionis mutauerunt, aut ad nuptias tranſierunt.

In Ca. 54. idē: habet, quod de viduis in prꝙcedēti dictū eſt

Canon. 55. Sicut Iudæi ad fidem non ſunt cogendi, ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur.

D. 45. *De Iudæis.* *Roma. 9.* *Gene. 3.* DE Iudæis præcepit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes: vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij volūtate ſerpenti obediens periit: ſic (vocante ſe gratia Dei) propriæ mentis conuerſione quiſque credendo ſaluatur. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt (ſicut factum eſt tēporibus religioſiſsimi Principis Siſebuti) quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis Domini, & ſanguinis extitiſſe participes: oportet, vt fidem etiam, quam vi, vel neceſsitate ſuſceperunt, tenere cogantur: ne nomen Domini blaſphemetur: & fides, quam ſuſceperunt, contemptibilis habeatur.

Canon. 56. Iudæis contra fidē Chriſtianam dare ſuffragium prohibetur.

QVicunq; Iudæis contra fidem Chriſtianam ſuffragium qualecunq; præſtiterit, verè vt prophanus, & ſacrilegus anathemate effectus ab eccleſia catholica, & regno Dei habeatur extraneus.

Ca. 57. De præuaricatione eorū, qui ad fidem Chriſtianā promoti fuerant

De cōſe. d. 4 *Pleriq;* IVdæi, qui ad fidem Chriſtianam promoti abominandas circunciſiones, & alios Iudaicos vſus exercuerint, pontificali authoritate corrigantur: & ad cultum Chriſtiani dogmatis reuocentur. Eos autem, quos circunciderunt, ſi filij eorum ſint, à parentum conſortio ſeparentur. Si ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur.

Canon

Canon.58. Iudæorum filii poſt baptiſmum à parentibus ſeparentur.

IVdæorum filios, vel filias baptizatos ne parentum inuol uãtur erroribus, ab eorũ conſortio ſeparari decernimus. Deputandos autẽ monaſteriis, aut Chriſtianis viris, aut mulieribus Deum timentibus: vt in moribus, & fide proficiãt.

28.q.1.*Iudæorum filios.*

Canon.59. Perfidia parentum filiis obeſſe non debet.

IVdæi baptizati ſi poſtea præuaricantes in Chriſtum, qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia ſcriptũ eſt: filius non portabit iniquitatem patris.

1.q.4.*Iudæi baptizati.* Ezech.18.

Hoc deſideramus obſeruari.

Canon.60. Iudæi ad fidem conuerſi cum remanentibus in veteri ritu non communicent.

NVlla cõmunio ſit Hebræis ad fidem Chriſtianã tranſlatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu conſiſtunt: ne eorum participatione ſubuertantur. Quicunq; hoc non ſeruauerint, & hi Chriſtianis donentur: & illi cum quibus prohibitum eſt eis conuerſari, publicis cædibus deputentur.

28.q.1. *Sæpe malorum.*

Canon.61. Iudæus ab vxore fideli ſeparetur, niſi ad fidem acceſſerit.

IVdæi, qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab epiſcopo ciuitatis illius, vt ſi cũ eis permanere cupiũt, Chriſtiani efficiãtur. Quòd ſi admoniti noluerint: ſeparẽtur. Filij aũt, qui ex talibus nati ſunt, fidem, atq; conditionẽ matris ſequantur. Similiter & alij, qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris Chriſtianam religionem ſequantur, non Iudaicam ſuperſtitionem.

28.q.1. *Iudæi, qui.*

Canon.62. Iudæi teſtes eſſe non poſſunt.

IVdæi, qui Chriſtiani effecti ſunt, & Chriſti fidem præuaricati ſunt ad teſtimoniũ dicendum admitti non debẽt, quãuis ſe eſſe Chriſtianos annũcient: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubij habẽtur.

2.q.7. *Non poteſt.*

Canon.63. Iudæi publicis officiis non præficiantur.

COnſtituit ſanctum Concilium, vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudęis ſunt, officia publica nullatenus appetant: nec illa exercere iudices prouinciarum permittant. Si quis iudex hoc permiſerit, excõmunicetur: & is, qui ſubrepſerit, publicis cædibus deputetur.

17.q.4. *Cõſtituit ſctũ.*

Can.64. Quòd non liceat Iudæis Chriſtianos ſeruos habere.

Ex decr. Seſinnādi Regis

IVdæis nullo modo liceat Chriſtianos ſeruos, nec Chriſtiana mancipia emere. Si contrafecerint, ablati ab eis à Principe libertatem conſequantur. *Canon. 65.*

12. q. 2. Et ſi illi, qui.

NVllus epōrum libertos ex familiis eccleſię facere præſumat. Si ſecus fecerit, per ſucceſſorē epiſcopū ad eccleſiā reuocenī. *Can. 66. Liberti eccleſiæ à patrocinio eccleſiæ non diſcedant.*

12. q. 2. Liberti eccl'iæ quia

LIberti eccleſiæ (quia nunquā moritur eorum patrona) ne à patrocinio eccleſiæ aliquādo diſcedāt, neceſſe eſt, vt tam hi liberti, q̄ ab eis progeniti profeſsionem ep̄o ſuo faciant. Qui ſi à patrocinio eccleſiæ præmiſſa admonitione nihilominus diſceſſerint, manumiſsio eorum irrita ſit.

12. q. 2. Liberti eccleſiæ.

Canon. 67. Quando libertatem quis integram conſequatur, ad clericatum ſuſcipi poteſt.

D. 54. Quicunq;.

QVicunq; libertatem à dn̄is ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequium patronus retentet, iſti ſi ſinè crimine capitali ſunt, ad clericatus ordinem ſuſcipiantur.

Can. 68. Quòd de familiis eccleſiæ liceat presbyteros conſtituere.

DE familiis eccleſiæ cōſtituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitę rectitudo cōmendat. Ea tamen ratione, vt antea manumiſsi libertatē ſtatus ſui percipiant. In vltimo canone excōmunicantur omnes, qui cōtra Regis, regniq; Hiſpanię conſeruationē aliquid tyrannicè attentauerint. Quibus oībus ſubſcripſerunt omnes epiſcopi numero ſeptuaginta. Subſcripſit etiam epiſcopus Carcaſſonenſis: & Vicarij etiam epiſcoporum.

Explicit Concilium Toletanum quartum.

Concilium Toletanū. 5.

CONCILIVM TOLETAN. QVINTVM.

Circa tempora Honorij Papæ primi, anno primo Chintilliani Regis Gotthorū: pręſente Eugenio eccleſię Toletanæ, & prouincię Carthaginen̄. epiſcopo metropolitano. Adfuerunt & alij viginti epiſcopi. *Can. 1. Quando Litaniæ dici debeant.*

IN cuncto regno ſpecialis, & propria hæc religioſa omni tempore teneatur obſeruantia, vt à die Iduum Decemb. Litania triduo vbiq; annua ſucceſsione peragatur. Quòd ſi dies Dn̄ica interceſſerit, in ſequenti hebdomada celebretur

In Can. 2. nihil aliud tractatur, niſi de cuſtodia ſalutis Regum, & defenſione prolis præſentium Principum.

Can. 3. Sinè electione omnium nullus præficiatur in Regem.

Si

SI quis ad regię maieſtatis ambit peruenire faſtigia, quem nec electio omnium præficit, nec Gotthicę gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, ſit conſortio catholicorũ priuatus: & diuino anathemate condemnatus.

In reliquis canonibus cauetur ſub anathemate, ne quis in Principẽ maledicta cõgerat: aut illi aliquo modo inſidietur.

Subſcripſerunt oẽs epiſcopi, & vicarij etiam epiſcoporũ.

Explicit concilium Toletanum quintum.

CONCILIVM TOLETANVM SEXTVM, ſub eodẽ Honorio Papa. 1. anno. 2. Chintillani Regis in eccleſia Leocadię martyris, celebratũ ab ẽpis Hiſpaniæ, & Gallitię quinquaginta duobus, pręſidẽte Eugenio ẽpo Toletano *Conci. Toletanum. 6.*

In primo canone pronunciatur ſymbolum fidei: in quo explicatius habetur illud: Quòd ex tribus perſonis diuinis, ſolum filium fatemur ad redemptionẽ humani generis propter culparum debita (quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & noſtro libero arbitrio cõtraximus) reſoluenda, à ſecreto patris, arcanoq; prodiſſe: & humanitatem ſinè peccato de ſancta Virgine aſſumpſiſſe, vt idẽ filius Dei patris, eſſet filius hominis: Deus perfectus, & homo perfectus, in duabus naturis vna perſona, ne quaternitas trinitati accederet, ſi in Chriſto geminata perſona eſſet. *Ex trib' perſonis diuinis ſol' filius humanitatem aſſumpſit*

Et ibidem etiã habetur: Et cum tota cooperata ſit Trinitas formationẽ ſuſcepti hominis (quoniã inſeparabilia ſunt opera Trinitatis) ſolus tamen filius ſuſcepit humanitatẽ in ſingularitate perſonę, non in vnitate diuinæ naturæ, id eſt, in eo, quod proprium eſt filij, non quod cõmune eſt Trinitati: quoniam conſtat naturã Trinitatis eſſe, non tamen perſonam. Hic ergo Dñs noſter Ieſus Chriſtus mortuus eſt propter expiationem noſtram: reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Quem etiam venturum in fine expectamus ſeculorum cum reſurrectione omnium æquiſsimo ſuo iudicio redditurum iuſtis præmia, & impiis pœnas &c. *Filius Dei in ſingularitate perſonæ non in vnitate naturæ humanitatem aſſumpſit.*

In Ca. 2. agiť tm̃ de obſeruãtia litaniarũ ꝓ ſucceſſu Regũ.

Canon. 3. Vt Hiſpaniarum Reges iuramentum præſtent de expellendis à ſuo regno infidelibus.

SAnctum Conciliũ ſimul, & cum conſenſu Chriſtianiſsimi Principis, ſuorũq; optimatum, illuſtriumq; virorum

hanc promulgamus Deo placiturã ſententiam: vt quiſquis ſuccedentium temporũ regni ſortitus fuerit apicẽ, non antè conſcendat regiam ſedẽ, quã inter reliqua conditionũ ſacramenta pollicitus fuerit, nullũ non catholicũ permittere in ſuo regno degere. Si verò poſtquã ad regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerator huius extiterit pmiſſi, ſit anathema maranatha in cõſpectu ſempiterni Dei: & pabulũ efficiatur ignis æterni. Similiter & omnes, qui cum eo conſenſerint.

Autor. *Horum Patrum ſententia vſus eſt Ferdinandus Hiſpaniarum Rex cognomento Catholicus, cũ à tota ditione ſua expulit Iudæos, & Sarracenos.*

CAnon. 4. eſt Can. 22. ſextæ ſynodi, de his, qui per pecunias eccleſiaſticos gradus aſſumunt.

Canon. 5. Qui beneficium ab eccleſia accipit, eius profeßionem nomine precariæ faciat.

12. q. 2. Sæpè fit. SI quis clericorum ſtipendium de rebus eccleſiæ cuiuſquã epiſcopi percepit largitate, ſub precariæ nomine debeat profeſsionem ſcribere: ne per retentionem diuturnam præiudicium afferat eccleſiæ. *Canon. 6.*

Quicunq; religioſum ſponſtaneè ſemel indutum habitum dimiſerint, excommunicentur, ſi reuerti noluerint.

Canon. 7. eſt Can. 53. ſuprà in Concilio Toletano quarto.

Canon. 8.

33. q. 2. c. fin. Et habetur in ep̃la Leõis papæ ad Ruſticũ Narbonẽſem ep̃m quæ eſt. 90. reſpõſi. 11.

QVi in ætate adoleſcentiæ poſitus, dum mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, ſi coniugatus, & fortè fuerit incontinens, ne poſtea adulterij incurrat lapſum, redeat ad priſtinum coniugiũ: quouſq; poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum. Quod nos ſicut de viris, ita de fœminis ęquo modo cenſemus: non quidem hoc generaliter, & canonicè præceptum, ſed pro humana fragilitate conſtat à nobis indultum: ea duntaxat ratione, vt ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, antè ab hac vita deceſſerit, quàm ex cõmuni conſenſu ad continentiam vnus eorum fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo tranſire ad vxoris amplexus. Si autem illius vita ſuperſtes extiterit, qui non acceperit * abſolutionem pœnitentis, nubat ſi ſe continere nõ poteſt: & alterius conſortio fruatur vxoris. In omnibus tamen ſacerdotis expectetur ordinatio: vt iuxta quod ætatem aptam perſpexerit, pœniten-

Aliàs benedictionẽ.

nitentiæ abſolutionis tribuat legem.

Cum coniugatus in ægritudine vouet continentiam, ſi poſtea non poteſt continere, redibit ad vxorem. Ea tamen mortua non tranſibit ad ſecundas nuptias. Viſum eſt ſynodo diſpenſandum cum illo in vſu primi matrimonii, & arcere cum à ſecundis nuptiis. Quod tamen licebit coniugi non vouenti: atq; hic eſt ſcopus huius canonis. Author.

Canon. 9.

NOuo adueniente Pontifice omnes eccleſiæ liberti, & ab eis progeniti chartulas, & profeſsiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare debent. Quod ſi intra annum non fecerint, vacuæ remaneant, & inanes.

Canon. 10.

LIbertorum filij intra eccleſiam erudiendi nutriantur: & epiſcopo debitum reddant famulatum.

Canon. 11.

QVilquis à quolibet criminatur, nō antea accuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator præſentetur. *3.q.9. Dignū eſt, vt.*

Canon. 12.

QVilquis patrator culparum extiterit, & ad hoſtium refugium confugerit, excommunicetur.

Canon. 13.

QVi primatum dignitatis habent in palatio, à iunioribus modeſtus honor per omnia deferatur: & minores à ſenioribus dilectionis amplectātur affectu, & vtilitatis imbuantur auxilio,

Ca.14. eſt ca.6. Concilij Toletani quinti.

Canon. 15.

REs eccleſiæ à quibuſlibet iuſtè collatæ in earum iure firma ſtabilitate permaneant.

Ca.16. eſt ca.2. conci. Toletani. 5.

Ca.17. eſt ca.4. in conci. Toletano. 5.

Ca.18. eſt. 18. ca. in conci. Toletano. 5.

Ca.19. Conſumitur in gratiarum actionibus Deo, & deinde Regi: cuius ſtudio, & inſtātia collecti ſunt epiſcopi.

Subſcripſerunt epiſcopi, qui ibi conuenerunt. num. 52.

Ego Eugenius eccleſiæ Toleta. epiſcopus ſubſcripſi.

Subſcripſerunt etiam vicem agentes abſentium epōrum.

Explcit concilium Toletanum ſextum.

rit:& tonitrua,& fulgura,& tẽpeſtates:& ſiccitates ipſe diabolus ſua authoritate facit,ſicut Priſcillianus dixit:anathema ſit. *Can.* 9.

SI quis animas,& corpora humana fatalibus ſtellis credit aſtringi,ſicut Pagani, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. *Canon.* 10.

SI quis duodecim ſigna,id eſt, ſydera, quæ mathematici obſeruare ſolent per ſingula animæ, vel corporis mẽbra diſsipata credunt:& nominibus patriarcharum aſcripta dicũt,ſicut Priſcillianus dixit:anathema ſit. *Canon.* 11.

SI quis coniugia humana damnat:& procreationem naſcẽtium perhorreſcit,ſicut Manichęus,& Priſcillianus dixerunt:anathema ſit. *Can.*12.

SI quis plaſmationẽ humani corporis diaboli dicit figmentum eſſe:& conceptiones in vteris matrũ operibus dicit dæmonum figurari:propter quod reſurrectionẽ carnis non credit,ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt:anathema ſit. *Can.* 13.

SI quis dicit creationem vniuerſæ carnis non opificiũ eſſe Dei,ſed malorum angelorum,ſicut Manichęus,& Priſcillianus dixerunt:anathema ſit. *Can.*14.

SI quis immundos putat cibos carnium,quas Deus in vſu hominum dedit,& non propter afflictionem ſui corporis:ſed quaſi ĩmũdiciã putãs, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus pręguſtet,ſicut Manichęus,& Priſcillianus docuerunt:anathema ſit. *Canon.*15.

SI quis clericorum,vel monachorum pręter matrẽ, aut germanã,vel etiã quę proxima cõſanguinitate iũgunť, alias aliquas quaſi adoptiuas fœminas ſecum retinet: & cũ ipſis habitat,ſicut Priſcilliani ſecta docuit:anathema ſit. *Iſtas clinvocabãt ſubintroductas mulieres, quas ſynodus non permittit.*

*Canon.*16.

SI quis.5.feria Paſchali,quę vocať cœna Dñi,hora legitima poſt nonã ieiunus in eccleſiis miſſas non tenet: ſed ſecundum ſectam Priſcilliani feſtiuitatẽ ipſius ab hora tertia per miſſas defunctorum ſoluto ieiunio colit:anathema ſit.

*Canon.*17.

SI quis ſcripturas(quas Priſcillianus ſecundum ſuũ deprauauit errorẽ,vel tractatꝰ Dictinij,quos ipſe Dictiniꝰ ante quã

ITem placuit,vt nullus epiſcopus clericum alterius ordinare præſumat ſinè licentia alterius epiſcopi.

Canon. 27.

ITem placuit,vt diacones ſuppoſito ſcapulæ vtanť orario.

Canon. 28.

PLacuit,vt non liceat cuilibet ex lectoribus, ſacra altaris vaſa portare:nec aliis, niſi his,qui ab epiſcopo ſubdiaconi fuerint ordinati. *Canon.*29. 23.d.*Non licet cuilibet.*

LEctores in eccleſia,in habitu ſeculari ornato nõ pſallãt.

*Canon.*30.

EXtra pſalmos veteris teſtamenti,nihil poeticè compoſitum in eccleſia pſallatur. *Canon.*31.

INgredi ſacrarium ad communicandum non liceat laicis, niſi tantùm clericis.

Ca. 32.*Ne ab eſu carnium abſtineat clerus.*

QVicũq; in clero cibo carnium nõ vtunť,pro amputanda ſuſpitione Priſcillianæ hæreſis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur. Quod ſi contempſerint,neceſſe eſt pro ſuſpitione hæreſis huius, vt excõmunicentur:& ab officio remoueantur.

*Canon.*33.*Vitentur excommunicati.*

QVi pro hæreſi,aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præſumat. Quæ ſi quis ſpernit voluntariè,ſeipſum alienum à communione facit.

*Canon.*34.

QVi ſibiipſis, quolibet modo culpabili inferũt mortem, nulla pro illis fiat commemoratio, nec cum pſalmis ſepeliantur.Hoc idem obſeruetur in illis,qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. 23.q.5.*Placuit, vt hi qui.*

*Can.*35.*De catechumenis ſinè baptiſmo defunctis.*

CAtechumenis ſinè redemptione baptiſmi defunctis,ſimili modo non oblationis ſanctæ commemoratio, nec pſallendi impendatur officium.

Ca.36.eſt ca.17.conci.Tiburieñ.

*Canon.*37.*Ne presbyter altaria conſecret.*

SI quis presbyter,poſt hoc interdictum auſus fuerit, chriſma benedicere,aut eccleſiam,aut altaria conſecrare,à ſuo officio deponatur.

Ca.38. Ne quis ex ordine laico aſſumatur ad ſacerdotium.

Hoc idem de epūs pcipitur in ca. 5. octauæ ſynodi. EX laico ad gradū ſacerdotij, antè nemo veniat, niſi prius anno integro, in officio lectorum, vel diaconatus diſciplinam eccleſiaſticam diſcat: & ſic per ſingulos gradus eruditus, ad ſacerdotium veniat.

Can.39. Qualiter diſtribuendæ oblationes fidelium.

SI quid ex collatione fidelium, aut per feſtiuitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud vnum clericorum fideliter colligatur, & conſtituto tempore, aut ſemel, aut bis in anno inter omnes clericos diuidatur.

Expliciunt canones concilij Bracarenſis primi.

CONCILIVM BRACARENSE SEcundum anno. 2. regis Ariamiri. æra. 610. ſub Honorio Papa. 1. eſt concilium prouinciale, in quo tractantur ea tantùm, quæ ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinent.

Can.1. Qua forma viſitabunt epiſcopi eccleſias ſuas.

10. q. 1. Placuit oĩo epis. PLacuit omnibus epiſcopis, atq; conuenit, vt per ſingulas eccleſias epĩ, & per diœceſes ambulãtes, primũ diſcutiãt clericos, quõ ordinẽ baptiſmi teneãt, vel miſſarũ, & qualiter qcũq; officia in eccleſia peragãt. Et ſi rectè qdẽ inuenerint, Deo grãs agant: ſin autẽ minimè, docere debent ignaros: & hoc modis oĩbus pcipere, ſicut antiq canones iubẽt, vt ante dies. 20. baptiſmi ad purgationẽ exorciſmi concurrant catechumeni. In quib⁹ viginti dieb⁹ oẽs catechumeni ſymbolũ, quod eſt, Credo in Deũ &c. ſpecialiter doceanť. Poſtquam ergo ĩ his ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerĩt epĩ (alia die vocata plebe ipſius eccleſiæ) doceant illos, vt errores fugiãt idolorum, vel diuerſa crimina, id eſt, homicidium, adulterium, periuriũ, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolunt ſibi fieri, alteri non faciant, & vt credant reſurrectionem omnium hominum: & diem iudicij, in quo vnus quiſq; ſecundum opera ſua recepturus ſit. Et ſic poſtea epiſcopus de illa eccleſia proficiſcatur ad aliam. *Quẽ ordinẽ ſtruẽt epĩ viſitãtes diœceſim ſuam.*

Canon.2. Quid accipient epiſcopi viſitantes.

10. q. 3. Placuit, vt nullus. NVllus epõrum per ſuam diœceſim ambulans, præter honorẽ cathedræ ſuę, id eſt, ſolidos duos, aliquid aliud per eccleſias tollat. Tertia verò pars oblationũ populi, pro lumi-

luminaribus, vel recuperatione, in eccleſiis parochialibus, ſeruetur. Similiter, & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopis ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt: Neque, vt dominantes in clero &c. 1. Petr. 5. a.

Ca. 3. Non ſunt accipienda munera ab epiſcopo.

DE ordinatione clericorum epiſcopi munera nulla accipiant, ſed ſicut ſcriptum eſt: Gratis accepiſtis &c. quia antiqua definitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens: Anathema ſit danti, & accipienti. 1. q. 1. Placuit vt de ordi. Matt. 10. a.

Canon. 4. Pro balſamo nihil accipiat epiſcopus præter ſolitum.

MOdicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur: quia à ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil vlterius exigatur: ne fortè quod pro ſalute animarum per inuocationem ſancti ſpiritus conſecratur, ſicut Simon Magus donũ Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes, damnabiliter venundemur. Actu. 8.

Canon. 5. Pro conſecratione eccleſiæ nihil accipiendum.

PLacuit, vt quoties ab aliquo fideliũ ad conſecrãdas eccleſias epiſcopi inuitantur: non quaſi ex debito munus aliquod à fundatore requirãt: ſed ſi ipſe quidẽ aliqd ex ſuo voto obtulerit, nõ reſpuat. Si verò aut paupertas illum, aut neceſsitas retinet, nihil exiget ab illo. Attamẽ vnuſquiſq; epiſcoporum meminerit, vt nõ prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequiũ ipſius per donationem chartulæ cõfirmatũ accipiat. Cõtra verò facere temeritas magna eſt. 1. q. 2. Placuit, vt quoties

Can. 6. Qualiter ædificandæ baſilicæ.

SI quis baſilicam, non pro deuotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat: vt quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat, eò quòd baſilicam in terra ſua condiderit, nullus epiſcoporum tam abominabili voto conſentiat, nec talem baſilicam audeat conſecrare. De cõſe. d. 1. Si quis baſili can.

Canon. 7. Nihil exigendum pro baptiſmo.

VNuſquiſque epiſcoporum per eccleſias pręcipiat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntariè pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis. Si qui verò per neceſsitatem paupertatis aliquid non habent, quod offerant, nullum illi pignus violenter tollatur à clericis. 1. q. 1. Placuit, vt vnuſquiſq;

Canon.

Can.8.Qualiter accuſandi clerici.

2. q. 5. Placuit, vt ſi quis aliquē.

SI quis aliquem clericorū in accuſatione fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli, duo, vel tria teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare quod dixit, excommunicationē accuſati accuſator accipiat.

Ca.9. De ieiunio quadrageſimæ indicendo.

De cōſe. d. 3. Placuit, vt poſtquam. Quadrageſimale ieiuniū præcipitur.

ADueniente natalis Dñi die, poſt lectionem euāgelicam, ſuperuenturū ipſius anni Paſcha, quota Calēdarū die, vel quota luna debeat ſuſcipi, à ſacerdotibus, nuncietur populo, & quadrageſimæ ieiuniis, populo ſeruire præcipiant.

Can.10. Vt nullus niſi ieiunus miſſas peragat.

COgnouimus quoſdā presbyteros in huius præſumptionis audacia retineri, vt miſſas mortuorum etiā poſt acceptum merum, vel oblationem auſi ſint conſecrare. Ideoq; hoc pręfixę euidentis ſententiæ admonitione ſeruet: vt ſiqs presbyter poſt hoc edictum noſtrū amplius in hac veſania fuerit deprehenſus, hoc eſt, non ieiunus, ſed quocunq; cibo pręſumpto oblationem conſecrauerit in altari, continuò ab officio ſuo priuatus, à proprio deponatur epiſcopo.

Explicit concilium Bracarenſe ſecundum.

Seuerinus Papa.

Seuerin⁹ Papa. 71.

SEuerinus Papa ſeptuageſimus primus ſub Petro, patria Romanus, patre Labieno, in locum Honorij ſubrogatus, ab Iſatio totius Italiæ hexarcho, in pontificatu cōfirmatur. Tunc enim non habebatur rata cleri, ac populi electio, niſi id Imperatores, aut eorū exhexarchi cōfirmaſſent. Seuerin⁹ igitur pontifex vir ſingularis pietatis, & religionis, amator pauperū ſedit menſes vndecim, dies verò quatuor.

Ioannes.4.Papa.

Ioannes papa.72.

IOannes quartus Papa ſeptuageſimus ſecūdus ſub Petro, natione Dalmata, patre Venantio, ſedit annū vnum, iuxta verò aliquos tres annos.

Decreta Theodorii Papæ.

Theodor⁹ Papa.73.

THeodorus Papa ſeptuageſimus tertius ſub Petro, natione Græcus, ex patre Theodoro epiſcopo Hieroſolymis oriundo, ſedit annos ſex, menſes quinq;, dies octo. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus ſuper omnes, & multùm

tùm miſericors. Iſti tres Pontifices fuerunt ſub Heraclio Imperatore. 57. anno Chriſti. 612.

CONCILIVM TOLETANVM Septimum. Circa tempora Theodori, vel Martini primi Papæ: in quo conuenerunt triginta & octo epiſcopi. *Conci. Toletanum. 7.*

Canon. 1. De euentu languoris in clerico miniſtrante.

CEnſuimus conuenire, vt cùm à ſacerdotibus miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrātur, ſi ęgritudinis accidit quilibet euentus, quo cœptum nequeat cōſecrationis expleri myſteriū: ſit liberum epō, vel pſbytero alteri cōſecrationem exequi officij cœpti. Nō enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis competit, quàm aut incipientis, aut ſubſequentis completa benedictio ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. Dum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil cōtrarium perſonarum diuerſitas format, vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repreſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduum eſſe ſibi non ambigant, ſed præcedētibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen, quod naturę languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur, nullus poſt cibum, potumq́; quemlibet minimum ſumptum miſſas facere, nullus abſque patētis prouentu moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos cùm cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Qui contra fecerit, excommunicetur. *7. q. 1. Nihil contra ordinis.*

Can. 2. De exequiis morientis epiſcopi.

SI quis ſacerdotum ad humanda decedentis epiſcopi membra venire commonitus diſtulerit, appellantibus clericis abeuntis epi, apud ſynodum, vel metropolitanū epm tempore anni vnius nec faciendi miſſam, nec communicandi habeat oīno licentiā. Presbyteri autē, ſiue cęteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandem eccleſiam fuerit, cuius ſacerdos obierit, ſi omni ſolicitudine pro exequiis, aut iam mortui, aut continuò antiſtitis morituri, ad commonendum epiſcopum tardi inueniantur, aut per quācunque moleſtiam animi id negligere comprobentur, totius anni ſpatio ad pœnitentiam in monaſteriis deputentur. *De exequils moriēns epi habetī ca. 4. ī cōcilio Valētino Hiſpaniæ celebrato.*

Canon. 3.

10.q.3.*Inter cætera deniq; quæ.* VLtra duos ſolidos, à parochianis eccleſiis, epiſcopus non præſumat accipere, & amplius quàm vna die per vnamquãq; baſilicam morandi licentiam non habeat.

Omiſimus alia tria cap. aliâs repetita.

Explicit concilium Toletanum ſeptimum.

Decreta Martini Papæ.

Martinus Papa.74. MArtinus Papa ſeptuageſimus quartus ſub Petro, de ciuitate Tudertina, prouinciæ Tuſciæ, ſedit annos ſex, menſem vnum, dies viginti & ſex Imperatore Cõſtante circa annum Chriſti.643. Huius temporibus fuit Paulus Conſtantinopolitanæ vrbis epiſcopus hæreticus (contra quem congregauit ſynodum Lateranen̄. in vrbe Roma, vbi conuenerunt epiſcopi, numero centum quinque, & condemnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrum, & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos: quia nouitates contra immaculatam fidem præſumpſerunt innectere, anathematis vltione percuſſi ſunt. Et faciens exẽplaria, per omnes tractus Orientis, & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium diſſeminauit.

Hic Paulus hæreticus ſuggeſſit Imperatori, vt deduceretur Martinus Conſtantinopolim occidendus, niſi ceſſaret à ſua perſecutione: quod obtinuit, quoniam delatus eſt Conſtantinopolim per Pellurium cubicularium Imperatoris. Qui cùm nollet omnino acquieſcere, directus eſt in exilium, in locum, qui dicitur Cerſona: & ibidem vitam finiuit in pace Chriſti confeſſor, vbi operatus eſt multa miracula.

Synod. Lateranenſis. CONCILIVM LATERANENSE CIRCA Martini tempora celebratum contra Theodorum, & Cyrum, & Paulum hæreticos, quondam epiſcopos, ac ſocios eorum: cui adfuerunt centum quinque patres, cuius exemplar hodie in archiuo eccleſiæ continetur: ſuntq; eius canones, qui ſequuntur.

Canon primus.

SI quis non confitetur, ſecundum ſanctos patres, propriè, & verè, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, Trinitatem in vnitate, vnitatem in Trinitate &c. ſit condemnatus.

Canon. 2.

SI quis non confitetur, ſecundum ſanctos Patres, propriè, & verè, ipſum vnum ſanctæ, & conſubſtantialis, & adorandæ

randæ Trinitatis Deum verbum deſcendentem de cælis, & incarnatum de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, & hominẽ factum &c. ſit condemnatus.

Canon. 3.

SI quis non confitetur propiè, & verè Dei genitricem ſanctam ſemper virginem immaculatam Mariam, in vltimis ſeculorum abſque ſemine cõcepiſſe ex ſpiritu ſancto, & incorruptibiliter enixam eſſe, & indiſſolubili permanente, & antè, & poſt partum eiuſdem virginitate, ſit condemnatus.

Canon. 4.

SI quis non confitetur propriè, & verè ipſius, & vnionis Domini noſtri, & Dei noſtri Ieſu Chriſti, duas natiuitates exiſtere, vnã ante ſecula ex Deo patre incorporaliter, & ſempiternaliter, alterã autẽ de virgine Maria carnaliter in vltimis ſeculorum, & eundẽ Dñm, & Deum Ieſum Chriſtũ conſubſtantialem Deo patri ſecundum deitatem, & cõſubſtantialem Virgini ſecùndum humanitatem, ac eũdem paſſibilem carne, impaſsibilem deitate &c. ſit condemnatus.

Canon. 5.

SI quis non confitetur propriè, & verè vnam naturam Dei verbi incarnatam, ex hoc quòd incarnata dicitur noſtra ſubſtantia perfectè in ipſo Chriſto Deo, & indiminutè abſque tantummodo peccato ſignificata, ſit condemnatus.

Canon. 6.

SI quis non confitetur propriè, & verè ex duabus naturis, deitate, & humanitate, ſecundum ſubſiſtẽtiam vnitis, inconfuſè, & indiuiſè, eundem, & vnum Chriſtum eſſe, ſit condemnatus.

Can. 7.

SI quis non confitetur propiè, & verè ſubſtantialem differentiam naturarum poſt ineffabilem vnionem, ex quib' vnus, & ſolus extitit Chriſtus in eo ſaluatam, ſit cõdẽnatus.

Canon. 8.

SI quis non confitetur propriè, & verè ſecùndum compoſitionem, id eſt, ſecundum ſubſiſtentiam naturarum vnitionem, ex quibus vnus, & ſolus extitit Chriſtus, inconfuſè, & indiuiſè in eo cognitam, ſit condemnatus.

Canon. 9.

SI quis non cõfitetur propriè, & verè naturales proprieta-

tes deitatis Chriſti,& humanitatis,indiminutè in eo, & ſi-
nè defectione ſaluatas in affirmationem veracem, eundem ipſum Deum perfectum, & hominem perfectum ſecũdum naturam exiſtere,ſit condemnatus. Canon. 10.

SI quis non confitetur propriè,& verè,duas eiuſdem,& vnius Chriſti Dei voluntates, ſimiliter & operationes cohærenter vnitas,diuinam, & humananı:ex hocq; in vtraq; eius natura voluntarium, efficacemq; ſecundum naturam eundem exiſtere noſtræ ſalutis,ſit condemnatus.

Canon. 11.

SI quis confitetur, ſecundum ſceleratos hæreticos, deitatis,& humanitatis Chriſti vnam naturam, aut vnam voluntatem,aut vnam operationem, in peremptionem quidẽ ſanctorum patrum confeſsionis,abnegationem autẽ eiuſdẽ Saluatoris noſtri diſpenſationis, ſit condemnatus.

Canon. 12.

SI quis ſecundum ſceleratos hæreticos, in Chriſto Deo vnitis ſubſtantialiter ſaluatis,& à ſanctis patribus noſtris piè prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, diuinam, & humanam ſubterfugit ſimul confiteri, aſſerens, contra ſanctorum doctrinam, & vnam voluntatem,& vnam operationem,ſit condemnatus.

Canon. 13.

SI quis ſecundum ſceleratos hæreticos cum vna voluntate,& vna operatione,quæ ab eiſdem hæreticis in Chriſto Deo impiè confunduntur, & duas voluntates, & duas operationes diuinam,& humanã,ſimul abnegat, & ſimul reſpuit, ſit condemnatus. Can. 14.

SI quis ſecundum hæreticos, Dei virilem operationem, vnam inſipienter ſuſcipit,& non duplicẽ eã cõfitetur, hoc eſt,diuinam,& humanam,ſit condemnatus.

Canon. 15.

SI quis ſecundum hæreticos in peremptionem in Chriſto Deo ſecundum vnitionem,ſaluatis eſſentialiter, & à ſanctis patribus piè prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus,diuinam,& humanã diſſenſiones, & diuiſiones inſipiẽter in myſterio diſpẽſationis ei9 innectit, & ꝓpterea euãgelicas,& apl'icas de eodẽ Saluatore voces non

vni,

vni,& eidem perſonæ eſſentialiter tribuit,id eſt, Chriſto Ieſu,ſit condemnatus. *Canon.16.*

SI quis non confitetur ſecundum ſanctos patres, propriè, & verè,omnia quæ tradita ſunt, & prædicata ſanctæ, & Apoſtolicæ Dei eccleſiæ ab ipſis ſanctis patribus:& probabilibus, & vniuerſalibus quinque conciliis vſque ad vnum apicem verbo,& mente,ſit condemnatus.

Canon.17.

SI quis ſecundum ſanctos patres conſonanter nobiſcum eadē credēs,nō reſpuit, & anathematizat anima, & ore omnes,quos reſpuit, & anathematizat nefandiſſimos hæreticos,cū omnib⁹ impiis eorum ſcriptis,vſq; ad vnū apicē, ſancta Dei cotholica,& Apl̄ica eccleſia,hoc eſt,ſanctę, & vniuerſales quinq; ſynodi,& ipſi oēs cōſonāter probabiles eccleſiæ patres. Dicimus autē Sabellium, Arrium, Eunomiū, Macedonium,Apollinarem,Polemonē, Euthycē, Dioſcorum, Timotheum, Elurū, Seuerū, Theodoſium, Cholutum, Themiſtiū, Paulū Samoſatenum, Chodorū, Theodorū, Neſtoriū, Periam, Origenem, Didymū, Euagrium, & compendioſè alios oēs hęreticos, q à catholica eccleſia reprobi atq; abiecti ſunt:quorum dogmata diabolicę operationis ſunt genimina:& eos,qui ſimilia cum his vſq; ad finem ſinè pœnitentia ſapuerunt,aut ſapiunt,vel ſapient: cum quibus meritò,vtpote eadē dogmatizātes,& docentes(ſicut oſtenſum eſt)Theodorū quondam epm̄ Pharanitanū,& Cyrū Alexādrinum,& Sergium Cōſtantinopolitanū, & eius ſucceſſores Pyrū,& Paulū,& oīa impia eorum ſcripta anathematizamus,& eos qui nobiſcum conſonanter non reſpuunt, & anathematizant prædictos hęreticos eorumq; ſcripta. *Colluuies hæreticorum recenſita.*

Et ſubſcripſerūt Martin⁹ Papa,ac cęteri epi numero. 105.

Expliciunt canones Martini Papæ.

CONCILIVM TOLETANVM octauum tempore Martini Papæ.

Cōciliū Toletanū.8.

In primo canone pronunciatur tantùm ſymbolum fidei, quomodo nunc proponitur publicè in eccleſia.

Canon.2. De incauto Iuramento.

IN ſecūdo canone de incautis iuramētis differit multa. Primò ꝙ iuramēta reſolui nō poſſunt. Probat p illud Exodi. *Exo.20.b.*

Non aſſumes nomē Domini Dei tui in vanũ, id eſt, *fruſtra.*

Secundò, quòd iuramenta illicita non ſunt ſeruāda, & cō-
Amb.li.1. de minatoria ſunt mitiganda. Primũ probat ex Ambroſio, qui
officiis. c.4. pro hoc adducit illud Matth.14. de Herode, qui iurauit: q̄m
50. quicquid petitura eſſet, daret filiæ Herodiadis, & necem
Mat.14. Ioannis pręſtitit, ne promiſſum denegaret: quod tamē negā-
Marc.6. dum: & promiſſum ſeruandum non erat. Et illud etiam de
Iudi.11.f.g. Iephte, qui immolauit filiā &c. Melius fuerat nihil tale pro-
22 q.2. Non mittere, quàm promiſſum ſoluere. Mirabilis (inquit) neceſ-
ſemper pro. ſitas, quæ ſoluitur parricidio. Et pro hoc alia multa adducit
ex Auguſt. etiam ex Iſidoro.

Secundùm probat: quia Deus multoties talia commina-
22.q.4. Non toria mutabat, ſoluebatq; iuramenta. Hoc in Niniuitis pa-
eſt ob. tet. Similiter Iſraelitico populo ſępe vltio promiſſa ſuſpen-
Ion.4.3.& ditur. Hîc etiam per Ieremiam Dñs ipſe dicit: Si pœnitētiā
Iere.18.b. egerit gēs illa ſuper malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus
eam, agam & ego pœnitentiam &c. Si ergo noſtra cōuerſio
ſic diuinam mutat ſententiam, cur miſerorũ tātę lachrymę,
vel p̄ſſurę, tam crudā nō tēperēt ex miſeratione vindictam?

Quartũ quod tractat eſt. Vbi periculi neceſsitas cōpule-
rit, id debemus reſoluere, quod minori nexu ſacroſancti no-
ſcit obligari. Quid autē ex his leuius: quidve ſit grauius, pie-
tatis acumine inueſtigemus. Et enim dum periurare cōpelli-
mur, creatorem quidem offendimus: ſed nos tantummodo
maculamus. Cùm verò noxa promiſſa complemus, & Dei
iuſſa ſuperbè contemnimus, & proximis impia crudelitate
nocemus: & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus.

Canon.3. de his, qui ſacros ordines muneribus aſſequunt.
eſt Canon plus millies repetitus, ideo hoc loco omiſſus.

Canon. 4. De caſtitate epiſcoporum.

OMnes epiſcopi inter cætera virtutum ornamenta nito-
re carnis debent propenſius enitere, vt ex hoc, audien-
tes munditiam appetant, ex quo doctores aliorum immun-
ditia non deturpat: adeo, vt ſi deinceps epi detecti fuerint,
Qualiter pu- exſecrabilibus flagitiis, cum quibuſlibet fœminis pollui, ac
niēdi epi for- familiari peculiaritate verſari, nouerint ſe irreuocabili ſnia
nicarii. patrũ vlciſci, id eſt, & loci & ordinis dignitate priuari. Diaco-
ni verò, & presbyteri, ſi oĩno coerceri nequiuerint, vſque ad

exitum

exitum vitæ ſuæ monaſteriis deputati, diſciplinis monaſticis maneant omnino ſubiecti. Hoc idē ſtatuimus de ſubdiaconis, q̄ hoc deinceps vulnere fuerint ſauciati: ita, vt vſq; ad extremū vitę ſuę ſub pnīę oneribus in monaſteriis religent̄.

Can. 7. De his, qui poſt aſſumptum eccleſiaſticum gradum ad coniugia redire volunt.

SIcut ſanctum Chriſma collatū, & altaris honor propter cōſecrationē (quę per ep̄os tantùm exercēda, & cōferēda ſunt) euelli non queunt: ita quoq; ſacrum decus honorum, quod his cōpar habetur, & ſocium: qualibet fuerit occaſione perceptum, manebit omnimodè inconuulſum. Sicut em̄ ſacroſancti baptiſmatis inappretiabile donum ſemper, & ſæpe non ſolùm nolentibus, verùm etiam (quod maius eſt) neſcientibus impartitur, tamē hoc à nullo penitus profanari permittit̄: ſic nec quod diuina iuſſione, ſimulq; Apoſtolicæ traditionis authoritate ſacrum noſcitur extitiſſe, à quoquam aliquando profanari licebit. Vnde quicunq; etiā ſi inuiti, ad eccleſiaſticarum officia dignitatū aſſumuntur, deſerere quam ſemel receperunt gratiam, donumq́; nequaquam audeant. Si verò ad coniugia moréſque ſeculi redire attētauerint, omni eccleſiaſtica dignitate priuentur, & apoſtata habeatur: & in monaſterio donec vixerint, ſub pœnitentia retrudantur.

Canon. 8. Non ordinandus, niſi nouerit pſalterium.

DEcreuimus, vt nullius cuiuſcunque dignitatis eccleſiaſticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum pſalterium, vel canticorum vſualium, & hymnorum, ſiue baptizandi perfectè nouerint ſupplemētum. Qui verò iam honore dignitatum iunguntur, & hoc ignorant, aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi, aut à maioribꝰ ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Solus érgo accedat ad ſacra Dei myſteria tractanda, quem morum innocentia, & literarum ſplendor reddunt illuſtrem.

Can. 9. De his, qui ieiunium quadrageſimæ ſoluunt.

QVisquis ſinè ineuitabili neceſsitate, atque fragilitate, & euidenti languore, ſeu etiam impoſsibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, nō ſolū reus erit reſurrectionis Dominicæ, verùm etiam *Quàm ſeuerè olim cauebāt eſus carniū quadrageſimæ.*

 alienus

alienus ab eiuſdem diei ſancta communione, & hoc illi cumuletur ad pœnam: vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi verò, quos aut ætas incuruat, aut langor extenuat, aut neceſsitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quàm à ſacerdote permiſſum percipiant.

In canone.10. commendatur obſeruantia decretorum.

In canone vltimo tantùm definitum eſt, vt circa Iudæos ſeruentur decreta in concilio Toletano.4. Capitulis.56.57, 58.59.60. & in multis aliis.ca. illius concilij.

Subſcripſerunt quinquaginta, & quinque epiſcopi. Subſcripſerunt & Abbates, deinde vicarij epiſcoporum abſentium. Vltimò viri illuſtres officij palatini.

Explicit concilium Toletanum octauum.

Conci. Toletanum.9. CONCILIVM TOLETANVM NONUM habitum anno ſeptimo Receceſiunthi regis Calen. Nouembris ab epiſcopis.16.

Præfatio. Quia nequaquã rectè ſubditos iudicat, qui non ſeipſum prius iuſtitiæ cenſura caſtigat: aptum nobis, & expedibile viſum eſt, antè noſtris exceſsibus imponere modum, & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc nanque melius iudiciorum exordia dicuntur, cùm vita iudicum antè diſponitur, eò quòd potius iudicij forma completur, cum negotiorum principiis æquitas iudicantium antefertur. Ideo exordium æquitatis inchoari à iudicibus debet, vt perfecta iuris cauſatio limitem apertius [illegible]

A correctione prælatorũ inchoãda ſynodus.

Canon.1. Qualiter heredes f[illegible]ndatoris [illegible], ſollicitudinem eius p[illegible]ant.

NVllus ſacerdotum [illegible]iniſtroru[illegible]us eccleſiæ, quæ in [illegible]is à fideli[illegible]giuntur, aliquid auferat, vel iuri ſu[illegible]nectat. Et vt huius rei potior ſoliditas habeatur, condignis filiis, vel nepotibus, honeſtioribusq; propinquis eius, qui conſtruxit, vel ditauit eccleſiã, licitum ſit, hanc bonæ intentionis habere ſolertiam: vt ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut cõmonitionis honeſtæ conuentione cõpeſcant, aut talia epiſcopo, vel iudici corrigẽda denuncient. Qui verò hæc monita temerare voluerit, excõmunicetur.

Can.

Can.2. Fundatores eccleſiarum, miniſtros eligant ibi ſeruituros.

QVandiu fundatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſolicitam, atq; rectores idoneos in eiſdem baſilicis iidem ipſi offerant ſeruituros. *Canon.3.*

SI ſacerdos, vel miniſter de rebus eccleſię qppiã alicui ſub pręſtationis obtentu concedat, inſtrumento cauſam pręſtiti euidenter exponat. Aliter verò pro huius negotij cauſa deinceps ſcriptura non valeat.

Canon.4. De rebus conquiſitis à clericis, qualis diuiſio fiat.

DE rebus conquiſitis per eos, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, inter eccleſiã, & ſacerdotis hæredes æqualis diuiſio fiat. Quicunq; verò de prædictis ſacerdotibus, vel miniſtris pro ſui vtilitate, atq; amicitia, vel præſtatione, aut quocunq; modo, aut per ſcripturæ ſeriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus eccleſiaſticis non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, in ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. *12. q. 4. Sacerdotes, vel* *12.q.3. Quicũq; de ſace.*

Can.5. Quid monaſterio, vel eccleſiæ, epiſcopus conferre poßit.

SI epiſcopus monaſteriũ facit, vel eccleſiam parochialem, quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit. At verò monaſterio quinquageſimam tantùm partem dare debebit. *12.q.2. Bonæ rei dare.*

Can.6. Epiſcopus tertiam partem ſibi debitam, cui voluerit conferat.

CVm prætęritis ſanctionibus notiſsimũ habeatur, quæ de rebus parochialium eccleſiarum pars epiſcopo conferatur, oportunè tamen duximus decernendum, vt ſi epiſcopus tertiam partem, quam de rebus earundem ſanctione ſibi debitam nouit, aut ipſi eccleſiæ, cuius res eſſe patebit, aut alteri eccleſiæ, quam elegit, conferre decreuerit, & licitum maneat, & irreuocabile robur eius ſententia ferat. *12.q.2. eps ſi tertiã partẽ* *Nota, quòd hic nulla mẽtio fit cõſanguineorũ ſed tũ eccleſiarum ſuarum*

Canon.7. Ne extra ordinem perſcriptum hæredes morientis ſacerdotis res eius adire præſumat.

PRopinqui morientis epiſcopi nihil de rebus eius abſque metropolitani cognitione vſurpare præſumant. Quòd ſi is, qui deceſſerit, metropolitanus fuerit, ſucceſſoris eius ſententiam, aut Concilium ſuſtinebunt: ne paſsim hæreditatis

 adeun-

Simile quid- adeundæ data licentia de rebus eccleſiæ,aut non retineatur
dam in conci. ratio plena,aut fraus inueniatur illata. Quòd ſi presbyteri,
Valēt. can.2. aut diaconi fuerint, quos obiiſſe conſtiterit, non ſine agnitione ſui epiſcopi rem eius hæredibus adire licebit.

Can.8. A *quo tempore incipiat perſcriptio in rebus eccleſiæ.*

16.q.3.Si ſacerdos. SI epiſcopus,vel ſacerdos,vel miniſter,illicitè alienauit res eccleſiæ, viuente ipſo nulla præſcriptio currit contra eccleſiam in rebus illis:ſed eo mortuo incipit currere.

Can.9. *Quantum commodum ſibi epiſcopus tollat de eccleſia cuius tumulauerit ſacerdotem.*

In concil. va-lent. cano.2. COmmuni decreto ſancimus,vt cùm Pontificē mori contigerit, epiſcopus, qui ad humandū corpus aduenerit, deſcriptis theſauris,atq; ornamētis omnibus, ſi locuples de eedeutis eccleſia fuerit, non amplius, quàm libram auri, in rebus, quibus ei placuerit (exceptis ornamentis eccleſiæ) cum gratia offerentium auferre pertentet. Si verò minor rebus extiterit,dimidiam libram ſibi ſcienter vſurpet.

Canon. 10. *De filiis clericorum.*

15.q.8.Cum multæ. CVm multæ ſuper incontinentia ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ Patrum,& nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morum.Ideoq; quilibet ab ep̄o vſq; ad ſubdiaconum deinceps,qui vel ex ancillę,vel
Nota pro fi-liis clericorū ex ingenuę deteſtādo cōnubio ī honore cōſtituti filios procrearint,illi quidē,ex quibus geniti probātur,canonica cenſura dānentur. Proles autem ex tali pollutione nata,non ſolùm hæreditatem parentum nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt,iure perenni manebunt.

Can.11. *Serui eccleſiarum non ordinandi.*

D.54. Qui ex familiis. SErui eccleſiarum ordinari non debent, niſi prius libertatem ab epiſcopis conſequantur. Et ſi honeſtè in clericatu vixerint,poterunt ad officia maiora promoueri.

Canon.12.

SI ſeruis eccleſię à ſacerdote libertas cōferatur,tempus annorum à die mortis eius tantùm computari debet.

Can 13. *Vt liberti eccleſiæ abſtineant à coniugio Gothico.*

CVnctis eccleſiarū libertis, tam viris, q̃ fœminis, eorūq; propagini interdicit iudicio generali,ne deinceps cauſa connu

connubij, aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gotthis. Quòd ſi hoc factum quãdoq; patuerit, permixtione tali genita proles nunquã merebitur ius debitę dignitatis: nec eccleſiæ vnquàm carebit obſequiis. Canon. 14.

Quòd ſi tales liberti ad eccleſiã reuerti noluerint, quęcunque vel parentes eorum, vel ipſi ab eccleſia ſunt adepti, inſiſtente Pontifice, in ditionem propriæ reducantur eccleſiæ.

Canon. 15.

IN Canone.15. tantùm agitur de obſequio, & diſciplina libertorum eccleſiæ. Canon. 16.

LIbertis eccleſiæ, eorumq; propagini ex omnibus, quę de iure eccleſię noſcuntur habere, nihil licebit in extraneum dominiũ transferre. Suis ergo filiis, vel propinquis eiuſdem eccleſiæ, vel ſeruitio, vel patrocinio ſubiugatis, quęcunque donare, vel vendere voluerint, poterunt.

Can.17. Baptizati Iudæi cum epiſcopis celebrent dies feſtos.

BAptizati Iudęi quocunq; loco certo tempore conuerſentur. Feſtis tamen pręcipuis noui teſtamẽti ſerie conſecratis, ac diebus illis, quos olim ſanctione ueteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolennes, in ciuitatibus, publicisq; conuentibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare pręcipimus: vt eorum conuerſationem, & fidem, & Pontifex approbet, & veritas ſeruet. Huius verò temerator edicti prout epiſcopus permiſerit, aut flagris, aut abſtinentiæ ſubiacebit.

Explicit Concilium Toletanum nonum.

CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM anno octauo Recceſiunthi Regis tempore Martini Papæ.

Concil. Toletanum. 10.

Canon. 1. De celebritate annunciationis Dominicæ

QVoniam die, qua inuenitur angelus virgini verbi conceptum, & nunciaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadem die feſtiuitas non poteſt celebrari condignè, quòd interdũ quadrageſima, vel paſchale feſtũ videaẽ incũbere: in quibus nihil de ſanctorũ ſolẽnitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, conuenit celebrari, cum ſecundũ ipſam incarnationem verbi non cõueniat tunc celebritatibus prædicari, quando conſtat ipſum verbum poſt mortem carnis gloria reſurrectionis attolli. Ideo ſpeciali conſtitutione ſancitur, vt ante octauũ diem, quo natus eſt Domin⁹, genitricis quoq;

Hæc feſtiuitas ĩ ſolẽnib⁹ paruis celebratur.

quoq; eius dies habeatur celeberrimus, & præclarus. Ex pari enim honore conſtat, vt ſicut natiuitatem filij ſequẽtium dierum inſequitur dignitas, ita feſtiuitatem matris tot dierum ſequatur ſacra ſolẽnitas. Nam quod feſtum matris eſt, niſi incarnatio verbi? Cuius feſtum ita debet eſſe ſolenne, ſicut eſt & eiuſdem natiuitatis verbi. In multis itaq; eccleſiis à nobis, & ſpatio remotis, & terris, hic mos agnoſcitur retineri. Solennitas itaq; Dominicæ matris die. 15. Calend. Ianuariar. omnimodo celebretur. *Canon. 2.*

QVi contra ſalutem Principũ, gentis, aut patriæ aliquid machinatur, ab epiſcopo vſq; ad extremum ordinis clericorum, aut monachorum, mox omni dignitate, & honore priuetur.

Can. 3. Contra epiſcopos, qui monaſteriis, vel eccleſiis conſanguineos, vel ſibi fauentes præficiunt.

1. Petri. 5. 4. AGnouimus enim quoſdam Pontifices præcepti Principis Apoſtolorum, qui ait: Paſcite, qui in vobis eſt gregem, non coactè, ſed ſponſtaneè, neq; vi dominantes in clero &c. ita eſſe immemores, vt quibuſdã monaſteriis, parochialibusq; eccleſiis, aut ſuæ conſanguinitatis perſonas, aut ſui fauoris participes, iniquum ſæpe ſtatuant in prælatum, ita illis prouidentes cõmoda inhoneſta, vt aut eiſdem deferantur, quæ proprio epiſcopo dari iuſtus ordo depopoſcerit, aut quę rapere deputati exactoris violentia poterit. Pro-

D. 89. Decẽter omnibus placet. inde placuit nobis, & in pręſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cętero faciendum. Nam quiſquis Pontificũ deinceps, aut ſanguine propinquis, aut fauore pſonis quibuſcunq; ſibi coniunctis, talia cõmendare lucra tentauerit, ad ſuũ nefandę pręſumptionis excidium, & quod iuſſum fuerit, deuocetur in irritum, & qui ordinauit, annuæ excommunicationi ſubiaceat. Quę verò ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulit, reddantur in duplum

Cap. 4. De profeſſione, & habitu viduæ profeſſæ.

2. q. 1. Vidua quæ ſanctæ religionis VIdua, quæ ſanctę religionis obtinere propoſitum voluerit, ſacerdoti, vel miniſtro, ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis profeſsionem faciat à ſe, aut ſigno, aut ſubſcriptione notatã, continentẽ ſe, & religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inuiolatè ſeruare. Tunc

re. Tunc accepta à ſacerdote, vel miniſtro apta religionis huius veſte, ſeu lectulo quieſcens, ſiue in quocunq; loco conſiſtens incũctanter ea vtatur. Nec diuerſi coloris, aut diuerſæ partis eadem ſit notabilis veſtis, ſed religioſa, & non ſuſpecta: quę careat varietatibus colorum. Palio purpureo, vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ religionis: vt dum illic tulerit ſignum probabilis ſanctitatis, vbi nullius falli poterit viſio intuentis, nunquã auſus attentet deteſtandæ præſumptionis.

Can. 5. De fœminis, quæ propoſitum religionis abiecerunt.

SAnctimoniales fœminæ, quæ propoſitum abiecerunt religionis, commoneantur ſacerdotis authoritate, vt redeant ſpõte. Quę ſi redire noluerint, impulſu ſacerdotis ad religionis cultum reducantur, & in monaſteriis redactæ excommunicationis ſententia feriãtur. Hic idem quoq; ordo in illarum condẽnatione manebit, quę quãlibet à ſacerdote ſanctimonia ſ veſtem non accepiſſent: ipſæ tamen aut indutæ ſunt, aut in illo diu habitu conſenſerũt, qui religionis eſſe cultus ab intuentibus crederetur, ſi coram eccleſia, vel ſacerdote, aut etiam competentibus teſtibus, quandoq; indutæ certis indiciis, aut teſtimoniis approbantur.

27 q. 1. oẽs fœminæ ſe inue

Canon. 6. Quoto anno liceat parentibus, filiis tradere religionis.

SI in qualibet minori ætate, vel religionis tonſuram, vel religionis debitã veſtem in vtroq; ſexu filiis, aut vnus, aut ambo parentes dederint, certè, aut nolentibus, vel neſcientibus ſeſe ſuſceptã, & non mox viſam in filiis abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel coram eccleſia, palãq; in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſecularem reuerti habitum, ipſis filiis quandoq; penitus non licebit: ſed conuincti, quòd tonſuram, aut religioſam veſtem aliquãdo habuerint, mox ad religiõnis cultum, habitũq; reuocẽtur, & ſub ſtrẽnua diſtrictione huiuſcemodi obſeruantiæ inſeruire cogantur. Parẽtibus ſanè filios ſuos religioni contradere non amplius, quàm vſque ad quartumdecimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe.

20. q. 2. Si in qualibet minori.
Et in decr. Iuo. lib. 3.
In decr. Iuo. habetur vſq; ad decimum

Item decretum pro Potamio epiſcopo.

Cõfeſſio epĩ qui tactu fœmineo ſe polluerat.

ECce enim tractantibus nobis in pace de eccleſiaſticis regulis, delatum eſt conuentui noſtro epiſtolium confuſæ confeſ

confeſsionis,& abolēdæ ſubſcriptionis, quo Potamius Bracarenſis eccleſiæ epiſcopus de factis propriis, ſuiſq; verbis annotarat articulis. Quo reſerato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarū panderēt clemēta fletibus potius,quā ſermonibus lachrymoſa contio receſſit. Tunc ſolitariè tm̄, ſecretimq; adunatis Pōtificibus Dei, prędictū epiſcopū ad eſſe corā nobis fecimus. Quem ſingultis aggrediētes amplius, quàm loquelis, reſeratā illi ſuæ deformitatis, & noſtræ confuſionis ſcripturam protulimus. Quam accipiens, ac recurrens ſciſcitantibus nobis, vtrum ſui operis, & ſuæ annotationis intimatio eſſet. Ille ſuū actum, ſuiq; oris eloquium, ſuorū quoq; digitorū eſſe robur aſſeruit: quod illic relegendo peruidit. Rurſum diuini nominis conteſtatione hunc ad iurantes obteſtati ſumus, vt, an de ſe ſponte mendaciū diceret, aut alicuius violētia premeretur, & perterritus talia narraret. Qui mox flebili voce, luminibusq; ploratu madentibus, & fragore ſingultuū, cum vnius Dei nominis iuramento clamauit, ſe, & verè eadem mala de ſe confiteri, & ad hæc confitēda nulla ſe violētia prægrauari. Vnde etiam per nouem menſes ſponte deſeruiſſe regimen eccleſię ſuæ, & ergaſtulo quodam, pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiam ſe cōcluſiſſe edixit. Tunc per fidelem confeſſorē eius agnito, quòd tactu fœmineo ſorduiſſet, & declarato, licet hunc paterna antiquitas ſacris regulis deiicere ab honore decernat, nos tamen miſerationis iura ſeruantes, non abſtulimus nomen honoris, ſed valida authoritate decreuimus, perpetua pœnitentia hunc inſeruire officiis, & ærumnis, prouidētes, melius illum per aſperā, & dumoſam ire pœnitētiæ ſolitudinem, vt quandoq; perueniret ad refrigerij manſionē, quàm relictum in voluntatis ſuę latitudine, ad pręcipitium deiici ęterna damnatione. Tum venerabilem fructuoſum eccleſię Dimienſis epiſcopum cōmuni omnium noſtrum electione conſtituimus eccleſiæ Bracarenſis gubernacula continere. Eugenius indignus Toletanę ſedis metropolitanus epiſcopus, hoc iudicij noſtri decretum ſubſcripſi. Similiter, & alij epiſcopi ſubſcripſerunt numero decem & ſeptem.

Nota.

Explicit Concilium Toletanum. 10.

Decreta Eugenij Papæ.

Eugenius

EVgenius primus, ſeptuageſimus quintus Papa ſub Petro, natione Romanus, clericus à cunabulis, ex patre Ruffiniano, ſedit annos duos, mẽſes nouẽ, dies vigintiquatuor. Benignus, mitis, manſuetus, omnibus affabilis, & ſanctitate præclarior Imperat. Conſtante. Eodem tempore Petrus in locum Pauli hæretici Conſtantinopoli ſufficitur, quo Eugenius Romæ in locum Martini Papæ. *Eugenius Papa 75.*

CABILONENSE CONCILIVM IN GALliis celebratũ tpe Eugenij Papæ. Eſt prouinciale. *Canon. 1.* *Cabilonenſe Concilium.*

OMnes inſpirãte Domino vno animo definiuimus, vt ſi dei norma, ſicut in Nicæno Concilio pia eſt profeſsione firmata, vel à ſanctis Patribus tradita, atq; ab ipſis expoſita, vel in poſtmodum à ſancto etiam Chalcedoneñ. Concilio firmata in omnibus, & ab omnibus cõſeruetur. *Canon. 2.*

CAnonum ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruentur.

Canon. 3.

SI quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicũq; ex ſacerdotali catalogo, cum qualicũq; extranea muliere familiaritatem habuerit, quę dedecoris, vel adulterij poſsit afferre ſuſpitionem, ab ordine degradetur. *Canon. 4.*

VT duo in vna ciuitate penitus vno tempore, nec ordinentur, nec habeantur epiſcopi. *Canon. 5.*

SEculares verò, qui necdum ſunt ad clericatum conuerſi, res parochiarum, vel ipſas parochias ad regendum non habeant commiſſas. *Canon. 6*

NVllus ante audientiam res quorumlibet inuadere, aut auferre præſumat. Quod, qui feceſit, vt necator pauperum habeatur. *Can. 7. Vt bona eccleſiarum integra maneant.*

DEfuncto presbytero, vel abbate, nihil ab epiſcopo auferatur, vel à quocunq; de rebus parochiæ, vel xenodochij, vel monaſterij, aliquid debeat minuere. Quod, qui fecerit, iuxta decreta canonum coerceatur.

Can. 8. Confitentibus propria peccata à ſacerdote imponatur pœnitentia.

DE pœnitentia verò peccatorum, quæ eſt medela animę, vtilem omnibus hominibus eſſe cenſemus: & vt pœnitentibus à ſacerdotibus facta confeſsione indicatur pœnitentia. *Canon. 9.*

NVllus mancipium extra fines, vel terminos, qui ad regnum

regnum Clodouci Regis pertinent, penitus debeat venundare: ne per tale commercium, aut captiuitatis uinculo, *vel* Iudaicę ſeruituti mancipia Chriſtiana teneantur implicita.

Canon. 10. *Ad quos pertineat electio epiſcoporum.*

SI quis epiſcopus de quacunq; ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, niſi à comprouincialibus, clero, & ciuibus ſuis, alterius habeatur electio. Sin aliter huius ordinatio irrita habeatur. *Canon.* 11.

STatuimus, vt ſi iudices publici, præſumptione, vel poteſtate, qua pollent, clericos, vel abbates coram ſe comparere fecerint, à communione omnium ſacerdotum eos conuenit ſequeſtrari. *Canon.* 12.

DVo abbates in vno monaſterio eſſe non debent, veruntamen ſi quilibet abbas ſibi elegerit ſucceſſorem, ipſe, qui ſic eligitur, de facultatibus ipſius monaſterij ad regendum nullam habeat poteſtatem. *Canon.* 13.

NVllus alterius clericum retinere præſumat, nec ad ſacrum ordinem ſinè voluntate epiſcopi penitus promouere. *Canon.* 14.

STatuimus, vt epiſcopis cura, & poteſtas ſit tam de ordinatione clericorũ, quàm de facultatibus collatis oratoriis, quæ per villas fiunt, qualiter ad ipſa oratoria, & officium diuinum poſsit impleri, & ſacra libamina conſecrari. Quod ſi aliquis, etiam fundatores illorum, cõtradixerint, communione priuentur. *Canon.* 15.

ABbates, vel monachi, aut agentes monaſteriorum, patrocinio ſeculari penitus non vtãtur, nec ad Principis præſentiam, ſine epiſcopi ſui permiſſu ambulare audeant. Aliàs excommunicentur. *Canon.* 16.

NVllus epiſcopus, nec presbyter, vel abbas, ſeu diaconus per prĕmium ad ſacrum ordinem accedat. Si acceſſerit, ipſo honore priuetur *Canon.* 17.

NVllus ſeculariũ nec in eccleſia, nec infra atrium ipſius eccleſiæ qualecunq; ſcãdalum, aut ſimultates excitare præſumat, nec arma trahere, aut quĕcunq; ad vulnerandũ, vel interficiendum appetere. Quod ſi fecerit, communione priuetur, *Canon.* 18.

HIc agitur de obſeruatione Dominici diei tantùm, ſecundum ſta-

dum ſtatuta Concilij Aurelianeñ.tertij.Can.27.

Can. 19. Ne turpia cantica in eccleſiis cantentur.

VAlde enim omnibus noſcitur indecorũ,quod per dedicationes baſilicarũ,aut feſtiuitates martyrũ, ad ipſa ſolennia cõfluẽtes chorus fœmineus turpia quidẽ,& obſcœna cãtica decãtare vidẽtur:dũ aut orare debeãt, aut clericos pſallẽtes audiř. Vnde cõuenit,vt ſacerdotes loci talia à ſeptis baſilicarũ,vel porticibus ipſarũ,ac etiã ab ipſis atriis vetare debeant. Et ſi voluntariè noluerint emendare,aut excommunicari debeant,aut diſciplinę aculeum ſuſtinere.

Explicit Concil. Cabilonẽſe. *Decreta Vitaliani Papæ.*

VItalianus Papa.76.natione Signenſis prouincię Campaniæ,de patre Anaſtaſio,ſedit annos.14.menſes.6. Imperat. Conſtante.circa annum Domini.656. Hic regulã eccleſiaſticam,ac rigorem (vt mos erat) omnimode conſeruauit. *Vitalianus 76. Ponti.*

CONCILIVM TOLETANVM VNDECImum anno quarto Bambę Regis ſeptimo Idus Nouembris, circa tempora Vitaliani Papę. *Conci. Toletanum. 11.*

Primùm omnium publicè pronunciatur fides catholica, & declarantur vniuerſa dogmata fidei: maximè quę ad incarnationis, & Trinitatis myſteria pertinent, & hoc longa, & elegantiſsima diſputatione. Ex quibus omnibus nonnullos articulos hoc in loco cenſuimus annotandos.

Primus. De proceſsione Spiritus ſancti.

SPiritum quoq; ſanctum, qui eſt tertia in Trinitate perſona, vnum, atq; æqualẽ cum Deo patre, & filio credimus eſſe Deum, vnius ſubſtantiæ, vnius quoq; eſſe naturæ:non tamen genitũ,vel creatũ,ſed ab vtriſq; procedentẽ,amborũ eſſe Spiritũ. Hic etiã Spũs ſctũs,nec ingenitus,nec genitus crediť:ne,aut ſi ingenitũ dixerimus,duos patres dicam⁹:aut ſi genitũ,duos filios prędicare mõſtremur, qui tamẽ nec patris tantũ,nec filij tantũ,ſed ſimul patris, & filij Spũs diciť. Nec eñ de patre ꝓcedit in filiũ, vel de filio ꝓcedit ad ſctificandã creaturã,ſed ſimul ab vtriſq; ꝓceſsiſſe monſtrať:quia charitas,ſiue ſanctitas amborũ eſſe agnoſciť. Hic ergo Spũs ſctũs miſſus ab vtriſq; crediť:ſed minor pr̃e,& filio nõ habetur, ſicut fili⁹ ꝓpter aſſumptã carnẽ minorẽ ſe patre,& Spũ ſancto eſſe teſtatur. Hæc eſt ſanctæ Trinitatis relata narratio,quæ

AA

tio,quę non triplex,ſed Trinitas & dici,& credi debet. Nec rectè dici poteſt, vt in vno Deo ſit Trinitas, ſed vnus Deus trinitas. In relatiuis verò perſonarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, Spiritus ſanctus ad vtroſq; refertur. Quę cum relatiuè tres perſonæ dicantur, vna tamen naturalis ſubſtantia creditur.

In vno Deo nõ eſt Trinitas: ſed vnus Deus eſt Trinitas.

Secũdus. Hęc ergo ſancta Trinitas, quę vnus, & verus eſt Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim perſonarum numerus cernitur: in diuinitatis verò ſubſtantia quid numeratũ ſit, non cõprehẽditur. Ergo hoc ſolo numerũ inſinuat, quòd adinuicẽ ſunt: & in hoc numero caret, quòd in ſe ſunt. Nã ita ſanctę huic Trinitati vnũ naturale conuenit nomen, vt tribus perſonis non poſsit eſſe plurale. Ob hoc ergo credimus illud in ſacris literis dictum: Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus.

Trinitas ſancta nec capitur numero, nec recedit à numero.

Pſal. 146.

Tertius. Tres igitur perſonę iſtæ dicũtur, iuxta qđ maiores definiũt, vt agnoſcãtur. Nam & ſi attẽdamus illud, quod ſcriptura ſancta dicit de ſapiẽtia. Splẽdor eſt lucis æternę, ſicut ſplendorẽ luci videmus inſeparabiliter inhęrere, ſic confitemur filium à patre ſeparari non poſſe. Tres ergo illas vnius, atq; inſeparabilis naturę perſonas ſicut non confundimus, ita ſeparabiles nullatenus prędicamus, qñquidem hoc nobis dignata eſt ipſa Trinitas euidenter oſtendere: vt etiam in omnibus, quibus voluit ſigilatim perſonas agnoſci, vnam ſinè altera non permittat intelligi. Nec enim pater abſq; filio cognoſcitur, nec ſinè patre filius inuenitur. Relatio quippe ipſa vocabuli, perſonalis, pſonas ſeparari vetat.

Sapien. 7. d.

In ſctã Trinitate vna perſona non intelligitũ ſinè alia, quicquid diſputent alij qui recentiores.

Quartus. De his tribus perſonis ſolã filij perſonã pro liberatione humani generis, hominẽ verum ſinè peccato de ſancta, & immaculata Maria virgine credimus aſſumpſiſſe, de qua nouo ordine, nouaq; natiuitate eſt genitus. Nouo ordine: quia inuiſibilis diuinitate, viſibilis monſtratur in carne. Noua autem natiuitate eſt genitus: quia intacta virginitas, & virilem coitũ neſciuit, & fœcũdata per Spiritũ ſanctum, carnis materiam miniſtrauit. Qui partus virginis, nec ratione colligitur, nec exemplo monſtratur. Quòd ſi ratione colligitur, non erit mirabile: ſi exemplo, non erit ſingulare.

Explicãt incarnationis filij Dei myſterium.

Nec

Nec tamen Spiritus ſanctus pater eſſe credēdus eſt filij, pro eo, quod Maria, eodē Spiritu ſancto obūbrante, cōcepit, ne duos patres filij videamur aſſerere: quod vtiq; nefas eſt dici. In quo mirabili conceptu, ædificante ſibi ſapientia domum: verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Cum duabus naturis non ſunt in Chriſto duæ admittendæ perſonæ.

Quintus. Nec tamen quia duas in filio diximus eſſe naturas, duas cauſabimur in eo eſſe perſonas: ne Trinitati (quod abſit) accedere videatur quaternitas. Deū enim verbū non accepit perſonam hominis, ſed naturam: & in æternum perſona diuinitatis temporalem accepit ſubſtantiam carnis.

Tres in Chriſto ſubſtantiæ.

Sextus. Item idem Chriſtus in his duabus naturis tribus extat ſubſtātiis, verbi, quod ad ſolius Dei eſſentiā referedū eſt: corporis, & animæ, qđ ad verū hominē pertinet. Habet érgo in ſe geminā ſubſtantiā, diuinitatis ſuæ, & humanitatis noſtrę. Hic tamen per hoc, quod de Deo patre ſinè initio prodiit, natus tantùm (nam neq; factus, nec prædeſtinatus accipitur) per hoc tamen, quòd de Maria virgine natus eſt, & factus, & prædeſtinatus eſſe credendus eſt.

Exponitur articulus reſurrectionis.

Septimus. Exemplo érgo capitis noſtri confitemur vera fide reſurrectionē carnis omnium mortuorū, nec in aere, vel qualibet alia carne (vt quidā delirant) reſurrecturos nos credimus: ſed in iſta qua viuimus, cōſiſtimus, & mouemur. Peracto huius ſanctæ Chriſti reſurrectionis exēplo, idem Dñs noſter paternā aſcendēdo ſedem repetiit, de qua nunquam per diuinitatē diſceſsit. Illic ad dexterā patris ſedens, expectatur in fine ſeculorū iudex omniū viuorū, & mortuorū. Inde cū ſanctis oībus veniet ad ferendū iudiciū, reddere vnicuiq; mercedis proprię debitū prout quiſq; geſsit in corpore ſiue bonū, ſiue malum.

Octauus. Hęc eſt cōfeſsionis nrę fides expoſita, per quā oīm hęreticorū dogma perimitur: per quam omnium fideliū corda mūdantur, per quā & ad Deum glorioſè acceditur.

Canones cōci. Toleta. 11.

In. 1. Cano. tantū decernitur ne tumultu Conci. agitetur.

Can 2. Quòd neceſſe ſit epiſcopum prædicare, & ab aliis curis ceſſare.

Præcipuū munus epī prædicare.

QVantum quis pręcelſi culminis obtinet locum, tantùm neceſſe eſt, pręcedat cęteros gratia meritorū, vt in eo, ꝙ pręſidet ſingulis, ſingulariter ornetur eminētia ſanctitatis: habēs ſemp & in ore gladiū veritatis, & in ope efficaciā

 luminis.

tes deitatis Chriſti,& humanitatis,indiminutè in eo, & ſinè defectione ſaluatas in affirmationem veracem, eundem ipſum Deum perfectum, & hominem perfectum ſecũdum naturam exiſtere, ſit condemnatus. *Canon.* 10.

SI quis non confitetur propriè,& verè,duas eiuſdem,& vnius Chriſti Dei voluntates, ſimiliter & operationes cohærenter vnitas,diuinam, & humanam:ex hocq; in vtraq; eius natura voluntarium, efficacemq; ſecundum naturam eundem exiſtere noſtræ ſalutis, ſit condemnatus.

Canon. 11.

SI quis confitetur, ſecundum ſceleratos hæreticos, deitatis,& humanitatis Chriſti vnam naturam, aut vnam voluntatem,aut vnam operationem, in peremptionem quidẽ ſanctorum patrum confeſsionis,abnegationem autẽ eiuſdẽ Saluatoris noſtri diſpenſationis, ſit condemnatus.

Canon. 12.

SI quis ſecundum ſceleratos hæreticos, in Chriſto Deo vnitis ſubſtantialiter ſaluatis,& à ſanctis patribus noſtris piè prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, diuinam, & humanam ſubterfugit ſimul confiteri, aſſerens, contra ſanctorum doctrinam, & vnam voluntatem,& vnam operationem, ſit condemnatus.

Canon. 13.

SI quis ſecundum ſceleratos hæreticos cum vna voluntate,& vna operatione,quæ ab eiſdem hæreticis in Chriſto Deo impiè confunduntur, & duas voluntates, & duas operationes diuinam,& humanã,ſimul abnegat, & ſimul reſpuit, ſit condemnatus. *Can.* 14.

SI quis ſecundum hæreticos, Dei virilem operationem, vnam inſipienter ſuſcipit,& non duplicẽ eã cõfitetᷣ, hoc eſt,diuinam,& humanam, ſit condemnatus.

Canon. 15.

SI quis ſecundum hæreticos in peremptionem in Chriſto Deo ſecundum vnitionem,ſaluatis eſſentialiter, & à ſanctis patribus piè prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus,diuinam,& humanã diſſenſiones, & diuiſiones inſipiẽter in myſterio diſpẽſationis ei9 innectit, & ꝓpterea euãgelicas,& apłicas de eodẽ Saluatore voces non

vni,

vni,& eidem perſonæ eſſentialiter tribuit,id eſt,Chriſto Ieſu,ſit condemnatus. *Canon.16.*

SI quis non confitetur ſecundum ſanctos patres, propriè, & verè,omnia quæ tradita ſunt, & prædicata ſanctæ, & Apoſtolicæ Dei eccleſiæ ab ipſis ſanctis patribus:& probabilibus, & vniuerſalibus quinque conciliis vſque ad vnum apicem verbo,& mente,ſit condemnatus.

Canon.17.

SI quis ſecundum ſanctos patres conſonanter nobiſcum eadē credēs,nō reſpuit, & anathematizat anima, & ore omnes,quos reſpuit, & anathematizat nefandiſsimos hæreticos,cū omnib' impiis eorum ſcriptis,vſq; ad vnū apicē, ſancta Dei catholica,& Apſtica eccleſia,hoc eſt,ſanctę, & vniuerſales quinq; ſynodi,& ipſi oēs cōſonāter probabiles eccleſiæ patres.Dicimus autē Sabellium, Arrium, Eunomiū, Macedonium,Apollinarem,Polemonē, Euthycē, Dioſcorum,Timotheum,Elurū,Seuerū,Theodoſium,Cholutum, Themiſtiū,Paulū Samoſatenum,Chodorū,Theodorū,Neſtoriū,Periam,Origenem,Didymū,Euagrium,& compendioſè alios oēs hęreticos; q à catholica eccleſia reprobi atq; abiecti ſunt:quorum dogmata diabolicę operationis ſunt genimina:& eos,qui ſimilia cum his vſq; ad finem ſinè pœnitentia ſapuerunt,aut ſapiunt,vel ſapient: cum quibus meritò,vtpote eadē dogmatizātes,& docentes(ſicut oſtenſum eſt)Theodorū quondam epm Pharanitanū,& Cyrū Alexādrinum,& Sergium Cōſtantinopolitanū, & ejus ſucceſſores Pyrū,& Paulū,& oīa impia eorum ſcripta anathematizamus,& eos qui nobiſcum conſonanter non reſpuunt, & anathematizant prædictos hęreticos eorumq; ſcripta. *Colluuies hæreticorum recenſita.*

Et ſubſcripſerūt Martin' Papa,ac cęteri epi numero. 105.

Expliciunt canones Martini Papæ.

CONCILIVM TOLETANVM octauum tempore Martini Papæ.

Cōciliū Toletanū.8.

In primo canone pronunciatur tantùm ſymbolum fidei, quomodo nunc proponitur publicè in eccleſia.

Canon.2.De incauto Iuramento.

IN ſecūdo canone de incautis iuramētis differit multa.Primò φ iuramēta reſolui nō poſſunt.Probat p illud Exodi. *Exo.20.b.*

Non aſſumes nomẽ Domini Dei tui in vanũ,id eſt,fruſtra.

Secundò,quòd iuramenta illicita non ſunt ſeruãda, & cõ minatoria ſunt mitiganda.Primũ probat ex Ambroſio,qui pro hoc adducit illud Matth.14.de Herode,qui iurauit: quod quicquid petitura eſſet, daret filiæ Herodiadis, & necem Ioannis pręſtitit,ne promiſſum denegaret:quod tamẽ negãdum:& promiſſum ſeruandum non erat. Et illud etiam de Iephte,qui immolauit filiã &c.Melius fuerat nihil tale promittere,quàm promiſſum ſoluere.Mirabilis(inquit)neceſſitas,quæ ſoluitur parricidio.Et pro hoc alia multa adducit ex Auguſt.etiam ex Iſidoro.

Amb.li.1. de officiis. c4. 50.
Matt.14.
Marc.6.
Iudi.11.f.g.
22 q.2. Non ſemper pro.

Secundùm probat:quia Deus multoties talia comminatoria mutabat,ſoluebatq; iuramenta.Hoc in Niniuitis patet.Similiter Iſraelitico populo ſępe vltio promiſſa ſuſpenditur.Hic etiam per Ieremiam Dñs ipſe dicit: Si pœnitẽtiã egerit gẽs illa ſuper malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam,agam & ego pœnitentiam &c. Si ergo noſtra cõuerſio ſic diuinam mutat ſententiam,cur miſerorũ tãtę lachrymę, vel p̃ſſurę,tam crudã nõ tẽperẽt ex miſeratione vindictam?

22.q.4.Non eſt ob.
Ione.3.&
Iere.18.b.

Quartũ quod tractat eſt.Vbi periculi neceſsitas cõpulerit,id debemus reſoluere,quod minori nexu ſacroſancti noſcitur obligari.Quid autẽ ex his leuius:quidve ſit grauius, pietatis acumine inueſtigemus.Et enim dum periurare cõpellimur,creatorem quidem offendimus: ſed nos tantummodo maculamus.Cùm verò noxa promiſſa complemus, & Dei iuſſa ſuperbè contemnimus,& proximis impia crudelitate nocemus:& nos ipſos crudeliori gladio trucidamus.

Canon.3.de his,qui ſacros ordines muneribus aſſequunt. eſt Canon plus millies repetitus,ideo hoc loco omiſſus.

Canon. 4.De caſtitate epiſcoporum.

OMnes epiſcopi inter cætera virtutum ornamenta nitore carnis debent propenſius enitere,vt ex hoc, audientes munditiam appetant,ex quo doctores aliorum immunditia non deturpat:adeo,vt ſi deinceps epi detecti fuerint, exſecrabilibus flagitiis,cum quibuſlibet fœminis pollui,ac familiari peculiaritate verſari,nouerint ſe irreuocabili ſnia patrũ vlciſci,id eſt,& loci& ordinis dignitate priuari.Diaconi verò,& presbyteri,ſi oĩno coerceri nequiuerint,vſque ad exitum

Qualiter pœnādi epi fornicarii.

exitum vitæ ſuæ monaſteriis deputati, diſciplinis monaſticis maneant omnino ſubiecti. Hoc idẽ ſtatuimus de ſubdiaconis, q hoc deinceps vulnere fuerint ſauciati: ita, vt vſq; ad extremũ vitę ſuę ſub pnĩę oneribus in monaſteriis religẽtur.

Can. 7. De his, qui poſt aſſumptum eccleſiaſticum gradum ad coniugia redire volunt.

SIcut ſanctum Chriſma collatũ, & altaris honor propter cõſecrationẽ (quę per epõs tantùm exercẽda, & cõferẽda ſunt) euelli non queunt: ita quoq; ſacrum decus honorum, quod his cõpar habetur, & ſocium: qualibet fuerit occaſione perceptum, manebit omnimodè inconuulſum. Sicut enĩ ſacroſancti baptiſmatis inappretiabile donum ſemper, & ſæpe non ſolùm nolentibus, verùm etiam (quod maius eſt) neſcientibus impartitur, tamẽ hoc à nullo penitus profanari permittitur: ſic nec quod diuina iuſsione, ſimulq; Apoſtolicæ traditionis authoritate ſacrum noſcitur extitiſſe, à quoquam aliquando profanari licebit. Vnde quicunq; etiã ſi inuiti, ad eccleſiaſticarum officia dignitatũ aſſumuntur, deſerere quam ſemel receperunt gratiam, donumq; nequaquam audeant. Si verò ad coniugia moreſque ſeculi redire attẽtauerint, omni eccleſiaſtica dignitate priuentur, & apoſtata habeatur: & in monaſterio donec vixerint, ſub pœnitentia retrudantur.

Canon. 8. Non ordinandus, niſi nouerit pſalterium.

DEcreuimus, vt nullius cuiuſcunque dignitatis eccleſiaſticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum pſalterium, vel canticorum vſualium, & hymnorum, ſiue baptizandi perfectè nouerint ſupplemẽtum. Qui verò iam honore dignitatum funguntur, & hoc ignorant, aut ſponte ſumant intentionem neceſſariam perdiſcendi, aut à maioribꝰ ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Solus ergo accedat ad ſacra Dei myſteria tractanda, quem morum innocentia, & literarum ſplendor reddunt illuſtrem.

Can. 9. De his, qui ieiunium quadrageſimæ ſoluunt.

QVisquis ſinè ineuitabili neceſsitate, atque fragilitate, & euidenti languore, ſeu etiam impoſsibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, nõ ſolũ reus erit reſurrectionis Dominicæ, verùm etiam

Quàm ſeuerè olim cauebat eſus carniũ i quadrageſima.

alienus ab eiuſdem diei ſancta communione, & hoc illi cumuletur ad pœnam: vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi verò, quos aut ætas incuruat, aut langor extenuat, aut neceſsitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quàm à ſacerdote permiſſum percipiant.

In canone.10.commendatur obſeruantia decretorum.

In canone vltimo tantùm definitum eſt, vt circa Iudæos ſeruentur decreta in concilio Toletano.4.Capitulis.56.57, 58.59.60.& in multis aliis.ca.illius concilij.

Subſcripſerunt quinquaginta, & quinque epiſcopi. Subſcripſerunt & Abbates, deinde vicarij epiſcoporum abſentium. Vltimò viri illuſtres officij palatini.

Explicit concilium Toletanum octauum.

Conci.Toletanum.9.

CONCILIVM TOLETANVM NOnum habitum anno ſeptimo Receſiunthi regis Calen. Nouembris ab epiſcopis.16.

Præfatio.

A correctione prælatorũ inchoãda ſynodus.

Quia nequaquã rectè ſubditos iudicat, qui non ſeipſum prius iuſtitiæ cenſura caſtigat: aptum nobis, & expedibile viſum eſt, antè noſtris exceſsibus imponere modum, & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc nanque melius iudiciorum exordia dicuntur, cùm vita iudicum antè diſponitur, eò quòd potius iudicij forma completur, cum negotiorum principiis æquitas iudicantium antefertur. Ideo exordium æquitatis inchoari à iudicibus debet, vt perfecta iuris cauſatio limitem apertius form[illegible]

Canon.1. Qualit[illegible] hæredes f[illegible] [illegible] ſolicitudinem eius g[illegible]

NVllus ſacerdotum [illegible] miniſtroru[illegible] us eccleſiæ, quæ in q[illegible] is à fideli[illegible] giuntur, aliquid auferat, vel iuri ſ[illegible] nectat. Et vt huius rei potior ſoliditas habeatur, condignis filiis, vel nepotibus, honeſtioribusq; propinquis eius, qui conſtruxit, vel ditauit eccleſiã, licitum ſit, hanc bonæ intentionis habere ſolertiam: vt ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut cõmonitionis honeſtæ conuentione cõpeſcant, aut talia epiſcopo, vel iudici corrigẽda denuncient. Qui verò hæc monita temerare voluerit, excõmunicetur.

Can.

Can.2. Fundatores eccleſiarum, miniſtros eligant ibi ſeruituros.

QVandiu fundatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſolicitam, atq; rectores idoneos in eiſdem baſilicis iidem ipſi offerant ſeruituros. *Canon.3.*

SI ſacerdos, vel miniſter de rebus eccleſię q̄ppiā alicui ſub prętationis obtentu concedat, inſtrumento cauſam pręſtiti euidenter exponat. Aliter verò pro huius negotij cauſa deinceps ſcriptura non valeat.

Canon.4. De rebus conquiſitis à clericis, qualis diuiſio fiat.

DE rebus conquiſitis per eos, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, inter eccleſiā, & ſacerdotis hæredes æqualis diuiſio fiat. Quicunq; verò de prædictis ſacerdotibus, vel miniſtris pro ſui vtilitate, atq; amicitia, vel præſtatione, aut quocunq; modo, aut per ſcripturæ ſeriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus eccleſiaſticis non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, in ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit.

12. q. 4. Sacerdotes, vel

12. q. 3. Quicūq; de ſace.

Can.5. Quid monaſterio, vel eccleſiæ, epiſcopus conferre poſsit.

SI epiſcopus monaſteriū facit, vel eccleſiam parochialem, quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit. At verò monaſterio quinquageſimam tantùm partem dare debebit.

12. q. 2. Bonæ res dare.

Can.6. Epiſcopus tertiam partem ſibi debitam, cui voluerit conferat.

CVm prætęritis ſanctionibus notiſsimū habeatur, quæ de rebus parochialium eccleſiarum pars epiſcopo conferatur, oportunè tamen duximus decernendum, vt ſi epiſcopus tertiam partem, quam de rebus earundem ſanctione ſibi debitam nouit, aut ipſi eccleſiæ, cuius res eſſe patebit, aut alteri eccleſiæ, quam elegit, conferre decreuerit, & licitum maneat, & irreuocabile robur eius ſententia ferat.

12. q. 2. ep̄s ſi tertiā partē

Nota, quòd hic nulla mētio ſit cōſanguineorū ſed tm̄ eccleſiarum ſuarum

Canon.7. Ne extra ordinem perſcriptum hæredes morientis ſacerdotis res eius adire præſumat.

PRopinqui morientis epiſcopi nihil de rebus eius abſque metropolitani cognitione vſurpare præſumant. Quòd ſi is, qui deceſſerit, metropolitanus fuerit, ſucceſſoris eius ſententiam, aut Concilium ſuſtinebunt: ne paſsim hæreditatis

Z v adeun-

Simile quiddam in concil. Valét. can. 2. adeundæ data licentia de rebus eccleſiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Quòd ſi presbyteri, aut diaconi fuerint, quos obiſſe conſtiterit, non ſine agnitione ſui epiſcopi rem eius hæredibus adire licebit.

Can. 8. *A quo tempore incipiat perſcriptio in rebus eccleſiæ.*

16. q. 3. Si ſacerdos. SI epiſcopus, vel ſacerdos, vel miniſter, illicitè alienauit res eccleſiæ, viuente ipſo nulla pręſcriptio currit contra eccleſiam in rebus illis: ſed eo mortuo incipit currere.

Can. 9. *Quantum commodum ſibi epiſcopus tollat de eccleſia cuius tumulauerit ſacerdotem.*

In concil. valent. cano. 2. COmmuni decreto ſancimus, vt cùm Pontificē mori contigerit, epiſcopus, qui ad humandū corpus aduenerit, deſcriptis theſauris, atq; ornamētis omnibus, ſi locuples decedentis eccleſia fuerit, non amplius, quàm libram auri, in rebus, quibus ei placuerit (exceptis ornamentis eccleſiæ) cum gratia offerentium auferre pertentet. Si verò minor rebus extiterit, dimidiam libram ſibi ſcienter vſurpet.

Canon. 10. *De filiis clericorum.*

15. q. 8. Cum multæ. CVm multæ ſuper incontinentia ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ Patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morum. Ideoq; quilibet ab epō vſq; ad ſubdiaconum deinceps, qui vel ex ancillę, vel ex ingenuę deteſtādo cōnubio ī honore cōſtituti filios procrearint, illi quidē, ex quibus geniti probātur, canonica cenſura dānentur. Proles autem ex tali pollutione nata, non ſolùm hæreditatem parentum nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

Nota pro filiis clericorū.

Can. 11. *Serui eccleſiarum non ordinandi.*

D. 54. Qui ex familiis. SErui eccleſiarum ordinari non debent, niſi prius libertatem ab epiſcopis conſequantur. Et ſi honeſtè in clericatu vixerint, poterunt ad officia maiora promoueri.

Canon. 12.

SI ſeruis eccleſię à ſacerdote libertas cōferatur, tempus annorum à die mortis eius tantùm computari debet.

Can 13. *Vt liberti eccleſiæ abſtineant à coniugio Gothico.*

CVnctis eccleſiarū libertis, tam viris, ꝗ fœminis, eorūq; propagini interdicitᷣ iudicio generali, ne deinceps cauſa connu

connubij, aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gotthis. Quòd ſi hoc factum quãdoq; patuerit, permixtione tali ge nita proles nunquã merebitur ius debitę dignitatis: nec eccleſiæ vnquàm carebit obſequiis. *Canon.* 14.

Quòd ſi tales liberti ad eccleſiã reuerti noluerint, quęcunque vel parentes eorum, vel ipſi ab eccleſia ſunt adepti, inſiſtente Pontifice, in ditionem propriæ reducantur eccleſiæ.

Canon. 15.

IN Canone.15. tantùm agitur de obſequio, & diſciplina libertorum eccleſiæ. *Canon.* 16.

LIbertis eccleſiæ, eorumq; propagini ex omnibus, quę de iure eccleſię noſcuntur habere, nihil licebit in extraneum dominiũ transferre. Suis ergo filiis, vel propinquis eiuſdem eccleſiæ, vel ſeruitio, vel patrocinio ſubiugatis, quęcunque donare, vel vendere voluerint, poterunt.

Can. 17. *Baptizati Iudæi cum epiſcopis celebrent dies feſtos.*

BAptizati Iudęi quocunq; loco certo tempore conuerſentur. Feſtis tamen pręcipuis noui teſtamẽti ferie conſecratis, ac diebus illis, quos olim ſanctione ueteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolennes, in ciuitatibus, publicisq; conuentibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare pręcipimus: vt eorum conuerſationem, & fidem, & Pontifex approbet, & veritas ſeruet. Huius verò temerator edicti prout epiſcopus permiſerit, aut flagris, aut abſtinentiæ ſubiacebit.

Explicit Concilium Toletanum nonum.

CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM anno octauo Receeſiunthi Regis tempore Martini Papæ. *Concil. Toletanum.* 10.

Canon. 1. *De celebritate annunciationis Dominicæ*

QVoniam die, qua inuenitur angelus virgini verbi conceptum, & nunciaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadem die feſtiuitas non poteſt celebrari condignè, quòd interdũ quadrageſima, vel paſchale feſtũ videaẽ incũbere: in quibus nihil de ſanctorũ ſolẽnitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, conuenit celebrari, cum ſecundũ ipſum incarnationem verbi non cõueniat tunc celebritatibus prædicari, quando conſtat ipſum verbum poſt mortem carnis gloria reſurrectionis attolli. Ideo ſpeciali conſtitutione ſancitur, vt ante octauũ diem, quo natus eſt Domin⁹, genitricis *Hæc feſtiuitas 7 ſolet 1 & ſ pariter celebratur.*

quoq;

re. Tunc accepta à ſacerdote, vel miniſtro apta religionis huius veſte, ſeu lectulo quieſcens, ſiue in quocunq; loco conſiſtens incũctanter ea vtatur. Nec diuerſi coloris, aut diuerſæ partis eadem ſit notabilis veſtis, ſed religioſa, & non ſuſpecta: quę careat varietatibus colorum. Palio purpureo, vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ religionis: vt dum illic tulerit ſignum probabilis ſanctitatis, vbi nullius falli poterit viſio intuentis, nunquã auſus attentet deteſtandæ præſumptionis.

Can. 5. De fœminis, quæ propoſitum religionis abiecerunt.

SAnctimoniales fœminæ, quæ propoſitum abiecerunt religionis, commoneantur ſacerdotis authoritate, vt redeant ipſe. Quę ſi redire noluerint, impulſu ſacerdotis ad religionis cultum reducantur, & in monaſteriis redactæ excommunicationis ſententia feriãtur. Hic idem quoq; ordo in illarum cõdẽnatione manebit, quę quãlibet à ſacerdote ſanctimoniæ veſtem non accepiſſent: ipſæ tamen aut indutæ ſunt, aut in illo diu habitu conſenſerũt, qui religionis eſſe cultus ab intuentibus crederetur, ſi coram eccleſia, vel ſacerdote, aut etiam competentibus teſtibus, quandoq; indutæ certis indiciis, aut teſtimoniis approbantur. 27q.1. oẽs fœminæ ſe inue

Canon. 6. Quoto anno liceat parentibus, filiis tradere religionis.

SI in qualibet minori ætate, vel religionis tonſuram, vel religionis debitã veſtem in vtroq; ſexu filiis, aut vnus, aut ambo parentes dederint, certè, aut nolentibus, vel neſcientibus ſeſe ſuſceptã, & non mox viſam in filiis abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel coram eccleſia, palãq; in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſecularem reuerti habitum, ipſis filiis quandoq; penitus non licebit: ſed conuincti, quòd tonſuram, aut religioſam veſtem aliquãdo habuerint, mox ad religionis cultum, habitũq; reuocẽtur, & ſub ſtrenua diſtrictione huiuſcemodi obſeruantiæ inſeruire cogantur. Parẽtibus ſanè filios ſuos religioni contradere non amplius, quàm vſque ad quartumdecimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe. 20.q.2. Si in qualibet minori. Et in decr. Iuo. lib. 3. In decr. Iuo. habetur vſq; ad decimum

Item decretum pro Potamio epiſcopo.

ECce enim tractantibus nobis in pace de eccleſiaſticis regulis, delatum eſt conuentui noſtro epiſtolium confuſæ Cõfeſsio epi qui tactu fœmineo ſe polluerat.

confeſ

confeſsionis,& abolēdæ ſubſcriptionis, quo Potamius Bracarenſis eccleſiæ epiſcopus de factis propriis, ſuiſq; verbis annotarat articulis. Quo reſerato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarū panderet elemēta fletibus potius, quā ſermonibus lachrymoſa contio recēſuit. Tunc ſolitariè tm̄, ſecretimq; adunatis Pōtificibus Dei, prędictū epiſcopū ad eſſe corā nobis fecimus. Quem ſingultis aggrediētes amplius, quàm loquelis, reſeratā illi ſuæ deformitatis, & noſtræ confuſionis ſcripturam protulimus. Quam accipiens, ac recurrens ſciſcitantibus nobis, vtrum ſui operis, & ſuæ annotationis intimatio eſſet. Ille ſuū actum, ſuiq; oris eloquium, ſuorū quoq; digitorū eſſe robur aſſeruit: quod illic relegendo peruidit. Rurſum diuini nominis conteſtatione hunc adiurantes obteſtati ſumus, vt, an de ſe ſponte mendaciū diceret, aut alicuius violētia premeretur, & perterritus talia narraret. Qui mox flebili voce, luminibusq; ploratu madentibus, & fragore ſingultuū, cum vnius Dei nominis iuramen-

Nota. to clamauit, ſe, & verè eadem mala de ſe confiteri, & ad hæc confitēda nulla ſe violētia prægrauari. Vnde etiam per nouem menſes ſponte deſeruiſſe regimen eccleſię ſuæ, & ergaſtulo quodam, pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiam ſe cōcluſiſſe edixit. Tunc per fidelem confeſſorē eius agnito, quòd tactu fœmineo ſorduiſſet, & declarato, licet hunc paterna antiquitas ſacris regulis deiicere ab honore decernat, nos tamen miſerationis iura ſeruantes, non abſtulimus nomen honoris, ſed valida authoritate decreuimus, perpetua pœnitentia hunc inſeruire officiis, & ærumnis, prouidētes, melius illum per aſperā, & dumoſam ire pœnitētiæ ſolitudinem, vt quandoq; perueniret ad refrigerij manſionē, quàm relictum in voluntatis ſuę latitudine, ad pręcipitium deiici ęterna damnatione. Tum venerabilem fructuoſum eccleſię Dimienſis epiſcopum cōmuni omnium noſtrum electione conſtituimus eccleſiæ Bracarenſis gubernacula continere. Eugenius indignus Toletanę ſedis metropolitanus epiſcopus, hoc iudicij noſtri decretum ſubſcripſi. Similiter, & alij epiſcopi ſubſcripſerunt numero decem & ſeptem.

Explicit Concilium Toletanum. 10.

Decreta Eugenii Papæ.

Eugenius

EVgenius primus, ſeptuageſimus quintus Papa ſub Petro, natione Romanus, clericus à cunabulis, ex patre Rufiniano, ſedit annos duos, mẽſes nouẽ, dies vigintiquatuor. Benignus, mitis, manſuetus, omnibus affabilis, & ſanctitate præclarior Imperat. Conſtante. Eodem tempore Petrus in locum Pauli hæretici Conſtantinopoli ſuſſicitur, quo Eugenius Romæ in locum Martini Papæ. *Eugenius Papa.75.*

CABILONENSE CONCILIVM IN GALliis celebratũ tpe Eugenij Papæ. Eſt prouinciale. *Canon.1.* *Cabilonenſe Concilium.*

OMnes inſpirãte Domino vno animo definiuimus, vt fidei norma, ſicut in Nicæno Concilio pia eſt profeſsione firmata, vel à ſanctis Patribus tradita, atq; ab ipſis expoſita, vel in poſtmodum à ſancto etiam Chalcedoneñ. Concilio firmata in omnibus, & ab omnibus cõſeruetur. *Canon.2.*

CAnonum ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruentur. *Canon.3.*

SI quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicũq; ex ſacerdotali catalogo, cum qualicũq; extranea muliere familiaritatem habuerit, quę dedecoris, vel adulterij poſsit afferre ſuſpitionem, ab ordine degradetur. *Canon.4.*

VT duo in vna ciuitate penitus vno tempore, nec ordinentur, nec habeantur epiſcopi. *Canon.5.*

SEculares verò, qui necdum ſunt ad clericatum conuerſi, res parochiarum, vel ipſas parochias ad regendum non habeant commiſſas. *Canon.6*

NVllus ante audientiam res quorumlibet inuadere, aut auferre præſumat. Quod, qui fecerit, vt necator pauperum habeatur. *Can.7. Vt bona eccleſiarum integra maneant.*

DEfuncto presbytero, vel abbate, nihil ab epiſcopo auferatur, vel à quocunq; de rebus parochiæ, vel xenodochij, vel monaſterij aliquid debeat minuere. Quod, qui fecerit, iuxta decreta canonum coerceatur.

Can.8. Confitentibus propria peccata à ſacerdote imponatur pœnitentia.

DE pœnitentia verò peccatorum, quæ eſt medela animę, vtilem omnibus hominibus eſſe cenſemus: & vt pœnitentibus à ſacerdotibus facta confeſsione indicatur pœnitentia. *Canon.9.*

NVllus mancipium extra fines, vel terminos, qui ad regnum

regnum Clodouci Regis pertinent, penitus debeat venundare: ne per tale commercium, aut captiuitatis uinculo, vel Iudaicę ſeruituti mancipia Chriſtiana teneantur implicita.

Canon.10. Ad quos pertineat electio epiſcoporum.

SI quis epiſcopus de quacunq; ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, niſi à comprouincialibus, clero, & ciuibus ſuis, alterius habeatur electio. Sin aliter huius ordinatio irrita habeatur. *Canon.11.*

STatuimus, vt ſi iudices publici, præſumptione, vel poteſtate, qua pollent, clericos, vel abbates coram ſe compare re fecerint, à communione omnium ſacerdotum eos conuenit ſequeſtrari. *Canon.12.*

DVo abbates in vno monaſterio eſſe non debent, veruntamen ſi quilibet abbas ſibi elegerit ſucceſſorem, ipſe, qui ſic eligitur, de facultatibus ipſius monaſterij ad regendum nullam habeat poteſtatem. *Canon.13.*

NVllus alterius clericum retinere præſumat, nec ad ſacrum ordinem ſinè voluntate epiſcopi penitus promo uere. *Canon. 14.*

STatuimus, vt epiſcopis cura, & poteſtas ſit tam de ordinatione clericorũ, quàm de facultatibus collatis oratoriis, quæ per villas fiunt, qualiter ad ipſa oratoria, & officium diuinum poſſit impleri, & ſacra libamina conſecrari. Quod ſi aliquis, etiam fundatores illorum, cõtradixerint, communione priuentur. *Canon. 15.*

ABbates, vel monachi, aut agentes monaſteriorum, patro cinio ſeculari penitus non vtãtur, nec ad Principis præſentiam, ſine epiſcopi ſui permiſſu ambulare audeant. Aliàs excommunicentur. *Canon.16.*

NVllus epiſcopus, nec presbyter, vel abbas, ſeu diaconus per prẹmium ad ſacrum ordinem accedat. Si acceſſerit, ipſo honore priuetur *Canon. 17.*

NVllus ſeculariũ nec in eccleſia, nec infra atrium ipſius eccleſiæ qualecunq; ſcãdalum, aut ſimultates excitare præſumat, nec arma trahere, aut quęcunq; ad vulnerandũ, vel interficiendum appetere. Quòd ſi fecerit, communione priuetur, *Canon. 18.*

HIc agitur de obſeruatione Dominici diei tantùm, ſecundum ſta-

dum ſtatuta Concilij Aurelianē.tertij.Can.27.

Can. 19. Ne turpia cantica in eccleſiis cantentur.

VAlde enim omnibus noſcitur indecorū,quod per dedicationes baſilicarū,aut feſtiuitates martyrū, ad ipſa ſolennia cōfluētes chorus fœmineus turpia quidē,& obſcœna cātica decātare videtur:dū aut orare debeāt, aut clericos pſallētes audiř. Vnde cōuenit,vt ſacerdotes loci talia à ſeptis baſilicarū,vel porticibus ipſarū,ac etiā ab ipſis atriis vetare debeant. Et ſi voluntariè noluerint emendare,aut excommunicari debeant,aut diſciplinę aculeum ſuſtinere.

Explicit Concil.Cabilonēſe. *Decreta Vitaliani Papæ.*

VItalianus Papa.76.natione Signenſis prouincię Campaniæ,de patre Anaſtaſio,ſedit annos.14.menſes.6. Imperat. Conſtante.circa annum Domini.656. Hic regulā eccleſiaſticam,ac rigorem (vt mos erat) omnimode conſeruauit. *Vitalianus 76.Ponti.*

CONCILIVM TOLETANVM VNDECImum anno quarto Bambę Regis ſeptimo Idus Nouembris, circa tempora Vitaliani Papę. *Conci.Toletanum.11.*

Primùm omnium publicè pronunciatur fides catholica, & declarantur vniuerſa dogmata fidei: maximè quę ad incarnationis, & Trinitatis myſteria pertinent, & hoc longa, & elegantiſsima diſputatione. Ex quibus omnibus nonnullos articulos hoc in loco cenſuimus annotandos.

Primus. De proceſsione Spiritus ſancti.

SPiritum quoq; ſanctum, qui eſt tertia in Trinitate perſona,vnum, atq; æqualē cum Deo patre, & filio credimus eſſe Deum, vnius ſubſtantiæ,vnius quoq; eſſe naturæ:non tamen genitū,vel creatū,ſed ab vtriſq; procedentē,amborū eſſe Spiritū. Hic etiā Spūs ſctūs,nec ingenitus,nec genitus crediř:ne,aut ſi ingenitū dixerimus,duos patres dicam⁹:aut ſi genitū,duos filios prędicare mōſtremur, qui tamē nec patris tantū,nec filij tantū,ſed ſimul patris, & filij Spūs diciř. Nec eñ de patre ꝓcedit in filiū, vel de filio ꝓcedit ad ſctificandā creaturā,ſed ſimul ab vtriſq; ꝓceſsiſſe monſtrař:quia charitas,ſiue ſanctitas amborū eſſe agnoſciř. Hic ergo Spūs ſctūs miſſus ab vtriſq; crediř:ſed minor pře,& filio nō habetur, ſicut fili⁹ ꝓpter aſſumptā carnē minorē ſe patre,& Spū ſancto eſſe teſtatur. Hæc eſt ſanctæ Trinitatis relata narra-

AA tio,quæ

tio, quę non triplex, ſed Trinitas & dici, & credi debet. Nec rectè dici poteſt, vt in vno Deo ſit Trinitas, ſed vnus Deus trinitas. In relatiuis verò perſonarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, Spiritus ſanctus ad vtroſq; refertur. Quę cum relatiuè tres perſonæ dicantur, vna tamen natura lis ſubſtantia creditur.

In vno Deo nō eſt Trinitas: ſed vnus Deus eſt Trinitas.

Secūdus. Hęc ergo ſancta Trinitas, quę vnus, & verus eſt Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim perſonarum numerus cernitur: in diuinitatis verò ſubſtantia quid numeratū ſit, non cōprehēditur. Ergo hoc ſolo numerū inſinuat, quòd adinuicē ſunt: & in hoc numero caret, quòd in ſe ſunt. Nā ita ſanctę huic Trinitati vnū naturale conuenit nomen, vt tribus perſonis non poſsit eſſe plurale. Ob hoc ergo credimus illud in ſacris literis dictum: Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus.

Trinitas ſancta nec capitur numero, nec recedit à numero.

Pſal. 146.

Tertius. Tres igitur perſonę iſtæ dicūtur, iuxta qđ maiores definiūt, vt agnoſcātur. Nam & ſi attēdamus illud, quod ſcriptura ſancta dicit de ſapiētia. Splēdor eſt lucis æternę, ſicut ſplendorē luci videmus inſeparabiliter inhęrere, ſic confitemur filium à patre ſeparari non poſſe. Tres ergo illas vnius, atq; inſeparabilis naturę perſonas ſicut non confundimus, ita ſeparabiles nullatenus prędicamus, qñquidem hoc nobis dignata eſt ipſa Trinitas euidenter oſtendere: vt etiam in omnibus, quibus voluit ſigilatim perſonas agnoſci, vnam ſinè altera non permittat intelligi. Nec enim pater abſq; filio cognoſcitur, nec ſinè patre filius inuenitur. Relatio quippe ipſa vocabuli, perſonalis, pſonas ſeparari vetat.

Sapien. 7. d.

In ſctā Trinitate vna perſona non intelligitꝰ ſinè alia quicquid diſputent alij qui recentiores.

Quartus. De his tribus perſonis ſolā filij perſonā pro liberatione humani generis, hominē verum ſinè peccato de ſancta, & immaculata Maria virgine credimus aſſumpſiſſe, de qua nouo ordine, nouaq; natiuitate eſt genitus. Nouo ordine: quia inuiſibilis diuinitate, viſibilis monſtratur in carne. Noua autem natiuitate eſt genitus: quia intacta virginitas, & virilem coitū neſciuit, & fœcūdata per Spiritū ſanctum, carnis materiam miniſtrauit. Qui partus virginis, nec ratione colligitur, nec exemplo monſtratur. Quòd ſi ratione colligitur, non erit mirabile: ſi exemplo, non erit ſingulare.

Explicāt incarnationis filij Dei myſterium.

Nec

Nec tamen Spiritus ſanctus pater eſſe credẽdus eſt filij,pro eo,quod Maria,eodẽ Spiritu ſancto obũbrante, cõcepit,ne duos patres filij videamur aſſerere: quod vtiq; nefas eſt dici. In quo mirabili conceptu, ædificante ſibi ſapientia domum:verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis.

Cum duabus naturis non ſunt in Chriſto duæ admittendæ perſonæ.

Quintus. Nec tamen quia duas in filio diximus eſſe naturas,duas cauſabimur in eo eſſe perſonas:ne Trinitati(quod abſit) accedere videatur quaternitas. Deũ enim verbũ non accepit perſonam hominis,ſed naturam:& in æternum perſona diuinitatis temporalem accepit ſubſtantiam carnis.

Tres in Chriſto ſubſtantiæ.

Sextus. Item idem Chriſtus in his duabus naturis tribus extat ſubſtãtiis, verbi, quod ad ſolius Dei eſſentiã referẽdũ eſt:corporis,& animæ, qđ ad verũ hominẽ pertinet. Habet ergo in ſe geminã ſubſtantiã,diuinitatis ſuæ, & humanitatis noſtrę. Hic tamen per hoc,quod de Deo patre ſinè initio prodiit,natus tantùm (nam neq; factus, nec prædeſtinatus accipitur)per hoc tamen, quòd de Maria virgine natus eſt, & factus, & prædeſtinatus eſſe credendus eſt.

Exponitur articulus reſurrectionis

Septimus. Exemplo ergo capitis noſtri confitemur vera fide reſurrectionẽ carnis omnium mortuorũ,nec in aere,vel qualibet alia carne(vt quidã delirant)reſurrecturos nos credimus:ſed in iſta qua viuimus,cõſiſtimus,& mouemur. Peracto huius ſanctæ Chriſti reſurrectionis exẽplo, idem Dñs noſter paternã aſcendẽdo ſedem repetiit, de qua nunquam per diuinitatẽ diſceſsit. Illic ad dexterã patris ſedens, expectatur in fine ſeculorũ iudex omniũ viuorũ, & mortuorũ. Inde cũ ſanctis oĩbus veniet ad ferendũ iudiciũ,reddere vnicuiq; mercedis proprię debitũ prout quiſq; geſsit in corpore ſiue bonũ,ſiue malum.

Octauus. Hęc eſt cõfeſsionis nr̃ę fides expoſita, per quã oĩm hęreticorũ dogma perimitur: per quam omniũ fideliũ corda mũdantur, per quã & ad Deum glorioſè acceditur.

Canones cõci. Toleta. 11.

In. 1. Cano. tantũ decernitur ne tumultu Conci. agitetur.

Can 2. Quòd neceſſe ſit epiſcopum prædicare, & ab aliis curis ceſſare.

Precipuũ munus epĩ prædicare.

QVantùm quis pręcelſi culminis obtinet locum, tantùm neceſſe eſt, pręcedat cęteros gratia meritorũ,vt in eo, ꝙ prędſidet ſingulis, ſingulariter ornetur eminẽtia ſanctitatis:habẽs ſemp & in ore gladiũ veritatis, & in ope efficaciã

neatur relegatus ergaſtulo. *Canon.7.*

ECcleſiarum rectoribus diſcretio eſſe debet, ne per incon ditam, & indiſcretā diſciplinā ſubeant homicidij notā.

Can. 8. Ne merces aliqua, pro diuinis ſacramentis ſumatur.

QVicūq; in eccleſiaſtico ordine cōſtitutus pro baptizandis, conſignandiſq; fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduū, pretia quęlibet, vel pręmia, niſi volūtariè oblata ſuſceperit: ſi ſciente loci epiſcopo, hoc impunè euaſerit, idem epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat. Sinautē patrator presbyter eſt, trium menſium excōmunicatione plectatur: ſi diaconus, quatuor. ſubdiaconus, vel clericus, excommunicentur. *1.q.1. Quicquid inuiſibilis.*

Can.9. Quid cuſtodiri debeat, ſi per præmium quis epiſcopus fiat.

QVisq; pontificale culmen ante Domini altare percepturus acceſſerit, ſacramenti exactione aſtringař, quòd pro conferenda ſibi conſecratione honoris, nulli perſonę cuiuſlibet pręmij collationem, vel aliquando dediſſet, vel aliquando in futurum dare procuret. Sicq; aut mundus accedat, aut publicato hoc ſcelere, denudatus coram eccleſia, ad talem honorem non accedat. Quos autē poſt pręlationem per pretium ordinatos fuiſſe patuerit, vt verè ſimoniaci ab eccleſia ſeparentur, & duorum annorum ſpacio exilio relegentur: vt lachrymis, & pœnitentia honorem conquirere, & reparare intendant, quem pręmiis emerant. Vnde ſi digna eos ſatisfactio commendauerit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, ſed & loco, & totius ordinis officiis, à qbus ſeparati fuerāt, reſtaurandi ſunt.

Can.10. Quæ ſint promittenda in ordinatione Pontificum.

OMnes Pontifices, rectoreſq; eccleſiarum tēpore quo ordinandi ſunt ſub cautione promittant, vt fidem catholicam ſyncera cordis deuotione cuſtodientes iuſtè, & piè viuere debeant, atq; vt debitū per omnia honorem, atq; obſequij reuerentiam præeminenti ſibi dependant.

Can.11. Quō puniēdus, qui acceptā à ſacerdote Euchariſtiā non ſumpſerit.

QVicūq; fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus Euchariſtiam perceptam reiecerit, in nullo eccleſiaſticæ dānationi ſubiaceat. Similiter nec illos cuiuſq̄ punitiōis cēſura redarguet, qui talia, aut tempore infantię faciunt, aut

in qualibet mentis alienatione poſiti:qui,quod fecerint,ignorare videntur. Iam verò quicunq; aut de fidelium,aut infidelium numero corpus Domini abſq; ineuitabili infirmitate proiecerit,ſi fidelis eſt, perpetua cõmunione priuetur, ſi infidelis,& verberibus ſubdatur,& perpetuo exilio relegetur. Quod ſi horum quilibet huiuſmodi exceſſus digna pœnitentię ſatisfactione defleuerit, poſt quinquennium licebit illum communioni priſtinæ reformari.

Canon. 12. Qualiter agendum cum pœnitente in mortis periculo.

QVi pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutinè à reconciliationis gratia differendus eſt. Sed ſi pręcincto mortis vrgeatur periculo,pœnitentia per manus impoſitionem accepta, ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt: ne
26.q.6.His, qui tépore. Et í epiſ. Leonis epiſt.89. prius ab humanis rebus æger abſcedat,quàm donum reconciliationis accipiat. Vnde iuxta Papæ Leonis edictum his, qui in tempore neceſsitatis,& in periculi vrgentis inſtantia præſidium pœnitẽtiæ ex more reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt,nec reconciliatio deneganda:quia in miſericordia Dei,nec menſuras poſſumus ponere,nec tempora definire. De his autẽ,qui accepta pœnitentia antequàm reconcilientur, ab hac vita receſſerint, placuit nobis:vt & memoria talium in eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum delicto à presbyteris recipiatur.

Canon.13. De ſacerdotibus, qui vexantur ab ſpiritu.

BEnè ſiquidẽ maiorũ regulis definitũ eſt,vt dęmoniis, aliisq; paſsionibus irretitis myſteria ſacra tractare non liceat. Cui pręcepto cõſenſu rationis adhibito id cõmuniter definim⁹: vt nullus de his, qui in terrã arrepti à dęmonibus elidũtur,aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel indiſcuſsi ſe diuinis ingerant ſacramentis:exceptis illis,qui variis corporum incõmoditatibus dediti,in huiuſmodi paſsionib⁹ in terram approbãtur eliſi. Qui tñ & ipſi tãdiu erũt ab officij ſui, & ordine,& loco ſuſpẽſi, quouſq; vnius anni ſpacio per diſcretionẽ epiſcopi inueniãtur ab incurſu dæmonum alieni.

Can.14. Vt qui Dño ſacrificãt, ſecum ſemper habeãt adiutoria conſtituta.

7.q.1. Illud diuini oraculi SVmmopere cauendum eſt, ne horis illis, atq; tẽporibus, quibus Domino pſallitur, vel ſacrificat, vnicuiq; diuinis ſingu-

ſingulariter officiis inſiſtẽti pernitioſa paſsio, vel corporis quælibet valetudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentẽ alienatione, vel terrore confundat. Ob hoc ergo inſtituimus, vt vbi tẽporis, vel loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat ille quiſquis canens Deo, atq; ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adiutorẽ: vt ſi aliquo caſu ille, q officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terrã eliſus, à tergo ſemper habeat, qui eius vicẽ exequatur intrepidus.

In Canone. 15. habetur tantùm, vt omni anno conueniant epiſcopi ad celebrandum Concilium.

In Cano. 16. agitur ſolũ de gratiarũ actione Deo, & regi.

Subſcripſerũt preſentes epiſcopi, & abbates monaſteriorum, & Egila diaconus agens vicem epiſcopi Arcobricẽſis, & Liberatus diaconus agens vicem epiſcopi Segobienſis.

Explicit Concilium Toletanum. 11.

CONCILIVM BRACARENSE TERTIVM tempore Vitaliani Papæ celebratum, & eſt prouinciale.

Cõciliũ Bracarenſe. 3.

Can. 1. Vt excluſis omnibus opinionibus, panis tantùm, & vinum aqua permiſtum in ſacrificio offerantur.

AVdiuimus, quoſdã ſchiſmatica ambitione detẽtos, contra diuinos ordines, & Apoſtolicas inſtitutiões, lac pro vino in diuinis ſacrificiis dedicare, alios quoq; intinctã Euchariſtiam populis, pro cõplemẽto cõmunionis porrigere: quoſdam etiã expreſſum vinũ in ſacramento Dñici calicis offerre. Quod, quàm ſit Euangelicę, atq; Apoſtolicę doctrinæ contrariũ, & conſuetudini eccleſiaſticę aduerſum, non difficile ab ipſo fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipſa ſacramentorũ myſteria proceſſerunt. Ait enim Euangeliſta: Accepit Ieſus panẽ, & calicẽ &c. Ceſſet ergo lac in ſacrificio offerri, quia euidẽs exemplũ Euãgelicæ veritatis aliud offerri non ſinit. Illud verò, quod pro cõplemẽto cõmunionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatum teſtimonium ex Euangelio recipit, vbi Apoſtolis corpus ſuũ, & ſanguinem cõmendauit. Nam quòd Dñs intinctam bucellã Iudę dedit, id fecit, vt proditorẽ oſtẽderet, non tamen, vt ſacramenti huius inſtitutionẽ monſtraret. Quod verò de expreſſo botro, id eſt, de vuarũ granis populus cõmunicatur, valde eſt omnino cõfuſum. Calix enim Domini

De conſ. d. 2. Cũ oẽ crimẽ.

Matth. 26. a.

cus, vino, & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi: in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo quando in calice vino, aqua miſcetur, Chriſto populus adunat. Non enim poteſt calix Domini eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrunq; ſimul miſceatur.

Can. 2. Ne vaſa Domino ſacrata, humanis vſibus ſeruiant.

SI quis ſcienter diuina vaſa, vel miniſteria, aut in vſus ſuos tranſtulerit, aut comedere in his, vel poculũ ſibi ſumendum elegerit, gradus ſui, vel officij periculũ ſuſtinebit. Si ſecularis fuerit, perpetua excõmunicatione dãnetur, ſi religioſus, ab officio deponatur. Sub hac ſentẽtia tenebũtur, qui eccleſiaſtica ornamẽta, vela, vel alia quęlibet indumenta, atq; etiã vtenſilia ſcienter in ſuos, vel aliorũ vſus tranſtulerint.

Can. 3. Ne ſacerdos ſine orario ſacrificet.

23. d. *Eccleſiaſtica inſtit.* QVando ſacerdos Miſſam celebraturus accedit, non aliter accedat, q̃ orario vtroq; humero circũſeptus ſicut & quãdo fuit cõſecratus: ita vt, de vno, eodẽq; orario ceruicem pariter, & vtrũq; humerũ prẽmẽs, ſignũ in ſuo pectore prẽparet crucis. Si quis aliter egerit, excõicationi ſubiaceat.

Can. 4. De vitanda extranearum mulierum familiaritate

NVllus de clero, abſq; honeſto, & cõpetenti teſtimonio, excepta ſola matre, cũ quibuſlibet fœminis ſecretè ſe præſumat adiungere. Et non ſolùm cum extraneis, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus, vel propinquis, ne licentia ſororum, vel propinquarum mulierum, quiſq; ſolus familiarior habeatur ad perpetrandũ ſcelus. Huius præceptionis tranſgreſſor ſex menſibus pœnitentiæ ſubiaceat.

Can. 5. A quibus, & quomodo geſtandæ martyrum reliquiæ

IN feſtis quibuſq; diebus arcam Domini cũ reliquiis, non epiſcopi, ſed Leuitę in humeris geſtẽt, quibus & in veteri lege onus idem impoſitum nouimus eſſe pręceptũ. Quòd ſi epiſcopus per ſe reliquias deportare elegerit, non ipſe à diaconibus in ſella vehatur, ſed potius pedeſtri eo vnà cum populis progreſsione procedente ad eccleſias per eundem ſanctæ Dei reliquiæ portabuntur. 1. *Para.* 15. *a.*

Can. 6. Quomodo plectendi eccleſiaſtici ab epiſcopo.

D. 15. *Cũ beatus Paulus.* QVi grad⁹ iam eccleſiaſticos meruerũt, id eſt, presbyteri, abbates, & Leuitę, exceptis grauiorib⁹, & mortalib⁹ culpis,

culpis,nullis debent verberibus ſubiacere.Non eſt dignum, vt paſsim vnuſquiſq; prælatus honorabiliora membra ſua, prout voluerit verberibus ſubiiciat,& dolori:ne dum incautè ſubdita percutit membra,ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat.

Canõ ſeptimus,eſt ſecũdus Canõ in Chalcedoñ. cõcilio.

In canone octauo habetur,vt rectores eccleſiarum curent magis eccleſiaſtica iura,quàm ſua. 12.q.4. Qui cũq;ſub hoc.

Explicit concilium Bracarenſe tertium.

Adeodatus Papa.

ADeodatus ſeptuageſimus ſeptimus Papa ſub Petro:anno Chriſti.671. Sedit annos quatuor,menſes duos, dies quinque:patria Romanus, ex monacho Pontifex creatur: vir religioſus,& omni comitate præditus, Conſtantino Pogonato Imperatore.61. *Adeodatus. Ponti. 77.*

Donus Papa.

DOnus.78.Papa natione Romanus, ex patre Mauricio: ſedit annum vnum,menſes quinque,dies.6.Sub hoc cõuocata eſt ſynodus Conſtantinopolitana ſexta,ſub Agathone cœpta,ſub Leone ſecundo abſoluta eſt. Donus tantùm doctrina,& ſanctitate vitę adeo floruit,vt Rauennatũ eccleſiam iampridem à Romana ſegregatam,ſedi apoſtolicæ obtemperantem reddiderit. *Donus Ponti.78.*

Agatho Papa.

AGatho ſeptuageſimus nonus Papa,natione Siculus, ex manacho Põtifex creatur:ſedit annos duos,menſes ſex, dies quatuor. Vir fuit adeo benignus,& mãſuetus,vt vniuerſis hilaris,& iucundus cõprobaretur:& tantæ ſanctitatis, vt leproſum obuium factum oſculo ſuo ſtatim liberauerit. Huius pontificis morte,vacat ſedes annum vnũ,mẽſes quinq;. *Agatho Ponti.79.*

Leo.2.Papa.

LEo iunior, Papa octogeſimus ſub Petro, natione Siculus ex patre Paulo:ſedit menſes.10.dies.17. Vir in humanis,& diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructus Græca, & Latina Lingua eruditus,paupertatis amator,erga inopũ prouiſionẽ,non ſolùm mentis pietate,ſed & ſtudij ſui labore ſolicitus.Hic excepit, & probauit acta ſextæ ſynodi in noua Roma celebratæ, reſidente magno principe Conſtantino, *Leo.2.Põ.80 ſub Petro.*

AA v ſimul

ſimulq; cum eo legatis ſedis Apoſtolicæ,& duobus patriarchis Conſtantinopolitano, & Antiocheno, ac centũ quinquaginta epiſcopis. Fauſtinus dicit conueniſſe, patres. 170. In qua condemnati ſunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, & Macarius cum diſcipulo ſuo Stephano: qui vnam voluntatem, & vnam operationem in Chriſto prædicauerant: ſed & ſupra ſcriptos defenſores hæreticos Macarium, Stephanum, Polycronium, & Anaſtaſium, dum nollent à ſuo recedere propoſito, per diuerſa monaſteria retruſit. Menſe decimo ſui pontificatus prædictus Leo moritur, & ſepelitur collachrymantibus omnibus, tanquam publico parente orbatis: vacat ſedes menſes vndecim, dies. 21.

6. Synodus generalis. SEXTA SYNODVS CONSTANTINOpolitana, ſub tribus ſupradictis pontificibus, anno Domini. 674. à. 5. ad hãc. 6. fluxerũt anni. 121. Pſell⁹ verò ponit. 129. aduerſus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrrũ, Cyrũ, & Theodorum, omnes archiepiſcopos Cõſtãtinopolitanos. Qui impiè docuerunt vnam voluntatem, & vnam operationem in diſpẽſatione incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, præſidente Conſtantino Imperatore, & legatis miſsis ab Agathone Papa, Theodoro, & Georgio presbyteris, & Ioanne diacono: qui repſentabant in concilio locum Archiepiſcopi antiquæ Romę Agathonis: anno Conſtantini. 11. hic fuit Conſtantinus. 4. vt inquit Fauſtinus.

Actio prima ſub Agathone Papa.

Cõſeſſus ſynodi ĩ actione. 1. IN nomine Dei, & Saluatoris nr̃i Ieſu Chriſti, præſidente piiſsimo, & Deo dilecto magno Imperatore Cõſtãtino in ſecretario ſacri palatij, quod cognominatur Trullus &c. Cõueniẽte quoq; ſancta, & vniuerſali ſynodo, q̃ ſecundũ imperialẽ ſanctionem cõgregata eſt in hac regia vrbe Theodoro, & Georgio presbyteris, & Ioanne diacono vicem agentib⁹ archiẽpi antiquę Romę, & Georgio archiẽpo magnę Cõſtãtinopoleos nouę Romę, & Petro Deo amabili p̃sbytero, & monacho, & locum ſeruãte ſedis magnę ciuitatis Alexandrię, & Macario archiẽpo Theopoleos Antiochię, & Georgio religioſo p̃sbytero monacho, & apocriſario Theodori venerabilis vicarij ſedis Hieroſolymorũ, Ioãne ẽpo Portuenſi, Abundantio ẽpo ciuitatis Paternenſis, Ioanne epiſcopo ciuitatis

uitatis Rhegitanę, locum pſentantibus cẽtum.25. venerabilium epiſcoporum ſancti concilij antiquæ Romę, reſidẽtib⁹ glorioſis patriciis, & cõſulib⁹ ex latere piiſsimi noſtri Imperatoris Conſtantini: & ex lęua quidem eius parte reſidentibus vicariis Agathonis archiepiſcopi antiquę Romę, & qui ex perſona ſynodi erant Deo amabiles epiſcopi. A dextera verò eius parte reſidentibus Georgio archiepiſcopo nouæ Romæ &c. Propoſitis in medio ſacroſanctis euãgeliis Chriſti Dei noſtri, Theodorus, & Georgius presbyteri, & Ioannes diaconus Vicarij Apoſtolicę ſedis antiquæ Romæ: nec non & qui ex perſona ſynodi erant, dixerunt.

Benigniſsime Dñe ſecundum ſacram à veſtra fortitudine ad ſanctiſsimum Papam demãdati ſumus ad piiſsima veſtigia veſtrę ſerenitatis vnà cum eius ſuggeſtione, quam & obtulimus coronatæ veſtræ ſerenitati. Quoniã igitur ante hos 46. plus minus annos quaſdam nouitates vocum cõtrarias orthodoxæ fidei introduxerunt, qui in illo tempore fuerũt præſules huius regię veſtræ ciuitatis, id eſt Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, nec non & Cyrus quondam Alexandrinæ ciuitatis antiſtes, & Theodorus epiſcopus ciuitatis Pharan, & alij quidam, qui eos ſequuti ſunt, non modicè (quæ per totum orbem terrarum eſt) eccleſiam turbauerunt, vnã voluntatem in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Ieſu Chriſti vnamq; operationem dogmatizantes, & docentes: quęſumus à Deo coronatam veſtam fortitudinem, vt dicant, qui ex parte ſunt ſanctiſsimæ eccleſię Conſtantinopolitanę, vnde huiuſmodi vocum adinuenta eſt nouitas.

Conſtantinus piiſsimus Imperator dixit. Audiẽtes Georgius archiepiſcopus noſtrę huius ciuitatis, & Macarius archiepiſcopus Antiochenæ ciuitatis, & ej adiacens ſynodus, quę à parte Apoſtolicę magnę Romę ſedis dicta ſunt, quæ eis videntur proſequantur.

Macarius erchieþs Antiochię, vnà cum Stephano presbytero, & monacho ei⁹ diſcipulo, & alij epi Oriẽtis dixerunt. Has quidẽ vocum nouitates non edidimus: ſed quicquid percepimus tam à ſanctis vniuerſalibus ſynodis, & ſanctis probabilibus patribus, quamq; à pręſulibus huius regię vrbis, id eſt, Sergio, Paulo, Pyrrho, & Petro, nec nõ & Honorio,

rio, qui fuit Papa antiquę Romæ, & Cyro, qui fuit Papa Alexãdriæ, hoc eſt, de voluntate, & operatione, ſic & credimus, & p̃dicamus, & docemus, & parati ſumus hoc oſtendere. Et petẽtibus illis iuſsit Imperator proferri, & in medium legi geſta tertiæ ſynodi generalis Epheſinæ, & epiſtolam Cyrilli, & inter alia verba eius epiſtolæ, habentur & iſta, Chriſtus

Prouer. 8. b. Ieſus eſt, per quem reges regnant &c. & ſequit. Eſt enim eius omnipotens voluntas &c. Quibus verbis perperam intellectis, cõtendebat Macarius Archiepiſcopus Antiochiæ probare vnam voluntatem in Chriſto. Et tandem conſideratis, & examinatis verbis illis Cyrilli redargutus, & cõfuſus eſt Macari⁹ à Vicariis Apoſtolicæ ſedis, & ab aliis ep̃is Orientalibus, & pręcepto Imperatoris abſoluta eſt prima actio.

Actio ſecunda.

Seſsio. 2. PRæſidente eodem piiſsimo, & magno Imperatore Conſtantino &c. & conueniente ſancta, & vniuerſali ſynodo &c. ſicut in actione prima.

Prolata, & lecta ſunt acta quartæ ſynodi Chalcedon. & cùm legeretur epiſtola Leonis Papæ, & ventum eſt ad illud. Agit enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium habuit, verbo quidem operante, quod verbi eſt: carne autem exequẽte, quod carnis eſt: & horum vnũ coruſcat miraculis, aliud verò ſuccumbit iniuriis: exurgẽtes, qui ex parte Apoſtolicæ ſedis erant antiquæ Romæ clamauerunt: Ecce benigniſsime Domine, manifeſtè duas naturales operationes inconfuſè, & indiuiſè in Domino noſtro Ieſu Chriſto. Et reſpondente Macario, & qui cum eo erant, finita eſt actio ſecunda.

Actio tertia.

Seſsio. 3. PRæſidente eodem piiſsimo, & magno Imperatore Conſtantino &c. ſicut in actione prima.

Præceptum eſt, vt legerentur acta in quinta ſynodo generali: & cùm lector incœpit legere initium libri, qui ita cõtinebat. Sermo ſanctæ memoriæ Mænæ archiepiſcopi Conſtantinopoleos, ad Vigilium beatiſsimum Papam Romanum, de eo, quòd vna ſit Chriſti voluntas. Et exurgentes legati Apoſtolicæ ſedis Romæ, exclamauerunt. Piiſsime domine, falſatus eſt præſens liber quintę ſynodi. Nequaquam

rele-

relegatur ſermo, qui dicitur Mænæ ad Vigiliũ, quia fictus eſt: ſed iube diligẽter aduertere præſentem librum. Et inſpicientes Imperator vnà cum iudicibus, & quibuſdam de ſancta ſynodo epiſcopis, inuenerunt tres quaterniones in principio libri additos non habentes ſubnotationem numeri: falſatus enim erat liber ab hæreticis in nonnullis locis. Lecta ſunt reliqua geſta quintæ ſynodi, & abſoluta lectione, ſancta ſynodus, & iudices dixerunt: Ex lectione ſummorũ conciliorum (ſicut audiſtis) nõ inuenimus in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Ieſu Chriſti vnam volũtatem, & vnam operationem.

Actio quarta.

PRæſidente piiſsimo Imperatore &c. ſicut in actione prima. Prolata, & lecta eſt epiſtola Agathonis Papæ ad Cæſarem, & ſynodum, cuius quidem epiſtolæ nonnulla duximus hîc ſubiicienda, quę ſic habent. *Seſſio. 4.*

Vt autem veſtræ pietati, quid Apoſtolicæ noſtrę fidei vigor contineat, breuiter intimemus, quam percepimus per Apoſtolicam, Apoſtolicorumq; Pontificum traditionem, & ſanctarum quinque generalium ſynodorum, per quas fundamenta catholicæ Chriſti eccleſię firmata ſunt. Hic igitur ſtatus eſt euangelicæ, atque Apoſtolicæ fidei, regularisq; traditio: vt confitentes ſanctam, & inſeparabilem Trinitatem, id eſt, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum vnius eſſe deitatis, vnius naturę, & ſubſtantiæ, ſiue eſſentię: vnius eam prædicemus, & naturalis voluntatis, virtutis, operationis, dominationis, & maieſtatis, poteſtatis, & glorię. Et quicquid de eadem ſancta Trinitate eſſentialiter dicitur ſingulari numero, tanquam de vna natura trium conſubſtantialium perſonarum comprehẽdamus regulari ratione hoc inſtitui. Cùm verò de vno earundem trium perſonarũ ipſi⁹ ſanctæ Trinitatis, filio Dei, Deo verbo: & de myſterio admirandę eius ſecundum carnem diſpenſationis cõfitemur, omnia duplicia vnius eiuſdemq; Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti (ſecundum euangelicã traditionem) aſſerimus, id eſt, duas eius naturas prædicamus, diuinam ſcilicet, & humanam: ex quibus, & in quibus etiam poſt admirabilem, atque inſeparabilem vnionem ſubſiſtit. Et vnam quamque eius

Epiſtola Agathonis ad Cæſarem & ſynodum.

Explicãr pluralitas volũtatum & operationum in Chriſto.

eius naturam proprietatem naturalem habere confitemur, & habere diuinam omnia, quæ diuina ſunt, & humanam omnia, quę humana ſunt, abſque vllo peccato. Et vtraſque vnius eiuſdem Dei verbi incarnati, id eſt, humanati, inconfuſè, inſeparabiliter, immutabiliter eſſe cognoſcim⁹, ſola intelligentia, quæ vnita ſunt diſcernentes propter cõfuſionis duntaxat errorem. Aequaliter enim, & diuiſionis, & commiſtionis deteſtamur blaſphemiam. Cùm duas autem naturas duasq; naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in vno Domino noſtro Ieſu Chriſto, non contrarias eas, nec aduerſas ad alterutrum dicimus (ſic vt à via veritatis errantes Apoſtolicam traditionẽ accuſant, abſit hęc impietas à fidelium cordibus) nec tanquam ſeparatas in duabus perſonis, vel ſubſiſtentiis: ſed duas dicimus vnum eundemq; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut naturas, ita & naturales in ſe voluntates, & operationes habere, diuinam ſcilicet, & humanam: diuinam quidem voluntatem, & operationem habere ex æterno cum coeſſentiali patre communem: humanam, temporaliter ex nobis cum noſtra natura ſuſceptam. Hæc eſt Apoſtolica, atque Euangelica traditio, quam tenet ſpiritalis veſtri fœliciſsimi Imperij mater Apoſtolica Chriſti eccleſia. Hęc eſt mera cõfeſsio pietatis. Hæc eſt enim veræ fidei regula, quam & in proſperis, & aduerſis viuaciter tenuit Apoſtolica Chriſti eccleſia, quę per Dei gratiam à tramite Apoſtolicę traditionis nunquam erraſſe probabitur, nec hæreticis *nouitatibus* deprauata ſuccubuit: quia dictum eſt Petro. *Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos.* Hîc Dominus fidem Petri non defuturã promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prędeceſſores, confidenter feciſſe ſemper, cũctis eſt cognitum: quorum, & puſillitas mea licet impar, & minima, pro ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio pediſſequa cupit exiſtere.

Luc. 22. c.

Ibidem anathematizat hæreticos, qui cõtra prædicta ſenſerunt, Theodorum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt nouæ Romæ antiſtites, & Honorium, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyrum Alexandrinum epiſcopum

pum, & Macarium, qui nuper fuerat Antiochiæ præſul: & Stephanum eius diſcipulum. Inſuper & Arrianos, Apollinariſtas, Eutychianos, Thimoteranos, Acephalos, Theodoſianos, Sayanitas, & omnem denique furorem hæreticorum, ſiue confundentium, ſeu diuidentium incarnationis Chriſti myſterium.

Quòd autē duæ ſint naturales volūtates, & operationes in Chriſto, probat prædictus Papa multifariè. *Probat^r articulus de pluralitate volūtatū operationū multipliciter.*

Primùm, quia Deus perfectus eſt, & homo perfectus eſt Chriſtus Ieſus: ergo naturalibus proprietatibus vtranq; naturam perfectam neceſſe eſt eſſe, & duas in eo operationes, & voluntates. Igitur ſicut in tribus perſonis Trinitatis tres perſonales volūtates aſſerere abſurdum eſt, quoniā vna natura eſt, quam ſequitur voluntas vna, ita in vna Chriſti perſona, quæ duas naturas habet, duas voluntates, & duas operationes naturales negare impium eſt.

Secundò teſtimoniis ſcripturarum. Matth. 26. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Et alibi: Non mea voluntas, ſed tua fiat. Et in alio loco dicit: Nō veni, vt facerē voluntatem meam: ſed eius, qui miſit me patris. Et iterum: Surgens venit in partes Tyri, & ingreſſus domum, noluit aliquem ſcire, & non potuit latere: cùm tamē ille ſit de quo dicitur. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cælo, & in terra. Igitur hoc ad humanam eius voluntatem redigi oportet. Et alibi etiam: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Spiritum, volūtatem intelligit diuinam: carnem verò voluntatem humanam. *Mar. 14. d. Luc. 22. d. Mar. 7. e.*

Tertiò, vt ſynodus probet hæc pertinere ad fidem, iuuatur expoſitione ſanctorum doctorū Ambro. Auguſt. Chryſoſt. Athana. Cyrilli, vtriuſq; Gregorij, Leonis Pontificis, cuius teſtimonio multoties libenter vtitur: præcipuè cùm ſcribit ad ſanctum Fabianum epiſcopum Conſtantino. vbi ſic habet. Agit enim vtraque forma cùm alterius cōmunione, quod proprium eſt, verbo. ſ. operante, quod verbi eſt: & carne exequēte, quod carnis eſt &c. Et ſicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam noſtri generis non relinquit. At verò illa ad diuinam naturam pertinere dicūtur, ſcilicet: Sicut pater ſuſcitat mortuos, *Synod^9 teſtimonijs patrū probat ad fidem pertinētia.* *Ioan. 5.*

ita

Matth.11. d. ita dedit & filio &c. Et illud: Nemo poteſt cognoſcere patrē niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ad humanam tamen illa: Nolebat per Iudęam ambulare: quia quærebant Iudęi eum interficere. Et quæ ſupra citauimus ex euangelio.
Ioan.7.a.
Pſal.142. Illud etiam quod Dauid in perſona Chriſti ait, Vt faciam voluntatem tuam Deus meus &c. & illud: Voluntariè ſacrificabo tibi.
Pſal.53.

Solet hoc aliâs fieri in conciliis, etiam cùm definiunt ad fidem pertinentia iuuari ſententiis antiquorum patrum.

Poſtremò confirmantur omnia iſta definitione ſancti cōcilij Chalcedoneñ. actione quinta, vbi hæc fides aſſeritur. Etiam & ex concilio Conſtantinopolitano quinto cap. 7. Deinde refertur ex integro ſymbolum, quod publicè in eccleſia cantatur, in quo obſeruatur hęc forma loquendi.

Confitemur Trinitatem perſonarum, ſiue ſubſiſtētiarū, non trium nominum ſubſiſtentiam, ſed bene trium perſonarum vnam ſubſiſtentiam. Item confitemur, & Chriſtum ex duabus naturis compoſitum.

Author. *Hæc fuit inſtructio legatorum, quorum ſuperius fecimus mentionem.*

QVibus omnibus ſubſcripſerunt, primùm Agatho Papa, deinde innumerabiles epiſcopi occidentales, per quos delecti ſunt tres prædicti legati, qui ad concilium generale Conſtantinopolitanum mitterētur, vt hęc certa fidei confeſsio publicè prędicaretur.

Habētur ibidem etiam argumenta hæreticorum Apollinaris, Seueri, Theodoſij, Cyri Alexādrini, & Theodori epiſcopi contra pluralitatem operationum in Chriſto Domino: quæ quoniam nihil habent niſi verba, miſſa fecimus.

Actio quinta.

Seßio. 5. PRæſidente piiſsimo, & magno Imperatore Conſtantino &c. vt in actione prima.

In hac actione commonuit Imperator Macarium, & ſocios, vt proferrent teſtimonia ſanctorum patrum demonſtrantia vnam voluntatem, & vnam operationem in Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſicut dudum promiſerant: & protulerunt duos codices, quorum prior in ſuperſcriptione ita continebat.

Teſtimonia ſanctorum patrū, vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti

Chriſti volūtatem docentia, quę eſt etiam patris, & Spiritus ſancti. Quib' lectis abſoluta eſt iuſſu principis actio quinta.

Actio ſexta.

PRæſidente piiſsimo, & magno Imperatore &c. ſicut in actione prima. *Seſſio. 6.*

In actione hac rurſus commonitus eſt Macarius cum ſociis ſi haberet alia teſtimonia de vna voluntate, & operatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, quę proferret in cōcilio. At ille protulit, & aliū codicē, qui in ſupſcriptione cōtinebat ſic.

Sequentia teſtimoniorum de voluntate.

Et lectus eſt coram concilio. Quo lecto, & prædicto Macario cum ſociis ſuis contentis, & nolētibus alia teſtimonia pro ſe afferre, vicarij apoſtolicæ ſedis Romanæ, & qui cum eis erant epiſcopi, & clerici, & monachi dixerunt. Piiſsime dn̄e, adhuc aliquid de vna voluntate, & vna operatione nō oſtenderunt Macarius amabilis archiepiſcopus, & eius ſocij per teſtimonia ab eis prolata: ſed & ipſa, quę protulerūt, detrūcauerunt: & quę ad Trinitatis quidē attinēt rationem de vna voluntate, pro incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Ieſu Chriſti protulerunt. Quę verò cōueniunt, & quę propriè pro huiuſmodi incarnationis diſpenſatione poſita ſunt, tam ſenſum, quàm verba detruncauerunt. Vnde petimus veſtram piiſsimam fortitudinem authenticos codices proferri ex venerabili patriarchio huius regię ciuitatis, & conferri cum codicibus ab eis oblatis &c. Piiſsimus Imperator pręcepit, vt in ſequenti actione fieret. *Teſtimonia prolata ab hæreticis detruncata.*

Actio ſeptima.

COnueniente ſancta & vniuerſali ſynodo, q̄ per Imperialem ſanctionem cōgregata eſt &c. vt in actione prima. *Seſſio. 7.*

Commoniti ſunt vicarij ſanctiſsimi Agathonis Papę vrbis Romę, vt proferrent teſtimonia pręadicantia duas voluntates naturales, & duas operationes, etiam naturales in diſpēſatione incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti: & pro phanorum hęreticorum ſimiliter teſtimonia, manifeſtantia vnam voluntatem, & vnam operationem. Et protulerūt codicem ſupraſcriptum ita.

Teſtimonia ſanctorum, ac probabilium patrum demonſtrantia duas voluntates, & duas operationes in Dn̄o Deo,

& Saluatore noſtro Ieſu Chriſto. Quem Stephanus monachus relegit ab initio, vſq; ad finem, tam ſanctorum, ac probabilium teſtimonia, quã prophanorum hæreticorum. Et abſoluta eſt actio ſeptima.

Actio octaua.

Seßio. 8. PRæſidẽte eodẽ magno Imperatore &c. ſicut in actione.i. Piiſsimus Imperator præcepit, vt Georgi⁹ archiepiſco pus Cõſtantinopo. & Macarius, & ei ſubiacens ſynodus ediceret, ſi cõuenit ei ſenſus ſuggeſtionũ directarũ ab Agathone ſanctiſsimo Papa Romæ, & eius ſynodo. Reſpõdit Georgius archiepiſcopus, ſuſcipio, & ſequor domine directas ſuggeſtiones à ſanctiſsimo Agathone Papa Romę, & credo, & ſic profiteor in vno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Ieſu Chriſto vero Deo noſtro duas naturales voluntates, & duas operationes. Sic cæteri dixerũt: Sic credimus, & ſequimur: & omnes, qui docuerunt, & dicunt vnam voluntatem, & vnam operationem in duabus naturis vnius Domini noſtri Ieſu Chriſti veri Dei noſtri anathematizamus. Macarius protulit voce, & ſcripto ſuam fidem iuxta editionẽ ſanctarum, & vniuerſalium quinq; ſynodorum. Rogatus verò ſi cõfiteretur aperte duas naturales volũtates, & duas operationes in Domino noſtro Ieſu Chriſto, reſpõdit. Nõ dico duas voluntates, aut duas operationes in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed vnam voluntatem, & Dei virilem operationem: non tamen duas confiteor, etiam ſi membratim incidar, & mittar in mare. Tandẽ omnes epiſcopi conſenſerunt vnanimes his, quę per Agathonem Papam, & eius ſynodũ antedicta ſunt in epiſtola, & in legatorum ſuorum inſtructione lecta in actione q̃rta, exceptis Macario, & duobus, aut tribus eius diſcipulis, qui noluerũt conſentire quòd in Chriſto eſſent duæ naturales voluntates, & duæ operationes. Quos exilio relegatos coram toto concilio denudauerunt pallio epiſcopali, quo & nunc etiam vtuntur epiſcopi, alba. ſ. camiſia.

Suſcipitũ à cõcilio epiſtola Agathonis Papæ.

In eadem actione examinantur teſtimonia, quibus inducuntur hęretici vnam in Chriſto ponere voluntatem, & operationem: & repertum eſt illos multa conſultò omiſiſſe, alia deprauaſſe in codicib⁹, quę poſſent ſuum errorem demon-

ſtrare

ſtrare. Tandem conuicti ſunt de errore ſuo per duos presbyteros legatos epiſcopi Romani. Conuincuntur verò primũ ex Ambroſio ad Gratianum, deinde ex Athanaſio in libro de incarnatione verbi, vltimò, & efficaciſsimè cum mirabili eloquentia ex Chryſoſtomo in ſermone illo: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.

Actio nona.

CONueniente ſancta, & vniuerſali ſynodo: quæ per Imperialem ſanctionem congregata eſt in hac regia vrbe &c. Sicut in actione prima. *Seſſio. 9.*

Prolatus eſt codicillus teſtimoniorum, qui oblatus à Macario, & Stephano, & collatus eſt cum aliis codicibus autheticis, & inuentus eſt deprauatus, & corruptꝰ: & ex Athanaſio Alexandrino, & Gregorio Nazianzeno, & Cyrillo euidenter demonſtratum eſt duas eſſe naturales volũtates, & duas operationes in Chriſto Domino noſtro: & ſic abſoluta eſt actio nona. *Actio decima.*

PRæſidente eodem magno Imperatore Conſtantino &c. ſicut in actione prima. *Seſſio. 10.*

Rurſus collata ſunt teſtimonia aliquorum patrum, nempe Leonis Papæ ex epiſtola ſecunda ad Leonem Imperatorem, & Ambroſij Mediolanẽ. epiſcopi ex. 2. libr. ad Gratianum Imperatorem, prolata à Macario, & Stephano cum codicibus authenticis ex patriarchio regiæ ciuitatis, & demonſtratum eſt id, quod ſuprà. Rurſus idem demonſtratũ eſt ex teſtimoniis multis adductis Ioannis Chryſoſtomi, Athanaſij, Gregorij Nazianzeni, & Gregorij Niſeni, & Cyrilli.

Actio vndecima.

TOta hæc actio conſumitur in propoſitione epiſtolæ Sophronij Patriarchæ Hieroſolymorum ad cõcilium: quæ poſtea in actione tertia decima à tota ſynodo probata eſt. In qua lõga admodũ oratione, eloquentia, & Chriſtiana ſapiẽtia pleniſsima, & omnibus numeris abſolutiſsima, diſputat præcipua myſteria fidei. *Seſſio. 11.* *Epiſtola Sophronij patriarchæ: eruditionis chriſtianæ pleniſſima.*

Primò ſanctæ Trinitatis myſterium.

Secundò incarnationis Dñicæ ſacramentum, probans quod potiſsimũ intenderat, vnam eſſe in Chriſto perſonã: ſed duas diſtinctas naturas, humanam, ſcilicet, & diuinam,

& duas diſtinctas operationes &c.

Tertiò, quòd in incarnatione verbi non fuit Deitas copulata carni prius animatę, aut prius præfactæ, vel animę præexiſtenti coniuncta: ſed tunc his, anima, ſcilicet & carne ad ſubſiſtendum venientibus, quando eis ipſum verbum, & Deus naturaliter copulatus eſt, ſed cum ipſo verbo exiſtentiam habuerunt: & nequaquam in ictu oculi hanc illa priorem habentia, ſicut Paulus Samoſatenus perſtrepit, atq; Neſtorius. Smul quippe caro, ſimul Dei verbi caro: ſimul caro animatá rationalis: ſimul Dei verbi caro animata rationalis. Cum conceptu quippe verbi hęc ad ſubſiſtendum prolata ſunt, & ſecundum ſubſiſtentiam ei vnita ſunt: quando ad ſubſiſtendum prolata ſunt, nullumq; prorſus tempus propię conſtitutionis tulerunt, quod inconfuſam, atque inſeparabilem ad eum compoſitionem præcederet. Ex inuiolabili nanque, & virginali ſanguine ſanctæ, & immaculatę virginis Mariæ verbum verè factum eſt incarnatum, & veraciter homo: & in vtero virgineo deportatus, & tempus expleuit legitimi puerperij, & per ſingula naturalia, & peccatum non trahentia nobis omnibus ſimilis factus, noſtramquè non dedignatus paſsibilem vilitatem. Naſcitur Deus humano corpore, ſimiliterq; habitu animam rationalem, & incorpoream habens, & virginem generantem conſeruat, θεοτόκον eam propriè, & veraciter demõſtrauit, quãuis Neſtorius vecors ſcindatur, & eius Deo rebellis exercitus lachrymetur, lamentetur, & eiulet &c.

Hoc in loco ſingulariter, & deuotiſsimè de hoc diuino myſterio diſputat ſanctus iſte epiſcopus, libenterq; vtitur teſtimoniis beati Dionyſij deſumptis ex libro de diuinis nominibus: quoniam perſuaſum habebat hunc librũ eſſe Dionyſij, & hunc eſſe illum Dionyſium, quem Paulus ex Ariopago vocauit ad euangelium &c.

Chriſtus homo creatus, & increat⁹, corpore⁹, & incorporeus.

Ibidem etiam, non abhorret hanc formam loquendi, vt Chriſtum vocet hominem creatum, & increatum, corporeum, & incorporeum, per omnia nobis ſimilẽ, excepto peccato, & omnibus ipſum cõſequentibus: quoniã Chriſtus arbiter, & Dñs erat mortium naturaliũ, & omniũ ſuorũ affectuum, ſiue paſsionũ: quæ niſi eo annuente, nõ mouebãtur:

quod

quod nos minimè ſumus.

Ibidem docet, angelos, & animas, & cæteras inuiſibiles ſubſtantias non corrumpi: ſed omnia eſſe à Deo immortalia creata. Quod verò ait, illa eſſe immortalia, nón per naturam ſicut Deus: ſed per gratiam eas à morte coercentem, puto intelligit, quòd naturaliter à ſe non habeāt hāc immortalitatem, ſed ex generali dono Dei.

Deinde explicat eleganter myſterium ſanctæ Trinitatis, docens in diuinis eſſe tres ſubſiſtētias, ſic. Trinitatem itaq; in vnitate credimus, & in vnitate Trinitatem glorificamus. Trinitatem quidem, pro tribus ſubſiſtentiis: vnitatem autem, propter ſingularitatem deitatis. Et iterum: Seu igitur ſancta Trinitas numerabilis perſonalibus facta eſt ſubſiſtētiis, ſiue ſancta vnitas, extra omnē numerū eſt, & hæc quidem indiuiſibilem habet diuiſionem, & incōfuſam gerit cōiunctionem. Vnde collige ſubſiſtentiam in diuinis, & perſonaliter, & eſſentialiter dici. Si perſonaliter accipias, tres ſubſiſtentiæ ſunt, ſi eſſentialiter, vnica eſt ſubſiſtentia. *Explicat myſterium Trinitatis.*

Idem in eadem epiſtola. Suſcipio autem, & veneror poſt quinque vniuerſalia concilia, conſcripta Cyrilli, prēſertim, quæ contra Neſtorij inſaniam facta ſunt. Similiter & epiſtolam Orientalium epiſcoporum, quæ ad eundem Cyrillum ſcripta eſt, quam & ipſe orthodoxā eſſe teſtatus eſt: & quæcunq; Leo ſanctiſsimæ Romanæ eccleſiæ ſanctiſsimus diſpēſator ſcribit: & maximè, quæ contra Eutychianam, & Neſtorianam prophanationem ſcripſit: hæc quidem, vt Petri: illa verò, vt Marci definitiones agnoſcens.

Vltimò recenſet ferè omnes hēreticos à Simone mago ad illorum vſq; tempus: qui perperam de myſterio Trinitatis ſunt loquuti. Recēſetur inter cæteros Origenes, & huius diſcipuli Didymus, & Euagrius, qui animas ante corporum conſtitutionem aiebant fuiſſe creatas: hoc dicit eſſe hæreticum, & deliramentum impudens.

Finitis omnibus, quę in iſta actione acta ſunt, Conſtantinus piiſsimus Imperator dixit: Sufficientia ſunt etiam, quæ hodierna die ſunt geſta. Quia verò in Chriſto amabilis veſtræ reipubli. cauſis occupamur, iubemus Conſtantinum, & Anaſtaſium patritios, Polyeuctum quoque & Petrum

exconſules ex perſona noſtræ pietatis cum ſancto, & vniuerſali veſtro concilio in reliquis conuentibus inueniri, poſtquam præſentis cauſæ plurima,& pręcipua capitula coram noſtra pietate iam peracta ſunt.

Actio duodecima.

Seſsio.12. CONueniente ſancto, & vniuerſali concilio &c. ſicutin actione prima.

Rurſus diſputatum eſt cum hæreticis, ſi ex ſcripturis ſanctorum patrum poſſent demonſtrare vnam voluntatem, & vnam operationem in Domino noſtro Ieſu Chriſto: & non valentibus illud oſtendere,prolata eſt à catholicis, & lęcta epiſtola Leonis Papæ decima,& luce clarius demõſtrauerũt duas voluntates,& duas operationes in Chriſto Ieſu: & dixit ſancta ſynodus:Omnino neceſſe eſt,non ſolùm ſecundũ ſenſum ſequi ſanctorum patrum dogmata,ſed & eiſdem vocibus vti cum illis,nihilq; penitus innouari.

Sãctorũ patrum dogmata non ſolùm ſecũdum ſenſũ ſequenda, ſed eiſdẽ vti cũ illis vocibus debemus.

Ibidem relectum eſt reſcriptum epiſtolæ Honorij Papæ Romani ad Sergium Conſtantinopo. in quo poſt explicatum ſatis latè ſacramentum dñicę incarnationis, ſubiungit. Quòd Dñs Ieſus Chriſtus filius,ac verbũ Dei, ipſe ſit vnus operator diuinitatis,atq; humanitatis,plenæ ſunt ſacræ literæ luculentius demõſtrantes. Vtrum autẽ propter opera diuinitatis,& humanitatis,geminæ operationes debeãt deriuatè dici,vel intelligi, ad nos iſta pertinere nõ debent,relinquentes ea grammaticis,qui ſolent paruulis exquiſita deriuando nomina vẽdicare. Nos enim non vnã operationẽ, vel duas Dñm Ieſum Chriſtum,eiuſq; ſanctum ſpiritũ, ſacris literis percepimus: ſed multiformiter cognouimus operatum, iuxta illud: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus &c. Si enim diuiſiones operationum ſunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quantò magis capiti noſtro Chriſto hæc poſſunt pleniſsimè coaptari? vt caput, & corpus vnum ſit perfectum &c. Et nos quidem ſecundum ſanctiones diuinorum eloquiorum oportet ſapere,vel ſperare,illa videlicet refutãtes,quæ quidem nouæ voces noſcuntur ſanctis Dei eccleſiis ſcandalum generare: ne aut duarum operationum vocabulo offenſi,ſectantes Neſtorianos nos veſana ſapere arbitrẽtur,

1.Cor.12.

bitretur, aut certè, ſi rurſus vnam operationem Domini noſtri Ieſu Chriſti fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultam Eutychianiſtarum attonitis aurib⁹ dementiã fateri putemur &c.

Relatum eſt, & aliud reſcriptũ Sergij patriarchę Cõſtantinopo. ad prædictum Honorium Papam: & collata ſunt reſcripta hæc cum exemplaribus authenticis, quæ producta ſunt ex patriarchio regiæ vrbis, & conſiſtebant exemplaria. De quibus proferetur ſententia in ſequenti actione.

Ibidem confirmata eſt depoſitio Macarij, & ſociorum eius, & petitum eſt à clericis Antiochiæ, vt alius pro Macario crearetur archiepiſcopus: & ſic abſoluta eſt actio duodecima.

Actio tertiadecima.

CONueniente ſancto, & vniuerſali cõcilio, quod ꝑ imperiale decretũ ĩ hac regia vrbe &c. ſicut in actiõe prima. *Seßio. 13.*

Poſtulatum eſt, vt pronunciaretur ſententia de epiſtolis Sergij, Honorij, & Sophronij, quæ in actione pręcedenti lectæ ſunt. Sanctum concilium dixit. Secundum promiſsionem, quæ à nobis ad veſtram gloriam facta eſt, retractantes dogmaticas epiſtolas, quæ à Sergio Patriarcha huius regiæ vrbis ſcriptæ ſunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat epiſcopus Phaſidis, quàm ad Honorium Papam antiquæ Romæ: ſimiliter autem, & epiſtolam ab illo, id eſt Honorio reſcriptam ad eundem Sergium: haſq; inuenientes omnino alienas exiſtere ab Apoſtolicis dogmatibus, & à definitionibus ſanctorum conciliorum, & cunctorum probabilium patrum, ſequi verò falſas doctrinas hæreticorum, eas omnimodo abiicimus: & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem, id eſt, eorundem impia execramur dogmata, horum & nomina à ſancta Dei eccleſia proiici iudicauimus, id eſt, Sergij præſulis huius vrbis, qui aggreſſus eſt de huiuſmodi impio dogmate cõſcribere, Cyri Alexãdrię, Pyrrhi, Petri, & Pauli, præſulum huius etiam ciuitatis, qui & ſimilia eis ſenſerunt. *Hæreſeos dãnãtur hoc loco ſeptem põtifices: Sergius, Cyr⁹, Pyrrhus, Petrus, Paul⁹, Honorius, Theodorus.*

Ad hęc, & Theodori epiſcopi Pharã, quarũ omniũ ſuprascriptarũ perſonarũ mentionẽ fecit Agatho ſanctiſsi. Papa antiquę Romę in ſuggeſtione, quam fecit ad piiſsimum, & magnum Imperatorem noſtrum: eoſquè abiicit, vtpote

contraria rectæ fidei ſentientes, quos anathemati ſubmitti definimus. Cum his verò ſimul proiici à ſancta Dei catholica eccleſia, ſimulq́; anathematizari præuidimus, & Honorium, qui fuerat Papa antiquę Romę, eo quod inuenimꝰ per ſcripta, quę ab eo facta ſunt ad Sergium: quia in omnibus mentem eius ſequutus eſt, & impia dogmata confirmauit. Pertractauimus autem, & ſynodica Sophronij archiepiſcopi Hieroſolymitani, & hæc reperientes cum vna fide conuenię̃tia, apoſtolicisq́; & ſanctorũ patrum doctrinis paria, vtpote, quę ſunt orthodoxa, recipimus: & vt ſalubria ſanctę Dei eccleſię ſuſcipimus: & nomen eius inſeri ſanctis diptychis ſanctarum eccleſiarum iuſtum eſſe iudicauimus.

Poſt hæc producit Georgius diaconus chartophylax epiſtolas Cyri duas ad Sergium Conſtãtinopo. & vnam Theodori ad eundem Sergium, & vnam Pyrrhi, & vnam Pauli, & vnam Petri Conſtantinopoli, quondam antiſtitis, & vnam Honorij Papę totam hæreticam ad eundem Sergium: de quibus omnibus ſanctum concilium dixit: Cognitionem accipientes prolatorum nobis à Georgio diacono libellorum, atque chartarum, ſiue aliorum opuſculorum, comperimus in vnam eandemq́; impietatem concurrere, & prꝗuidimus hæc tanquam prophana, & animæ pernitioſa continuò ob perfectum exterminium igne concremari: & combuſta ſunt: & ſic præcepto iudicum, & ſancti concilij abſoluta eſt actio tertiadecima.

Actio quarta decima.

Seßio. 14. CONueniente ſancto, & vniuerſali concilio &c. & reſidentibus glorioſiſsimis patriciis, & conſulibus, & omnibus Deo amabilibus epiſcopis per ordinem in eodem ſecretario Trulli, & propoſitis in medio ſacroſanctis Chriſti Dei noſtri euangeliis, Georgius diaconus produxit duos codices continentes acta ſancti, & vniuerſalis quinti concilij, & tomum ſeptimæ actionis eiuſdem concilij, & iuſſu concilij tangens prępoſita ſacroſancta euangelia, dixit. Per *iſtas* ſanctas virtutes, & Deum, qui loquutus eſt per eas, cũ veritate, hi duo libri membranacei ſunt libri ſancti quinti cõcilij, & volumẽ ſeptimę actionis eiuſdẽ cõcilij iuxta quod iã excuſi ſunt, ita etiam nunc manifeſtati ſunt, & pridẽ in biblio

theca

theca inuenti, atq; ſuſcepti: & neq; additũ eſt quicq̃ à me, nec ſubtractũ per me, neq; cum conſcientia mea à quoquã omnium. Surgentes epiſcopi Concilij, & conferentes cum exemplaribus authẽticis, inuenerunt ab hæreticis adiectos eſſe tres quaterniones in primo libro quinti Concilij, & in ſecundo libro circa ſeptimam actionem mutatum quidem fuiſſe quintumdecimum quaternionem, & adiectum eſſe quadrifolium non ſuperſcriptum ante decimũſextum quaternionem. Quocirca acclamatum eſt à Concilio. Anathema libello, qui dicitur Mænæ ad Vigilium. Anathema libellis, qui dicuntur facti fuiſſe à Vigilio ad Iuſtinianũ, & Theodorum diuæ memoriæ. Anathema ſimul, qui falſauerũt acta ſancti, & vniuerſalis quinti Concilij. *Falſati concilij per hæreticos.*

Introduxerunt Græci ſub nominibus Vigilij Papę, ſimiliter & Mænæ, hos libellos continentes vnam voluntatẽ, & vnam operationem in Chriſto, cum tamen nullos tales ſcripſiſſet Vigilius, nec Mæna, & hac de cauſa acclamatum eſt à Concilio, & anathematizati ſunt libelli illi.

Deinde, pductus, & lectus eſt ſermo Athanaſij ſuper verbis illis Domini: Nunc anima mea turbata eſt, de quo ſanctum Concilium dixit apertè. Nunc in ſermone, qui lectus eſt, duas naturales voluntates in diſpẽſatione incarnationis vnius de ſancta Trinitate Dñi noſtri Ieſu Chriſti veri Dei laudabilis Athanaſius declarauit, & præcepto iudicum, & ſancti Concilij actio quartadecima abſoluta eſt. *Sermo Athanaſij de duabus voluntatibus in Chriſto.*

Actio quintadecima.

Conueniente ſancto Concilio &c. vt ſuprà.

Adductus eſt ad Concilium Polychronius religioſus presbyter, & monachus, & interrogatꝰ, quæ eſſet fides eius in diſpenſatione incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Polychronius monachus dixit: Ego expoſitionẽ fidei meæ do in opere mortui, rogans pro eo filiũ Dei, vt ſuſcitet eum: ſin autem non reſurrexerit, ecce Concilium, & Imperator, quæ eis placuerint in me faciant. Sanctum Conciliũ dixit: Expoſitionem fidei tuæ profer: nam ecce mortuus præparatus eſt. Ille ait: In hoc eſt fides mea, & ita mihi oſtẽdit Deus, vt ponam eam ſuper mortuum, & ſi non ſurrexerit, ecce, vt prædixi. Et protulit in medio vnam chartulam propria ſcri- *Seſſio. 15.* *Inſania Polychroniĩ cẽtendentis ſuſcitare mortuũ in hæreticorum veritatis teſtimonium.*

ptā manu,& ab Antiocho religioſo lectore,& notario aperta,& lecta eſt,habens his verbis ita.

Chartula fidei Polychronii hæretici.

Conſtantino à Deo coronato, ac manſuetiſsimo magno Principi,ego Polychronius tanquàm præſens,ſaluto,& adoro:& quia vidi multitudinem virorum,& candidatorum,& in medio virum, cuius virtutē narrare non valeo, dicentem mihi: quia nouam fidem componis,feſtina,& dic Imperatori Conſtantino. Non facias nouam fidem, neque acquieſcas. Et veniente me ab Heraclea Chryſopolim,& ſtante me in ſolario, (hora erat quaſi ſeptima diei) vidi virum terribilem candidatum valde, & ſtetit coram me dicens. Quia qui non confitetur vnam voluntatem, & Dei virilem operationem, non eſt Chriſtianus. Ego autem dixi. Hoc & Conſtantinus ſapientiſsimus Imperator præfiniuit vnam voluntatem, & Dei virilem operationem. Ille autem dixit. Multum benè & Deo placete. Sanctum Concilium dixit, vt illa chartula ab eodem Polychronio iuxta propoſitionem ſuam poneretur ſuper mortuum iam ad hoc præparatum in loco publico in præſentia Concilij,& populi ad ſatisfactionem Chriſto amabilis plebis, qualiter Deus veritatem demonſtraret. Et congregato plurimo populo in atrio publici lauacri, quod dicitur Zeuxippus, idem Polychronius poſuit ſuper mortuum huiuſmodi fidei ſuæ chartulam, perq; plures horas perſeuerans, & inſuſurrans ei, nihil horum, quæ ab eo ſtolidè, ac blaſphemè promiſſa fuerant valens peragere, idem Polychronius dixit: nullatenus ſe poſſe mortuum ſuſcitare. Populus, qui ibidem aderat, exclamauit dicens. Nouo Simoni anathema, Polychronio ſeductori populi anathema. Sancto Concilio iterum interroganti, ſi adhuc perſeueraret in illa ſua fide, Polychronius reſpondit: Sicut continet chartula, quam obtuli, & poſui ſupra mortuum,ita credo vnam voluntatem,& Dei virilem operationem, & alterum quid non dico. Et cum perſeueraret in proprio errore, per ſanctum Concilium tanquàm ſeductor populi,& manifeſtus hæreticus,depoſitus eſt ab omni ordine,& officio ſacerdotali.Glorioſiſsimi Principes,& ſanctum Concilium dixerunt. Sufficiunt, quæ hodierna die acta ſunt.

Actio ſextadecima.

Conueniente ſancto,& vniuerſali Cõcilio &c. vt ſuprà. *Seßio.16.*

Adductus eſt Conſtantinus presbyter eccleſiæ, quæ eſt in Apanięa ſecundę Syriorum prouincię ad Concilium, & examinatus eſt de ſua fide,qui rogatus à Concilio, dixit ſe non cognoſcere niſi vnam voluntatem, & vnam operatio nem in Chriſto, ſicut Macarius ſentiebat. Cui poſt longam diſputationem, ſanctum Concilium dixit. Ita ſentis, & ita perſeueras vſque ad finem in hac ſecta? Et Conſtantinus dixit. Etiam Domini, ſic ſentio,& ſic credo,& non eſt poſsibile aliter. Sancta ſynodus exclamauit. Hæc ſecta Manichæorum eſt. Hæc eſt fides Apollinarij,Anathema illi cum dogmatibus ſuis. Anathema Theodoro hæretico Pharanitano,Sergio hæretico anathema, Pyrrho hæretico anathema, Paulo hæretico anathema ,Petro hæretico anathema, Macario hæretico anathema,Polychronio hęretico anathema, Aſpergio Pergenſi anathema. Omnibus,qui ſuffragantur hęreticis,anathema. Sic abſoluta eſt actio ſextadecima.

Actio decimaſeptima.

IN hac actione profertur ſymbolum,quod Dominicis diebus nunc publicè in eccleſiis cantatur, à ſynodo Nicæna conſtitutũ,vbi obiter condẽnatur Arrius,qui aiebat de verbo,quod erat aliquando, quando non erat: & anteq̃ naſceretur,non erat, & quia ex nihilo factus eſt,vel ex altera ſubſtãtia,vel eſſentia,dicẽtes eſſe,aut vertibilẽ,aut mutabilẽ filiũ Dei,hoc anathematizat catholica,& apoſtolica ſynodꝰ. *Seßio.17.*

Ibidem longa oratione explicatur myſteriũ Dominicæ incarnationis in vnitate perſonæ,& vnius ſubſtantiæ duas concurriſſe naturas,& duas naturales volũtates,& duas naturales operationes indiuiſè,inſeparabiliter,inconfuſè,ſecundum ſanctorũ Patrum doctrinam in Chriſto copulatas, non cõtrarias,iuxta quod impij aſſerunt hęretici:ſed voluntatẽ humanã nunq̃ reluctantẽ,ſed ſubiectã diuinę eius, atq; omnipotẽti volũtati,iuxta ſententiã ſapiẽtiſsimi Athanaſij. *Recipitur epiſtola Leonis Papæ ad Flauianum.*

Idem recẽſet hęreticos,quos ſuprà anathematizat:& recipit tomum ſanctiſsimi Leonis Papæ ad ſanctum Flauianum , quẽ & titulũ rectæ fidei appellat ſancta ſynodus.

Item epiſtolas ſynodicas,quę ſcriptę ſunt à beato Cyrillo *Recipiantur* aduer-

Quinque vniuerſalia, & a Deo conſita Concilia, ſicut quandam hæreditatē cæleſtem in cordis conclaui reponentes, tanquā intellectuales margaritas, ab eis theſaurizamus dogmata: & quos anathematizarunt, & quę refutarunt anathematizamus, atq; refutamus: quosq; ſuſceperunt, ſuſcipimus, patresq; noſtros ſcribimus. Anathematizam⁹ omnem hæreſim, quæ à Simone vſq; nunc in Dei eccleſiam introducta eſt ad ſcindendam pacem, & vnitatem credētium. Super hæc omnia anathematizamus Theodorum, Sergium, Cyrum, Petrum &c. quos ſuprà pluries recenſuimus.

Vltimò eſt epiſtola Leonis Papæ ad Conſtantinum Auguſtum habens ſic.

Regi Regum, in cuius poteſtate ſunt regna mundi magnas gratias agimus, quòd ſancta vniuerſalis, & magna ſexta ſynodus, quam nutu Dei veſtra clementia, & ſedulè conuocauit, & cui pro Dei miniſterio præfuit, Apoſtolicam in omnibus regulam, & probabilium Patrum ſequuta fuerit. Et quia definitionem rectę fidei pleniſsimè prędicauerit, quam & Apoſtolica ſedes beati Petri Apoſtoli (cuius licet impares miniſterio fungimur) veneranter ſuſcipit, idcirco & nos, & per noſtrum officium hæc veneranda ſedes Apoſtolica concorditer, ac vnanimiter his, quæ definita ſunt ab ea, conſentit, & beati Petri authoritate confirmat, ſicut ſupra ſolidatam Petram, qui Chriſtus eſt, ab ipſo Domino adeptus firmitatem. Propterea ſicut ſuſcepimus, atq; firmiter prædicamus ſancta quinq; vniuerſalia Concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanū, Epheſinum primum, Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum, & quæ omnis Chriſti eccleſia approbat, & ſequitur: ita & quod nuper in regia vrbe pio veſtrę ſerenitatis adniſu celebratū eſt ſanctum ſextum Concilium, vt eorum pediſequi interpretes, pari veneratione, atq; cenſura ſuſcipimus, & hoc cum eis dignè connumerari, tanquàm vna, & ęquali Dei gratia congregatum, decernimus: & qui in eo fideliter conuenerunt Chriſti eccleſię ſacerdotes, inter ſanctos eccleſię Patres, atq; doctores aſcribēdos ęquè cenſemus. Nam & iſtis, ſicut & illis, idem Dei Spiritus ſalutem animarum operatus eſt: & huius immarceſsibilis fruct⁹ imperiali pietati veſtrę à Domino reputabitur,

cuius

cuius & per ſecula prędicando labore perfectum eſt.

Deinde anathematizat omnes hæreſes, & earum authores, quos ſuprà nominauimus.

CANONES SEXTAE SYNODI IN TRVLLO celebratæ ex Græcis exemplaribus deſumpti, interprete Gentiano Herueto Aurelianeñ.

Author. *In volumine Conciliorũ excuſſo Coloniæ feruntur nouẽ Canones adſcripti ſextæ ſynodo, cum tñ ſciamus ſextam ſynodũ, quãdo primo ſub Conſtantino cõgregata eſt, nullos edidiſſe Canones: ſed poſt, ſub Iuſtiniano conuenientes. 227. Patres in Trullo regiæ palatii Cõſtantinopoli Canones ediderũt ſequẽtes. 102. Hoc ita tradũt Patres, qui ad ſeptimã ſynodũ cõuenerũt in Nicæa ſub Cõſtantino filio Leonis, & Irene eius matre in actione quinta, & explicatius in actione ſexta, Tomo primo: in vtroq; loco citant Canonẽ octogeſimũ ſecundũ. Horum etiã Canonũ meminit Nicolaus primus in epiſtola ad Michaelẽ Imperatorẽ. Itẽ & Anaſtaſius Abbas Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarius in pfatione octaue ſynodi, dicens. Cum ſexta ſynodus nullam protulerit, præter fidem, regulam, ſed quas eius aſſeuerant regulas, lõgè poſt ſextã ſynodũ ab ipſis cõſtat eſſe penes ſe, priuatimq; deprõptas &c.*

Item Patres, qui ex Oriente, & Occidente conuenerunt ad ſynodum Florentinã, in ſeßione quinta citant hos. 102. Canones ſextæ ſynodi in Trullo.

Item Gratianus in decreto citat aliquot Canones iſtorũ (vt in propriis locis indicabimus) & aſcribit illos ſextæ ſynodo. Propter hæc, & alia, viſum eſt nouẽ Canones pdictos, vt nothos, & adulterinos reiicere, & iſtos. 102. ex Græco Nomocanono vetuſtißimo nondum excuſſo, hoc loco ſubiicere.

Præmittitur loco præfationis allocutoria oratio Patrũ qui in Trullo cõuenerũt ad Imperatorẽ Iuſtinianũ, in qua oſtenditur, quòd cũ duæ vniuerſales ſynodi, quinta ſcilicet, quæ fuit regnãte Magno Iuſtiniano, & ſexta, quæ fuit regnãte Conſtantino Pogonato, non fecerint Canones ad eccleſiarum conſtitutionem, ſicut reliquæ quatuor ſanctæ vniuerſales ſynodi fecerunt, hæc facta eſt ad ſupplementum duarum. Propterea enim nec ſexta propriè numeratur, ſed πενθέκτη, id eſt Quinifexta. Nam quod quintæ, & ſextæ ſynodo deerat, repleuit. Eſt autem etiam vniuerſalis.

Canon primus

IN primo Canone proponitur fides tenenda, vt per Apoſtolos, & ſacra Cõcilia tradita eſt: & explicatur ratio ſex ſynodorum vniuerſalium, ſicut in multis aliis Conciliis explicata eſt. Sub anathemate etiam decernitur tenenda vniuerſa, quę in eis ſunt à patribus definita.

Canon

Cap.2. Vt tam ſynodorum generaliũ, quarundamq́; prouincialiũ, Apoſtolorum, & aliorum Patrum Canones ſtabiles maneant, definitur.

HOc quoq; huic ſanctę ſynodo pulcherrimè, & honeſtiſſime placuit, vt ab hoc nunc tẽpore deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem firmi, ſtabilesq́; maneant, qui à ſanctis Patribus, qui nos pręceſſerunt, ſuſcepti, ac cõfirmati ſunt, atq; à Deo nobis etiã traditi ſunt, ſanctorũ Apoſtolorũ nomine. 85. Canones. Quoniã autem in his nobis Canonibus præceptũ eſt, vt eorundem ſanctorum Apoſtolorum per Clementẽ conſtitutiones ſuſciperemus, quibus iam olim ab iis, qui à fide aliena ſentiunt, adulterina quędam, & à pietate aliena introducta ſunt, quæ diuinorum nobis decretorũ elegantem, & venuſtam ſpeciem obſcurarunt: has conſtitutiones ad Chriſtianiſsimi gregis ædificationem, ac ſecuritatem vtiliter reiecimus, hæreticæ falſitatis fœtus nequaquã immiſcentes, & germanè, ac integrè Apoſtolorũ doctrinæ inſerentes. Obſignamus etiam reliquos omnes Canones, qui à ſanctis, & beatis noſtris Patribus expoſiti ſunt, id eſt, à trecẽtis decem & octo diuis Patribus, qui Nicææ conuenerunt: ab iisq́;, qui Ancyrę etiam ab iis, qui Neocæſareæ: ſimiliter & qui Gangris: præterea & ab iis, qui Antiochię Syriæ: ab iis etiã, qui Laodiceę Phrygiæ. Præterea autem & à. 150. Patribus, qui in hac Dei cultrice, & regia ciuitate conuenerunt: & ducentis, qui in Epheſiorum metropoli prius coacti ſunt, &. 630. ſanctis Patrib⁹, qui Chalcedone: ſimiliter & ab iis, qui Sardicæ, & qui Carthagine, & qui rurſus in hac regia vrbe conuenerunt ſub Nectario, qui regiæ huic ciuitati præſidebat, & Theophilo, qui fuit Alexandrię archiepiſcopus. Quinetiam Canones Dionyſij archiepiſcopi Alexandrinorũ Megalopolis. Et Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris Gregorij Neocęſarcę epiſcopi, qui θαυματουργὸς, id eſt, mirabiliũ operũ effector dictus eſt. Athanaſij Alexandrini archiepiſcopi, Baſilij archiepĩ Cæſareæ Cappadociæ, Gregorij epĩ Nyſſæ, Gregorij Theologi, Amphilochi Iconij, Timothei archiepĩ Alexandrini, Cyrilli eiuſdẽ Alexandriæ archiepĩ. Et Gennadij Patriarchæ huius regię ciuitatis. Præterea verò & à Cypriano Aphrorum regionis archiepõ, & martyre, & ſynodo, quæ ſub ipſo fuit emiſſum

Quo hic Canõ Cypriani recipiatur expli cat. 95. ca. in fra. & 19. Nicæ ſynodi

emiſſum

emiſſum Canonem, qui in prædictorum præſulum locis, & ſolùm, ſecundum traditam eis conſuetudinem ſeruatus eſt. Et nulli licere prius declaratos Canones adulterare, vel abolere, vel alios præter prius hic propoſitos Canones admittere, à quibuſdã falſa adiecta inſcriptione compoſitos, qui veritatem cauponari conati ſunt. Si quis autem, quòd prędictorum Canonum aliquem innouare, vel ſubuertere conetur, conuictus fuerit, reus erit ſecundũ eum Canonem, vt ipſe pronunciat Canon, pœnã luens, & per ipſum, in eo, in quo offendit, medelam ſuſcipiens.

Canon. 3. Qualiter puniendi clerici, qui præter canonicas ſanctiones vxores duxerint.

REx noſter alloquutus eſt, vt miniſtros eccleſię puros, & eo miniſterio dignos exhiberet ſynodus. At cùm hi, qui ſunt Romanę eccleſię canonis ſummum ius ſeruare propoſuerint, huius autem ciuitatis ſedes benignitatem, nos verò vnum è duobus cõponentes (vt nec ex lenitate, diſſolutionem, nec ex rigore auſteritatem) ſancimus, vt qui ad ſecundas tranſierint nuptias, nec à peccato, cui mancipati ſunt, reſipiſcere voluerint, depoſitioni canonicę ſubiacere. Quì verò ad hanc ſecundarum nuptiarum affectionem tranſierunt quidem, ſed ante noſtram cognitionem procul peregrinam, ſpuriamq; coniunctionem abiecerunt, vel quorũ vxores ſecundę obiêre, vel ipſi ad conuerſionem prouidẽtes, in animum ſobrietatem reuocarũt, & ſubitò eorum omnium, quę prius contra leges erant, obliti ſunt, ſiue presbyteri, ſiue diaconi ſint, viſum eſt eos ceſſare debere ab omni ſacro munere, & actione, in certum tempus damnatos: dummodo honores quidẽ ſuę ſedis, & ſtatum retineant contenti primo accubitu, lachrymis à Domino efflagitantes, vt ſibi remittat illud ignorantię peccatum: ineptum enim eſt, vt aliis benè precetur, qui neceſſe habet ſua curare vulnera. Cęterum, qui vni quidẽ coniuncti ſunt vxori, ſed quę vidua eſſet cum aſcita fuit: ſimiliter & qui poſtquã fuere electi nuptiis illegitimis adheſere, hoc eſt presbyteri, diaconi, & hypodiaconi, ad breue aliquod tempus dãnati, ſemotiq; à ſacra adminiſtratione, rurſus ad eoſdem reſtituantur gradus, dummodo ad maiorem non procedant gradum, latenter illegitimo con-

mo contubernio ſoluto. Et hęc quidē ſolùm in ſacerdotibus diſpoſuimus, definientes ab hoc tempore, & reſtituentes Canonem illum, qui prohibet, vt qui ad ſecundas nuptias tranſierit poſt baptiſmum, vel pellicem habuerit, non poſſit epiſcopus, aut presbyter creari, vel diaconus, aut omnino ordinis ſacri. Similiter & qui viduam aſſumpſerit, vel repudiatam, vel amicam, vel ancillam, vel meretricē, eſſe non poteſt epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ordinis ſacri.

Ca. Apoſ. 17 & 18.

D. 33. Si quis poſt.

D. 34. Si quis viduam.

Canon. 4. Clericus vitians monacham deponatur.

SI quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel lector, vel cantor, vel oſtiarius cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, vt qui Chriſti ſponſam violauerit. Si autem laicus, ſegregetur.

Ex. 25. ca. A. poſt. qui quęcunq; mulierē ſtuprauit clericus, deponitur.

In. 5. Can. ſtatuitur, ne quis ex clero habeat ſecum mulierem extraneam. Canon repetitus in multis conciliis.

27. q. 1. Si quis.

Can. 6. Soli cantores, & lectores poſſunt vxorem ducere.

QVoniam in Apoſtolicis Canonibus dictum eſt, eorum, qui non ducta vxore in clerum promouentur, ſolos lectores, & cantores vxorem poſſe ducere. Et nos hoc ſeruātes decernimus, vt deinceps nulli penitus hypodiacono, vel diacono, vel presybtero poſt ſui ordinationē cōiugium contrahere liceat. Si autem hoc facere auſus fuerit, deponatur. Si quis autem eorum, qui in clerum accedunt, velit lege matrimonij mulieri coniungi, antequàm hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

D. 32. Si quis eorum.

Can. 7. Diaconi non ſedeant loco honoratiori, quàm presbyteri.

QVoniam in nonnullis eccleſiis diaconos officia eccleſiaſtica habere cognouimus, & ex hoc nōnullos eorum arrogantia, & licentia fretos ante presbyteros ſedere, ſtatuimus, vt diaconus etiam ſi in dignitate, id eſt, in quouis ſit officio eccleſiaſtico, ante presbyterum non ſedeat: pręterquā ſi proprij Patriarchæ, vel metropolitani vicem gerens, adſit in alia ciuitate ſuper aliquo capite. Tunc enim, vt locum illius implens honorabitur. Si quis autem tyrannica adductus audacia tale quid efficere auſus fuerit, is ex ꝓprio gradu deiectus, ſit omnium vltimus eius ordinis, in cuius eſt catalogo in ſua eccleſia.

D. 93. Precipimus.

Hic canon erat renouandus, quoniam videmus diaconos in dignitate *Author.*

conſtitutos ante presbyteros ſedere. Puto exemplum ab eccleſia Romana ſumentes, in qua ante epiſcopos etiam ſedent diaconi, cardinales.

Ca. Apoſtolicus.36. Ca.Apoſ.54 IN canone octauo ſtatuit, vt quotannis ſynodi prouinciales fiant, eſtq; Ca.5.Nic.& Chalcedo.19. Addit tamen, vt ſaltem ſemel in anno fiat ſynodus. *Canon. 9.*

& 44.d.c. Nulli. Autbor. NVlli liceat clerico cauponariam habere tabernam. Canō Apoſtolicus in cauponā ingredi clericū nō pmittit. *Hic habere, pro eo, quod eſt exercere, accipe.*

Canon. 10. Clerici vſuras non accipiant.

Ca.Ni. Cōc. 18.Apo.44 EPiſcopus, presbyter, aut diaconus, qui vſuras, vel centeſimas accipit, vel ceſſet, vel deponatur.

Canon.11. Nulli fidelium licet Iudæorum azyma comedere.

28.q.1.Null' NEmo eorum, qui in ſacro ordine cenſentur, aut laicus, Iudęorum azyma comedat, vel vllam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accerſat, vel medicinas ab eis ſuſcipiat, vel vna cum eis in balneis lauetur. Si quis contrafecerit, ſi ſit clericus deponatur: ſi laicus, excommunicetur.

Nemo putet, quòd hic Patres prohibuerint azymum panem comedere: ſed per azyma, more Iudaico, feſta celebrare.

Canon.12. Poſt ordinationem ſuam epiſcopi à propriis vxoribus ſecedant.

IVbet omnino antiſtites, poſtquā ſunt ordinati, à propriis vxoribus ſecedere. Ne autē contra quintū Apoſtolicum Canonem facere videātur, qui epiſcopis cum vxoribus ſuis habitare permittit, inferūt, quòd non diuinis Apoſtolis aduerſantes hæc decernunt, ſed ſtatum eccleſiaſticum in pulchriorem ordinem prouehi volentes: quoniā Apoſtoli, cùm fides inciperet, ad fidelium imbecillitatem ſe magis demittebant, cùm autem Euangelij prædicatio ſit magis ampliata, oportet & Pontifices ad perfectam continentiam vitam ſuam dirigere: ne ſtatus eccleſiaſticus vllo probro afficiatur

Can.13. Subdiaconi, & ſupra vicis ſuæ tempore ab vxoribus ſeparentur.

D.31. Quōiam In mos ſeruatus eſt in Oriente, vt ex cō iugio licitè aſſumatur ad clerum. HOc canone Patres decernūt. Primò eos, qui, vt ordinentur hypodiaconi, diaconi, aut presbyteri digni ſunt, à prioribus ſuis legitimis vxoribus nō ſeparari. Adiiciunt autem eos non cum ſuis coniugibus coniunctionem indiſcriminatim habituros, ſed ab eis abſtenturos vicis ſuæ tempore, eo ſcilicet tempore, quo ſacrificant, ſicut definit Carthaginen. ſynodus ſecunda. Can.2.

Secūdò decernit, deponēdos eos, qui audeāt poſt ordinationē, diaconos, & ſacerdotes cū priorib⁹ ſuis legitimis vxoribus cōſuetudine priuare: & ipſos, qui ordinātur ſuas vxores pietatis prętextu expellentes excommunicādos ſtatuit.

Tertiò dicunt Patres, ſe id facere cognoſcentes Romanæ eccleſiæ pro Canone traditum eſſe: vt diaconi, vel presbyteri in ſua ordinatione profiteantur, ſe non amplius ſuis vxoribus coniungendos.

Can. 12. prohibuit epiſcopos cū propriis vxoribus poſt ordinationē habitare: hic autē Can. de diaconis, & ſacerdotibus ſubdiſtinguit, veluti corrigens, quod ea de re fit in eccleſia Romana: ſed tu Lector intellige, ſi iuſto prohibentur in Oriente ſacris initiati, cū propriis vxoribus manere vicis ſuæ tempore: vbi ſacerdotes, & reliqui non præfinitis vicißim hebdomadibus, ſed perpetuo ſacrificant, vt fit in Occidente, nōnne æqua erit ea cōſtitutio? De hac conſtitutione latius Innocen. in epiſtola tertia ad Exuperiū Tholo. epiſcopum. Can. primo. habes ſuprà, pag. 160. Author.

Ab hac conſtitutione excipit ſacerdotes, qui ſunt in eccleſiis Barbaricis, Can. 30. huius ſextæ ſynodi.

CA. 14. & 15. phibet, ne diaconus ante. 25. annū creeť, nec hypodiacon⁹ ante. 20. nec pſbyter ante. 30. nec diaconiſſa ante. 40. *Can. 16. De quibus diaconibus loquatur liber Act. Apoſto.* D. 77. c. *ſub diaconus.*

QVoniā Actorū liber ſeptē diacones ab Apoſtolis cōſtitutos eſſe tradit, & Neocęſarieñ. ſynodus, in canonibus ſuis ſic apertè diſſeruit, ꝙ ſeptē debent eſſe diaconi &c. Nos cū dicto Apoſtolico mentē Patrū adaptaſſemus, inuenimus eos eſſe loquutos nō de viris, qui miniſtrāt myſteriis, ſed de miniſterio, qđ in vſu menſarū adhibebať, cū liber actorū ſic habeat. Cū diſcipulorū multitudo &c. Qđ & accepimus à Ioāne Chryſo. ſic hęc verba interptante. in cōmēt. ſup Acta Apoſ. c. 6. *Ca. 17. Sine dimiſſoriis epi clerici à propriis eccl'siis nō recedāt* Ca. 14. Neocæſa. ſynodi corrigiť per præſentē Ca.

STatuim⁹, vt nullus oīno clericus poſsit ſine ꝓprij epi ſcriptura dimiſſoria ī alienę ecclię catalogū referri. Qui ſec⁹ fecerit, deponať. *Ca. 18. Ceſſāte cauſa receſſus, cleric⁹ ad propriā redeat eccleſiā.* *Excipe Conſtantino. & Carthaginē. eccleſiam.*

CLericus, qui propter Barbaricā incurſionē, vel aliquo alio modo reliquit ſuā eccleſiā, ceſſante hac circunſtātia propter quā receſsit, redeat ſtatim ad eccleſiam.

Canon. 19. Epiſcopi diebus omnibus præcipuè Dominicis docere populum debent.

Docere popu lū ſolis epis ex officio da tum.

QVòd oportet eos, qui præſunt eccleſiis in oībus quidem diebus, ſed præcipuè Dominicis omnē clerū, & popu lum docere pietatis, ac rectę religiōis eloquia, ex diuina ſcri ptura colligētes intelligētias, & iudicia veritatis, & nō tranſ grediētes iam poſitos terminos, vel diuinorū Patrū traditio nem. Sed & ſi ad ſcripturā pertinēs cōtrouerſia aliqua exci tata fuerit, ne eam aliter interpretētur, quàm qūo eccleſię lu minaria, & doctores ſuis ſcriptis expoſuerūt: & maiorē ex iis laudē aſſequātur, quàm ſi quę à ſe dicūtur, cōponant: ne, dum quādoq; ad id hæſitāt, ab eo, qđ cōuenit excidāt. Per prędictorū enim Patrū doctrinā, populi ad eorum, quę ſunt bona, & expetēda, & inutilia, ac reiiciēda cognitionem ve niētes, vitā in melius cōponūt: nec ignorātię vitij cōuincun tur, ſed doctrinę mētē adhibētes, ſeipſos ad id (ne mali quid eis accidat) excitāt, & imminentiū ſuppliciorū metu ſibi ſa lutem procurant

De ſcriptura ſuborta con trouerſia per patrum inter pretationem diluenda.

Ca. 20. *Ne in alia ciuitate epiſcopus doceat.*

NOn licet epiſcopo in aliena ciuitate publicè docere. Si hoc facere deprehenſus fuerit, ceſſet ab epiſcopatu: presbyteri autem munere fungatur. Ca. 21.

CLerici propter canonicū crimen depoſiti, ſi reſipiſcant, recipiantur ab eccleſia. Ca. 22.

OB pecuniā ꝓmotos, ſiue epōs ſiue clericos deponi iube mus. Can. 23. *Pro Eucharistiæ adminiſtratione nihil exigendū eſt.*

1. q. 1. Nullus epiſcop⁹, aut.

NVllus epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus puriſsi mam præbens communionem ab eo, qui communicat eius participationis gratia, obolos, vel quamuis aliā ſpeciem exigat. Non eſt enim venalis gratia, nec pecuniis Spiritus ſanctificationem impartimur: ſed ea iis, qui digni ſunt abſq; vlla fraude eſt cōmunicanda. Qui ſecus fecerit, deponatur.

Can. 24. eſt. 25. canon Concilij Laodiceñ. &. 11. Can. Conci lij Carthagineñ. tertij, ne clerici, aut monachi interſint lu dis theatricis. Can. 25. eſt Can. 17. ſynodi Chalcedoneñ.

Ca. 26. *Ignorantia non impedit, quin ab illicitis nuptiis presbyter abſtinere teneatur.*

D. 28. Presby terum.

PResbyter, qui per ignorantiam illicitis nuptiis eſt impli catus, ſit quidem cathedræ particeps: à reliquis autem operationibus abſtineat. Ei enim qui talis eſt, ſatis eſt, ſi ve nia detur. Nec ergo publicè, nec priuatim bñdicat, nec Chri

ſti cor-

ſti corpus aliis diſtribuat, nec aliquod aliud miniſteriũ obeat: ſed prima ſede contentus, Domino defleat: vt illi ex ignorantia peccatũ condonetur. Manifeſtum eſt, quod nefarium coniugium diſſoluetur. *Canon.27.*

CLericus veſtem ſibi conuenientem induat tam in vrbe, quàm in via.

Canon.28. Vua non diſtribuatur ſimul cum Eucharistia.

QVoniam in diuerſis eccleſiis intelleximus vuam ad altare allatam miniſtros cum incruento illo oblationis ſacrificio coniunctam, ex quadã, quę inualuit cõſuetudine, vtraq; ſimul populo diſtribuere: decernimus, vt nullus ſacerdos hoc amplius faciat, ſed ad viuificationem, & peccatorum remiſsionem ſolam oblationẽ populo impertiat. Sacerdotes verò has vuas allatas priuatim benedicẽtes, non ſecus ac primitias quaſdam diſtribuant pœnitẽtibus ad laudẽ datoris fructuum, per quas noſtra corpora diuina diſpoſitione augentur, & nutriuntur. Si quis ſecus fecerit, deponatur. *De conſe. d. 2. Didicimus.*

Can.29. Nec feria quinta in cœna Domini ſoluatur ieiunium, nec, non ieiuni, communicent.

HOc Canone abrogatur ſynodi Carthaginẽ. tertiæ decretum, vt quinta feria in qua cœna Domini peragitur fideles cœnati communicent. Et renouatur Canon. 50. ſynodi Laodicẽ. Ne ea die ſoluatur ieiunium. *29. Ca. Carthaginẽ. 3.*

Canon.30. Sacerdotes Barbarici cum ordinantur, vxores relinquere poſſunt.

DIſpenſat hic Canon cum ſacerdotibus, qui ſunt in Barbaricis eccleſiis, vt mutua conſuetudine ſuarum vxorum abſtineant. Sic tamen, vt cum illis non amplius cohabitare contingat. Hoc autem indulgetur propter externos, ac non ſatis firmos, ſed agreſtes mores.

Can.31. Sine epiſcopi licentia clerici intra domos non baptizent.

CLericos, qui in oratoriis, quæ ſunt intra domos miniſtrant, vel baptizant, hoc illius loci epiſcopi ſententia facere decernimus. Qui hoc ſic non ſeruauerit, deponatur. *De cõſe. d. 1. c. clericos. Infra. Ca. 59*

Canon.32. Vt in ſacrificio vinum aqua miſtum offeratur.

QVoniã nouimus in Armeniorũ regione vinum tantũ in ſacra mẽſa offerri, aquã illi nõ miſcẽtes, q incruentũ ſacrificium peragũt, prętexentes eccleſiæ doctorẽ Ioannem

ſuis ſacerdotibus,ſiue non.Item vt nulli eorum liceat popu lo in ſuggeſto diuinas ſcripturas explicare niſi is ſacerdotali tonſura vſus fuerit,& benedictionem à ſuo paſtore canonicè ſuſceperit. Si quis ſecus fecerit,deponatur.

Canon.34.eſt ca.18.ſynodi Chalcedo.de coniurationibus.

Can.35.Spolia epiſcopi defuncti indiminuta futuro ſeruentur.

NVlli omnium metropolitarum liceat mortuo epiſcopo,qui eius throno ſubeſt,res eius,vel ipſius eccleſiæ ſibi vēdicare:ſed ſint ſub cuſtodia cleri eccleſię,cui defunctus pręfuit,vſq; ad alterius epi promotionē:pręterq̄ ſi in eadem eccleſia non relicti ſint clerici : tūc enim metropolitanus eā non diminuta ſeruabit, ordinādo epiſcopo omnia reddens. *Ca.22. Chalcedo. Apoſt. can.40.*

Canon.36. Sedes conſtantinopolitana æquatur Romanæ, dummodo ſit ſecunda.

REnouantes, quę à ſanctis patribus. 150. qui in hac regia vrbe conuenerunt, & à. 630.qui Chalcedone conuenerunt,conſtituta ſunt,decernimus, vt thronus Conſtantinopo. æqualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat,& in eccleſiaſticis negociis,vt illa emineat,ſecundus poſt illam exiſtens.Poſt quem Alexandrinorum metropolis numeratur thronus. Deinde Antiochiæ, & poſt eum Hieroſolymitanæ ciuitatis. *D.22. Renouantes. & in ca. 5. Cōſtā. Concilii. Ca.18. Chalce.ſyn. iuxta editionē Græcā : qm̄ deeſt hic Canon in Latinis exemplaribus.*

Canon.37.Epiſcopus ſi epiſcopali vrbe priuentur, ſua tamen priuilegia non amittunt.

EPiſcopo, qui propter Barbaricam incurſionem ad ſuam eccleſiam venire non potuit,ſuus honor deferatur,vt in canone.18. Antioche. ſynodi decretum eſt.

Canon.38.Noua ciuitas nouam habeat dignitatem epiſcopalem, vel metropolitanam.

CAnonem, qui à Patribus factus eſt,nos quoq; obſeruamus. Qui ſic edicit. Si qua ciuitas à regia poteſtate innouata eſt, vel innouabitur, ciuilem,ac publicam formam, eccleſiaſticarū quoq; rerum ordo conſequatur. *Canon.39.* *Chalcedo.ſynodi.c.12.*

HIc Ca. confirmat canonem octauum Ephe.ſynodi,quo conceſſum eſt Cypri eccleſiam eſſe principalem,& primam. Et prohibitū eſt Antiochenum epiſcopū facere in ea ordinationes. *Can.40.De ætate ingredientium monaſteria.*

MAgnus Baſilius in.18.ſuo canone eas, quę poſt ſedecim annos

annos ſe virginitatẽ ſuſcipere profitentur, admittit: vt *quæ* bonum à malo poſsint ſecernere. Pręſens autẽ Canon *eum*, qui decem annos natus eſt, ſi monachus eſſe elegerit, non reiicit: ſed eum ad vitam monaſticam non aliter recipiendum decernit, quàm ſi ab epiſcopo probatus, examinatusq; fuerit: vt ſua prudentia admittatur, vel repellatur, vel prorogetur tempus. Adiicit autem ſe hoc ſtatuere, quoniam eccleſia, Dei gratia ad anteriora procedat, & ad diuinorum mandatorum obſeruationem firmior, & validior euadat,

Can. 41. Quomodo probandi, qui profitentur monachatum.

EOs, qui in vrbibus, vel villis volunt ſecedere, ac ſibi ſeparatim attendere, prius quidem in monaſterium ingredi oportet, & anachoriticã (hoc eſt) ab aliis ſepatã, ac ſemotã viuendi rationẽ exercere, & ſpacio triennij ei, qui in manſione præeſt in Dei timore parere, & obedientiam in omnibus (vt æquum eſt) implere. Et ita huius vitæ eligendę inſtitutum profitẽtes, & quòd eam ex toto corde ſua ſpõte *ample*ctuntur, ab eius loci pręſule examinati approbentur. Deinde ſic alio anno extra clauſuram fortiter ſe gerere debẽt, vt ſcopus eorum magis manifeſtetur: tunc enim plenè, ac perfectè ſignificabunt, quòd non inanem gloriã captantes, ſed propter ipſum pulchrũ, & honeſtũ, hoc ſilentiũ proſequantur. Poſt tanti autẽ temporis complementũ, ſi in eodem eligendę vitę inſtituto permaneãt, includi ipſos, & eis non amplius licere, qñ voluerint, ex tali manſione egredi: *prætereq̃* ſi propter cõmunem vtilitatẽ, vel aliam neceſsitatẽ *ad mortem* vrgentem ad id trahantur, & ita cum benedictione eius loci epiſcopi. Qui autem exceptis his caſibus exierĩt: primò quidem, vel inuitos ipſos dicta clauſura coerceri. Deinde ieiuniis, & aliis afflictionibus ipſos curare: ſcientes quoniam nemo, qui manum ſuam aratro immiſit, & retro conuerſus eſt, aptus eſt regno cælorum.

Can. 42. Eremitæ habitum cæterorum monachorum ſumant.

DE eremitis, qui quidẽ nigris veſtibus induti, & *capite* comati vrbes obeunt, & cum viris, ac mulieribus verſantur, & proprię profeſsioni faciũt iniuriam, ſtatuimus, tonſis comis reliquorũ monachorũ amictũ ſuſcipere, & in monaſterio conſtitui. Quòd ſi hoc non elegerint, eos omnino

ex vrbibus expelli, & ſolitudines (quę eremi dicuntur,) habitare, ex quibus ſibi etiam denominationes contraxere.

Ca. 43. Propter nullum crimen arcendus aliquis a monachatu.

Liceat omni Chriſtiano vitam exercitricem eligere. & rerum ad vitam pertinentium depoſita tempeſtate monaſterium ingredi, atq; inſtar monachi tonderi, in quocunq; crimine deprehenſus fuerit. Saluator enim noſter Deus inquit: Eum, qui ad me venit, nō eiiciam foras. Nam ſicut columna id, quod in ea deſcribitur, exprimit: ita & monachica profeſsio, monachi pœnitentiam deſcribit. Ei ergo, qui ad illud germanè, ac ſyncerè accedit, acquieſcimus, ac fauemus, nec vlli ei mores impedimentum afferent, quominus proprium votum adimpleat.

Nouatiana hæreſis eſt, venientes ad pœnitētiā nō ſuſcipere.

Vt eſt veriſimile prohibebantur quidam, qui tonderi volebant, vel propter ſuam vitæ turpitudinem, ſordesq;, vel propter aliquod delictum. Præſens canon dicit, quòd nullum peccatum prohibet Chriſtianum vitam exercitatricem eligere, & per pœnitentiam Deum placare, cùm nullum ſit peccatum quod Dei clemētiā ſuperet. Aliæ tñ ſunt cauſæ, quæ tōderi prohibeant. *Author.*

Ca. 44. Monachus fornicator iure communi punitur.

Monachus fornicator, vel qui ad matrimonij communiónem, vitæq; ſocietatem vxorem duxerit, fornicatorum pœnis ſubiiciatur.

Can. 45. Futuræ monaſtriæ non induantur ſumptuoſis veſtibus eo die, quo ingreſſuræ ſunt monaſterium.

Quoniam intelleximus, in nonnullis mulierū monaſteriis, mulieres, quæ ſacro illo amictu dignæ habētur, prius ſericis, & omnis generis veſtibus, ꝑterea autem, & mūdis auro, & gemmis varietatis, ab iis, qui illas ducunt exornari, & ſic ad altare accedentes exui tanto materiæ apparatu: & ſtatim in illis fieri habitus benedictionem, illasq; nigro amictu indui: ſtatuimus ne hoc deinceps fiat. Neq; em̄ fas eſt, vt quę iam propria voluntate omnem vitę iucunditatem depoſuit, & eam, quæ eſt ſecundum Deum, vitæ agendæ rationem amplexa eſt, & ita ad monaſteriū acceſsit, per eum, qui interit, ac fluit mundum, & quorū iam oblita erat, memoriam reuócet, & ex eo anceps reddatur, & eius anima perturbetur inſtar exundantium fluctuum, hucq;, & illuc verſantium, adeo vt aliquam nonnunquā lachrymam emit-

tens, cordis per corpus compunctionem oſtendat: ſed & ſi exigua aliqua lachryma exilierit, non tam propter affectionem, quam habent propter exercitatorium certamẽ, quàm propptercea quòd mũdum relinquant, & ea à videtibus profluxiſſe putetur.

Can. 46. Monaſtriæ non exeant à monaſterio, niſi ſub certa forma.

QVæ vitam exercitatoriam eligũt: & in monaſteriis ſunt cõſtitutæ, ne omnino progrediantẽ. Si qua autẽ inexorabilis neceſsitas ad hoc trahit, cum benedictione eius, quæ præeſt, hoc agant. Tuncq; non ſolæ per ſe, ſed cum aliquib' vetulis, & quæ in monaſterio primæ ſint, cum mãdato eius, quæ præfecta eſt. Eis autem omnino extracubare non licet. Hoc idem, & de viris, qui monaſticam vitam perſequuntur ſtatuimus.

Can. 47. Vir in monaſterio mulierum non dormiat, nec è diuerſo.

NEc mulier in virorum monaſterium, neque vir in mulierum dormiat. Extra offendiculum enim, & ſcãdalum fideles eſſe debent. Qui ſecus fecerit, ſegregetur.

Can. 48. Vxor epiſcopi reponatur in monaſterio.

Lege can. 12. ſupra.

VXor ei', qui ad epiſcopalem dignitatẽ promotus eſt, cõmuni ſui viri conſenſu prius ſeparata, poſtquã in epm ordinatus eſt, ac cõſecratus, monaſterium ingrediatur procul ab epi habitatione extractum, & epiſcopi prouidentia fruatur. Sin autem digna viſa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem prouehetur.

Ca. 49. eſt ca. 24. ſynodi Chalcedoñ.

Ca. 50. Alea clericis interdicuntur.

NVllum omnino, ſiue clericum, ſiue laicum ab hoc deinceps tẽpore alea ludere. Qui ſecus fecerit, excõmunicetẽ.

Ca. 51. Ne mimi, aut venationes ſpectentur.

OMnino prohibet hæc ſancta, & vniuerſalis ſynodus, eos, qui dicuntur mimos, & eorum ſpectacula: deinde venationum quoque ſpectationes, eaſq;, quę fiunt in ſcena, ſaltationes perfici. Qui ſecus fecerit, ſi ſit clericus, deponatur: ſi laicus ſegregetur.

Ca. 52. Vt ſabbato, & dominica in quadrageſima conſecratio tantùm fiat.

IN omnibus ſanctæ quadrageſimæ ieiunij diebus, præterq̃ ſabbato,

ſabbato,& dominica,& Annunciationis die fiat ſacrũ preſanctificatorum ſacrificium.

Sacrificium pſanctificatorum,eſt oblatio ſacrifieii iam peracti,& perfecti.Ieiuniorum autẽ dies,luctus,& compunctionis in expiationem peccatorum:& quia Deo ſacrificium offerre, eſt feſtum diem agere,ſtatuerũt patres non fieri nouam conſecrationem tota quadrageſima,niſi ſabbato, & Dominica &c.In his enim feſtum agere,non lugere,nec ieiunare iuſſi ſumus. Quod non obſeruatur apud Latinos in die Paraſceues. Hæc ex Theodoro Balſamon.

Can.53.Ordo cognationis ſpiritualis adſeruetur.

QVoniã ſpiritualis cognatio corporũ cõiunctione maior eſt,nouim' in quibuſdã locis exceptores puerorũ ex ſancto, & ſalutari baptiſmate,poſtea cũ matribus illorũ viduis matrimoniũ cõtrahere:ſtatuim',ne in poſterũ tale aliquid fiat.Si qui verò ſecus fecerint,hi quidẽ primò ab illicito matrimonio ſeparentur:deinde fornicatorũ pœnis ſubiiciantur. *Ca.54.Nuptiæ prohibitæ.*

DEcernimus,vt qui deinceps cum fratris ſui filia matrimonij ſocietatem coierit,vel pater,& filius, qui cũ matre,& ſorore,vel cũ duabus puellis ſororibus pater,& filius, vel cũ duobus fratribus mater,& filia, in ſeptẽnij canonem incidant,ſeparatis ipſis publicè à nefario contubernio.

Can.55.Ne ſabbatis,aut Dominicis diebus quadrageſimæ ieiunetur.

QVoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in ſanctis quadrageſimæ diebus, in eius ſabbatis ieiunare præter eccleſiaſticã traditam conſuetudinem: ſanctæ ſynodo viſum eſt,vt in Romanorũ eccleſia canon incõcuſſe obtineat,qui dicit.Si quis clericus inuentus fuerit in ſancto Dominico,vel ſabbato ieiunans,præter vnum, & ſolum,deponatur:ſi laicus,ſegregetur.

Propter hũc canonem aliqui Roman nõ recipiebãt hanc ſynodũ tãquam vniuerſalem.

Ca.56.Ne oua,& caſeus in quadrageſima comedantur.

Ca.apoſto.

ACcepimus in Armeniorum regione, & in aliis locis in ſabbatis,& Dominicis ſanctæ quadrageſimæ quoſdam oua,& caſeũ comedere:viſum eſt ergo,vt oĩs Dei eccleſia, q̃ eſt in vniuerſo terrarũ orbe,vnum ordinem ſequẽs, ieiuniũ perficiat:& abſtineant,ſicut ab omni mactabili, ſic & ab ouis,& caſeo,quæ quidem ſunt fructus, & fœtus eorũ,à quibus abſtinemus.Si autem hoc non ſeruauerit,ſi ſint clerici, depo-

deponantur: ſi laici, ſegregentur.

Canon. 57.

Ca. apoſt. 3. AD altare mel, & lac offerre non oportet.

Ca. 58. *Ne laicus ſacramenta ſibi miniſtret.*

NEmo eorum, qui ſunt ex ordine laicorum, diuina ſibi myſteria impartiat præſente epiſcopo, vel presbytero, vel diacono. Qui ſecus fecerit, vna ſeptimana ſegregetur.

Canon. 59. *Baptiſmus in eccleſiis tantùm celebretur.*

Ca. 31. permittit de volũtate epi id fieri poſſe.

IN oratorio priuato, quod domi eſt, nullatenus baptiſmus peragatur: ſed qui digni habebuntur huius puriſsimi luminis, ad catholicas eccleſias accedant, & hoc illic munere perfruãtur. Si quis contrafecerit, ſi clericus eſt, deponat: ſi laicus, excommunicetur.

Canon. 60. *De his, qui ſe ſimulant dæmoniacos.*

EOs, qui ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & morum improbitate eorũ figurã, & habitum ſimulatè prę ſe ferunt, viſum eſt omnimodo puniri, & eiuſmodi afflictionibus, & laboribus eos ſubiici oportere, quibus, hi, q à dęmone verè correpti ſunt, vt à dæmonis operatione liberentur, verè ſubiiciantur.

Canon. 61. *De ſortilegis damnandis.*

De hoc lege Chryſoſt. in epiſtolã Pauli ad Ephe. homi. xii. Et. 5. eiuſdẽ orationẽ aduerſ' Iudæos Legi ſexẽni ſubiici, eſt, ſexẽnio excõmunicari.

QVi ſe vatibus tradiderunt, vel iis, qui Centuriones dicuntur, aut iis ſimilibus, vt ab illis diſcant, ſi quid ſibi reuelari velint: ſecundum ea, quæ prius à patribus ſancita, canoni, qui eſt de ſexennio ſubiiciantur. Eidem pœnę ſubiicere oportet eos, qui vrſas, aut ſimiles beſtias ad luſum, & perniciem ſimpliciorum circunferunt: & eos, qui fortunam, fatum, genealogiam, aut ſimilium verborum turbam ad nugas deceptorias obloquuntur: eosq;, qui nubes fugare dicũtur, & imprecatores, & amuletarios, & vates. In his autem perſeuerantes, nec mutantes ſententiam, nec fugientes hæc pernicioſa, & ethnica inſtituta omnino eiiciendos ab eccleſia definimus, ſicut ſacri canones dicunt. Nam quę luci cum tenebris communio? Aut, quæ concordia Chriſti, & Belial?

Author. *Præſens. ca. vniuerſas dæmoniacas operationes auertit. Vates dicuntur palmæ inſpectores, & qui in pelui diuinant, aut per ſacrificia aliqua Satanam interrogant, ſe dæmoni addicentes. Centuriones dicebantur ſenes quidam, qui ſe reliquis conſulere præ ſe ferentes, per eiuſmodi execrabiles operationes.*

rationes ſimpliciores ſeducebant, & vt Pſeudothei colebantur.

Vrſas trahere dicebantur, qui vrſorum altores appellabantur: qui quidem in capite, & totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos tendentes, eos vnà cum tincturis dabant, vt remedia, & tanquam in morbis, & faſcinantibus oculis conferre poſſint. Alii verò ſerpentes in ſinu geſtãtes, hunc quidem die maligno natum eſſe, illum verò fœlici ſydere natum dicunt: & futuras fœlicitates, & infœlicitates annunciãt, & alia multa nugantur. Nubium inſpectores dicuntur, qui, quæ multis ignota ſunt, ex nubibus ſignificant: maximè autem ſi ſole occidente inſpiciantur. Imprecatores ſunt, qui diuina quædam cantica dicunt, & nominum martyrum, & ſanctiſſimæ virginis meminerunt. Quæ omnia diuini patres, & eccleſiæ doctores fugienda ſtatuunt, & pluſquam alii Chryſoſtomus.

Ca. 62. *Ne feſta Gentilium celebrentur*

CAlendas, & vota, & Brumalia, quę vocantur, & qui in primo die Martij menſis fit conuentum ex fideliũ ciuitate omnino tolli volumus: Sed & publicas mulierum ſaltationes multam noxam exitiumq; afferentes. Præterea, & eas, quæ nomine eorum, qui falſò apud Grȩcos Dij nominati ſunt, vel nomine virorum, ac mulierum fiunt ſaltationes, myſteria more antiquo, & à ritu Chriſtianorum alieno, reiicimus: ſtatuentes, vt nullus vir deinceps muliebri veſte induatur, nec mulier veſte viro conueniente. Sed nec Comicas, nec Tragicas, nec Satyricas perſonas induant, nec execrandi Bacchi nomen, vuam in torcularibus exprimentes, inuocent: nec vinum in doliis effundentes, riſum moueant, ignorantia, vel vanitate ea, quæ à dæmonis impoſtura procedunt, exercentes. Qui ſecus fecerit, ſi clerici ſunt, deponantur: ſi laici, ſegregentur.

Brumalia fortè ſunt ſaturnalia, q̃ Bruma mẽſe ſ. Decembri fiebant.

In menſe Martio fiebat Græca vniuerſalis cõcio propter temporum, & aeris temperiem, in qua indecoræ ſaltationes à mulieribus, viriſq; fiebãt. Quas, & indecora alia ſimilia patres nullo modo permittebant. Autbor.

Ca. 63. *Martyrum hiſtoriæ ab infidelibus ſcriptæ damnantur.*

QVæ à veritatis hoſtibus falſò confictȩ ſunt martyrum hiſtoriæ, vt Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerentur in eccleſia non publicari iubemus, ſed eas igni tradi. Eos autem, qui eas admittunt, vel tanquam veris eis mentem adhibent, anathematizamus.

Can.

Ca.64.Prohibetur laico publicè docere.

Greg.Nazia. latè tractat de hoc ĩ libr. theol. cui⁹ teſtimon. vtĩ hic ſynodus.

NOn oportet laicum publicè diſputare, vel docere, ſed ordini à Dño tradito cedere, & aurẽ iis, qui docẽdi grãm acceperint aperire, & diuina ab eis doceri. Qui hęc tranſgreſſus fuerit, quadraginta diebus excommunicetur.

Ca.65. Ne rogi in Nouilunii ritu Gentili accendantur.

QVos in nouiluniis quidam ante ſuas officinas, & domos accẽdunt rogos, ſupra quos etiã antiqua quadã cõſuetudine ſalire ineptè, ac delirare ſolẽt, deinceps ceſſare iubemus. Qui cõtrafecerit, ſi cleric⁹ ſit, deponatᷣ: ſi laic⁹, ſegregetᷣ.

Canon.66.A die reſurrectionis per integram hebdomadam fideles ferientur.

Qualiter à fidelibus feſta celebranda.

ASancta die reſurrectionis vſq; ad nouam Dñicam tota ſeptimana eccleſiis vacare fideles iugiter oportet: pſalmis, & hymnis, & ſpiritualibus canticis in Chriſto gaudentes, feſtumq; celebrãtes, & diuinarum ſcripturarum lectioni mentem adhibentes, & ſanctis myſteriis iucundè, & *lautè* fruentes. Sic ergo cum Chriſto exultabimus, & vnà reſurgemus. Nequaquã ergo prædictis diebus equorum curſus, vel aliquod publicum fiat ſpectaculum.

Can.67. Vt abſtineant à ſanguine, & ſuffocato.

Apud latinos iã exoleuerat illa conſtitutio Apoſtolorum, vt referunt cõmentarii Græci.

SAcra ſcriptura nobis præcipit, vt abſtineamus à ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Meritò igitur dãnamus eos, qui cuiuſcunque animalis ſanguinem arte aliqua condiunt, & ſic comedunt. Qui hoc fecerit clericus, deponatur: laicus, excommunicetur.

Can.68. Libri ſacri communi, & prophano vſu non conſumantur.

NVlli ex omnibus licere veteri, & noui teſtamenti librũ, nec ſanctorum noſtrorum pręconum, ac doctorũ corrũpere, vel cõſcindere, vel librorum cauponatoribus, vel vnguentariis, vel alicui alij delẽdum tradere, niſi vſque, vel a tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui tale aliquid fecerit, vno anno excommunicetur.

Ca.69. Laicus non ingrediatur chorum excepto Cæſare.

NVlli omnium, qui ſit in laicorum numero liceat intra ſacrum altare ingredi. Ab eo tamen nequaq̃ prohibita poteſtate, & authoritate regia, quãdoquidem voluerit Creatori dona afferre ex antiquiſsima traditione.

Ca.70. *Mulieres in eccleſia taceant.*

NE liceat mulierib⁹ in celebrationis tempore loqui: ſed, vt eſt vox Pauli, ſileant. 1. Corin. 14.

Can.71. *A quibus cauere debeant iuris profeſſores.*

EOs, qui docentur legibus ciuilibus, Græcis morib⁹ vti non oportere: & neque in theatrũ induci, aut quæ volutabra dicuntur celebrare, vel præter vſum communem ſibi veſtem induere, neq; quo tẽpore diſciplinam aggrediunt, vel ad finem eius perueniunt. Qui ſecus fecerit, ſegregetur. *Lege Grego. Naziã. ĩ oratione funebri magni Baſilii.*

Can.72. *Ne orthodoxus Ethnicam ducat aut contra.*

NOn licere virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec, orthodoxam cũ viro hæretico copulari: ſed ſiquid eiuſmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias exiſtimari, & nefarium coniugium diſſolui. Si autem adhuc infideles ſunt inter ſe legitimo matrimonio coniuncti, deinde alter eorum conuertatur ad fidem altero in infidelitate manente, ſi fideli placeat cum infideli habitare, nõ à ſe inuicem ſeparentur, iuxta Pauli ſententiam. 1. Corin. 7.

Ca.73. *Ne crucis figura in pauimento fiat.*

CVm Crux viuifica illud ſalutare nobis oſtenderit, nos omne ſtudium adhibere oportet: vt ei per quam antiquo lapſu ſaluati ſumus, eum, qui par eſt, honorem habeamus. Vnde & mente, & ſermone, & ſenſu adorationem ei tribuentes, Crucis figuras, quæ à nonnullis in ſolo, ac pauimento fiunt omnino deleri iubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophęum iniuria afficiatur. Qui ſecus fecerit, excommunicari decernimus. *Locos Dominicos vocat veſtibula & porticus eccleſiæ.*

Can.74. *Vt ne agapes fiant in eccleſia.*

NOn oportet in Dñicis locis, vel eccleſiis, charitates, quas vocant facere, & intus in ęde comedere, & accubitus ſternere. Qui hoc fecerint, ceſſent, vel excommunicentur. *Accubit⁹, lectulos molles, quos ad delicias ſternebãt in templo.*

Canon.75. *Vt cãtores eccleſiaſtici non vtantur modulatione inordinata.*

EOs, qui in eccleſiis ad pſallendum accedũt, volumus, nec inordinatis vociferacionibus vti, nec naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum, quæ eccleſiæ non cõueniũt, ſed cum magna attentione, & compunctione pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector offerre. *Lege Chryſ. in oratione Paregyrica ſuper. 6. ca. Iſai.*

Can.

Canon. 76. Ne intra eccleſiarum ambitum mercimonia vendantur.

NOn oportet intra ſacros ambitus, cauponam, vel aromatum ſpecies proponere, vel alias venditiones facere: ſuam venerationem eccleſiis ſeruantes. Saluator noſter nos inſtituit non facere domum Patris noſtri, domum negociationis. Qui ſecus fecerit, ſegregetur.

Ca. 77. Ne fideles cum mulieribus vnà lauentur.

Ca. 30. ſynodi Laodicē. Cōiugib' prohibet etiam vnà lauari. NOn oportet ſacris initiatos, vel clericos, vel exercitatores, ſiue mōnachos lauari cum mulieribus, nec omnem Chriſtianum laicum. Hæc eſt enim prima condemnatio apud gentes. Qui hoc fecerit clericus, deponatur: laicus excommunicetur.

Ca. 78. Vt fideles. 5. feria apud cathecistas fidem recitent.

Ca. 46. ĩ ſynodo Laodi. QVòd oportet eos, qui illuminanť fidē addiſcere, & quinta ſeptimanæ feria epō, vel presbyteris renunciare.

Ca. 79. Partus Virginis fuit citra vllum dolorem.

ABſque vllo dolore Virginis partum eſſe confitentes (vt qui ſinè ſemine conſtitutus ſit) eos, qui propter ignorantiam aliquid indecens faciunt, correctioni ſubiicimus. Vnde quando aliqui poſt diem natalis Chriſti Dei noſtri reperiuntur coquentes ſimilam, & ſe hac mutuo donantes, prætextu ſcilicet honoris ſecundinarum impollutæ Virginis matris: ſtatuimus, vt deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Nec enim hoc honor eſt Virginis (quę ſuprà mentem, & ſermonem, quod comprehēdi non poteſt, verbum peperit carne) ex communibus, & iis, quæ in nobis fiunt, inenarrabilē eius partū metiri, ac deſcribere. Si quis hoc fecerit clericus, deponatur: laicus, ſegregetur.

Ca. 80. Clericus, vel laicus per tres hebdomadas abſens ab eccleſia, punitur.

In cōci. Sardicēn. ca. 15. SI quis epiſcopus, vel eorum, qui in clero cenſentur, vel laicus nullam grauiorem habeat neceſsitatem, vel negociū difficile, vt à ſua eccleſia abſit frequentius, ſed in ciuitate agens, tribus dieb' Dominicis vnà non conueniat, ſi clericus eſt, deponatur: ſi laicus, à communione ſeparetur.

Ca. 81. In triſagio non apponendam crucem.

Q. Voniam nouimus in quibuſdam locis in triſagio acclamari

clamari poſt illud. Sanctus immortalis, illud, crucifixus pro nobis, miſerere nobis. Nos cũ antiquis patribus ſtatuentes, anathematizamus eos, qui deinceps talem ſuſceperint vocem in eccleſia, vel aliâs ter ſancto hymno apponentes. Si tranſgreſſor fuerit ſacerdos, deponatur: ſi laicus, excommunicetur.

Petrus Fallo inouator huius hæreſis quòd Trinitas ſit crucifixa, i. 5. ſynogūali dānat.

Triſagium appellant Græci hymnum, in quo Deus ter ſanctus nominatur, vt ibi. Sancte Deus. Sancte fortis. Sancte & immortalis. Anathematizant ergo patres illos, qui ſic acclamauerint. Sancte Deus crucifixus &c. Sancte fortis crucifixus. Sancte & immortalis crucifixus &c.

Author.

Canon. 82. Vt Chriſtus deinceps in figura humana pingatur, non Agni.

INter venerabilium imaginum picturas Agn⁹ digito præcurſoris monſtratus depingitur, qui in figuram receptus eſt gratiæ, adumbrans nobis verum illum (per legem) agnũ Chriſtum demonſtratũ. Antiquas ergo illas figuras, & vmbras velut quaſdam veritatis notas, adumbrationesq́; eccleſiæ traditas vendicantes, gratiam eiſdem præponimus, & veritatem hanc (vt legis complementum) ſuſcipimus. Itaque hoc iam quidem re perfectum, pictorum artibus ante omnium oculos præſcribatur: & picturam illius Agni Chriſti Dei noſtri, qui tollit peccata mundi, vt humanus character valet exprimere, & in imaginibus impoſterum pro vetere Agno erigendam ſancimus, per quam humilitatẽ Dei verbi contemplamur, & velut manuducimur ad memoriã illi⁹ cõuerſationis in carne, & paſsionis, eiusq́; mortis ſalutaris, & redemptionis, quæ huic pro mundo facta eſt.

Patres voluerunt ceſſare typos præſente veritate. Hinc prohibuerunt ſpiritum ſanctum ſub columba figurari, & magos ſub ſtella, & Chriſtum ſub vetere agno, ſed humana forma. *Author.*

Can. 83. Mortuis non danda Euchariſtia.

NEmo cadaueribus mortuorum euchariſtiam impartiatur: ſcriptũ eſt: Accipite, & comedite. Cadauera nec accipere valent, nec comedere.

Hoc idẽ præcipit. c. 12. cõci. Antiſiodorẽſ. ſuprà.

Canon. 84. eſt ca. 6. cõcilij Carthagi. 5. De baptizãdis infantibus quando non eſt certum eos baptizatos.

Ca. 85. Quomodo libertas donata ſeruis, valeat.

SErui à propriis dominis libertate donati coram tribus te-

DD ſtibus

ſtibus(vt hoc honore fruantur)ſancimus.

Can.86.Contra alentes ſcorta.

QVi ſcorta in perniciem animarum congregant, & alunt, ſi clerici fuerint,doponantur:ſi laici,ſegregentur.

Ca.87.Vir,qui relicta vxore,aliam ducit,adulter eſt.

QVæ virum reliquit adultera, ſi ad alium ſe contulit(ſecundum ſacratum Baſilium, qui optimè hoc ex propheta Ieremia colligit &c. & qui reliquerit legitimam vxorem,& aliam duxerit,iuxta Domini ſentẽtiam,adulter eſt. Sancitum eſt,vt hi tales per annum lugeant, per biennium ſint audientes,per triennium ſubiaceant:& tandẽ ſexto anno congregentur cum fidelibus,& ita demũ menſa Domini digni habeantur, ſi cum lachrymis pœnituerint.

Iere.3.

Can.88.Ne quis iumentum in templum inducat.

NEmo in ſacra templa iumentum inducat, præterquã ſi quis iter faciens maxima opprimatur neceſsitate,& carens domuncula,aut diuerſorio ad huiuſmodi templum diuertit.Si enim iumentum non introduceret,fortè illud periret, & ipſe ob iumenti iacturam, inops conſilij, ad celeriter viam capeſſendam mortis periculo obiiceretur.Sabbatũ enim propter hominẽ eſſe factum docemur.Quare pre omnibus ęſtimanda eſt hominis ſalus,& cõmoditas.Qui ſecus fecerit clericus,deponatur:laicus,ſegregetur.

Canon.89.Dies paßionis Domini noſtri ieiunio celebretur vſq; ad mediam noctem.

QVi dies ſalutaris paſsionis in ieiunio,& oratione, & cõpunctione cordis peragunt,oportet circa horam mediç noctis magni ſabbati ieiunos eſſe,cùm Euangeliſtę Matthęus,& Lucas,ille per dictionem,veſperè autẽ ſabbati, hic verò p̃ profundũ diluculũ,tarditatẽ noctis nobis pſcribant.

Canon.90.Ne Dominicis diebus genua flectamus.

NE Dominicis diebus genua flectamus, à diuinis patribus noſtris canonicè accepimus. Quare poſt veſpertinum ingreſſum ſacerdotũ in ſabbato ad altare(vt more obſeruatum eſt)nemo genu flectit, vſq; ad ſequentẽ veſperam poſt Dñicã:in qua poſt acceſſum ad candelabrũ, rurſus genua flectentes,ſi preces Dño offerimus,ſi celebramus reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Canon.91.Contra fœminas,quæ aborſus procurant.

QVæ pharmaca procurāt abortus faciētia,& quæ venena ſuſcipiūt part⁹ perimētia,pœna occiſoris accuſentur.

Canon.92.Puniantur raptores, & conſcii.

RAptores fœminarum ſub nomine conſortij ſiue patrato res ipſi,ſanciuit ſynodus ſancta, vt clerici, deponantur: laici,anathematizentur.

Canon.93.Ne quis ad ſecunda vota tranſeat,niſi certus de morte coniugis.

MVlier,quę viro ſecedēte,& incomperto quo terrarum agat,anteq̃ de morte certa ſit,alteri ſi nupſerit, mecha tur.Similiter,& militum vxores,quę nubunt,ignorantes vi rorum fata,eidem ſubiacent rationi: vt quæ non expectant redditum viri peregrinantis. Quāquam in hac re,eſt quodā modo venia digna:quia plerunque mors præſumitur.

Canon.94.Ne quis ethnicè iuret.

IVrantes iuramenta Ethnica,nos huiuſmodi homines excommunicandos decernimus.

Canon.95.Qualiter ſuſcipiendi hæretici.

VEnientes ad eccleſiam hæreticos ſuſcipimus ſecundum morem,& ordinem traditum.Arrianos quidē & Macedonianos,& Nouatianos(qui ſe puros,ſiniſtroſq; vocāt)& Tetradiſtas,& Apollinariſtas ſuſcipim⁹, ſi libellos afferāt, & execrentur quālibet hęreſim.De Paulianiſtis autem conſtitutio ab eccleſia catholica facta eſt,vt omnino rebaptizētur.Eunomianos verò, qui vna ſubmerſione baptizantur, & Montaniſtas,qui hic Phryges dicuntur, & Sabellianos, & reliquas omnes hæreſes: præſertim, qui à Galatarum regione ſunt profecti, veniētes ad eccleſiam non ſecus, ac gentes ſuſcipimus.Et primo die ipſos Chriſtianos facimus. Secundò verò catechumenos.Tertiò tamen ipſos authoram⁹ poſtquam ter inſufflauimus in faciem,& aures.Sic illos initiamus,facimuſq;,vt in eccleſia numerentur, & audiant ſcripturas, & tunc illos baptizamus. Manichæos verò, & Valentinianos,& Marcioniſtas,& huiuſmodi hæreſum libellos oportet facere, & execrari hæreſim: & Neſtorium, & Eutychea, & Dioſcorum, & Seuerum: reliquos huiuſmodi hæreſum principes, & omnes prolatas hæreſes: &

Ca.19. Cōc. Nicæ. & ca. 7. & 8. Laodi. & ca. 7. ſynod. 2. Iuxta editionem Græcam quæ deeſt in Latinis exēplaribus.

ſic participes eſſe ſanctæ communionis.

Can. 96. Ne quis calamiſtratis crinibus incedat.

QVi per baptiſmũ Chriſtum induerunt, conuerſationem eius in carne imitaturos profeſsi ſunt. Qui igitur capillos in perniciem intuentium excogitata quadam implicatione digerunt, intenteq; ornant, veluti quaſdam eſcas infirmis animabus ex eo proponentes, ea ratione paterna pœna curamus, vt pędagogi ipſos inſtruentes, & modeſtè viuere docentes, vt cũ reliquerint deceptionem hãc, & ineptias, ad perpetuam, beatamq; vitam aſsiduè mentem cõuertant, & in timore purè, & caſtè conuerſentur, ad Deumq; quantùm fieri poteſt, accedant: & interiorem potiuſquã exteriorem hominem virtutibus ornent, vt nullas ſecũ reliquias ferant aduerſæ ſtoliditatis. Qui ſecus ſe geſſerit, excõmunicet.

Can. 97. Qui templa prophanant, reiiciendi.

QVi cum vxore habitant, vel temerè aliâs ſacra loca prophanant, & ſic in ipſis diuerſantur, eiiciendos ſancimus à penetralibus ædium ſanctarum. Qui hoc nõ ſeruauerit, ſi clericus eſt, deponatur: ſi laicus, ſegregetur.

Canon. 98.

QVi mulierem alij deſponſatam viuente adhuc ſponſo, in vxorem duxerit, iudicio adulterij ſubiaceat.

Can. 99. Ne particulæ ſtatæ ſacerdotibus offerantur.

ET hoc in Armeniorũ regione fieri intelleximus, quoſdã intus in ſacris altaribus cùm carnium portiones *elixauerint*, offerre particulas quaſdã ſacerdotibus, quæ *ſolenniter* à victimis abſcindebãtur, eas Iudaicè diſtribuẽtes. Quare ſancimus, ne ſacerdotibus liceat præcipua, certaq; tornacula carnium ab offerentibus accipere: ſed illis contenti ſint, q̃ offerenti placuerint: & huiuſmodi oblatio extra eccleſiã fiat. Qui ſecus fecerit, excommunicetur.

Can. 100. Ne turpes imagines pingere liceat.

FAcilè ſenſus corporei, quę ſua ſunt in animam deriuant. Picturas igitur oculorũ præſtigiatrices, ſiue in *tabulis*, ſiue aliâs propoſitas, & mẽtis corruptrices, & ſufflãmationũ ad turpes voluptates incitatrices, ſancimus, vt nullatenus in poſterũ pingãtur. Si quis autẽ hoc fecerit: excõmunicet.

Canon. 101. Quo geſtu accedere oporteat ad Euchariſtiam.

Hoĩem

HOminem ad Dei imaginem factum diuinus Apoſtolus vocat corpus Chriſti,& templum. Cùm omnē ergo ſenſilem poſſeſsionē ſuperet,qui ſalutari paſsione cæleſtē aſſequutus eſt dignitatē manducās, & bibens Chriſtū, omnino vitæ applicatur ęternæ:anima,& corpore ſanctificatus particeps eſt diuinę gratiæ. Quare ſi quis voluerit ſinaxis tempore cōmunicare puriſsimo Chriſti corpore, & coram ipſo participatione eſſe:manus in formam crucis figurans, ſic adeat,& ſuſcipiat gratię communionem. Eos enim, qui pro manu vaſcula q̄dam aurea, vel ex alia materia conſtruūt ad ſuſceptionem diuini doni, & per illā immaculatam cōmunionē volunt,nullo modo admittimus,vt præferentes materiam inanimem,hominiq; obnoxiam, Dei imagini. Si quis ſacerdos participes fecerit cōmunionis huiuſmodi vaſcula admouentes,excommunicetur:& qui hæc infert.

Ca.102. In abſoluēdis hominibus à peccatis,quæ cura adhibenda.

OPortet,qui facultatem abſoluendi, & ligandi à Deo receperūt,peccati qualitatem ſpeculentur, & peccatoris prōptitudinem ad reuerſionem:vt ſic medicamētum admoueant ægritudini aptum:ne ſi de peccato ſinè diſcrimine ſtatuant,aberrent à ſalute ægrotantis. Non enim ſimplex eſt peccati morbus,verum varius, & multiformis plurimiſq; noxiis propaginibus ſuppullulās: ob quas malum longè,lateq; diffundit,ac ſerpit quouſque tandem virtuti medicantis reſiſtat. Igitur,qui oſtendere voluerit quantum valeat in ſpirituali medendi arte,oportet attentè rimari,qualiter affectus ſit,qui peccauit,an ad ſalutem inclinet,an contra moribus, quibus familiariter aſſueuit aduerſus ſe ægritudinem prouocet inſpicere:& quid ille ſecum deliberet ad redeūdū ad meliorem frugem. An obtemperet magiſtro, an mentis vlc⁹ per admota pharmaca creſcat: & ſic miſericordiā ęqua lance impartiri. Summa enim,ratio,& Deo,& prǫfecto huic paſtorali curæ errantem ouem reducere, & vulneratam ab angue curare: & nec per prǫcipitia deſperationis detrudere,nec habenas laxare ad vitæ diſſolutionem, & cōtemptū: ſed omnimodo,qua pharmacis auſterioribus,qua mollioribus,& leuioribus morbo contraire,pugnareq;,vt vlcus cicatricem obducat:vt qui notos habeat pœnitentiæ fructus, &

Infra ca. 7. conchli Vormacien.

DD iij homi-

hominem (ad claritatem illam ſupernam vocatum) prudenter gubernet. Vtraque igitur ſcire oportet, & quæ ſunt rigoris, & quę cõmiſerationis: ſequi vero non eos, qui ſuperficiẽ traditarum figurarum ſuſcepêre, vt nos diuinus Baſilius docuit. Imperator Iuſtinianus fidelis in Deum Ieſum Chriſtũ aſsiſtens omnibus decretis, & obtemperans, ſubſcripſi. Sanctiſsimus Papa Romanus. Paulus epiſcopus Conſtantinopo. nouæ Romæ, definiens ſubſcripſi. Similiter, & reliqui epiſcopi ex omni prouincia ſubſcripſere. 227.

Expliciunt canones ſextæ ſynodi in Trullo congregatæ. In decreto Gratiani aſcribuntur aliquot decreta huic ſynodo, & ſeptimæ etiam generali, quæ inter ſupraſcriptos canones non continentur. Ex quo certo apparet vitio typographorum id factum eſſe.

Cõciliũ Toletanũ. 12.

CONCILIVM TOLETANVM. XII.

tempore Agathonis Papæ, vel Leonis Papæ anno primo Eruigij regis.

Canon primus.

Rex Hiſpaniarũ elegit ſibi ſucceſſorem.

AGnoſcitur ver⁹ Rex, & legitim⁹ Vuambę ſucceſſor Eruigius, quem & diuinũ iudicium in regno prçelegit, & deceſſor princeps ſucceſſorem ſibi inſtituit, & totius populi amabilitas exquiſiuit: vnde ſubiecit ſynodus ſic. Dignũ eſt, vt ſacerdotum ordo honorabiliter veneretur, & ſuſcipiat in regẽ. Vnde non erit iam deinceps ab anathematis ſententia alienus, quiſquis contra ſalutem eius erexerit vocem.

Can. 2. De his, qui pœnitentiam neſcientes accipiunt.

MVltos ſępe aſpeximus in ſalute poſitos, vltimum deſiderantes pœnitentiæ fructum: & rurſus nimietate ęgritudinis ita loquendi, & ſentiẽdi naturale perdidiſſe officiũ, vt nulla illis cura ſalutis ſuæ videretur ineſſe: nullo etiã priſtinæ deuotionis noſcerentur deſiderio anhelare: quorũ tamen caſib⁹ fraternitas cõdolens ita talium neceſsitates in ſi de ſuſceper^it ſua, vt vltimum illis tribuatur viaticũ, ſcilicet, ne ſinè fructu pœnitentiæ videãtur tranſire à ſeculo. Quòd ſi forſitan reſpiciente Domino, ſaluti priſtinę reformentur, agunt cautionibus vanis, & oppoſitionibus execrãdis, qualiter à ſe tonſurę venerabile ſignũ expellãt, atque habitum religionis abiiciant, impudentiſsimè aſſerẽtes, ideo ſe nullis

regu-

regulis eccleſiaſticę diſciplinæ ſub hoc voto teneri: quia pœnitentiam nec ipſi petierunt, nec conſentientes acceperunt: quorum impudentia diuinæ bonitatis, quę eos ad tam venerabile, ac fœcundi fructus vocauit ſacramẽtum, turpiter immemor, & obſtinata procacitas nõ aliquando diceret talia, ſi qualiter ad vitam per ſacroſancti lauacri gratiam veniret, meminiſſet. Etenim paruulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem diſcernẽdi, vel expetendi ſenſui aptior iudicetur, niſi ex ſponſione fideliũ baptiſmi accipiant ſacramẽtum, nullo ſenſu, nulla etiam diſcretionis induſtria id appetere poſſunt. Vnde ſicut baptiſma, quod neſcientibus paruulis, ſine vlla contentione in fide tantùm proximorũ accipitur: ita pœnitẽtiæ donũ, quod neſcientibus illabit, aliiſq́; impugnantia violationis, hi qui illud acceperint, obſeruabunt. Si quis autẽ quolibet modo pœnitentiam accipiẽs, hoc violauerit ſynodale inſtitutum, vt verè tranſgreſſor paternis regulis ferietur. Nec enim iſta ſtatuentes, ſacerdotes quoſq́;, vt paſsim, & licẽter donũ pœnitentiæ non pœnitentibus audeãt prorogare, abſoluimꝰ: ſed hos, qui qualibet ſorte pœnitentiam ſuſceperint, ne vlterius ad militare cingulum redeantr, eligamus.

Ca. 3. Vt quos regia admittit poteſtas, clerus non euitet.

VIdimus nõnullos, & fleuimus, ex numero culpatorum, receptos in grãm principũ, extorres extitiſſe à collegio ſacerdotũ. Ab eis érgo nulla ſe abſtinebit ſacerdotũ cõio: ſed quos regia poteſtas, aut in grãm benignitatis receperit, aut participes menſæ ſuę effecerit, hos ſacerdotum, & populorum conuentus ſuſcipere in eccleſiaſticam communionẽ debebit: vt quod principalis pietas habet acceptum, non à ſacerdotibus Dei debet eſſe extraneum.

Canon. 4.

VT in villulis nullus ordinetur epiſcopus. In Sardiceñ. concilio, cap. 26. in Laodiceno. 57. In Carthagineñ. 2. c. 5. & Carthaginen. 3. c. 42.

Canon. 5. Contra ſacerdotes, qui non ſemper ſacrificantes communicant.

De conſ. d. 2. Relatũ eſt nobis quoſdã.

REłatũ nobis eſt, quoſdã de ſacerdotibus non tot vicibus cõmunionis ſanctę gratiã ſumere, quot ſacrificia in vna

die videtur offerre:ſed in vno die,ſi plurima per ſe Deo offerant ſacrificia,in omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendunt,& in ſola tantùm extrema ſacrificij oblatione cōmunionis ſanctæ gratiam ſumūt: cùm dicat Apoſtolus: Nonne qui edunt hoſtias,participes ſunt altaris? Certū eſt, quòd hi,qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt Dominici ſacramenti.Quicunque ergo ſacerdotum deinceps,diuino altari ſacrificiū oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit,ab ipſa,qua ſe indecenter priuauit,gratia communionis anno vno repulſum ſe nouerit.

Sēper in oblatiōe ſacrificii fiat cōio.

1.Cor.10.

Ca.6.*De authoritate conceſſa Pontifici Toletano in promotione epiſcoporum.*

ILlud quoq; decernendum nobis occurrit,quod in quibuſdam ciuitatibus,decedentibus epiſcopis propriis,dum differtur diu ordinatio ſucceſſoris,non minima creatur officiorum diuinorum offenſio.Vnde placuit omnibus,ſaluo priuilegio vnius cuiuſq; prouinciæ)vt licitū maneat deinceps Toletano pontifici,quoſcunq; regalis poteſtas elegerit,& iam dicti Toletani pontificis iudicium dignos eſſe probauerit,in quibuſlibet prouinciis præficere præſules:& decedentibus epiſcopis eligere ſucceſſores.Sic tamen,vt quiſquis ille fuerit ordinatus,poſt ordinationis ſuæ tempus infra triū menſium ſpatium proprij metropolitani præſentiam viſurus accedat,qualiter eius authoritate, vel diſciplina inſtructus,condignè ſuſceptæ ſedis gubernacula teneat. Quòd ſi per deſidiam, aut neglectum quilibet conſtituti tēporis metas exceſſerit,excommunicetur. Hanc quoque definitionis formulam ſicut de epiſcopis,ita de cæteris rectoribus placuit obſeruandam.

D.63.Cū lōgè,latéq;.

Toletan⁹ Pōtifex pficit nouos epos, quos regia poteſtas pri⁹ elegit.

Canon. 7.

DE recepto teſtimonio perſonarum, quę per legē teſtificādi licentiā pdiderūt.Nihil habet annotatione dignū.

Ca.8.*De his,qui vxores ſuas temerè relinquunt.*

PRæceptum Domini eſt, vt excepta cauſa fornicationis, vxor à viro dimitti non debeat.Et ideo quicunque citra culpam criminis ſupradicti vxorem ſuam quacunque occaſione dimiſerit (quia quos Deus iunxit, ille ſeparare diſpoſuit)tandiu ab eccleſiaſtica cōmunione priuatus, & à cœtu

32.q.5.Præceptū Dñi eſt.

Et ī decreto Ivo. lib. 7.

*Matth.*5.

oīm

omnium Chriſtianorum maneat alienus, quandiu ſocietatem relictæ coniugis ſynceriter amplectatur, & foueat. Ita tamen, vt qui iam admoniti à ſacerdote ſemel, bis, terquè, vt corrigerentur, ad thorum ſuæ coniugis noluerint redire, & à palatinę dignitatis officio ipſi ſe ſeparabunt, & inſuper generoſæ dignitatis teſtimonium, quandiu in culpa fuerint, amiſſuri ſunt. *Canon.* 9.

DE confirmatione legum, quæ contra Iudæorum nequitiam promulgatæ ſunt per Eruigium Regem. *Canon.* 10. *D. 54. & ſi Iudæorum ſerui.*

COnſentiente pariter Domino noſtro Eruigio Rege hoc ſanctũ Conciliũ definiuit, quòd nullus audeat eos, qui confugiunt ad eccleſiam metu, vel terrore, vel qui ibi reſident, inde vi abſtrahere. *Canon.* 11. *17. q. 4. Definiuit ſanctũ*

COntra cultores idolorum, vt per regiam poteſtatem puniantur. Exod. 22. Deute. 17. *Canon.* 12.

VT annis ſingulis in vnaquaq; prouincia Concilium celebretur. *Canon.* 13.

TOtum conſumitur in gratiarum actionibus Deo, & Regi Eruigio, & in ſubſcriptionibus epiſcoporum.

Explicit Concilium Toletanum. 12.

BEnedictus. 2. Papa. 81. ſub Petro patria Romanus, diuinæ ſcripturæ ita operam dedit, vt exercitatione, & doctrina in rebus diuinis ſingularis tũc haberetur. Ad hunc Conſtantinus Imperator. 61. (hominis ſanctitate permotus) ſanctionẽ miſit, vt deinceps, quem clerus, populus, exercitusq́; Romanus in Pontificem elegiſſet, eundẽ ſtatim verum Chriſti vicarium eſſe omnes crederent nulla, aut, Conſtãtinopo. Principis, aut Italiæ exarchi expectata authoritate, vt antea fieri conſueuerat; id enim ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmaſſet, vel qui eius vices in Italia gerebat. Sedit annum vnum. *Benedictus Papa. 81.*

Ioannes. 5. Anthiochenus. 82. ſub Petro, ſedit annos duos, vir ſingularis religionis, & manſuetudinis. Conſtantino Pogonato Imperato. circa annum Domini. 685. *Ioannes. 5. Papa. 82.*

Conon, Thracia oriundus. 83. ſub Petro ſedit annũ vnũ. *Conõ Pa. 83.*

Sergius Antiochenus. 84. Papa ſub Petro, ſedit annos. 9. Hic tempore Deodati Pontificis Romam veniens in clerum *Sergius Papa. 84.*

DD v Roma-

Huius tempo ribus Beda vixit in Anglia. Romanum aſciſcitur. Deinde verò ob eius doctrinam, & diligentiam circa myſteria, & rem diuinam, per ordines conſcendens ſanctę Suſannæ presbyter cum titulo eius loci creatur. Nunc vocatur Cardinalis eius tituli, inde aſſumptus eſt ad pontificatum, Iuſtiniano Imperatore. 62.

Ioannes.6. Pont.8.5 Ioannes. 6. Græcus. 85. ſub Petro ſedit annos tres. Tempore huius Pontificis Sarraceni occupata Libya, & Aphrica, tranſmiſſo Atlantico freto, omnes Hiſpanias præter Aſtures, & Cantabros occupant. Sub hoc floruit Beda, qui ob religionem, & modeſtiam Venerabilis nuncupatus eſt, & Strabo, & Haymo Bedæ fratres.

Ioan.7. Pont.86. Ioãnes. 7. Papa. 86. ſub Petro natione Græcus, ſedit, an. 2.

Siſinius Papa.87. Siſinius Syrus. 87. Papa ſub Petro ſedit dies. 20.

Conſtãtinus Papa.88. Conſtantinus Synus. 88. ſub Petro ſedit annos ſeptem. Prædicti Pontifices fuerunt ſub Iuſtiniano.

CONCILIVM TOLETANVM DECIMVM tertium, ſub Eruigio Rege, anno eius quarto celebratum.

Author. ¶*Cum deſtinarem opuſculum hoc, quod pro temporis anguſtia rude prorſus, & impolitum emiſeram, nunc denuo ad limam reuocare, & ſuæ reſtituere integritati: ecce exemplar quoddam, vetuſtum ſanè, & antiquitatis non contemnendæ, nactus ſum, in quo quanq;* Concilia Toletana, *à. 13. vſq; ad. 17. quæ ad noſtrum vſq; tempus deſiderabantur, erant Gotthicis literis, & penè obſoletis, ſcripta. Quæ, licet in breue compendium redigi (ſicut & alia omnia) poſſent: tamen, ne quid antiquitatis periret, nclui præſentem excudendi facultatem dimittere: ſed exemplaria integra (vt erant) tranſcribere. Quòd ſi quis propenſiori animo erga antiquitatem fuerit, ſciat ſe in bibliotheca ſancti Facundi in monaſterio fratrum ordinis ſancti Benedicti prototypa exemplaria inuenturum.*

Incipiunt geſta ſynodalia, habita in vrbe metropolitana, ſub AEra. 721. anno regni excellentiſs. Eruigij Principis. 4.

ILlibatæ charitatis inſtinctu, alternis viſionum obtutibus redditi, & in vnum cœtum fautore Deo pariter adgregati in eccleſia, videlicet, ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, anno regni quarto sereniſsimi Eruigij Principis, ſub die pridie Nonas Nouemb. AEra. 721. Cum vnuſquiſq; noſtrum debitis locaretur in ſedibus, adfuit idẽ Princeps pleno fidei ardore ſubnixus: & humilitatis gratia decoratus. Qui ſynodico cœtui deliberationis ſuæ vota commendans,

&

& vt pro ſe Dominum inſtantiſsimè deprecarentur expoſtulans, hoc præſertim eſt alloquutus, ſufficienti exhortatione Conciliũ: vt eccleſiaſticæ diſciplinæ, quę congruunt, & corrigendis moribus, quæ conueniunt, tractatus noſtri euidentia ſanciantur. Deinde religioſa vota ſuæ clementiæ, quibus ſubueniendis miſeris definiuit, ſynodali conuentui confirmanda commiſit. Offerens, videlicet, ſacris Pontificibus totum, obſecrans pariter, & obteſtans, vt quicquid illic venuſtioris eſſet calami reſperſione congeſtum, ſynodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tunc nos, pro ſuſcepto à Principe tomo, gloriã dedimus Deo, & eundem Principem benediximus glorioſum. Idem tamen Princeps, poſt quàm votorum ſuorum inſtitutionem peregit, à conuentu Concilij gratioſus exiuit. Tũc poſt p̃ſentiæ principalis abſceſſum, hoc in tomi illius allegatione ĩuenimus exaratum.

IN nomine Domini. Flauius Eruigius Rex ſanctiſs. Patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.

Ecce ſanctiſsimi, & religioſa pietate excolẽdi Pontifices, & diuini cultus inſtantiſs. ſectatores, coram cœtus veſtri reuerentia, humilis deuotusq́ue proſternor, reclinis adſiſto, promptus adſtipulor. Primùm de conuentus veſtri aggregatione, Patri luminum gratiarum copiam ſoluens: deinde votorum meorum ſtudia veſtris iudiciis dirimenda committens. Nec enim fas eſt quenquam, etiam ſi bonum ſit opus, ſine Concilio agere. Cùm tamen multum proſit, bona cum Cõcilio bonorum egiſſe. Vnde vt breui exhortatione perorem, vota mea, quibus redimi, ac pietatẽ exerceri delector, ſenſibus Paternitatis veſtrę agnoſcẽda inſinuo. Quę tamen ne oblitu quodam memoriam fugiant, & relatione propria curarũ ea in nocte capedo ſubducat, in huius tomi complicatione accipite renotata. Illud primum volenti mihi miſeris parcere, conuenit intimare, quòd diuulſam per tyrannidem noſtri corporis partem, in ſocietatis noſtrę gremio conamur reducere. Etenim retroactis diuę memoriæ præceſſoris nr̃i Vuãbæ regis tp̃ib', q̃ in ꝓfanatorib' patriæ, qui cũ Paulo quondã tyrãnidem adſumpſerunt, illata ſit ſententia vltionum, qui per iudicij vniuerſalis edictum, amiſſo teſtimonio, rebusq; propriis caruerunt, quæ cuncta veſtræ ſan-

ctitudi-

ctitudini nota ſunt, quos tamen in collegio noſtræ ſocietatis recipere, & rebus, quibus fas fuerit deuouimus reueſtire. Nam & de accuſatis, modum volumus ponere iuſtiſsimę inquiſitiõis: quo, ſiue de religioſis, ſiue de laicis quiſq; accuſationis cuiuſquam ſtudium propulſatũ, non occultis fraudibus, vel violentis comprimatur, nec ad dandam profeſsionem violenter arceatur: ſed in communi omnium examine iudicetur. Quos ſecundum publicæ profeſsionis ſuæ tenorem, aut offenſibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocẽs ex iudicio omnium cõprobatus clareſcat. Nam quid iam de tributorum fiſcalium exactionibus referam? quorum ſeditiones tantis debitorum cumulis increuerunt, vt ſi exigi penitus iubeantur, & ſtatus ſubruat funditus populorum, & fragmine colliſionis eorum, vltimum terra ſentiat propriæ prolapſionis excidiũ. Vnde his, & talibus priuatis, ſeu etiam fiſcalibus ſeruis remedia pietatis præoptãs, gloriamq; noſtram affluenter impendere: omnes tributorum exactiones, quæ apud illos de retroactis temporibus reiacent vſq; ad primum annũ celſitudinis noſtrę, manſuetudo noſtra illos omittẽda laxauit, & ſtylo propriæ authoritatis remittẽda inſtituit: quas etiam authoritates ſacroſancto cœtui veſtro relegendas elegit. Illud quoq; adiiciens loquar, quod votis noſtris horribile, & animis execrabile ſemper eſt. Cùm nobilitati conditio libertorum, vel ſeruorum etiam adęquata, generis noſtri ſtatum degenerat: ob quam rem id noſtræ gloriæ animis placet, vt exceptis ſeruis fiſcalibus, vel libertis abraſa deinceps huius malæ ꝓſumptionis licentia, nullus ex ſeruitu, quorunlibet ſeruus ſit, vel libertus ad palatina officia tranſeat. Quòd ſi fecerit, illic ſeruitutum proculdubio reducendum ſe nouerit: ex quo aut conditionis propriæ originem ſumpſit, aut libertatis titulũ reportauit. His votorum meorum inſinuationibus allegatis, quæſo, vt fortia Paternitatis veſtræ adiutoria prorogetis. Luce enim clarius conſtat, quòd adgregatio ſacroſancta Pontificum, quicquid cenſuerit obſeruandum, per ſancti Spiritus donum omni maneat æternitate præfixum. Et ideo, vniuerſitatem Paternitatis veſtræ, atq; ſublimium virorũ nobilitatem, qui ex aulæ regalis officio in hac ſancta ſynodo vobiſcum

cum conſeſſuri prælecti ſunt, obteſtor pariter coniuro, atq; ineffabile illud ſanctę Trinitatis ſacramentum conuenio, vt quicquid in medio veſtri ſe iudicandum, vel retractandum inuexerit, tam quæ per nos dicta, quàm & cætera, quæ veſtris auditibus ſe ingeſſerint audienda, quàm omni vigore iuſtitiæ, & temperamento miſericordiæ dirimere procuretis. Quo cum omni reuerentia Patrum precedentium regulis ſubdita, totius vnanimitatis veſtræ ſententia, non aliunde, quàm ex veritatis fonte procedat. Sicq; & his, quæ præmiſſa ſolidum deliberationis ſtylum promptiſsimè apponatis. Et reliqua adhuc, quæ neceſſaria ſunt in peragendis eccleſiaſticis diſciplinis, & dirimenda tractetis, & directa religioſiori diligentia conſcribatis. Qualiter dum doctrina reſpergitis ſalutari in populis Chriſtum Dominum, in emolumento iuſtitię capiatis. Vt & vobis prædicantibus, & nobis implentibus, quæ diuinis oculis complacent, ſit vtriſq; partib⁹, & in hoc ſeculo de lucro animarũ inęffabile gaudium, & in futuro peruentione ęternitatis prę́miũ inconuulſum. Datum ſub pridie Nonas Nouemb. anno fœliciter. 4 regni glorię noſtrę. In Dei nomine. Toleto.

PErlecto igitur præeuntis tomi neceſſario inſtitutionis exorſu, prius de fide ſanctæ Trinitatis ſermocinationis noſtrę cœpit eſſe principium, profitentes, pariter & credentes ea, quę de hac ſancta Trinitate, & Euangelia tradunt, & Apoſtolorum ſanctiones inſtituunt, ſicut Nicæna ſynodus hoc pietatis ſacramentum expoſuit, ſicut Conſtantinopol. definitio ſanxit, vel primi Epheſini cœtus, atq; Chalcedonenſis euidens doctrina conſtituit. Iuxta quod etiam ſacro ſancti ſymboli elucubrata profeſsio claret, quę in Miſſarum ſolennitatibus patula cunctorum acclamatur fideliũ voce.

CRedimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terrę, viſibilium omniũ, & inuiſibiliũ conditorem &c. ex Concil. Nicæno.

POſt huius ſanctæ fidei poſitam ſtructuram, quaſi ſuper ſolidiſsimam petram, cæterorum negociorũ ſequentium conſtruximus fabricam. Vt ea firmitate inconuulſibili durent, quę ſuper fundamentum verę fidei, fuerint conſtructa perenne. Vnde & has in commune ſententias, quas Principis

piſ ortatu conſtruendas accepimus, communi voto edidimus: has etiam æterno reuerentiæ vigore obſeruandas fore cenſemus.

Sequitur Summarium cap. huius Concil. 13. Toleta.

Incipiunt capitula Concil. Tolet. 13. 58. epiſcoporum, anno. 4. Eruigij Principis facta AEra. 721.

Summa Capitulorum.

1 *De reddito teſtimonio dignitatis eis, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in ſocietatem tyrannidis.*

2 *De accuſatis ſacerdotibus, ſeu etiam optimatibus palatii, atq; Gardingis ſub qua eos iuſtitiæ cautela examinari conueniat.*

3 *De tributorum principali relaxatione in plebe.*

4 *De munitione prolis regiæ.*

5 *Ne defuncto principe relicta eius coniuge, aut in coniugio ſibi quiſquã, aut in adulterio audeat copulare.*

6 *Vt exceptis ſeruis, vel libertis fiſcalibus, nullus de ſeruitu, quorumlibet, aut libertis deinceps ad palatinũ officium quocunq; tempore tranſeat.*

7 *De his, qui pro accidentia iurgiorum altaria nudare præſumunt, vel luminaria eccleſiæ ſubtrahunt.*

8 *Ne admonente metropolitano quiſquam ex conſinitimis ad locum vbi inuitatur, venire contemnat.*

9 *De cõfirmatione Cõci. Tole. 12. qui factus eſt anno. 1. glorioß. Erui. Re.*

10 *Vtrũ audeãt miniſtrare hi, qui pœnam acceperũt in ſacerdotio cõſtituti.*

11 *Ne quis alienum clericum, vel monachum ſuſcipiat fugientem.*

12 *De non excommunicandis à proprio epiſcopo perſonis illis, quæ ad metropolitanum ſuum negocia ſua ſuggeſſuri acceſſerint.*

13 *De relatione gratiarum, quæ poſt peractionem Concilii Domino, & Principi perſoluuntur.* *Cap. I. De reddito teſtimonio &c.*

PRæconabile ſignum eſt, illis ſemper negociis intereſſe, quæ & à pietate incipiunt, & per pietatis viſcera temperantur. Pietas enĩ, vt ait Apoſtolus, ad omnia vtilis eſt: cuius virtutis admirabili dono cor glorioſi, atq; glorioſiſsimi Principis noſtri diuino igne ſuccenſum, decreuit pariter & elegit, vt in vnum cœtum omnes Hiſpaniæ aggregati Pontifices, illa decernerent, quæ & grauedines præſſurarum remoueant, & ſubleuationis opem delectis opulenter impendant. Primo igitur negocio eorũ exorſu, hortãte pariter religioſiſsi. dño noſtro Eruigio Rege decernendũ nobis occurrit, vt

rit, vt

rit,vt omnes, quos ſcelerata quondam contra gentem,& patriam coniuratio Pauli in perfidiam traxit: & titulo teſtimonij honeſtioris abegit,ad ſtatum dignitatis priſtinę redeant:& nulla deinceps ob hoc illis cathena iudicialis obſiſtat: ſed omnes ita generoſę ſtirpis, ac nobilitatis proprię ſubeant decus,vt pręteritę infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiã de filiis eorum decernimus obſeruandum: qui poſt admiſſum Parentum pręmemoratę profanationis ſcelus,nati eſſe produntur. Siue de cęteris omnibus,qui ex tempore diuæ memoriæ Chindani Regis ſimili hucuſq; infamationis nota reſperſi ſunt. Et quia incaſum à ſeruitute exuitur, qui ſpoliis premitur, hoc etiam adiiciendum præcelſi Principis noſtri clemẽtia iuſsit, vt adgregati cœtus noſtri ſententia definiret: quo cum recepto teſtimonio dignitatis,congruis alerent ſubſtantiis. Vnde conſonã votis eius ſententiã pręformantes, elegimus, vt ea,quæ de rebus eorũ nulli donata,nec in ſtipendiis data,ſed tantùm fiſci ſunt viribus applicata, vnuſquiſq; quod cuiq; proprium fuerit incunctanter per authoritates regias poſsidendum recipiat:& receptum, proprij arbitrij libertate diſponat. Ea verò, quæ de eorum bonis largitione principali cuilibet donata,vel in ſtipendio data ſunt,in eorum iure,quibus cõceſſa ſunt, per petim tenebuntur. Huius pietatis ſententiam, quam ordinãte prędicto glorioſo Principe noſtro formauimus, ſi quis immutandam elegerit, & tantę miſericordię fabricam ſubruere attẽtauerit:per iudiciũ oĩpotentis Dei, anathema ſit.

2. *Canon.2. De accuſatis ſacerdot. &c.*

SEcundę collationis obiectu, res noſtro cœtui lachrymanda occurrit: quę tanto eſt ſynodalis iudicij pondere abigenda, quanto immenſam ſtragem populis afferat, pariter & ruinam. Etenim decurſis retro tẽporibus, vidimus multos,& fleuimus ex Palatini ordinis officio cecidiſſe,quos & violenta profeſsio ab honore deiecit, & trabale regium factione iudicium, aut morti, aut ignominię perpetuę ſubiugauit, Quod importabile malum,& impietatis facinus exhorrẽdum religioſi Principis noſtri animus abolere intendens, generali omnium Pontificum arbitrio retractandum inuexit: & vltrici ſynodalis potentię authoritate cohibendum

dum inſtituit. Vnde congruam deuotioni eius ſententiam decernentes, hoc in commune decreuimus, vt nullus deinceps palatij ordinis gradu, vel religionis ſanctę conuentu regię ſubtilitatis aſtu, vel pfanę poteſtatis inſtinctu, ſiue quorunlibet hominum malitioſæ voluntatis obnixu, citra manifeſtum, & euidens culpæ ſuæ indicium, ab honore ſui ordinis, vel ſeruicio domus regię arceatur: non antea vinculorum nexibus inligetur, non quæſtioni ſubdatur, non quibuſlibet tormentorum, vel flagellorum generibus maceretur. Non rebus priuetur: non etiam carceralibus cuſtodiis mancipetur. Neq; adhibitis hinc inde iniuſtis occaſionibus abdicetur, per quod illi violenta, occulta, vel fraudulēta profeſsio extrahatur. Sed is, qui accuſatur gradum ſui ordinis tenens; & nihil ante de ſupradictorū capitulorum nocibilitate perſentiens, in publica ſacerdotum ſeniorū, atq; etiam Gardingorum diſcuſsione deducatur: & iuſtiſsimè perquiſitus, aut obnoxius reatui detectę culpę legum pœnas exci piat, aut innoxius iudicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen, quos in locis talibus manere conſtiterit: vnde nocibilis perfugij ſuſpitio ſit, aut eos, quos pro conturbatione terræ diligentius oporteat cuſtodiri, hos ſine aliquo vinculorum, vel iniuriæ damno ſub libera cuſtodia conſiſtere oportebit. Sic tamen repulſo omni terrore ſub circūſpecta, & diligenti cuſtodia habeantur, vt tempus, quo iudicari eos oporteat nullo modo ſub fraudulētia dilatetur: quo ab vxoribus, vel propinquis, atq; eorum rebus ſuis diutiſsimè reparati, profeſsionem ſuam videantur dediſſe inuiti. Quæ tamen ſi data fuerit, modis omnibus non valebit: ſed iuxta ſuperiorem ordinē, illud tamen pro vero accipietur, quod ex ore eius agnitum generali fuerit iudicio comprobatū. Nam & de cęterorum ingenuorum perſonis, qui palatinis officiis non hęſerūt, & tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videtur: ſimilis ordo ſeruabitur. Qui etiā ſi pro culpis minimis, vt adſolet, flagellorum ictibus à Principe verberentur, non tamen ex hoc, aut teſtimonium amiſſuri ſunt, aut rebus ſibi debitis priuabuntur. Quod ſi de infidelitatis crimine quicquā eis obiiciatur, ſimili vt ſuperius præmiſſum eſt ordine, iudicandi ſunt. Quod ſynodale decretum diuino, vt

no, vt cõfidimus, Spiritu promulgat. Si quis Regũ deinceps, aut temerãter cuſtodire neglexerit, aut malitioſè prӕterire prӕlegerit: quo quiſq́ de pſonis taxatis aliter, q̃ prӕmiſſum eſt, prӕdãnetur, aut aſtu cõgeſtӕ malitiӕ perimat: ſicut omnibus, qui ei ex delectatione cõſenſerint, in cõſpectu altiſs. Dei Patris, & vnigeniti filij eius, atq; Spũs ſancti perenni anathemate vltus, & diuinis, vel ӕternis addicetur ardoribus cõcremãdus. Et inſuper quicquid cõtra hanc regulã ſententiare, aut in perſona cuiuſq̃ fuerit actũ, aut de rebus accuſatӕ perſonӕ extiterit iudicatũ, nullo vigore ſubſiſtat, quo perſona ipſa aliter, q̃ decreuimus iudicata, aut teſtimonij ſui dignitatẽ amittat, aut queſtu rei propriӕ careat. Nec enim hӕc, & talia pmittentes Principib' domeſticӕ correctionis poteſtas adimitur. Nam ſpecialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis adſtringit, ſed aut ſeruicij ſui torpentes, aut in commiſsis ſibi actibus reperiuntur eſſe mordaces, vel potius negligẽtes: erit Principi licitũ huiuſmodi pſonas abſque aliquo eorum infamio, vel rei propriӕ damno, & ſeruicij mutatione corrigere: & in cõmiſſos talium alios, qui placeant tranſmutare. *Cap. 3. De tributorum &c.*

TErtio ordinis glorioſӕ inſinuationis occurſu liberalitas principalis longè, latèq; diffuſa noſtro ſe iunxit cœtui agnoſcẽda. Quӕ ſicut ex puro fonte regiӕ puiſionis proceſſit, ita ſynodalis conuẽtus debet ſanctione pſtringi. Et ideo religioſi Principis Eruigij Regis affectus in toto gentis ſuӕ ambitu vſquequaq; porrectus de virtute in virtutem quodã modo gradiẽs, & quaſi quibuſdã ad meliora cõſcendẽs, hoc per ſtylũ regiӕ authoritatis decreuit, vt omne tributũ prӕteritorũ annorũ, vſq; in anno primo regni ſui, quod in priuatis, ſiue in fiſcalib' populis reiacet abſolutionis perpetuӕ debeat ſanctione laxari. Ea tm̃ de ipſis tributis prӕcipiẽs ex theſauris publicis exhiberi: quӕ exacta, & non inlata fuiſſe cõſtiterint. Quod pietatis beneficiũ admirãtes, nõ ſolũ vigorem glorioſӕ definitioni eius apponimus, ſed & perpetuӕ excommunioni eum, qui contra hoc venerit ſubiiciendum eſſe ſancimus. *Cap. 4. De munitione prolis regiӕ.*

PRidiani diei exercitia glorioſa, quibus per triũ cap. ad notationẽ pietas principalis ſe monſtrauit eximia, cogunt

cœtus noſtri reuerentiã aliquid promulgare: quo valeat, & pietati regię vicẽ beneficẽtię reddere, & principali ſoboli ad futurũ prodeſſe. Prouidentia em̃ ſalutaris ſemper eſt vtilis: imò ſemp eſt vtile, qđ ad verã pertineat ſalutẽ. Ideo pię ſolicitudinis cura extẽti, defenſionis decretũ promulgare pręlegimus in regiã prolẽ, & tuitionis in futurũ obtendere pietatẽ: qui paternis beneficiis nequiuimus reddere vicem. De hoc ſanè Principe noſtro Eruigio Rege id nos definiuiſſe conueniet: cuius pro fide paccato Imperio regimur: affectu fouemur, præmiis fruimur: qui profanatoribus per dictum libertatis decus reſtituit. Qui de accuſatis, modum quo iuſtiſsimè examinenť, decreuit. Qui terrã gẽtis ꝓprię, & inlęſam ab hoſte ſeruauit, & multiplici tributorũ relaxatiõe erexit. Et ideo, qui tot erga gẽtis ſuę populos eius perſentimus, dignũ eſt, vt ſaltim eius filij fortia tuitiõis adminicula ꝓrogemus. Cõteſtamur ergo oẽs pſentes, vt abſentes, ſeu ẽt futuris tpibus ſubſequẽtes ſacerdotes, vel Principes, ſeu cuiuſcũq; honoris, aut ordinis hoĩes corã Deo, & ſctis angelis eius, vt null᷑ ad futurũ poſteritati eius, vel glioſæ cõiugi ſuę Liubigottoni Reginę, atq; his, qui glię ſuę filiis, vel filiab᷑ coniuncti eſſe noſcunť, ſeu etiã, qui adhuc coniũcti nõ ſunt, ſed ꝓtinus cõiungẽdi ſunt: iniuſtas lędẽdi occaſiones exquirat. Nullus occultè, vel publicè, per q̃ abdicenť malitię ſuę cõtra eos vota extẽdat. Nõ eos gladio, vel qualibet pnicioſa factione interimat. Nullus cõſiliũ, vel opus, quib᷑ iniuſtè deijciantur, vel nudenť rebus, exhibeat. Nullus his iniuſtè violentũ tonſurę ſignaculũ imprimat. Nullus veſtẽ cõtra ordinẽ glorioſę cõiugi eius, vel filiabus ſuis, atq; nuris mutare pſumat, Nullus etiã extra euidẽtis culpę indiciũ, aut exiliis eos relegãdos inducat, aut eorũ corporibus quarũlibet detrũcationum, vel flagellorũ inferat detrimentũ. Quo cũ pręmemoratis oibus, oĩs eius in toto ad futurũ glorioſa poſteritas leſionis iniuſtã nõ pferat notã: nec rerũ ſentiat detrimẽta. *Si qs* autẽ hoĩum cuiuſlibet ſit ordinis, aut honoris, huic nrę ſententiæ non adquieſcẽs filios, filiaſvè glorię ſuę vnà cũ ſereniſs. cõiuge ſua Liubigottonę Reginę, vel ſupradictis oibus à modo, vel quãdoq; ſinè iuſto partis ſuę negocio, aut lędendos impetierit, aut deiiciẽdos elegerit, vel ex propria delibe

ratione

ratione conſenſerit, quo aut de rebus ſibi debitis iniuſtè ex poliati nudentur, aut dolo, vel machinamento quolibet deiiciantur, ſit æterno anathemate vltus, & futuri examinis iudicio condemnatus.

Cap. 5. Ne defuncto Principe, relictam eius &c.

Execrabile facin⁹, & adſiduæ amodũ iniquitatis eſt opus, defunctis Regibus ſuperſtitis eius cõiugis, regale thorũ appetere, & horrẽdis pollutionis maculis ſordidare. Quis eñ Chriſtianorũ ęquanimiter ferat, defuncti Regis cõiugẽ alieno poſtmodũ cõnubio vti, aut ſequuturi Principis libidini ſubiugari? Vt q̃ fuit dña gẽtis, ſit in poſtmodũ pſtibulũ fœditatis. Et q̃ thoris extitit regalibus honoris regij ſublimitate cõiuncta: ſtupris eorũ, vel cõiugiis, qbus pridẽ dñata eſt, addicet, vt reproba. Quid ergo ſi moriunt Principes, nunqd inhonorãdas relinquũt ſui corporis partes? Aut qa ad gaudia cęleſtia Chriani trãſeũt Reges, ppterea ad cõtumeliã in ſeculo eorũ deuocãdę ſunt cõiuges? Nuſq̃ ergo inhonorũ eſſe oportet, qđ honorandũ cõuenit opportunè haberi. Nulli ergo licebit ſuperſtitẽ Reginã ſibi in cõiugio ducere, non ſordidis cõtactib⁹ maculare, nõ hoc ſequuturis Regibus licitũ, nõ cuiq; hoĩum licebit eſſe pmiſſum. Quod ſi facere tale aliquid quiſq̃ prçſumpſerit, quo aut ſuperſtitẽ Reginã poſt decidẽtis Principis mortẽ ſibi in cõnubio copulet, aut adulterina pollutione cõtaminet, ſiue ſit Rex, ſiue qſlibet hoĩm, qui huius noſtrę ſanctionis ſententiã violare pſumpſerit: ſit ab omni Chriſtianorũ cõione ſeclusus, & ſulfureis cũ diabolo cõtradatur ignibus exurendus. Quicũq; huius inſtitutionis noſtrę prçſumpſerit cõuellere, vel abradere ſanctionẽ, ſit nomen eius abraſum, & deiectum de libro vitæ: vt tartareas pœnas excipiat, qui hæc decreta honeſtatis deuouerit violanda. *Cap. 6. De ſeruis &c.*

Sæpe obfuſcat nobilium genus, ſubere&tum ſeruitutis importabile dedecus. Quod & generoſos adæquatum infamat, & dñis plerunq; notã proditionis importat. Multos eñ ex ſeruis, vel libertis plurĩũ, ex regio iuſſu nouimus ad palatinũ fuiſſe ptractos officiũ: qui tñ affectare cupiẽtes ſublimitatẽ honoris quã illis ſubtrahebat natio obfuſcatę originis: dum ęquales dñis per ſuſceptum palatinum officiũ fa

ti ſunt:in necē dñorum ſuorũ vehemētius graſſauerũt,& ꝙ nefas eſt dicere,etiam hii,qui à dñis ſuis libertatis beneficio potiunt̃,ipſi quoq; dñis ſuis iuſſu regio tortores exiſtũt.Nũ quid iam ſi præcedentiũ, & antiquorũ hiſtoria narratione memoremus excidia, in qua obſcena ſeruitutis cōditio dño rum ſæpe ſuorũ caſum operiēs,& regnorũ pariter labefacta re fecit & dños.Ac proinde hortāte pariter,ac iubēte prędi cto glorioſ. Principe,hoc noſtri cœtus aggregatio obſeruā dum inſtituit,vt exceptis ſeruis,vel libertis fiſcalib⁹, nullus ſeruorum, atq; etiam libertorum,quorumlibet deinceps ad palatinũ qñq; tranſire permittatur officiũ: neq; etiã locorũ fiſcaliũ,atq; etiã proprietatis regiæ adminiculatores,vel actores fieri quolibet tēpore admittãtur: ſed conditionis ſuæ vſum deinceps vnuſquiſq; ſeruorũ,vel libertorũ veraciter reminiſcens, ita ſibi ab ordine palatino extorſis proficiat, vt dñis ſuis,vel dñorum ſuorũ poſteritati,nec noceat,nec ęqualis exiſtat. Quòd ſi deinceps quoruncunq; ſit libertus, *ſiue* etiã ſeruus, vel omnis eorũ adfutura progenies,qui poſt huius ſanctionis noſtræ ſententiam ad officia præmiſſa accedat:illic quolibet tempore,aut ſeruiturus,aut obſequendus modis omnibus cōtradatur:ex quo aut ſeruitutis originem duxit,aut libertatis decus ſubire promeruit..

Cap. 7. De his,qui pro accidentia iurgiorum &c..

Væ his,qui faciũt opus Dñi fraudulēter,& deſidioſè:propheticus ſermo annũciat.Et ſi illi væ incurrũt,*qui negligēter* opus Dñi faciunt,qđ ſuppliciũ merebunt̃,*qui diui* nę ſeruitutis cultũ,malitia ĩtercedēte,ab altariis Chriſti ſubducunt?Illos dicimus,qui obſtinatę mētis doloſitate cōfuſi, cũ aliqua eos moleſtia fraternorũ iurgiorũ pupugerit ĩſana illico temeritate abrepti,altaria nudãtes,ſacratis veſtib⁹ exuunt,luminaria ſubtrahũt,ac diuinorũ ſacrificiorũ cultũ,malitia intercedēte,ſubducũt. Et qđ in hoĩbus ſe vindicare nō poſſunt,iniuriã Deo,ꝙ pei⁹ eſt,inferũt.Vnde ſi huiuſ*modi* profrño odio homicidæ reatu adſtringent̃,ꝑ contēptu *diui*no qđ pœnę merebit̃?Etenĩ iuxtà ꝙ diuinus ſermo increpitat,ſi peccauerit vir in virũ,placari ei pōt Deus:ſi qs aũt peccauerit in Deũ,qs pro eo rogatur⁹ eſt?Facile ergo taliũ ſacerdotũ exceſsibus illa Dñi ſentētia coaptabitur, qua malitia

percu-

percutitur ſacerdotum,dicit enim: Honorificātes me,hono rificabo: qui autem contēnunt me,erunt ignobiles.Quicunq; ergo ſacerdotum,vel miniſtrorum deinceps cauſa cuiuſlibet doloris,vel amaritudinis per motus,aut altare diuinum veſtib⁹ ſacratis exuere pręſumpſerit:aut qualibet alia lugubri veſte accingi, ſeu etiam ſi cōſueta luminariorū obſequia de tēplo Dei ſubtraxerit,vel extingui præceperit,aut quodcunq; lugubritatis in templo Dei induxerit, atq; quod peius eſt,occaſionem nutrierit:vnde de tēplis Domini,aut officia cōſueta deſint,aut oblatio ſingularis veri ſacrificij videatur in aliquo defraudari,ſi eū antea verę pœnitudinis,quorum metropolitano ſatisfactio non purgauerit,ignobilitati perpetuę mancipatus,iuxta ſuperiorē ſententiam Domini, & loci ſui dignitate ſe nouerit, & honore priuari. Illis proculdubio perſonis ab hac ſentētia ſeparatis, quę aut cōtaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubuerſionē ſanctæ fidei metuentes,aut hoſtilitatem,vel obſidionem perferētes,ſeu etiam diuinorum iudiciorū ſententiam metuentes, talia feciſſe contigerit.In quorū facto plus humilitas, quàm Deus placetur,quàm interni liuoris doloſitas delectatur.

Cap. 8. De obedientia ad metropolitanum &c.

SI generaliter obediendū omni fratri in tm̄ à Chriſto pręcipit,vt non ſolū ſi angariati fuerimus paſſus mille obediētię vota paremus,ſed etiā gemino id charitatis officio peragamus, iam quoquomō obediendū eſt pręminenti, quibus Apl̄us ita obedire p̄cepit, ne de obiecta fratris videātur vllo modo cōtriſtari. Decidit em̄ multoties,aut cauſa ſalutis alicuius,vel collatiōis neceſſarię euocati à Principe, vel metropolitano cōfinitimi ſacerdotes, venire differunt, & diuerſis excuſationibus agūt:q̄bus implere,quod iubētur,omittūt. Hac de re naſcitur & difficultas ordinibus,& contēptus maioribus. Et ideo ſi quis ep̄orum à Principe, vel metropolitano ſuo admonitus,deſignato ſibi dierū rationabili ad ueniēdum ſpacio,ſiue pro feſtiuitatibus ſummis,Paſcha, ſcilicet, Pentecoſte,& natiuitate Dn̄i celebrandis, ſiue pro cauſarū negociis,ſeu pro Pontificibus cōſecrandis, vel pro quibuſlibet ordinationibus Principis, excepta ineuitabili neceſsitate infirmitatis, quę teſtibus poſſit cōprobari idoneis,& ad

conſtitutum dië venire diſtulerit, conteptorū ſe nouerit ex communione multari. Si tñ exceptis ſupra taxatis capi. aut fluminū, aut aerum procelloſa inmēſitas ad pręfinitū diem aditū ei pręparādi ſubduxerit: qď tñ & hoc ipſum conuinci idoneis teſtibus oportebit. Hanc etiā & illi ex Pontificibus merebunť ſententiā accipere, qui exortos cōtra ſe clamores negociorum, admoniti à metropolitano, diſtulerint emēdare, atq; compeſcere: aut ſi admoniti, vt ad iudicium primę ſedis accedant, aut per ſe noluerint properare, aut vades ſuos neglexerint legaliter informatos dirigere.

Cap. 9. *De confirmatione Concilii Tolet. 12. facti AEra.* 788.

Licet vnanimi cōſenſionis noſtrę iudicio, geſta ſynodalia Toletani Cōcilij. 12. acta ſint, atq; diſpoſita, q̄ anno. 1. glorioſi Principis Eruigij in hac vrbe regia celebrata ſunt: nūc tñ iteratò inconuulſibilis noſter, & definitionis adſenſus, ea ipſa geſta, prout quę iſta ſunt, vel conſcripta, omni temporum ęternitate valitura decernimus: & omnimodę *ſoliditatis* vigore firmamus, iuxta ordinem capit. qui in eiſdem geſtis conſcriptus eſſe probatur, id eſt.

De agnita, & confirmata pręlectione faſtigij principalis, in nomine domini noſtri glorioſi Eruigij Regis.

Item de his, qui pœnitentiā non ſentientes, accipiunt.

Itē de culpatorum receptione, vel cōione apud eccľiam.

Itē, vt in locis, vbi epiſcopus non fuit, eps non ordinetur.

Item de quorundam ſacerdotum conſuetudine fœdiſſima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificiis, non communicant.

Itē de cōceſſa Tole. Pōtifici gñali ſynodo poteſtate, vt epi alteri⁹ puincię cū cohibētia Principū i vrbe regia ordinent.

Itē de recepto teſtimonio perſonarū, qui per legē, quę de promotione exercit⁹ facta eſt, teſtificādi licētiā perdiderūt.

Itē de his, q vxores ſuas diuortio intercedēte, relinquunt.

Item de confirmatione legū, quæ in ludorū nequitiam promulgatę ſunt, iuxta earundem legum ordinē præfixum titulorum: qui in eodem canone adnumerātur.

Item de his, qui ad eccleſiā confugium faciunt.

Item de cultoribus idolorum.

Itē de interdicto tpis cōſtituti, quo debeat Cōc. celebrari.

Itē cōcluſio definitionū, in qua Deo gratię referuntur, &

pro

pro Principe exoratur. Statuētes, videlicet, vt qui cōtra ſu pradictorū cap. decreta venire præſumpſerit, & eccleſiaſticę excōionis ſentētia feriać, & ad legem illā glorioſi Principis, quę in confirmatione eiuſdē Cōcil. facta eſt, teneatur obnoxius. *Cap. 10. An ſacerdotes pœnitentes debeant miniſtrare.*

TErtij diei neceſſario collationis euētu, viſum nobis eſt antiquorū Patrū indagare de pœnitentū regulis inſtitutū. Etem digno nobis venerādus honore ſanctiſs. frater noſter Gaudētius Valeriēſis ſedis eps, per vicariū pſonę ſuę ad Cōcilium deſtinatū cōgreſſus eſt noſtri reuerentiā cœtus, inſinuās ſacroſancto ſynodali cōuentui, quòd incōmode valetudinis nimietate prę uētus permanēs impoſitione ſubactus fuiſſet pœnitētię legib⁹. Sed vtrū accepta pœnitētia, liceret ſibi percepta ſui ordinis contractare myſteria, vel ſolita explere officia, p ſynodalia inſtructionis emaluit certificari reſpōſa. Tunc collatis in vnū de huiuſmodi Canonicis inſtrumētis, hoc ſancta ſynodus definiuit, vt recōciliatione pmiſſa, ſoliti ordinis retētet officia. Si em regulę pcedētiū Patrū, eos, qui pœnitentiā in diſcrimine mortis accipiūt, & nulla de re manifeſta ſcelera confitenć, ſi adſit tñ in his, & talibus probitas morū, ad eccleſiaſticos gradus puenire permittūt: quāto magis, vt hi, qui in ipſo ſacerdotio cōſtituti pœnitentiā accipiūt, ab ſui ordinis officio retrahanć? Tantū ſi ſeipſi mortaliū criminū profeſsione, ppria nō nutarunt. Cū enim oīs ſacerdos tunc ſibi licitū ſacrificare ſciat, qñ à malis actibus vacat, qua ratione, qui pœnitētię remediū ſuſcipit, qđ daŕ in remiſsionē peccati, à ſacrificiis diuinis ſe abigit? Pœnitentiā enim ad hoc ſuſcipit, vt & pctm̄ diluat, & peccati ſordes hominē iterari nō ſinat. Qui ergo cōfidit, p ſuſceptā pœnitentiā dimiſſa ſibi peccata, cur cōfidēter ad altare Dñi nō accedat? Vel cur ordinis ſui nō audeat retētare officia, cùm hoc alteri nō liceat, niſi ei, q ſe à peccatis abſtineat? Etem cū pœnitentiā accipimus, ad ſimilitudinē cōditoris nos reformare conamur. Reformatio igiŕ ipſa, medicamentū eſt, quo deleń piacula. Si em medicamentū iſtud adſumiŕ rectè, creatori ſuo anima reformać. Rectè etiā ſacrificādi Deo cultus adſumiŕ, quia in eo ſimilitudo cōditoris agnoſciŕ. Si autē pœnitētię medicamentū ſubtrahiŕ, quod in remiſsionē peccatorū

accipitur, ad ſimilitudinē factoris vſpiā nō venitur. Etenim pœnitētia, vt dictū eſt, in remediū peccati accipit. Sacerdotiū verò propter munditiā retentatur: vt hoc ſacerdotis, & vita ita fructu bonorū operū floreat, quo & in ſe delicti paſſiones extiguat, & prędicamēto ſuo in aliis peccati regnū potētialiter deſtruat. Huic igit̃ taliter prę muſſim⁹ ſacerdoti viuenti, quid oberit ſi poſt acceptas pœnitētię leges, diuinis altaribus propitiationis offerat panes? Aut pœnitētię donū, qđ in remediū fit peccati, nūquid in prohibitione vocandū eſt ſacramēti? Nuſq́ ergo pœnitētię precepta remedia prohibebūt iura cęleſtia. Pœnitēs enim abſtinere à peccatis, pariter & negociorū ſecularium tumultib⁹ debet: nō ab his, q̄ ſancta vidētur, & ſumma ſeſe abſtrahere, q̄ operantē plus expiant, q̄ cōmaculando deturpāt. Scriptū eſt enim: Sacerdos ad omne mortuū non accedat, mortaliū criminū ſe implicatione non polluat. Non enī dixit Deus, vt ſacerdos ad ſancta quæq; nō auderet accedere: de quibus p̄ceperat, vt nullo modo ſacerdos de ſanctis exiſſet, ſed vt mortis opera non auderet contingere. Ergo abigenda ſunt ab omni ſacerdote, quę maculant: exercenda, quæ mundant. Hoc ſancta ſynodus definiuit, vt ſtāte priſcorū Canonū ſanctione, quicūq; Pontificum, vel ſacerdotū, deinceps per manus impoſitionē pœnitentię donum exceperint, nec ſe mortaliū criminum profeſſione notauerint, tenorem retentandi regiminis non omittant: ſed per metropolitanū recōciliatione pœnitentiū more ſuſcepta, ſolita expleant ordinis officia, vel cætera myſteriorum ſibi credita ſacramēta. Hoc tantū eſt obſeruandū, vt ſi aut acceptionē pœnitētię adiudicatus, nec ſe recōciliatus reperitur pro culpis, aut ſi in ipſa, ceptis ne pœnitētię impli catu ſe dixerit mortali factis, iuxta ęſtimationē metropolitani abſtinere huiuſmodi oporteat, à p̄ſtinis officiis. Cęterū ſi, vt dictū eſt, ſub pœnitētię pceptione cōſiſtens, nihil mortalis criminis ſe admiſiſſe p̄dixerit, tū quia fateri hoībus erubeſcit, abſcōſum intra ſui pectoris clauſtra deliteſcit, nouerit ipſe ſibi de ſe poteſtatē eſſe cōceſſam: vt iuxta cōſciētiæ, ſuę fiduciā vtrū audeat ſacrificare Deo, ex ſui poti⁹ arbitrij poteſtate, quàm ex noſtri iudicij permiſsione procedat.

Cap. 11. De clericis fugitiuis.

MVltę ſuper hoc cap. Patrũ ſentētię pręcedentiũ manauerunt: quo multiplici prohibitione ſancitũ eſt, vt alterius clericũ nemo ſollicitaret, nemo fugientē reciperet, nemo etiã aut obcelaret, aut ordinare auderet. Sed quia abundante iniquitate, & refrigeſcente charitate, nec honeſtas attenditur, nec cupiditas inhibetur, agendum eſt: vt quos impunis admonitio non emendat, euidēs ſententia damnationis coerceat. Placuit ergo, vt nullus alienum presbyterum, abbatem, miniſtrum, ſiue ſubdiaconum, vel quēlibet clericum, ſeu etiam monachum fugientē, vagumq; ſuſcipiat: non ad fugam ſuadeat, non fugę latibulum præbeat: nō apud ſe habito, vel retento humanitatem impendat: non occaſiones, quibus quaſi rem neſciente, alibi lateat, turpi oppoſitione confingat. Nam horum omnium caſibus, non ſolum turpatur honeſtas: ſed frequenti dolorum acerbitate confunditur fraternitas. Etenim, ſi dicat quis ſimplici animo, alteri9 clericum ſuſcepiſſe, nec noſſe eum fugitiuum exiſtere: tunc euidens innocentiæ ſuę puritas, ad probãda eſt: quãdo eũ, quem ſuſcipit, & infra octo dies, iuxta legum ſanctionem iudici præſentauerit, & infra tp̄s legibus conſtitutum, illic fugitiuum reduxerit, vnde per fugam vagabundus exiuit. Quicunque ergo ex pontificibus, ſeu ſacerdotibus, vel miniſtris, cæteriſq; religioſis, huius inſtitutionis noſtræ violauerit ſanctionem: ſi huiuſmodi ſuſceptor epiſcop9 eſt, & eum, quem ſuſcepit, cum his, quæ habere potuit, & ei à quo euagatus eſt ſinè dilatione reſtituat: & inſuper verè ſacrilegus, & trãſgreſſor inſtitutionis paternę, cuncto tempore excommunicatum, & remotum ſe à ſuis officiis nouerit eſſe, quanto eum, qui fugit ſub ſua protectione contigerit remoraſſe. Si autem huius inſtitutionis noſtræ præuaricator presbyter, decanus, vel quilibet ex religioſis videatur haberi, reddito eo cum rebus ſibi debitis, quē ſuſcepit: ipſe ſolus apud eum anno integro ſub pœnitentiæ cenſura deputatus tenebitur, cuius fugitiuum ſuſcepiſſe monſtratur. Quicunq; tamen talibus humanitatem impēderint, eadem, & ſimili cenſura legum exquirendos, & obſtringendos ſe nouerint, qua ſuſceptores fugitiuorũ legis ſanctione permonentur adſtringi. Illi autem, qui prædeceſſorum ſuorum id actum eſſe te-

meritate,contendunt:tunc immunes ab huius vltionis ſententia habebũtur:ſi à tempore ordinationis ſuæ, infra duorum menſium ſpacium,& huius, qui apud ſe eſt, latebrum publicauerit,& perſonam Domino fugitiui reduxerit. Hi ſanè,qui de confinitimis epiſcopis, cæterisq; eccleſiarum rectoribus,ad metropolitanum ſuum,pro cauſarum ſuarũ neceſsitate confugiunt,ſicut licentia talibus perfugij datur:ita eos,qui eos ſuſceperint,damnari, vt protectores fugitiuorũ non poſſunt,præſertim ſi eos publicè apud ſe habẽt, & eos, cum quibus actiones habuerint,ad repoſcentis vocem conuenturus admoneat.

Cap. 12. De non excommunicandis, qui ad metropol. confugiunt.

QVicunq; ex clericis, vel monachis cauſam contra proprium epiſcopum habens,ad metropolitanum cauſaturus acceſſerit,non antè debet à proprio epiſcopo excommunionis ſententia prædamnari, quam per iudicium metropolitani ſui, vtrum excõmunione dignus habeatur poſſit agnoſci. Quòd ſi ante iudicium quis epiſcoporum in talium perſonas excommunionis ſententiam prompſerit: illis penitus, quos ligauerint abſolutis, in ſe illam voluerint retorqueri ſententiam. Quod etiã & inter metropolitanos conuenit obſeruari,ſi prægrauatus quis à proprio metropolitano,ad alterius prouinciæ metropolitanũ moleſtiam preſſuræ ſuæ agnoſcendam intulerit, aut ſi inauditis à duobus metropolitanis,ad regios audit⁹ negocia ſua perlaturus acceſſerit: & ob hoc excommunionis iugulum à proprio ẽpo illi videatur infigi:hoc tantùm eſt obſeruandum, vt ſi prius vnunquenq; excõmunionẽ contigerit ſuſcepiſſe, antequam à proprio epiſcopo ad alium pertranſiſſet, tandiu excommunicatus apud eum,cuius iudicium petiit, habeatur,quandiu excõmunicatoris ſui obiectibus, vtrum iuſtè, an iniuſtè alligatus ſit,agnoſcatur.

Cap. 13. De relatione gratiarum Deo, & principi facta.

HIs ergo omnibus ſynodicis inſtitutis ſubſcriptionis noſtræ robur adponitur,& ſub terrore diuino perẽni, ea, quæ decreuimus memoriæ conſecramus. Dantes immortali Deo noſtro gloriam, pariter & honorẽ,cuius inſpiratione aguntur omnia,quæ ſalubriter exercentur. Inuictiſsimo

quoq;

quoq;, atq; religioſiſsimo principi Eruigio regi multiplicē gratiarū exhibitionē perſoluimus: cuius clementiſs. iuſſu, in vnum cœtum adgregandi conuenimus. Sit illi pax optabilis, & beata: ducat quoq; tempora pro curſu longioris æui fœlicia, & poſt imperialia terreni regni ſceptra, coronandus ꝑueniat ad cæleſtia regna. Pręſtante Ieſu Chriſto Dño Deo, & ſaluatore noſtro, qui cū Deo Patre, & Spiritu ſancto vnus in Trinitate viuit, & gloriaē Deus in ſecula ſeculorū. Amen.

Interfuerūt huic ſancto cōcilio pontifices num̄. 48. id eſt.

Ego Iulianus indign⁹ ſanctæ eccleſiæ Toletanæ metropolitan⁹ eps̄, hęc inſtituta à nobis definita ſubſcripſi, & cæteri. Interfuerunt Abbates, numero. 9. Item vicarij epiſcoporū, numero 26. Item ex viris illuſtribus officij palatini interfuerunt. Duces, nume. 8. Comites, nu. 15. Proceres, num̄. 4.

EPISTOLA ERVIGII REGIS, poſt peractum concil. ad populos.

IN nomine Domini. Flauius Eruigius rex, omnibus priuatis, ſiue fiſcalibus populis.

Magnum pietatis eſt pręmium, quo remouentur grauedines preſſurarum: quia illud ſemper ante Dei oculos perfectæ miſerationis ſacrificium adprobatur, quo fit releuatio miſerorum: per quod preſſuræ ſubuenitur humanæ. Iudicium eſt quippe ſalutare in populis, quando ſic commiſſa reguntur: vt nec incauta exactio populos grauet, nec indiſcreta remiſsio ſtatum gentis faciat deperire. Tempora érgo noſtræ gloriæ, mīæ beneficiis condienda ſunt: vt parcente nobis Deo, ipſis quoq; populis parcere videatur. Votiuū igitur omnipotenti Deo meo cordis ſacrificium deliberare præoptans: in nomine diuino, omnibus populis regni noſtri tam priuatis, quam etiam fiſcalibus viris, ſeu etiam fœminis, ſub tributali exactione, in prouinciā Galliæ, vel Gallicię, atq; in omnes prouincias Hiſpanię conſiſtētibus, hoc decretum beneficium in Dei nomine prorogam⁹. Vt quicquid in præteritis annis de ratione tributi, vſq; ad primum noſtrę clementię annum, theſauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noueritis eſſe cōceſſum. Qualiter vſq; ad prædictum primum gloriæ noſtræ annū, quicquid de ratione tributorum apud vos reiacet, ſic totum donatum

natum vobis à ſerenitate noſtra habeatis. Vt nullam ex hoc abinceps de præteritis annis exactionem publicam pertineatis. Ea tamẽ ratione ſeruata, vt ea, quæ in præteritis exacta ſunt, & fiſco noſtro illata non ſunt, ab his, qui ea exegerunt, in publico inferantur. Quòd ſi diſtulerint, & hoc confeſtim inferre neglexerint, in quadruplum, vnà cum ſatisfactione diſciplinę, iuxta quod noſtra manſuetudo decreuerit, ad ipſum theſauris publicis perſoluebunt. Certè ſi quiſquis ille Dux, Comes, Thiuſadus, Numerarius, villicus, aut quicunq; curam publicam agens, tributa exacta ſibi commiſſa annis ſingulis plenario numero non exegerit, aut exacta apud ſe retinuerit, & ea ſtatim theſauris publicis inferre neglexerit: duplicata tributa ipſa de ꝓpriis reb⁹ ſuis modis omnibus in publico inferebit. Hoc tamen ſpeciali, & euidenti ſerenitatis noſtræ ſententia definimus: vt nullus de ſupradictis Comitibus, thiuſadis, vicariis, numerariis, ſeu quibuſcunq; curam propriam agẽtibus, quaſcunq; excuſationes pro hoc negocio pietatis cuilibet ex vobis, quibus & relaxatio manſuetudinis noſtræ conceditur, quodcunq; exigere præſumpſerit, aut quiſpiam eorum vobis pro tali cauſa aliquid obtulerit, aut auarus oblata ſibi acceperit, & pro his cauſis quibuſlibet modis aliquid mutilare præſumpſerit: in quadruplum quicquid acceperit, cui noſtra clemẽtia elegerit: vniuerſa reſtituet. De terris autem, vel vineis, quas pro eodem tributo, quicunq; ſupradictorum curam publicam agẽtium vobis priuatis, vel fiſcalibus populis *abſtulit*, vel accepit, fruges aridas, & liquidas, exinde in præteritis annis vnuſquiſque exactor collegit, in ratione ipſius tributi hoc ſibi imputet. Et terras ipſas, vel vineas, vobis de quorum iure ablatæ ſunt, reſtituere non differant. Sic enim dignum eſt, vt huius pietatis noſtræ ſinceritate depromi: ita à cunctis, ſinè exactionis ſtimulo cuiuſq̃ peragatur. Datũ ſub die Calend. Nouẽb. anno fœliciter. 4. regni nr̃i. Toleto.

Lex in confirmatione concil. edita.

IN nomine Domini. Flauius Eruigius rex.

Eximia ſynodalis anthoritas, & veneranda eſt pariter, & tremenda, quæ in tantùm per donum ſancti Spiritus agitur, vt ex diuerſitate multorum animorum, & cordium, vnũ cor

cor vnumq́; animum feciſſe monſtretur. Dum numeroſitas aggregata Pontificum nō per ſententiam diſcrepat, nō per ſtimulum diuerſa obleſtat, nec per iudicium aliud vnus, quā vniuerſitas format. Et ideo reuerendum mihi cōuentum ſynodalis concilij, in cuius medio præſentia ſancti Spiritus ſe habitare permiſit, deuotè venerans, inſtanterq́; honorās ea, q̄ eorum ore, noſtræq́; gloriæ hortatu digeſta ſunt: in notitiam reducimus ſingulorum. Illa dicimus ſynodalis concilij geſta, quæ anno quarto regni noſtri in Toletana vrbe noſcuntur eſſe confecta: quarum inſtitutionum euidētia, ſinè cunctatione omnibus innoteſcant, hic prælegimus ſpecialiter renouanda.

Eſt igitur primus canon. De reddito teſtimonio dignitatis &c. Hic referuntur omnes canones. Quæ omnia præmiſſa ſynodalium conſtitutionū decreta, à præſenti die, vel tempore omni cura, omniq́; vigilantia per cunctas regni noſtri prouincias decernimus obſeruanda. Qualiter & perſpicuū authoritatis validæ faſtigium ſubeant, & perpetuo vigoris ordine ſolidata perſiſtant. Quāobrem ſacræ huius legis oraculo omnibus generaliter religioſis, atq; etiam laicis, ſub regni noſtri ditione manentibus, interdicimus pariter & iubemus, vt prædicta ſynodalia geſta, nullus contemnat, nullus etiam præterire, aut conuellere audeat. Nemo notus harum conſtitutionum iura reſoluat, nemo incognitus neſcientiæ ſe obiectibus excuſare coniiciat. Nam à p̄memorato ſuperius die & tempore, & authoritatis debitæ vigore pollebūt, & inſtitutionum ſuarum regulis cunctorum vniuerſitas adſtringetur. Si quis autem huius noſtræ legis violator extiterit, ac non potius, quę prēmiſſa ſunt cuſtodierit, & diutinam eccleſiaſticæ diſciplinæ excommunionem accipiat, & decimam partem rei ſuæ fiſci partibus ſociandam amittat. Quòd ſi nihil habuerit facultatis, vnde prædictam compoſitionem perſoluere poſſet abſq; aliquo infamio ſui, quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Huius igitur legis noſtrę decretum, quod in confirmatione huius ſacri concilij noſcitur promulgatum, glorioſę manus noſtræ exaratione ſubſcripſimus: & ad perennem memoriam, valorem ei perpetuum innodamus. Edita lex in confirmatione concilij

lij. Toleto, ſub die Idus Nouẽb. Aera. 721. anno quoq; fœlici ter. 4. regni gloriæ noſtræ, in Dei nomine. Toleto.

Finit concilium Toletanum. 13.

CONCILIVM TOLETANVM. XIIII.

ſub Eruigio rege. anno. 5. regni ſui. Aera. 722. à. 17. epiſcopis celebratum.

Incipiunt capitula concilij Toletani. 14. decem & ſeptem epiſcoporum, anno. 5. Eruigij principis facti, & confirmati.

1 *De præmemoratione aggregati concilii, & relatione principalis edicti, quo iuſſum eſt ſynodum agitari.*

2 *De initio relationis, quo concilium, & epiſtolæ Romani Ponti. facere mentionem cœpit.*

3 *De aduerſitate duplici, qua non potuit generale concil. fieri.*

4 *De reſponſis partis noſtræ.*

5 *De iterata diſcuſsione præmemorati concilii.*

6 *De concilii præmemorati honore collato.*

7 *De loco, vel ordine, quo iam dictum concil. colocari oporteat.*

8 *Allocutio ad totius compagem eccleſiæ, de duabus Chriſti naturis inſeparabilibus, & perfectis.*

9 *De duarum naturarum Chriſti voluntatibus, & operibus.*

10 *De hæreticorum contentionibus euitandis: & quòd non diſcutiantur, quæ ſumma ſunt, ſed credantur.*

11 *De communi omnium iudicio, quo reſponſa partis noſtræ firmata ſunt.*

12 *De relatione gratiarum ad Deum, pro peracto concilio.*

In noĩe Dñi, incipiunt geſta ſynodalia, q̃ acta ſunt à præſulibus Carthaginis prouinciæ, aſsiſtẽtibus etiam vicariis.

Cap. I. De præmemoratione aggregati concilii &c.

QVum sereniſsim⁹, & pſpicu⁹ princeps Eruigius glioſus, amator veræ fidei, immo amabilis filius ecclĩæ Chri, pmiſsiõis ſuę nõ ĩmemor, ob cõfutãdã Apollinaris dogma peſtiferũ, de quo ſibi à Ro. præſule fuerat nũciatũ, ſtrenuo, & inuicto ſuę celſitudinis iuſſu nos oẽs pciperet aggregari in vnũ, hoc dedit ſpeciale redictũ, vt quia, ſicut oportebat, p tantæ rei negocio ptractãdo, gñale cõcil. fieri, varia aduerſitatũ incurſio, nõ ſineret, ſaltem adunata prouinciarum cõcilia fierent. Et ſi quidẽ hic primũ à nobis in vrbe regia ſynodũ agerẽt, deinde in ſingulis quibusq; prouinciis ſingulare habeat cõcilium. Quo quicquid hic actũ p Toletanã ſynodum,

dũ,reliqui primarũ ſediũ p̃ſules,ſuorũ vicariorũ relatib⁹ cõperiſſent:id etiã ĩ poſtmodũ ipſi,p diſcreta ꝓuinciarũ ſuarũ cõcilia obſeruarẽt.Sicq; hæc nr̃i cõcilij geſta eſſent illis oĩb⁹ ĩ toto cõia:vtpote ab ipſis edita,atq; ipſis corã poſitis roborata:q̃ vtiq; p legatos ſuos cõfirmanda decreuerant.Quo ex hoc vnũ,& ĩdiuiſibile fieret cũctorũ Hiſpanorũ p̃ſulũ p totã Hiſpaniam, vel Galliã ſynodale edictũ,ex quo omnium metropolitanorũ fuiſſet aſſenſionib⁹ promulgatũ. Nos proin de Carthaginis ꝓuinciæ p̃ſules,anno quo ſupra, ſub die. 18. Calẽ.Decẽb. in p̃memorata eccleſia debitis ordinib⁹ cõſedẽtes,cauſæ hui⁹ ordinẽ,& toti⁹ rei negocia retexẽtes, qb⁹ fueram⁹ Ro.ſedis lr̃is inuitati,ſic patula,& cõi ſum⁹ voce exorſi.

Ca.2. De initio relationis,quo concilium cœpit &c.

CLara oẽs notio pp̃los Hiſpaniæ implet, qd' decurrentis euoluti tp̃is ſerie.p Ro.p̃ſulis baiulũ,geſta ſynodalia ſocietati nr̃æ aduecta ſunt, quibus Cõſtantinopolim Cõſtantio pio,& religioſo pricipe mediãte,magna,& ſublimi copia aggregata põtificũ,in Apollinar. dogma cõperim⁹ fuiſſe decretũ.Cũ quibus quoq; geſtis,Leonis etiã antiqui Ro. Põti. inuitatoria ep̃laris gr̃æ cõſulta ſuſcepim⁹, per q̃ oĩs ordo geſtorũ, geſtaq; ordine dilucido,vt acta ſũt,nr̃is ſenſib⁹ patuerũt.In cui⁹ etiã glorioſo ep̃læ tractu,ad hoc oẽs p̃ſules Hiſpaniæ inuitati ſũnt,vt p̃dicta ſynodalia inſtituta, quę miſerat, nr̃i etiã vigoris manerẽt authoritate ſuffulta: oĩbuſq; p nos ſub regno Hiſpa.conſiſtentibus pateſcerent diuulganda.

Cap.3. De cauſis quare non potuit generale concil.fieri.

HAec ſiqdem toti⁹ allegatiõis illatio, exhibita nobis eſt, tp̃is infeſti vrgẽte p̃ſlura.Quo nõ ſolũ tellus oĩs hyemali ſtricta gelu,glaciali nimium immenſitate duruerat: ſed & tunc quando ẽ uicino ex generali concil. nos abſolutos eſſe conſtabat.Quo gemino exiſtentis cauſæ obice p̃dicto, generaliter iterato,tunc nequiuimus aggregari. Quos & vicina concilij abſolutio propriis ſedibus reddiderat imminutos, & procelloſi temporis aduerſitas non ſinebat iterũ adunari diſperſos.Sed licet in vnũ generaliter colligi per idem tẽpus Hiſpanorũ ſocietas p̃ſulũ nequiſſet: ſparſis tñ ſedibus atq; locis, priuatas geſtorum regulas pertractãdas ſuſcepimus, ſuſceptas perlegimus: approbantes in his, de vtrarunque

leſu.

Ieſu Chriſti filij Dei differentiam naturarum: quo gemina in eo voluntas,& operatio prędicať,recti dogmatis ſenſum inculpādæ diſputatiōis edictū, apoſtolicę traditionis ſtylū.

Cap.4. De reſponſis partis noſtræ.

PLacuit proinde illo tunc tempore apologeticę definitionis noſtrę reſponſis ſatisfacientes Ro.pont. ea ipſa geſta firmare:noſtręq; fidei ſenſum puriſsima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate, & operatione Ieſu Chriſti filij Dei copioſè, & dilucidè inſigniuntur,quę vera ſunt,quę iam vtiq; Ro.patribus per legatos Hiſpa.deſtinata ſunt:tunc nobis id operis reſtat, vt iuxta canonum ſpeciale decretū,quo concil.generale pro fidei cauſis aggregari præcipitur,vtraq; operum geſta, & ſynodi cōſcribantur examine, & decreta conciliorum fulciātur authoritate. Quo iuxta edictum præmemorati principis glorioſi,adunati per ſingulas quaſq; prouincias regni eius conciliorum conuentum,ſynodica iterum examinatione decocta,vel communi omnium conciliorum iudicio comprobata,per ſingula Hiſpa.prouinciarum concilia p̄memorata ſynodi geſta, ſeu etiā eadem partis noſtræ reſponſa, omnium notionem attingant: ſalubri etiam diuulgatione in agnitionem plebium tranſeant.

Cap.5. De iterata diſcußione dicti concilii.

COmmuni proinde iam iudicio placet,quia generaliter in vnum omnes Hiſpa.præſules aggregari nequiuim⁹, ſaltem ſpecialiter diſcretis prouinciis concilia celebremus: quo p̄dicta ſynodi geſta,vel noſtrę partis reſpōſa, & digno probitatis demū decoquantur iudicio,& ſynodico laudabili illuſtreuť titulo. Adeo nos primū oēs Carthaginis prouincię pōtifices pari aīorum iudicio p̄dicta geſta,cū antiqs cōcilijs cōferentes,aſsiſtētib⁹ quoq; nobis vicariis Reuediſ. ſublimiūq; primarū ſediū epōrū.i. Terraconeñ.puin.Cypriani, Narboneñ.Siniſredi,Emereteñ.Stephani, Bracareñ.Liubani,Hiſpaleñ.Floreſindi,iterato ea ipſa geſta probauim⁹. Decretis illis ſynodalibus,& p̄cipuè in oībus cōſona,& Nicenę quidē,Cōſtātinopolitanæ, vel Epheſinę fidei cōcordantia, Calced.verò tū eſſe vnica,vtpote ipſis v̄bis edita, vel libata: q̄ppe q̄b⁹ ſup̄ta videnť penè oīs ipſi⁹ ſtyli p̄currētis materia.

Cap.

Cap.6. De dicti concilii honore collato.

ET ideo ſupra dicta acta cõcilij,in tñ à nobis veneranda ſunt,& recipiẽda cõſtabunt:inquãtũ à pmiſsis cõcil. nõ deſciſcũt: immo inqtũ cũ illis cõcordare videãtur. Habebũt érgo ſui ordinis locũ, quę ſublimationis habẽt & meritum. Vnde his cõciliis ea ipſa ſubnectẽda decernim⁹,quorũ & au choritate fulta probamus.

Cap.7 De loco, & ordine, quo dictum concil. collocari oportet.

POſt Chalce. igiť cõciliũ, hęc debito honore, & loco collo cãda ſũt. Vt cui⁹glorioſo themate fulgẽt, eo etiã loci, & ordi nis ęquo aptenť honore. *Ca.8. De duab⁹ Chriſti naturis definitio.*

AT nũc, nõ quib⁹ loqui ad cor Hiĺm diuina voce pcipi-tur, id nobis deputatũ gregẽ Chri monem⁹, id etiã oib⁹ ad ęternę vitæ portũ feſtinãtib⁹ pdicam⁹, breui admodũ definitione collecta, vt in vna Chriſti filij Dei pſona, duarũ na turarũ indiuiduas, pprietates agnoſcãt: ſicut indiuiſas, atq; inſeparabiles, ita incõfuſas, & incõuertibiles pmanere, vnã Deitatis, alterã hoĩs. Vnam, q̃ ex Deo Patre eſt genitus, alte rã, qua ex Maria virgine generatus. Vtraq; érgo gñatio ple na, vtraq; pfecta. Nihil min⁹ ex deitate habens, nihil imper fectum ex humanitate ſuſcipiens. Non naturarum geminatione diuiſus, non perſona geminatus: ſed plenus Deus, pleniuſq́; homo abſq; omni peccato, in ſingularitate pſonæ vn⁹ eſt Chriſtus. Vnus igiť in vtraq; natura cõſiſtens, & diuinitatis ſignis effulget, & humanitis paſsionibus ſubiacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex matre eſt genitus: cùm tamen aliter de patre, aliter de matre ſit natus. Ipſe tñ in vtroq; naturarũ gñe nõ diuiſus, ſed vnus: idẽq; & Dei, & hoĩs filius. Ipſe viuit moriẽs, ipſe moritur viuens. Ipſe impaſsibilis patiens, ipſe paſsioni non ſubiacens. Nec deitate ſuccumbens, nec humanitate paſsioni ſe ſubtrahens. Habens ex deitatis natura nõ poſſe mori, habens ex humanitatis ſubſtantia, & nolle, & poſſe mori. Ex vna immortalis habetur, ex altera mortalium cõditione reſoluiť. Habens in æterna diuinitatis voluntate, quo ſuſceptũ hoĩem ſumeret, habens in ſuſcepti hominis voluntate, vt humana voluntas Deo ſubdita eſſet. Vnde & ipſe dicit ad Patrem. Pater non mea voluntas, ſed tua fiat. Alteram videlicet oſtendens voluntatem diuinita

FF tis.

tis,qua ſuſcept⁹ eſt homo,alterã hoĩs,qua obediẽdũ eſt Deo.

Cap.9.De duabus Chriſti naturis, voluntatibus, & operibus.

ET ideo ſecundum harum duarum differentiam naturarum,duarum quoque inſeparabilium proprietates prædicandæ ſunt voluntatum,& operum.

Cap.10.De hæreticorum contentionibus euitandis.

SCiẽtes igitur hãc ſolã eſſe fidei cõfeſsionẽ,q̃ vincat infernum,quæ exuperet tartarũ,de hac ẽm fide à Dño dictum eſt: Portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam : ideo oĩbus dicim⁹,oĩb⁹ inclamamus,vt caueam⁹ hæreticorũ muſcipulas effugiam⁹ dogmatis cãceroſi venena. Verbis illis, qb⁹ diſpẽſatio humanitatis Chrĩ aſtruĩt,nõ nobis inaniũ q̃ſtionũ tẽdicula pparemus:qb⁹ inanis gl̃iæ cupidi,diſcutere audemus,q̃ ſumma ſunt. Neq; ẽm,q̃ ſunt diuina diſcutiẽda ſunt: ſed credẽda.Non enim ſe Deus diſcutere iubet,ſed credere. Credimus ergo nõ ſenſib⁹ nr̃is: ſed indubitatis cõciliorũ priſcorũ dogmatibus iam pmiſsis.Si quis igiĩ Ieſu Chr̃o Dei filio ex vtero Mariæ virginis nato,aliqd aut diuinitatis minuit, aut de ſuſcepta humanitate ſubducit,excepta ſola lege peccati, & nõ eum verum Deum,hominẽq; perfectum in vna perſona ſubſiſtentẽ,ſynceriſsimè credit, anathema ſit.

Cap.11.De communi omnium iudicio,quo prædicta firmata ſunt.

ILla igiĩ apologetica defenſionis nr̃ę reſpõſa,q̃ ob iſtorum cõfirmatiõem ſunt edita,p multorũ inſtructiõe,& vtilitate eccl̃iaſticæ diſciplinæ,ſimili honoris, & reuerẽtię vigore firmam⁹,atq; ad vicẽ decretaliũ epl̃arũ ea pmanẽda facim⁹.

Cap.12.De relatione gratiarum ad Deum.

DAntes in his gloriam ſoli Deo oĩpotẽti viuo,& vero,in Trinitate regnãti:Patri,& Filio, & Spũi ſancto. Cuius dono mutuis pſentiæ repſentati aſpectib⁹, & fraternis viſibus hilares : & votorũ ſpiritualiũ effectib⁹ opulẽtius efficaces,cui⁹ gl̃ię immẽſitatẽ expoſcimus,vt gl̃ioſo principi nr̃o Eruigio regi,ſub cui⁹ pace,pax ſeruaĩ eccleſię,florẽtis regni diutina tpis ſpacia pbeat.Quo poſt hęc pſentia ad regnũ futuræ gl̃ię nobiſcũ cõregnãdus accedat. Præſtante Deo nr̃o, cuius regnum manet in ſecula ſeculorum. Amen.

Peractũ cõciliũ die Dñico,ſub die.12. Calẽd.Deceb. anno quo ſuprà. Interfuerũt huic ſancto cõcilio,Põtifices,nume-

ro.

ro.17.id eſt, Iulian⁹ vrbis regię metropolitan⁹ eps &c. Item abbates.numero.6. Item vicarij epiſcoporum.numero.10.

Finit concilium Toletanum.14.

CONCILIVM TOLETANVM. XV.

factum Aera.727.à.61.epiſcopis.ſub Egica rege.

IN noīe Dñi.Incipit ſynodus Toletana.15.61.eporum, acta anno primo ſereniſs.& orthodoxi Egicani principis: ſub die iduum Maij. Aera.727.

Apud vrbē Toletanam,in eccľia p̄torięſi ſanctorum Apoſtolorũ Petri,& Pauli,oēs Hiſpaniæ,Galliçq; pōtifices, aggregati,dum cunctis reſidētibus in aſpectu ſingulorum,ſeſe in alterutrũ charitas diffuſa mōſtraret, alternisq; vocib⁹ relatio gratiarũ Deo reddita ſonuiſſet:adfuit idē ſereniſs.Egica princeps,placida deuotionis arce ſublimis, & cernua culminis reclinatione laudabilis. Quiq; in medio pontificum poſitus,humoq; proſtratus,ſacerdotum Dei ſe commendat orationib⁹. Deinde ſurgēs, & ſufficiēti exhortatione cōcil. alloquēs, inuexa tomo ſui culminis vota, Dei ſacerdotibus tradidit relegenda. Ecce inquiens, beatiſsimi patres, omne quod loqui me vobis, aut circunlocutio oneroſa cohibuit, aut cōmunis ſermo forſitā explicare non ſinit,hīc breui ſtylo complicui:hīc liquida renotationis inſinuatione conieci. His quæſo attendite,hæc pertractate,his deliberationis ſerte inconuulſibilem ſanctionem. Tunc nos oblatũ à rege tomum ſuſcepimus,& dantes Deo gloriã,eidem principi benediximus. Quo diſcedente, hęc in iam dicti tomi complicatione reperimus.

IN nomine Domini.Flauius Egica rex reuerendiſs. patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.

Ecce ſublimiſs.patres,& cæleſti iure mihi honorandi pōtifices, ſpecioſum veſtri ordinis adiēs cœtũ,illa plus efferor potētia gaudiorũ,quo in medio vr̄i poſitũ nō ambigo Dñm Ieſum Chr̄m:eius quippe ſermonib⁹ fidē accōmodās, quib⁹ ait: Vbicũq; fuerint duo,vel tres in nomine meo collecti,ibi ero in medio eorũ. Tanta ſpei huius fiducia feror, vt quicquid fuerit veſtra ſententia cautum, non niſi eo dictante credam exorſum. Non ergo pudebit me illic cordis pandere ſinum ex quo vbertim manant riuuli ſanitatum. At-

tendite iam iam vnde cor ſerenitatis nr̄ę exęſtuat, vel qb' ex cauſis mœſti pectoris anguſteĩ dolore. Illud mihi primo in loco dicēdū occurrit, ꝙ diui patris nr̄i, & ſoceri regulæ ſortientes faſtigium, gemina me ſentio iuramenta reddere implicitum. Ita vt ſi vnū ex his obſeruantiæ cautela cõſeruem, ex alio nihilominus in periurij crimen videar recidiſſe. Egit, em̄ idē diu' præceſſor nr̄ Eruigi' princeps, inter cætera, quibus me incautū, ineuitabili cõditionum ſacramēto adſtrinxit, cū adhuc glorioſam filiā ſuā cõiungendā eligeret, vt omnimoda ſacramēti me taxatiōe cõſtringeret, quo pro oī negocio filiorū ſuorū, ita me ipſum opponēdo ſolicitus eſſem, qualiter eorū cauſę ad victoriā puenirēt: & quicqd mihi pro quibuſlibet cauſis imperaſſet, in oīb' iuſſa ei' implerē. Hęc inquā iam dicto principi ſub iuramēti cautione promittēs, aliud econtrà me tēpore mortis ſuæ impegit, aliud agere impulit, ſcilicet: vt non antè regnum adirem, niſi primùm ſtrictis me iuramentorum vinculis alligarē, vt iuſtitiā cõmiſsis non negarē. Acta ſunt iſta, & ſpeciali conditionum probantur nexib' illigata. Quarū etiā duarum cõditionū ineuitabilem, & ſibi cõtrariā ſeriē, & illarū, quas ob profectionem filiorū ſuorū mihi exegit, & iſtarū, quas ob prçelectionem regni mihi exigēdas inſtituit, paternitatis vr̄æ ptractādas conſultib' deſtinaui. Petēs vt etiā benedictionib' vr̄is regno confirmatus inhæreā: & ſanctionis vr̄æ regulis viā, qua diſcreto calle periurij gradiar, informatus agnoſcā. Nō enim potero piurij effugere notam, ſi aut iam dicti principis contra *iuſtitiam* defendēdo prolem, nō reddidero populis veritatē: aut propter veritatē populorū zelās negocia, promiſsionis meę erga filios ei' nō impleuero vota. Addit ſup hoc, vt fert, pſſurarū ei' in pleroſq; acerbitas, quos indebite reb', & honore priuauit, quos de nobili ſtatu in ſeruitutem ſui iuris implicuit, quos tormētis ſubegit, quos etiā violentis iucidiis pſsit. Pro quib' oībus hæc adhuc inſup vox in q̄rimoniā venit, ꝙ oēm populū regni ſui, ob tuitionē filiorū ſuorū iurare compulſerit, & ex hoc cūctis quaſi aditū reclamādi obſtruxerit. His omnibus preſſurarū vocibus tabido anxietatis ſtrepitu occupatus, cupiēs periclitationis huius elaqueari periculo, fiducia illa, qua vobis vicinū eſſe Deum nō ambigo, veſtris

hæc

hęc ptractāda ſenſib⁹,veſtriſq́; iudiciis dirimenda cōmitto. Nam & cęteras cauſarū voces, reliquaſq; iurgantium actiones,q̄ vr̄o ſe cœtui dirimendæ ingeſſerint,vr̄is opto iudiciis cōſopiri. Cōteſtans gn̄aliter omnes,& vos ſacroſanctos cęleſti iure pontifices, & vos regalis aulæ viros nobiles, & illuſtres,per ineffabile illud ſanctæ Trinitatis, & indiuiduum ſacramentū,& per Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti ſanguinē precioſum,ac diem futuri iudicij pertremendū,vt in his oībus cōmemoratis negociorū capitulis,repulſa omni acceptiōe muneris,vel fauoris,fideli cōſcientię oculo intendatis.Quòd in elucubrandis vocibus,& negociis vniuerſis, ita operam detis:ne à iuſtitiæ tramite vllo modo decidatis. Vt dum inflexibili ęqualitatis culmine iudicia vr̄a ſeſe in conſpectu Domini placitura direxerint,& mihi de admonitione lucrum, & vobis pro æmulatione iuſtorum iudiciorum proueniat gaudium exoptatum. Datum ſub die.

Agnita igiť huius tomi ſerie,vel plecta,primū illud nobis ordine cōſequenti occurrit,quo primitias nr̄i ſpiritus Dn̄o conſecrātes,collationis nr̄ę primordia à ſanctę fidei ſoliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur, & definitam à patribus fidem,pia confeſsione fatētes,ſicut eam Nicena ſynodus ſanxit,ſicut Conſtantinopol. primùm aggregatio addidit,vel Epheſini cœtus Cyrillo pręſidente traditio protulit, atque etiam Calcedoneñ.concil.declarauit,ſic etiā eā tenendam omnibus prædicamus,ſicut & per traditum a patribus ſymbolum profitemur, ac dicimus.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cæli & terræ &c. *Cap.1.*

POſt hui⁹ igiť pię cōfeſsionis prolatā deuotis vocib⁹ regulā,ad illa nos illico cōuertimur intuēda capitula,pro quibus muniēdis,ante hoc bienniū beatę memorię Rom. Papa Benedict⁹ nos literarū ſuarū ſignificatione monuerat. Quę tn̄ nō in ſcriptis ſuis adnotare curauit,ſed homini nr̄o verbo renotanda iniunxit:ad qd' illi iam eodē anno ſufficiēter cōgruere reſpōſum eſt.Nos tn̄ nunc eandem renotationē hoīs nr̄i ſtudioſi⁹ relegētes, inuenim⁹,ꝙ in libro illo reſpōſiōis fidei nr̄ę,quē p Petrū regionariū Ro.eccleſię miſeram⁹,id primū capitulū iā dicto Papę incautè viſum fuiſſet à nobis poſi

tum. Vbi nos ſecūdū diuinā eſſentiā dixim⁹, volūtas genuit voluntatē, ſicut & ſapiētia ſapiētiā. Quod vir ille incurioſa lectionis trāſcurſione præteriens, exiſtimauit, hæc ipſa nomina .i. voluntatem, & ſapientiam, non ſecundū eſſentiā, ſed aut ſecūdū relatiuū, aut ſecūdū cōparationē humanę mētis, nos poſuiſſe: & ideo ipſa renouatione ſua, ita nos admonere viſus eſt dicens: Naturali ordine cognoſcimus: quia Verbum ex mēte originē ducit, ſicut ratio, & voluntas, & côuerti nō poſſunt, vt dicatur: quia ſicut verbū, & volūtas de mente procedunt, ita mēs de verbo, aut voluntate: & ex iſta cōparatione viſum eſt Rom. Pōtif. voluntatem ex voluntate non poſſe dici. Nos autē nō ſecūdum hanc comparationē humanæ mentis neq; ſecūdū relatiuū, ſed ſecūdū eſſentiā dixim⁹: volūtas ex volūtate, ſicut & ſapiētia ex ſapiētia. Hoc eñ ex Deo eſſe quod velle, hoc velle quod ſapere. Quod tñ de hoīe dici nō poteſt. Aliud quippe eſt hoī, id quod eſt, ſine velle, & aliud velle etiam ſinè ſapere. In Deo autem non ita eſt: quia ſimplex ibi natura eſt: & ideo hoc eſt illi eſſe, qđ velle, quod ſapere. Quapropter, qui poteſt capere volūtatē ex voluntate ſecundum eſſentiam nos dixiſſe, non de huiuſmodi laborabit propoſita quęſtione. Quod etiam in iam dicto reſponſionis, & fidei noſtræ opuſculo, ſollicitè legentibus, & intelligentibus claret. Vbi & appoſita illic beati Athanaſij ſentētia id ipſum nos debere ſentire pronūciat, dicēs. Hanc de Deo religioſæ opinationis ſententiam retinemus: vt non aliud eius voluntatem, aliud credamus eſſe naturam. Si ergo ſecundum quod hic doctor dicit, id deberemus ſentire: vt non aliud Dei voluntatem, aliud credamus eius eſſe naturā, hoc ergo eſt eius volūtas, quod & natura, hoc natura quod ſubſtantia, vel eſſentia. Filius igitur Dei, de eſſentia patris natus eſt, eſſentia de eſſentia, ſicut natura de natura: & ſubſtantia de ſubſtantia. Et tamē nec duę eſſentiæ, nec duę ſubſtātię, nec duę naturæ poſſunt dici: ſed vna eſſentia, natura, atq; ſubſtātia, ſicut & lumen de lumine, nō duo lumina, ſed vnū lumē, ſicut eſſentia de eſſentia, nō duę eſſentię, ſed vna eſſentia, ſicut natura de natura, nō duæ naturę, ſed vna natura: Sic & volūtas de volūtate, nō duæ volūtates, ſed vna volūtas. Quia nō eſt aliud Dei volūtas, aliud ei⁹ natura: qđ iam ſupe-

ſuperius Athanaſio doctore firmatũ eſt. Ac pinde, qcqd de Deo ſecũdũ eſſentiã dicit, cõiter in ſingulis pſonis cõuenire videt, ſicut ſapiẽtia, & fortitudo, vel cętera. Quia & Pater ſapientia, & Filius ſapiẽtia poteſt dici. Fortitudo quoq;, & Pater, & Filius põt appellari: quod ſecũdũ illam cõparationẽ humanę mẽtis nullo modo põt dici. Quia, verbi gratia, mẽs ſi in pſona pr̃is ponat, verbũ iam ex mẽte prodiẽs filius intelligit: & volũtas procedens ex mẽte, & verbo, Spiritus ſanctus ſignificatur. Nec tamen recurrit, vt poſsit dici, vt aut mens, quæ in ſignificatione Patris eſt poſita, Filio, vel Spiritui ſancto conueniat, aut verbũ, quod ſolùm Filius intelligitur Patri, vel Spiritui ſancto comparetur: aut voluntas, quæ in perſona Spiritus ſancti accipitur, aut Patris, aut Filij perſonæ conuenire dicatur. Sed ſic ſingula ſingulis ſecundum comparationem humanæ mentis conueniunt: vt vnũquodq;, qd' ex eis vnus dicitur, alius penitus non dicatur, ſicut & relatiuo vocabulo Pater noiat: nõ eſt ipſe, qui Spirit' ſanctus, nec Spiritus ſanctus ipſe eſt, qui Pater, aut Filius: ac per hoc illa omnia, quę cõparatiuè aſſumuntur. Ideo ſecundum cõparationẽ humanę mẽtis dicũtur, vt quoquomodo ad contuendum illud diuinæ Trinitatis ineffabile ſacramẽtum humana infirmitas excitetur. Secundum hanc igitur cõparationem, putati ſumus dixiſſe, voluntas ex volũtate: quod vtique dici, vel ſentiri, abſurdiſs. eſt. Ac proinde longè alia eſt regula, qua de Deo aliquid ſecundum eſſentiam dicitur aliud. *Multa hic deſiderantur.*

Diuus Paulus: Non conſenſi, inquit, carni, & ſanguini. Alloquutus eſt autem eos, qui ſunt ex Iſrael pontifex Moſes: In. 75. animabus deſcenderunt patres tui in Aegyptum: ſed non idcirco dixeris, quòd nudæ, & ſinè carne animæ in Aegyptum deſcenderunt: nec porro quod inanibus corporibus, & ſolis carnibus ſalutare ſuum Deus indulſerit. Quoties igitur audimus carnem factum eſſe Verbum, hominẽ intelligamus, ex anima, & corpore factum: &c.

Caput. 2.

ITem ſanct' Auguſ. in libro quęſtiõ. cõtra Apollinariſtas, ſic dicit: Si vbicũq; caro fuerit nominata, & anima tacita

ſic intelligẽdum eſt, vt anima ibi nõ eſſe credatur, nec *illi* habebunt animã, de quibus dictũ eſt: Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Et illud in Pſal. Ad te omnis caro veniet. Et *illud* in Euangelio: Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei non pereat: ſed habeat vitã æternã. Vnde intelligitur, ſolere homines per nominationẽ ſolꝰ carnis ſignificari: vt ſecundũ hanc locutionem etiam illud poſſit intelligi, vt quod dictum eſt: Verbum caro factũ eſt, nihil dictum ſit, niſi Verbũ homo factus eſt. Sicut em̃ à parte totum plerunq; nominatur, ſola anima homo intelligitur, ſicut & illud: Tot animæ deſcẽderunt in Aegyptum: ſic etiam à parte totum, nominata ſola carne, homo intelligitur.

Caput. 3.

ITem, ipſe in libro ἐγχειρίδιον, dicit: Verbum caro factũ eſt, à diuinitate carne ſuſcepta, nõ in carne diuinitate mutata. Carnẽ qppe hic hoĩem debemꝰ accipere, vt parte totũ ſignificãte locutione, ſicut dictũ eſt: Qm̃ ex opibus legis *nõ iuſtificabit* oĩs caro. i. oĩs hõ. Quapropter hęc eſt patrũ *plena*, ſcripturarũ more, libata ſñia: vt cũm à parte totũ, vna q̄libet hoĩs aſſumpti in Chriſto ſubſtãtia noĩat: illic ſtatim, & altera intelligat. Nã etſi vna ſecundũ hũc tropũ taceat, & alia dicatur, duæ tñ nihilominꝰ intelligunt. Nemo érgo iam dicat, cũ audit totũ hoĩem à parte poſſe intelligi, nõ debere tres in Chriſto ſubſtãtias profiteri: cũ iſto gñe locutiõis aliud ex altero cogat intelligi. Nihil érgo diuerſitatis eſt, ſiue tropicè vna, ſiue ꝓpriè gemina hoĩs noĩat ſubſtãtia: cũ vtraq; *locutio* hoĩem à Deo aſſumptũ nõ niſi in duabꝰ ſubſtãtiis nos intelligere, & cõfiteri ꝑmittat: ac ꝑ hoc tres in Chr̃o ſubſtantias ꝓfiteri ille nõ dubitabit, qui hãc rationẽ *plena* agnitione didicerit. Cęterũ vbi nõ tropicè, ſed propriè hi patres hominem totũ à Chriſto ſuſceptũ eſſe fatẽtur, ſic in ſuis tractatibus poſuerũt.

Cap. 4.

BEatus em̃ Cyrillꝰ in ſupiori libro, q vocat Scolia, ſic dicit: Vbi veritatẽ triũ ſubſtãtiarũ Chr̃i, figura veteris *teſtimonij* aptè cõuincit. Sic em̃ ait: Quòd vnito Dei verbo *veræ* humanitati, incõfuſę tñ ſubſtãtiæ ꝑmãſerũt. Erectũ eſt ſecũdũ Dei volũtatẽ ſecũdũ tabernaculũ ꝑ deſertũ, & in eo multis modis formabat Emmanuel. Ait igit Deꝰ oĩpotẽs ad diuum

Moſen:

Moſen: Et facies arcam teſtimonij ex lignis imputribilibus duorum cubitorum & dimidij longitudinem, & cubiti & dimidij altitudinē, & inaurabis eam auro puro: extrà & intrà inaurabis eam. Sed lignum quidem imputribile ſit figura corporis incorrupti. Imputribilis enim cedrus. Aurum verò quaſi materiis aliis p̄ciosior, diuinæ nobis indicat ſubſtantiæ maieſtatem. Attende igitur cùm arca tota inaurata ſit auro puro extrà, & intrà, adunatū fecerit quidē ſanctę carni Deus verbum: & id eſt, vt opinor, arcam fuiſſe extrà inauratam. Quod verò eſt, animam rationalē, quæ corpori inhęreat propriā fecerit, ex hoc apparet, quòd intrà arcam præceperit inaurari. Quòd autē naturæ, ſiue ſubſtantiæ inconfuſæ manſerūt, hinc ſcimus, aurum enim ſuperpoſitum ligno manſit id, quod erat: & ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum eſſe non deſiit.

Item ſanctus Aug. in lib. de Trinit. idipſum exprimens, dicit: Sic Deo cōiungi potuit humana natura, & vt ex duabus ſubſtantiis fieret vna perſona, ac per hoc iam ex tribus Deo, anima, & carne. Hęc igitur ſanctis Patribus nos docentibus, & veram locutionis regulam nobis inſinuantibus, videant iam tandem, & ſentiant, qui ſine fauore partium iudicant: quæ pars poterit eſſe tutiſsima (licet in neutram partem poſsit cadere culpa) vtrùm ne illa, quæ in Chriſto Dei filio vnam verbi, alterā hominis, à parte totum, ſubſtantiā profitetur: an iſta, quæ propriè totum hominem in duabus ſubſtantiis verbo Dei adunatum fuiſſe fatetur. In illa enim parte, quę à parte totum hominem intelligi volet, poteſt hęreticorum dolus latêre, vt vnā quālibet ex his ſubſtantiam nominans, aliam ſupprimat: ſicque quod ore profitetur, nec corde profiteatur, ſicut Apollinaris, qui negat Dominū Ieſum humanā animam habuiſſe, vel Manichæus negans in Chriſto aſſumpti corporis veritatem. In hac verò noſtra profeſsione, vbi præmiſſa verbi ſubſtantia, ſpecialiter duas hominis in vna Chriſti perſona ſubſtantias profitemur, nullus poteſt accidere, vel ſuſpicari fraudulentiæ dolus, quādo euidēter in Deo aſſumptus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars eſt, quæ totum dicit, quàm quæ aliquid ſupprimit. Et plus caret, quod p̄priè dicitur, quàm quod arcta tro

FF v picè

tropicè locutione firmatur. Sed fortè nos ſoli hoc dicimus, quod maiorũ ſententia non probatur. Iudicem ergo Auguſtinum ſi cõplacet aduocemus: & quam partem contra hæreticos munitiorẽ eſſe pronũciat, videamus. Sic enim in tractatu ſymboli dicit: Tẽporali diſpenſationi Dominicę multis modis inſidiantur hæretici. Sed quiſquis tenuerit catholicam fidem, vt totum hominẽ credat verbo Dei eſſe ſuſceptum, id eſt, corpus, animã, & Spiritum, ſatis cõtra illos munitus eſt. Ecce ſpiritualis ſpiritualiter, vereq; cõſiderans, iudiciũ protulit, ſententiã fixit, munitiorẽ, & tuitiorẽ partem illam eſſe pronuncians, quæ cõtra hæreticos totum hoĩem à verbo Dei ſuſceptũ in duabus ſubſtantiis carnis animęq; defenderit. Sed fortè iam aliquis dicat: iam hîc tria hominis innata. i. corpus, anima, & Spiritus. Tria quidẽ dicũtur, ſed duo ſunt: ſicut ab eodẽ doctore in prædicto ſymboli tractatu cõuincitur. Tria ſunt, ait, quibus homo conſtat, Spiritus, anima, & corpus: quę rurſus duo dicũtur, quia ſępe anima, ſimul cũ Spũ noĩatur. Pars eñ quędã eiuſdẽ rationalis, qua carent beſtię, Spiritus dicit. Quod etiã in epiſtola ad Petrũ dilucida manifeſtatione exequit, ꝙ Spũs, & anima, vtrunq; ſint vnũ: & vnius eſſe ſubſtãtię ſentiantur. Dicit enim, duo quędã eſſe animã, & ſpiritũ ſecundũ id, qđ ſcriptũ eſt: Abſoluiſti à Spũ meo animã meã, & vtrũq; ad naturã hominis pertinere: vt totus hõ ſit, Spũs, anima, & corpus. Sed aliquãdo duo iſta ſimul noĩe nuncupari animę, quale eſt illud. Et factus eſt homo in animã viuam: vbi quippe, & Spiritus intelligitur. Itemq; aliquãdo vtrũq; nomine Spũs dici, ſicuti eſt. Et inclinato capite tradidit ſpũm: vbi, & anima neceſſe eſt, intelligatur & vtrunq; vnũ, & vnius eſſe ſubſtantię. Ac per hoc nõ anima, & Spiritus, ſed anima, & corpus duo ſpecialis hoĩs ſubſtãtię ſunt: quę & diuerſæ dicunt. Nos, ꝓinde iam dicto fidei nr̃æ opuſculo, Apolliniſtarũ hæreſi reſpondẽtes, tres in Chr̃o ſubſtãtias diximus, qđ & maiores nr̃os docuiſſe mõſtramus. Honorãtes, videlicet, & ſequẽtes ſententiam doctoris egregij Hiſpalẽ. ſedis epi, quã in libris ſuis de differẽtia naturæ Chr̃i, vel noſtra, diſſeruit, vbi ait: Nos ex duabus ſubſiſtim⁹ ſubſtãtiis, corporis, videlicet, atq; animæ ille ex tribus, verbi, corporis, atq; animę. Inde eſt, quòd per

fectus

fectus homo, perfectus prædicatur & Deus.

Hæc igitur perparua de Patribus exẽpla libauimus: vt in breui ea, quę cõpetunt mõſtraremus. Cęterũ, qui hęc adhuc intẽtius legẽdo quęſierit, plurima colligere poterit. Iam verò ſi impuderata quis frõte, nec his Patribus cedat, & vnde ſe ea libauerint inſolens ſcrutator exquirat, Euangelicis ſaltem vocibus credat, quibus has tres ſubſtãtias ſibi ineſſe Chriſtus ipſe pronunciat. Interrogatus enim à Iudæis: Tu quis es? reſpondit: Principiũ, qui & loquor vobis. Ecce habens vnã ſubſtantiã deitatis, reſtant duæ ſubſtantiæ hominis. Vt enim verã carnem hominis ſuſcepiſſe mõſtraret, palpandũ ſe diſcipulis prębuit, dicens: Palpate, & videte, quia Spiritus carnẽ, & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere. Ecce expreſſa eſt ſubſtãtia carnis humanę. Itẽ, vt animæ humanæ ſubſtantiã ſuſcepiſſe mõſtraret, dixit: Poteſtatem habeo ponendi animã meã, & poteſtatẽ iterũ ſumendi eam. Ecce tres in vna Chriſti pſona ſubſtãtias, incõfuſẽ, & inſeparabiliter adunatas, deitatis, videlicet, atq; humanitatis, Euangelicis oraculis approbãtes, oẽs vno ore fatemur, & præfixa ſẽtentia prædicamus, confitentes, videlicet, ſm̃ Chalcedoñ. Concil. eundẽ Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ perfectũ in diuinitate, perfectũ eundẽ in humanitate. Deum verũ de Deo vero, eundẽ hominẽ verũ ex anima rationali, & corpore. Secundũ humanitatẽ eundẽ vnius naturę nobiſcũ, per omnia ſimilẽ nobis abſq; peccato. Ante ſecula quidẽ ex Patre natũ ſecundũ diuinitatẽ: in nouiſsimis verò diebus eundẽ ꝓpter nos, & propter noſtrã ſalutẽ ex Maria virgine Dei genitrice ſecundũ humanitatẽ: vnũ, eundẽq; Chriſtum filiũ Dei vnigenitum in duas naturas incõfuſe, immutabiliter, indiuiſẽ, inſeparabiliter cognoſcendũ. In nullo naturarũ differẽtias propter vnitatẽ perimẽdas. Magis autẽ ſalua vtriuſq; naturę proprietate, & in vna coeunte perſona, vnoq; ſtatu concurrente, non in duabus perſonis partiendũ, vel diuidendũ, ſed vnũ, eundẽq; filium vnigenitũ Deum, verbum, Dñm Ieſum Chriſtum. Iam verò ſi quis contra hæc vlterius non inſtruendum, ſed contrarium, ſeu hic redditæ rationi præbuerit, damnationem præfati Concilij ſuſtinebit.

TErtium ſanè, quartũq; cap. cõtuentes, non ſolũ ſenſum ſed

ſed & ipſa penè verba ex libris beatorum Ambroſij, & Fulgentij nos prælibaſſe monſtramus: quibus & prædictos viros dogmatizaſſe ſcimus: quos, quia celebres in toto orbe doctores fieri acta eccleſiarum Dei vota percenſent, non illis eſt ſuccenſendum: ſed potius ſuccũbendum. Quia omne, quod contra illos ſapitur, à rectæ fidei regula aborrere ſentitur. Has ſanè quatuor ſpecialitates capitulorum, quæ, vt à nobis ſolida efficerẽtur, hortati ſunt qd à quo fuerit doctore prolatum: congeſto in vno reſponſionis noſtrę libro, catholicorum dogmate Patrum, ante hoc biennium parti illi porreximus dignoſcendum. Iam verò ſi poſt hæc, & ab ipſis dogmatibus Patrum, quibus hæc prolata ſunt, in quocunq; diſſentiant: non iam cum illis eſt amplius contendendum, ſed malorum directo calle inhærẽtes veſtigiis, erit per diuinum iudicium amatoribus veritatis reſponſio noſtra ſublimis: etiam ſi ab ignorãtibus æmulis cenſeatur indocilis.

Cap. 5.

His itaq; ſuper ſanctæ fidei profeſsionem explicatis, ad contuendam illarum ſeriem conditionũ nos vertamus, quarũ nexibus illigatus prædictus princeps fuerat. Etenim tempore, quo diuinę memorię Eruigius Princeps hunc præſentem dominum noſtrum Egicam Regem ad copulam filiam ſuã ſubſtituit, his eum primùm ligaminibus implicauit. Clara igitur pronunciantur voce, earundem conditionis nobis textu præcognito. Inuenimus illic tunc implicata vincula quædam iuramenti innexa, vt difficulter *mens* iurantis ab eorum ligatione ſit libera: etiam ſi eſſet à regni curis, & ſolicitudinibus aliena: quorum textrinij euidens ligatura, inter cætera connexionum capitula, his verbis habentur expreſſa.

Circa cognatos meos, filios veſtros, quos de glorioſa coniuge veſtra domina mea Liubigottone Regina progenitos habere videmini, tam charũ me amicum in ſyncera mentis dilectione ſine fraudulẽta calliditate exhibita eſſe *polliceor*, & ita cum eis in affectu dulcedinis charitatis *omnibus* diebus vitæ meæ viuere ſpondeo, vt nec ipſos, nec partẽ eorum pro quibuſlibet cap. aut ordinibus, vel occaſionibus, quoquolibet tẽpore inquietari, aut ſtimulari debeam. Nec

vllum

vllum dolorem, vllamq; malitiam in corde, vel animo meo contra eos amodo, & deinceps quandoq; retinebo, aut ex cogitabo. Neque aliquam occaſionem, neq; argumentum enutribo: per quod aut præfata ancilla veſtra ſponſa mea, ſiue iam nominati filij veſtri, qui de toties dicta clemētiſ. coniuge veſtra domina mea Liubigottone Regina, ꝓgeniti ſunt aut in maximum, aut in modicum conturbentur, vel ſtimulentur, exceptò propter iuſtiſsimas cauſas, vnde legalis mihi veritas patuerit: quas, vt cū charitatis affectu ad eoſdem cognatos meos quærere debeam, mihi licentiam reſeruo, & de tam promptiſsima dilectione, & charitate eorum nunquam recedebo. Nam & pro cauſis eorum, quas ipſi contra quaslibet perſonas habuerint, aut ſi quicūq; cōtra eos, pro quibuſcunq; rebus intenderint: ita vſq; ad vixero in eorundem filiorum veſtrorum adiutorio cum omni mentis meæ intentione inquantum valuero, & Deus dederit mihi poſſe exurgebo, & intendam, veluti ſi pro cauſa mea propria: vt nec illi damnum, aut perditionē quancunq; ſuſtineant, & negocia eorum cum Dei auxilio me intendente, agente, & proſequente celeriter ad effectum perueniant &c.

Perlectis his igitur conditionibus, quæ diuæ memoriæ Eruigius Princeps præſenti Principi noſtro, ob ſuorū tantùm filiorum vindicationem extorſerat: aliæ iterū conditiones ex communi voto ſeſe nobis retractandę obiiciunt, ad quas præfatus Princeps Egica in regno adſcitus iuramentorum ſuorum Deo reddidit vota, cùm ſe iuſtitiam populis redditurum promiſit. At ne quenquā contra iuſtitiam læderet, iuſiurandi atteſtatione deuouit. Prima igitur conditionum illarum ſeries pertractata, multis his ſecundis cōditionibus videntur eſſe contraria. Quomodo enim pro cognatis cauſaturus exurgens, decertantibus cōtra eos dabit iuſtitiæ palmam: ſi ipſe contra eos ſentētiam ſuam defendat: aut ſi ipſe, ſicut iurauit, negociis ſit obiector, quis expectabitur iudicij terminator? Aut quomodo data in populis iuramenta ſeruabit? Vt nullum, ſicut eſt pollicitus, contra iuſtitiam grauet: ſi intantùm cognatis protectionis adminicula præſtat, quandiu negocia eorum ſe proſequente, ad effectum videantur pertingere. Sic enim ſicut iam ſuperius dictum eſt, iuraſſe.

iuraſſe ſe prefatum Principem conſtat, vt negocia eorum ſe proſequente ad effectum perueniant. Illigatū itaq; Principem vtriusq; partis vinculis contuētes perpēdimus, qa vtraq; promiſsio ſimul ab eodē inculpabilr impleri non poſsit: quanq̄, ſi bene res cōſiderata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus abſoluatur oſtēſus eſt: quādo ad ſecūdas has conditiones populorū iurare coactus eſt: quia vno, eodēq; cōpulſionis authore vtrunq; contextū eſt. Quapropter perpenſis vtrarūq; conditionū allegationibus, atq; cōmuni omnium ligatione tractatis, peruenimus in illis conditionibus, ad quas primum hic Princeps noſter ſocero iuraſſe dignoſcitur: ſola illic proprij iuris cōmoda cogitata. In his autem cōditionibus honeſtis vota pollicita. Illic ante regnū, vnius tuendæ domus, fides exacta: hic poſt regnum inoffenſa regendarum plebium vota pollicita. Illic priuatus amor, aut defenſio filiorum protenditur: hic generalis patrię, & genti affectio pollicetur. Iuratio illa offenſis forſan plurimis, vni tantùm domui portabit affectum: hæc verò generalē ęquitatis ſeruans in ſingulis cōpromiſſum, nulli parti dabit veritatis excidium. Quid igitur ex vtroq; iuſto diſputationis fine conficitur, nunquid paucorum ſalus erit extinctio plurimorum? Aut nunquid tantùm valere debet priuatæ rei commodum, quàm generalis relatio populorum? Abſit. Quia ergo in illa iuratione acceptio priuatarum cognita eſt perſonarū, in hac autem generalis profectio plebium: quæ ex his duabus ſit potius obſeruanda, diuina nobis pandat ſententia. Scriptum eſt enim in Prouerb. Salomonis: Cognoſcere perſonā in iudicio non eſt bonum. Chriſtus quoque in Euangel. Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Paulo pręſertim Apoſtolo ſpecialiter pręſtruente, vt non quæramus, quod nobis vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Iam ergo in promptu eſt, quid ex his duobus ſalubri pietati reſponderet. Et ideo intemerata plus erunt, quæ patrię ſunt ſalubri pollicitatione iurata, quam illa, quę ob vnius tamtùm domus ſunt vtilitatem pollicita. Nec hoc quidem ſic dicimus, vt illa, quę pridem pro cognatis iurata ſunt, penitus deſtruantur: ſed potius vt vnus, idemque affectus populis cognatisque ſeruetur.

tur. Vnum quidem ex duobus vnitatis gratiam redolens, neutrum diuidat, ſed componat. Non enim poſſunt vtraq; ſeiuncta ęqua obſeruãtię lance ſeruari, quia ſi promiſsis cognatis fides ſeruetur, populis, quę promiſſa ſunt deperibũt. Et iterum, ſi data in populis intemerata Deo ſacramenta ſeruentur, cognatis proculdubio promiſſa beneficia negabuntur. Nec vnius partis pręſtatio, ſinè alterius partis poteſt eſſe diſpendio. Quid érgo? Nunquid ob hoc vtraq; iuramentorum promiſſa ſoluenda ſunt, quia ſingula inuicem ſinè culpa agi non poſſunt? Abſit. Transfundendũ érgo eſt vnũ in alterum, & ad vnam regulam redigendum, ita vt minoris partis vota potioribus ſint coniuncta: & affectus protectionis, qui priuatim ſocero ꝓmiſſus eſt, & cognatis, transfuſus generaliter ſeruetur in populis. Nõ quòd, vt aut hinc, aut inde promiſſa fides patiatur diſpẽdium, ſed quod inuicta, atque in alterutrum trãsfuſa commune defenſionis ſentiat lucrum. Dicimus érgo per Spiritum Dei, & præfixam ſententiam ponimus, & in nobis loquente, qui ſe in ſuo nomine aggregatis medium adeſſe promiſit: ſi érgo ab illis vinculis iuramenti, quibus ſocero ante iurauerat, Principem noſtrum Egicam Regem ſancta ſynodus abſoluendum elegit: vt aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum iuſtam defenſionem aſſumat: vt quaſi vnius patris, germiniſque filios vtrunque vnum deuocans in affectũ, nec in cognatorum iuſtis negociis fauorẽ populorum obtendat, nec rurſus in populorum quæſtibus cognatis fauere pertentet: vt tam in populorum, quàm in cognatorum negociis, vna eademque fides illis ſeruanda ſit. Nec alio affectu tractandos eligat, cognatos, quàm populos, quo in adeptum cælitus regnum, directo æquitatis gradiens calle, nec profanationis in vtrunque ſubeat notam, nec pietatis claudat vtriſque partibus viſcera, vt omnes talibus fruantur.

Secunda poſt hæc noſtro cœtui retractanda ſe collatio intulit, pro conditionibus ſcilicet, illis, quas iam dictus Princeps Eruigius ob tuitionem filiorum ſuorum totius regni ſui populos iurare coegit. Quibus inſpectis, & diutiſsimè retractatis: nihil illic inuenimus, quod æquitati ſit obnium

nium, nihil, quod & pietati aduerſum: occaſiones tantùm malitiæ amputãtur, nam iuſtorum negociorum aditus non excluditur. Hoc illic enim ſingulariter ſeruandum promittitur, quod generaliter à Domino omni Chriſtiano iubetur, ſcilicet, vt malitia caueatur, innocentia illibata ſeruetur. Fruſtretur nocendi propoſitũ, admittatur negocioſum, iuſtũq; iudicium. Hoc enim ſic cum omnium lege ſeruetur: & illæſum ſemen regium à nocibilitate ſeruabitur, & veritas populis ſine periurij profanatione reddetur. Neq; enim illic iuramentum eſt, vt aut cauſantes contra filios ſuos nemo iuuaret, aut nullus ſuper æquitatis iudiciũ promeret: vbi iam dictus Princeps non ſolùm ſingulis negocia ſua iudicialiter proponendi iudicium tribuit: ſed & ſcelera filiorum ſuorum, ſi qua accidiſſent, legibus vlciſcenda permiſit. Quod ergo illic non eſt iuratum, & tamen iuratũ fuiſſe impudenter aſſerit, non deuocabit populos in periurij crimen: quia nec alligatum cernitur in conditionum ſerie, neq; enim in nobis eſt cohibendum, quod in illis conditionibus non inuenimus eſſe cohibitum. Recedendum tamen eſt à malitia, & exequenda ſunt negocia opportuna. Nec enim quorundam incauta illa dicacitas attendetur, quæ impudenter adſtruere nititur, illos tantùm innoxios à periurij crimine, qui negocia ſua tantùm viſi fuerint obieciſſe. Illos autẽ, qui vel talia negocia iudicãda ſuſceperint, vel huiuſmodi pro ęquitate adiuuerint, inexpiabili profanationis crimine irretiri. Hæc quippe dicunt contentioſo magis, q̃ rationabili ſtrepitu obſtrepentes, nec ſcientes, videlicet quia ſi negatus fuiſſet illic aditus iudicandi, negaretur & proponendi. Sed qui admiſit iuſtę propoſitionis negocium, non voluit protelatę æquitatis amputare iudicium: nec qui proponentem, iuſtè iudicandi iudicibus abſtulit. Magnę ergo ſtultitię vox eſt hęc ſentire, vel proloqui. Nam econtra ecce penè per totam diuinę ſeriem ſcripturę plus iudicibus præcipitur iudicare iuſtitiam, quam populis ſua obiectare negocia. Dicit enim ſcriptura: Iuſtè iudicate filij hominum. Nec addidit iuſtè proponite cauſas veſtras filij hominum. Nunquid quia iudices iuſtè iudicare admonuit: ideo populis proponendi ſua negocia interdixit, in eo, quod de negociis proponendis nihil

hil protulit? Nunquid ſuper eo iudicij formula texitur, qui mutus, & abſq; propoſitione ſentit? Non ergo aut iudicia ſinè obiectis, aut obiecta ſinè iudicio eſſe poſſunt: quo aut iudex deſit cauſanti, aut cauſās deſit vllo modo iudici. Quapropter conditiones ipſæ, in quibus nec veritas eſt præciſſa, nec pietatis amputata ſūt viſcera nō tenebunt, aut iuſtè pro ponētes ad piurij ſacrilegiū, aut iuſtè iudicātes ad ꝓfanationis reatū. Hac igiť reddita rōne cōficitur, vt ad prędictarū ſe riē conditionū, nullus teneať obnoxius: quiſqs repulſa malitia cōtra iā dicti Principis partē, aut negocia ſibi debita, iudicib' iudicāda obiecerit, aut q taliū mādata ſuſceperit, aut teſtis iudex, qui aduocatus teſtimoniū dixerit, aut iudices ipſi, qui hmōi negocia iuſtè terminauerint, vel hi etiā, qui parti iuſtitiā habēti ſimpliciter fautores extiterint, ad releuationē potius miſerorū currētes, q̄ parti cuiq̄ delectat eſſe nocibiles. Scriptū eſt em: Pietas ad oīa valet. Nec em̄ ceſſandū eſt à mīę opere, qđ illud nō interdictū eſt fœdere. Quia ergo illic iuſtitiæ aditus nō negatur, conſequens eſt, vt nec pietas abnegetur. Non enim plenam iuſtitiam diligit, qui pietatem proximo non impendit. Sic enim.

Multa hic deſiderantur.

Finit Concilium Tolet. 15.

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM

decimumſextum, à. 60. epiſcopis celebratum, ſub Egica Rege. anno. 6. regni ſui. AEra. 731. 6. Nonas Maij.

DVm an. 6. inclyti, & orthodoxi dñi, & Principis noſtri Egicanis, ſub die. 6. Nonas Maias, AEra. 731. vnanimitatis nrę conuētus in prętoriēſi baſilica ſanctorū videlicet Petri, & Pauli aggregatus cōſiſteret, atq; vnuſquiſq; noſtrorū, ex more, ſm̄ ordinatiōis ſuę tp̄s, in locis debitis reſideret, rerum prius oīm Dño deuotiſsima gratiarū iura ꝑſoluimus, pro eo, ꝙ nos alternatę viſiōis cōtuitu ſolari ꝑmiſit: & alterną pacis oſculo cōfouēdos ſtatuit. Diffuſis cordib', ſimulq; & vocibus, & precū murmura effundentes, vt ſicut nos alternorū oculorū inſpectione lętificos effecit: ita ſereniſs. ac religioſiſsimū prędictū Egicā Principē (cuius iuſſu fraternitatis noſtrę cœtus eſt adunatus) fidei ſuæ cōſeruatione ſtabiliat, prorogatione iuſtitię muniat, pace locupletē reddat, impen

ſione miſericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret, quo longeuitatis muniis cõmiſſa ſibi regni gubernacula diſcreto moderamine teneat, & commiſſos ſibi populos benignè regat, ęquè diſpõat, & iuſſa pietatis modificet. His deuotione próptiſsima actis, cœpit vnionis nrę nũcroſitas de rebus ſpiritualibus mutuę collationis inter ſe orſa diffundere: atq; euentũ rei expectatione mãſuetiſsima pſtolari. Igitur cũ ea attentius agerentur, ſic idem excelentiſs. Princeps ſanctæ intentionis munimine fretus, religione pleniſs. & elucubrationis ſũmę titulo inclyt', nro ſeſe cœtui intulit, ac glorioſi capitis verticẽ cernuo voto reclinans, noſtris ſeſe Dño preci bus cõmendari percenſuit: propriis manibus tomũ deferens nobis reſerandũ, in quo ſuæ deuotionis vota, & deliberationis pia deſideria ſiſtebant ſtylo gratiſsimo exarata: omnes in cõmuni ſui oris dulcifluis exhortans oraculis, ait: En diuini cultus reuerentiſsimi ſacerdotes, quicquid pprij oris effamine veſtris ſacris ſenſibus debui intimare, quicquid *enormis* poterat diffuſę elocutionis afflatus exprimere, iſthic breuiter, ſummatimq; calamo currente digeſsi. Vnde vos ea ſolicitius prælibantes, gliſcentibus animis pertractate: & tam ea, quæ hîc ſunt inſita, quàm etiam alia, quæq; ſe reuerentiſsimo veſtro cœtui ingeſſerint audiẽda, æquiſsimis iudiciorum veſtrorũ definitionibus terminate: firmiſsimo ſententiarum veſtrarũ ſtylo eſſe permanſura decernite. Quem tomũ ab eo vnanimitas nra ſuſcipiens, eidẽ Principi *benedi*ximus. eoq; è noſtri medio diſcedente, eiuſdẽ to*mi ſeriẽ reſe*rauimus: cuius dictorũ textus ſubter adnexa ſerie declarat.

IN nomine Domini. Flauius Egica Rex, ſanctiſs. Patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.

Nouit beatiſs. Patres ſerenitatis vrę glorioſa ſublimitas, ſynodicæ aduocationis ſtudia, nutantis ſeculi obſtare ruinæ, & fidelibus populis congruæ ſalutaris vitę impendere diſciplinæ. Quapropter orthodoxæ fidei religione permotus, veſtriq; cœtus optabili conuentu iucundior *reddi*tus, cęlorum Regi grates, laudumq; vota perſoluo: quoniam prçſtolata aggregationis veſtrę concurſio præceptionis noſtræ oraculis deuotiſsimè paruit, & alternę viſionis exoptata gaudia commodauit. Igitur vobis coram poſitus, veſtris

preci-

precibus ſupernam mihi clementiam ſuffragari efflagitans, vniuerſitatem ſanctitudinis veſtræ Chriſtiana mentis deuotione conuenio. Vt quia eccleſiæ ſanctæ catholicæ digna ſpeculatione perſtatis, votis meis fautores ſitis, veſtriq; pontificatus meritis in regendis populis, pręſtantiora mihi ſubſidia præparetis, & conſiliorũ nutrimenta ſalubria afferatis: quo valeam ſanctimoniæ veſtræ adminiculo fultus, & regnandi greſſus in pace perficere, & gentẽ mihi ſubditã pio, ac diſcreto moderamine regere. Nam & tales vos in hoc ſancto Concil. adeſſe præopto, quo gratia. S. ſancti corda veſtra irradians, in medio ſit veſtrorũ: vt ipſo docente id teneatis, atq; ſeruetis. Vnde & mihi, q (prę omnibus) multis ſum criminibus deditus: & cuncto populo regiminis mei reſpectio diuina ſemper opituletur. Quantis deniq; malis indignãte Deo terra quotidie vapulet, quãtisq; plagis, vel perfidorum ſceleribus contabeſcat, paternitati veſtrę non reor eſſe incognita. Sed quia indubiè credimus, quòd trãſgreſsione mandatorum digna factis recipimus, dicẽte Dño per prophetã: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea: opportunũ ſatis eſt, vt per vos, q diuinæ vocis pręconio, ſal terræ eſtis, ſaluationis obtineat opem. Vnde venerabilẽ ſanctitatis veſtrę vniuerſitatẽ exhortor, vt in primis alienæ fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarũ orbe diffuſa expanditur, veſtrę collationis eloquiis præconetur, prædicta veraciter teneatur, retenta in arcano veſtri pectoris illibata ſeruetur. Deinde quia cõperimus, ꝙ multę Dei baſilicæ hic diſperſis locis veſtrarũ parochiarum conſtitutę, dũ ad vnius reſpiciũt ordinationem presbyteri, nec aſsidua in eis ſacrificia Dño delibantur, & deſtitutæ remanent, atq; ſinè tectis, vel ſemiruptę fore noſcũtur, ſpecialiter in canonibus adnotetis: vt vnaquęq; eccleſia quamuis pauperrima, quę vel decem mancipia habere poſsit, ſui debeat cura gubernari cultoris. Cæterũ, ſi minus habuerit, ad alterius eccleſiæ presbyterũ ptinebit. Nam dũ ex oĩbus plurimæ baſilicę, vt pręmiſimus, vnius ſolicitudine rediguntur, ſolũ eſt, qa & viduatę pſiſtũt, & difficile ſacris cultib' ordo debit' exhibeť. Qđ nõ tm̃ ſacerdotib' Dei in culpa eſt, verũ etiã & infidelib' Iudęis ridiculũ affert: qui dicũt, nihil pſen-

tiſſe interdictas ſibi, ac detractas fuiſſe ſynagogas: *cùm cer*nant peiores Chriſtianorũ effectas eſſe baſilicas. Pro *quarũ* etiã repatione à vr̃a vniuerſitate cenſendũ eſt, vt ea vnuſq̃ ſq; eṗs, de tertiis parochialiũ baſilicarũ canonicè reſtaurandas inuigilet, cui ſi tertias ipſas cõſequi voluerit, curã ſui gerenda eſt, vt presbyter deſtructę eccleſiæ exinde cõmiſſam ſibi baſilicã reparet, euidentẽ cẽſurę modũ apponẽtes in canone, qualiter debet incurioſus quiſq́; eṗs cõdẽnari, ſi p̃ſcriptũ ꝑ renouãdis Dei tẽplis ordinẽ neglexerit adĩplere. Nã & hoc honorificẽtia vr̃a ꝓmulgare curabit, vt nemo eṗorũ pro Regis inquiſitiõibus exhibẽdis, parochialiũ eccleſiarũ iura cõtingat, nec quaſcũq; exinde inquiſitiões, aut erectiones exigere audeat: ſed de prędiis ſuarũ ſediũ, religio culminis ſolita ꝑquiſitionũ obſequia deferat, nihil de rebus earũ dẽ parochialiũ eccleſiarũ cauſa ſtipẽdij cuiuſpiã dare pręſumant. Qđ ſi fecerit, duorũ menſiũ ſpacio excõicari ſe nouerit. Interea id p̃cipuè à vobis ꝓcurãdũ eſt, vt vbicũq; *idololatria*, vel diuerſos diabolicę ſupſtitiõis errores repieritis, aut qualibet relatione cognoueritis, ad deſtruendũ tale facinus, vt verè Chiſti cultores, cũ iudicibus, quãtoties inſurgatis, & quęq́; ad eadẽ idola à ruſticis, vel qbuſcũq; pſonis deferri ꝑueneritis, tota vicinis cõferẽda inibi eccl̃ijs cõferatis, ꝓ quo etiã extirpãdo ſcelere, edictũ tale in regulis apponatis, vt qcũq; antiſtites hmõi nefas agi pmiſerit, vel pactũ in ſua diœceſi ꝑtinus abolere diſtulerit, à locis ſui officij pulſus, *vnius* anno excurſu, ſub pñiæ maneat religatus lamẽto. *Alio tñ in* principali electione ibidẽ cõſtituto, q poſsit hui' inſtitutionis ordinẽ ſeruare, & populo Chr̃iano bonę conuerſationis tramitẽ pandere: poſtmodũ ad ſedis ſuę ordinẽ reuerſurus. Sed & qđ his eſt potius zelũ Dei zelãtes abrogãdã Iudęorũ vtriuſq; ſexus pfidiã radicit' demittãt. Vt & lęgũ nr̃arum ſentẽtias, q̃ ob pfidiã eorũ, & in p̃teritis ſunt editę, & moderno ſunt tpe cõditę, oĩ valeãt robore ſubnixę, & exceſſus *neq*tię ipſorũ earundẽ legũ diſpereãt ſanctione. Sic quo*q; vt iu*xta nouellę legis nr̃ę editũ nemo ex eiſdẽ Iudęis *in* perfidiã durantibus, ad captaplum pro quibuſlibet negociis peragendis accedat: nec quodcũq; cum Chriſtianis cõmercium agere audeat, quo meritò cum Propheta dicatis: Nonne

qui

qui te oderant, Domine, oderam illos: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Ex quibus igitur Hebręis, vel vxoribus, ac filiis eorum, ſi quis deinceps ad catholicæ fidei regulam integerrima deuotione conuerſus extiterit, abnegans ex toto genuinæ præuaricationis errores, vel ceremonias, omnesq; parentalium rituum ſectas, ab omni exutus iugo maneat functionis, quam pridem in errore proſtitutus, publicis vtilitatibus ſoluere conſueuit. Sic quoq;, vt cæteris incredulis eius redundetur functio penſionis, quod adhuc nefanda retinuerit obſtinatio parentalis. Inter cætera tamen obſcœnum crimen illud de concubitoribus maſculorum extirpandum decernite, quorum horrenda actio, & honeſtæ vitæ gratiam maculat, & iram cælitus ſuperni vindicis prouocat. Et quia plerique perfidorũ cothurno ſuperbiæ dediti, non ex Deo regale faſtigium, ſe extolli iactantiæ tumore appetere dignoſcuntur: quicunque amodo ex palatinis cuiuſlibet ſit ordinis, vel honoris, perſona in necem regiam vel excidium gentis, ac patriæ Gotthorum fuerit conatus intendere, aut quodcũq; conturbium intra fines Hiſpaniæ attentauerit excitare, tã ipſe, quàm omnis eius poſteritas, ab omni palatino expulſa officio, ſub tributali impenſione, fiſco debeat perpetim inſeruire: amiſsis inſuper cunctis facultatibus propriis, quas cui voluerit licenter conferat clementia principalis. Cuncta verò, quæ in canonibus, vel legum dictis deprauata conſiſtunt, aut ex ſuperfluo, vel indebito coniecta fore pateſcunt, accommodante ſerenitatis noſtræ conſenſu, in meridiem lucidę veritatis reducite. Illis procul dubio legum ſententiis reſeruatis, quę ex tẽpore diuinæ memoriæ præceſſoris noſtri domini Cindaruinthi Regis, vſq; in tempus Vuãbanis Principis, ex ratione depromptæ, ad ſynceram iuſtitiã, vel negociorũ ſufficientiam pertinere noſcuntur. Varia quoq; populorũ negocia, cæteraq; ſceleratorum hominum geſta, fidei ſanctę contraria, ita veſtri examinatione iudicij, canonicè, ac legaliter finiãtur, vt nec iuſtitia prętereat, nec ſeueritas legum ex omnibus intercoruat qualiter in his omnibus vos amor Chriſti reddiderit feruidos, & ęquitatis cathena conſtrinxerit nexos, non ſolùm in hoc ſeculo ſanctitatis dono perſpicui maneatis: ſed & æter-

nis præmiis in perpetuũ floreatis: quia tunc me à Dño cum plebe mihi credita à peccatis elui credo, cũ diſcuſsio iudicij veſtri in examinandis cauſis talis præceſſerit, quæ in nullo tramitẽ veritatis oberret. Hoc ſolùm vos honorabiles Dei ſacerdotes, cunctosq́; illuſtres aulę regię ſeniores, quos in hoc Cõcilio nrę ſerenitatis pceptio, vel opportũa intereſſe fecit occaſio per inſeparabilẽ oĩpotentis Dei potentiã adiuram⁹, quia in pfatis dirimẽdis negociis, quę ſe vr̃o cœtui audiẽda emerſerint, nulla pſonarũ, vel muneris acceptio intercurrat, nullus fauor interſerat, nulliusq́; trepiditatis incuria pmulgare iuſtitiã, quę Deus eſt, obſtrepat: ſed puro examinationis libramine cauſarũ iurgia terminetis, & iuſta Dei iudicia vobis prę oculis apponẽtes, vnicuiq; parti ęquitatẽ pandere procuretis. Quatenus ex hoc nr̃æ manſuetudinis præſtolatu, à Deo mercedis præmia cõquiratis, & rectitudine veſtri iudicij corã vobis honorabiles ſitis, atq; ante Deũ, atq; ſemp bonorũ operũ gratia polleatis. Datum ſub die. 7. *Cal. Maij.* anno fœliciter. 6. regni manſuetudinis noſtræ. Toleto.

Reſerato igitur tomo, & quæq; ſeries retẽtabat, diligenti indagine perluſtrãtes, immẽſa molle gaudij cordiũ noſtrorũ arcana exęſtuant. Proinde feruentioribus animis in laudẽ Dei noſtri, hymnorũ libet cantica reboare: quod religioſs. & orthodoxi Principis nr̃i cor intimo igne ſui amoris ita reddiderit feruidũ, vt totius noſtrę adunationis collegiũ prudẽtiſsimis, ac ſalutarib⁹ ſui oris affectibus, crediderit exornandũ: perbenignè nos admonens, vt dignorũ *ſpeculatorũ* more eccleſiæ Dei nauem, quã diſpenſatione ſuperna, in vaſti huius ſali gurgitibus, gubernandã ſuſcepimus: ſalutarium remigiorũ gubernaculis, ad conſumatę ſalutis portum incolumẽ perducamus, & in defenſione eius cotidianis lucubrationibus operam demus: vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper nobis creditos greges. Ita nempe, vt verborũ ſpiritualiũ concrepãtibus tubis, & ſanis mẽbrorũ compaginibus, nec ſecuritatis torpore depreſſa, diuerſorũ lapſuum incurrant decipula, ſalutaria ſinè intermiſsione miniſtremus munimina: & infirmis artub⁹, diuerſis, vtpotè ęgrimoniorum vulneribus ſauciatis, congrua medicamina apponamus, quo facilius queant, & veternoſa vlcera radici-

tus euelli, & remedia exoptatæ ſalutis nanciſci. At nunc qm̃ ad hæc implenda, nullus noſtrorum ſinè adiumẽto omnipotentiſs. Trinitatis cernimus eſſe idoneũ: ideo conſpicuum ſatis, & neceſſariũ perpendimus, vt quia corde creditur ad iuſtitiã, ore autẽ confeſsio fit ad ſalutẽ: ipſius ſanctę Trinitatis myſteriũ, qui eſt vnus Deus, à quo nos expectare cõuenit, vt digni eccleſię ſuę paſtores exiſtere mereamur, proprij oris cõfeſsione promamus, & vtpote mortali ore, quantum ipſe iuſſerit prælargiri laudum inſignia præcinamus: quatenus vniuerſæ diffinitiones, quæ noſtro affectu extiterint editę, ſuperpoſitæ fundamento firmiſsimo, inconuulſæ perſiſtant: & iuſtitiæ robore ſubnixæ ſeculis infinitis perdurent.

CRedimus, & confitemur omniũ creaturarũ, quę trinis rerũ machinis cõtinent, auctricẽ, atq; conſeruatricẽ indiuiduam Trinitatẽ, id eſt, Patrẽ, qui eſt totius fons, & origo Trinitatis: filiũ, qui eſt plena imago Dei, ꝓpter expreſſam in ſe paternæ claritudinis vnionẽ, ante omniũ ſeculorũ euẽtum, ex patris intimo ineffabiliter genitus: Spiritũ verò ſanctũ ex patre, filioq; abſq; aliquo initio procedentẽ: qui tres quanq̃ perſonarũ ſecernant diſtinctione, nunq̃ tamẽ ſeparẽtur potẽtiæ maieſtate. Inſeparabilis nẽpe æqualitatis eorũ inſinuat diuinitas, & tñ quãuis pater genuerit filiũ, ne ideo filius ſit idem, qui pater, nec pater ſit ipſe, qui filius, ſed nec Spiritus ſanctus pater ſit, filiusq;: ſed tantum patris, filijq; Spiritus, idem patri, & filio etiã coęqualis. Nequaquam in hac ſancta Trinitate quicquam creatum, ſeruũ famulumq; cõuenit credi, neq; aduentitium, vel ſubintroductũ, tanq̃ ei aliquãdo acciderit, quod cõſtet eã aliquãdo minimè habuiſſe, condecet autumari. Vnde catholicè confitemur, patrem Deũ eſſe omnipotentẽ, filiũ ſimiliter Deũ eſſe omnipotentem, necnon & Spm̃ ſctũm Deũ eſſe oĩpotentẽ. Non tñ tres Deos credim⁹, aut tres oĩpotẽtes: ſed vnũ tm̃ mõ Deũ ſumus incõcuſſa fidei veritate credẽtes, vnius naturę, vni⁹ eſſentię, vni⁹ oĩpotẽtię, vni⁹ maieſtatis, vni⁹q; virtutis. Quarũ tñ perſonarũ q̃uis in hoc, qđ ad ſe ſunt, nulla poſsit ſeparabilitas inueniri, i hoc ṽò, qđ ad diſtĩctionẽ attinet, ſũt q̃dã, q̃ ſpãli⁹ vnicuiq; poſſunt ptinere pſonę: ſed ꝙ pater à nullo originẽ

m ſupſit, filius patre generāte exiſtat: Spiritus quoq; ſanct' ex patre, filijq; vnione procedit. Sed nūquid quia filius eſt ex patris potētia generat', aut Spūs ſanctus ex patre, filioq; procedēs, putādus eſt aliqñ pater fuiſſe ſinè filio, aut genitor, genitusq; ſinè Spūs ſancti extitiſſe ſubſtātia? Abſit. Sed ſicut pater ſinè initio creditur, ita fili' venerat, ita etiā Spūs ſanctus veridicè profitetur. Nec tñ ſicut pater credit à quolibet nequaq̄ exiſtēdi originē ducere: ita filius, aut Spūs ſctūs autumādi ſunt ex ſemetipſis exiſtere. Sed filius Deus, de patre Deo, nō Deus pater à filio Deo, nec pater, aut filius à Spū ſancto, abſq; noxa ſumpſiſſe putabunt originē: cū ipſe à pr̄e & filio, ſinè cuiuſq̄ infidelitatis nęuo credatur ſinè initio proceſsiſſe. Et ideo in huius ſanctę Trinitatis ſacramento, nihil anterius, poſteriúſve credendū eſt, qa nunq̄ fuit tēpus qñ pater ſinè filio, aut Spū ſancto ſubſiſteret, neq; fili' ſinè Spū ſancto cū patre aliqñ regnaret. Et iſta dicētes nō perſonarū cōfundimus ꝓprietates, nec vnionē ſubſtā[illegible] ſeparamus. Nihil etiā in eadē ſancta Trinitate mai', aut minus credere oportet, nihilq; etiā imperfectū, atq; mutabile. Nā perfectus pater, perfect' filius, perfectusq; Spūs ſanctus. Immutabilis pater, immutabilis filius, immutabilis Spūs ſanctus. Nā de immutabili, & pfecto pr̄e, mutabilē, imperfectūq; filiū, nec decuit naſci, nec cōuenit credere. Idcirco ſunt q̄dá, quę in ſctā Trinitate indiſcretè oporteat cōfiteri. In hoc etenim quod ad ſe ſunt pater, & filius, & Spūs ſanctus indiſcrete vnus Deus credendus eſt, pater cū filio, & Spū ſancto. qđ verò ad relatiuū attinet, diſcretè perſonarū triū eſt prędicāda proprietas, Euāgelica prædicatione, Ite, docete omes gentes in nomine patris, & filij, & Spūs ſancti. Relatiuū etenim dicitur, quod vna ad aliā perſonā refert. Nam qñ dicit pater, filij nihilominus pſona ſignat: & cùm dicit filius, pater ei ſinè dubio ineſſe monſtrat. At nūc qm̄ Spūs ſancti vocabulū, qūo nō tota Trinitas ſignificat, ſed tertia, quę eſt in Trinitate pſona, qūo ſecundū relatiuū ad pr̄is, filijq; referat pſonā, nequaq̄ apertiſsimè pateat: ꝓ eo, ſcz, qa ſicut dicim' Spūm ſanctū pr̄is, nō cōſequenter dicimus patrē, Spūſſancti, ne filius Spūs ſanctus intelligat: in aliis tamen vocabulis, quibus eiuſdem Spirit' ſancti ſignat perſona, ad relatiuū pertinere digno-

dignoſcitur. Igitur Donum, ſpecialiter Spiritum ſanctũ accipimus, quæ in ſancta prænoſcitur Trinitate tertia eſſe perſona: pro eo quòd à patre, filioq;, cum quibus vnius eſſentię per omnia creditur, fidelibus condonatur. Quapropter, cũ dicitur donum, donatoris, & donator doni, relatiuum haud dubiè declaratur, quod etiam de ipſo vocabulo Spiritus ſancti inculpabiliter eſt credendum. Deniq; quia ſanctæ Trinitatis, & ſi non vt debuit, tamen quantùm ipſe donauit, hucuſq; myſterium confitendo digeſsimus: exinde, quæ de ipſa Trinitate perſona ſuſceperit carnem, piè, & ortodoxè ſubſequiua ſerie pandimus. Vnde licet inſeparabilia ſint opera Trinitatis, tamen fideliter profitemur, non tantùm fide cordis, ſed & operis profeſsione, quod nõ tota Trinitas ſuſceperit carnem: ſed ſolus filius Dei, qui eſt ante ſecula ex Dei Patris ſubſtantia genitus: in fine ſeculorum de virgine Maria, euãgelio eſt teſte enixus, qui ait: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nam Gabriel archangelus ad Mariam cęlitus miſſus ait: Aue gratia plena Dominus tecum: Beata tu inter mulieres. Ecce in vtero concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Emmanuel. Cui cũ Maria, vt ſanct' ait Ambroſius, non fidei renuens, non officium recuſans: ſed potius accommodans effectum, ſpondens obſequium, neq; de effectu dubitans, ſed qualitatem ipſius, quærens effectus dixiſſet. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoui, ab angelo illi reſponſum eſt, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi: propterea quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Cuius nempe angeli oraculum, dum Spiritum ſanctũ ſuperuenturum in ea dicit, & virtutem altiſsimi, qui eſt Dei Patris filius, obũbraturum præmonuit, eiuſdẽ filij carni totam Trinitatẽ cooperatricem eſſe monſtrauit: quæ, ſcilicet Virgo, ſicut ante conceptionem obtinuit virginitatis pudorem, ita poſt partum nullam ſenſit integritatis corruptionem. Nam virgo concepit, virgo peperit, & poſt partum incorruptelæ pudorem ſinè interceptione obtinuit. Cuius videlicet cõceptionis, aut partus myſterium: quia ſecundum prophetale vaticinium nouum creatum eſt ſuper terram, vt fœmina illa ſingulariter, abſq; virili coitu circũdaret virum: nulla poteſt ratione

GG v com-

comprehēdi, nullius hoīs affectu valet enūciari. Ob hoc em̄ Ioan. Bap. cernuè profitetur: Ecce poſt me vēturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti. Ac ſi diceret: Corrigiam calceamenti, diuinitatis calceatæ, quæ eſt ligatura myſterij, nequeo ſoluere: quia quomodo in virginali vtero corporatum eſt Verbū, quomodo etiam idem Verbum caro factum animatum extiterit, nequaq̄ inueſtigare ſufficio. Pro qua re, præcellentiſs. paſſus eſt Auguſtinus. Hic ſi ratio quærit, nō erit mirabile, ſi exemplum poſcit nō erit ſingulare. Ipſe verò Dei filius ab ingenito Patre genitus, à vero verus, à perfecto perfectus, ab vno vnus, à toto totus dicitur, ſinè initio, perfectū hominem de ſancta, & inuiolata Maria ſemper virgine, aſſumpſiſſe eſt manifeſtus. Cui etiā homini ſicut perfectionē adſcribimus: ita duas ei voluntates ineſſe, vnam diuinitatis ſuæ, aliam humanitatis nr̄æ, nihilominus credimus. Quod etiā per quatuor Euāgeliſtarū oracula, eiuſdē redēptoris nr̄i afflata, euidentiſsimè declarat. Pr̄ mi, ſi poſsibile eſt trāſeat à me calix iſte: verūtamē non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Et iterū. Non veni volūtatem meam facere, ſed voluntatem eius, qui miſit me: & reliqua, quæ ſi de omnibus ſanctarum ſcripturarum codicibus maluerimus colligere, enormis voluminis telam, noſtri oris videbimur compaginare textrino. Quibus etiā allocutionibus demōſtrat ſuā voluntatē, ad hominem retuliſſe aſſumptum: Patris, ad diuinitatem, in qua eſt idem vnus æqualis cum patre. Quippe quantùm ad diuinitatis attinet vnitatem, non eſt alia volūtas Patris, alia Filij, vna em̄ eſt volūtas, vbi vna patris, & Filij eſt diuinitas. Quantùm autem ad hominis naturam aſſumpti, alia eſt voluntas deitatis ſuę, alia etiā humanitatis nr̄æ. Proinde, in hoc quod ait: Nō ſicut ego volo ſed ſicut tu, patulè oſtendit, nō velle id fieri, quod volūtatis humanæ loquebat̄ affectus, ſed propter quod ad terras voluntate paterna deſcenderit. Cui⁹ Patris volūtati nequaq̄ cōtraria Filij voluntas extitit: quia, q̄bus eſt diuinitas vna, nō poteſt eſſe voluntas diuerſa. Et vbi in natura nihil poteſt diuerſitatis accidere, ibi nihilominus enumerātur generaliter aliqua enumeroſa. Igit̄ huius volūtatis ſanctæ vocabulū: q̄uis p̄ cōparatiuū ſimilitudinē

Trini-

Trinitatis,qua dicitur memoria,intelligẽtia, & volũtas, ad pſonã referaᵗ Spirit⁹,ſecũdũ autẽ ꝙ ad ſe diciᵗ, ſubſtãtiabiliter ꝑdicaᵗ.Nam volũtas Pater,voluntas Filius, volũtas Spũs ſanct⁹.Et multa alia,q̃ ſecũdũ ſubſtãtiam dici,ab his,qui catholicæ fidei cultores exiſtũt:nulla ratione ambigiᵗ.Et ſicut eſt catholicum dici Deum de Deo , lumen de lumine,lucem de luce:ita verę fidei eſt proba aſſertio , voluntatem dici de voluntate,ſicut ſapientiam de ſapientia,eſſentiam de eſſentia. Et veluti Deus Pater genuit Filium Deum , ita voluntas Pater,genuit Filium voluntatem. Itaque q̃quã ſecundũ eſſentiã,Pater voluntas,Filius voluntas,Spiritus ſanctus voluntas,nõ tamẽ ſecundũ relatiuũ vnus eſſe credendũ eſt:qm̃ alius eſt Pater,qui referᵗ ad Filium,alius Filius, qui referᵗ ad Patrem, alius Spiritus ſanct⁹,qui pro eo ꝙ de Patre, & Filio procedit,ad Patrẽ,Filiumq́; referᵗ. Non aliud,ſed alius,quia quib⁹ eſt vnũ eſſe in deitatis natura, his eſt in perſonarũ diſtinctione ſpecialis propietas.Quo circa,idem Dei Filius , ꝗ cùm eſſet diues,ſemetipſum exinaniuit,formam ſerui accipiẽs,in impaſsibilitate deitatis cõſiſtente natura,ſpontaneè in hoĩs ſuſcepti paſſus ſubſtãtia,ac pro nobis primę mortis ſuſtinuit dura exitia.Et qui nulli⁹ peccati noxę obnoxi⁹ mãſit,pro nr̃is peccatis,crucis patibulũ ſpõte moritur⁹ aſcẽdit. Quiq; carnis,& ſanguinis nullũ cõtagiũ habuit,ĩ carne ſua pro nobis flagra,colaphos,ſputamẽta,coronãq; ſpineam ſuſtulit,& effuſione ſui cruoris,totũ mundũ à pedoribus abluit. Ac ne poteſtatẽ mors ſecunda in Dei haberet electis,cã vſquequo impaſsibilis diuinitatis ſuæ iaculo pertulit,ac peremit,dicente Propheta:O mors,ero mors tua. Tartara penetrauit in anima,& ſanctorũ animas,quas illic hoſtis vinctas tenebat,morſu potentiæ ſuæ exemit,vt prophetale vaticinium inquit:O inferne,ero morſus tuus. Qui etiam tertij diei diluculo,eiuſdẽ carnis , qua occubuerat , veritate reſumpta,diſcipulorũ obtutib⁹ claruit,eorũq́; corda nimio pauore cõcuſſa, ꝑſẽtię ſuę exhibitiõe ſolidauit. Et corã angelorũ,credẽtiũq́; frequẽtia, ſedẽ patriã repetiuit.In q̃ nũc ſicut in veritate ſurrexit à mortuis, ad ei⁹ dexterã rediẽs, ſic exinde in finẽ ſeculi vẽturus eſt iudiciarię poteſtatis direptiõe à peccatorib⁹ iuſtos ſecernere: ſãctis reſtituẽs pro benegeſtis

coronã

coronã,iniquis verò infinitæ dãnationis ignominioſam pœnam. Exemplum nobis ſua reſurrectione impendens, vt ſicut ille viuificans nos poſt duos dies, die tertio viuus reſurrexit à mortuis, ſic nos etiam in huius ſeculi fine reſurrecturos vſquequaq; credamus, non in aerea, vel in fantaſticæ viſionis vmbra, vt quorũdã improbanda opinio prꝗſtruit, ſed in veridicæ carnis ſubſtãtia, in qua nunc ſumus, & viuimus, ac tẽpore iudicij coram Chriſto, & ſanctis eius adſtantes, vnuſquiſq; referet corporis ſui propria, prout geſsit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Recepturus ab eo, aut pro ꝓpriis actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro ſuis ſceleribus, perpetuæ damnationis interitum.

Huius etenim ſanctæ fidei eccleſia catholica baptiſmatis aqua abluta, Chriſti ſanguine precioſo redempta: quæ neq; in fide habet rugam, neq; maculoſi perfert operis notã, inſignibus pollet, virtutibus lucet, ſanctiq; Spiritus donis referta coruſcat: quæ etiam in Ieſu Chriſto Domino noſtro capite ſuo, cuius corpus eſſe nequaq̃ ambigitur, eſt perenniter regnatura. Atq; oẽs, qui nũc in ea minimè conſiſtũt, ſiue cõſtiterint, aut ab ea receſſerũt, ſeu receſſerint, aut in ea peccata relaxari diffidentiæ malo negauerint, niſi pœnitudinis ope ad eam redierint, & quæq; Nicena ſynodus ſeruãda decreuit, Conſtantinopol. conuentus venerari inſtituit, Epheſini primi concil. amplecti authoritas ſanxit, atq; Chalcedonẽn. ſanctorum vnanimitas, vel reliquorum conciliorum, ſiue etiam omnium venerabiliũ patrum in fide ſana rectè viuentium edita cuſtodiri præcipiunt, abſq; aliquo dubietatis nęuo crediderit, perpetuæ damnationis ſententia vlciſcetur: atq; in fine ſeculi cum diabolo eiuſq; ſociis igniuomis rogis cremabitur. Sanctæ etenim fidei myſterium oris noſtri confeſsione pandentes, ad capitula, quæ ob diſciplinam eccleſiaſticam, moreſq; malè errantium componendos, neceſſaria ſunt, vnanimitatis noſtræ articulũ flectamus, & quę opportuna ſunt diſcretis capitulis definiamus.

Cap. huius. 16. Concilij Toletani.

1 *De Iudæorum perfidia.*

2 *De idolorum cultoribus.*

3 *De ſtupris.*

Quod

6 *Quòd in ſacramento altaris integer panis,& nitidus ſumatur.*
7 *De publicatione concilii.*
8 *De munimine prolis regiæ.*
9 *Quòd fides regi promiſſa ſit ſeruanda.*
10 *De iis, qui iuramenti ſui profanatores extitiſſe noſcuntur.*

Cap. I. De Iudæorum perfidia.

LIcet in condẽnatione perfidiæ Iudæorum numeroſæ anti quorum patrũ ſententiæ, ac leges promulgatæ niteſcũt: tamen quia (vt prophetale vaticinium narrat, peccatum Iudæç ſcriptũ eſt ſtylo ferreo, in vngue adamãtino) ſup petrã duriores effecti, in obſtinationis ſuæ cęcitate perdurãt, ſatis eſt conſpicuũ, vt catholicæ eccleſiæ machinis murus infidelitatis eorum proterat, quo aut tandem corrigantur inuiti, aut validè iſtic atterãtur, ex Domini in æternum iudicio perituri. Nam peritorum medicorum eſt conſuetudo laudabilis, vt ęgris diuerſarũ ægrimoniarum incõmodis laborantibus, ſtudioſa medẽdi arte occurrant, quoadusq; ſalutis medelam recipiãt. Quinimò, q̃m glorioſiſs. & amatoris Chriſti Egicanis principis noſtri feruens intẽtio, & prompta deuotio, huius admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut conuertantur ad fidem, aut in perfidiã perdurantes, acrioribus ſedulè multentur ſtimulis: proinde exhortante pariter & iubente, delegit noſtræ vnanimitatis conuentus, vt quicquid eorum ſentẽtię, vel leges, qui nos in fide catholica præceſſerunt, ad obſternẽdam eorum perfidiã continere noſcuntur, ab omnibus ſacerdotibus, cũctiſq; iudiciariam curam habẽtibus ſtudioſius in eis nihilominus compleantur, & ea, quæ nunc à nobis inſtituũtur, votis feruentioribus conſeruentur. Ita nẽpe, vt quicũq; eorũ ad Chriſtum plena mentis intentione ſe conuerterint, & fidem catholicam abſq; aliquo infidelitatis fuco ſeruauerint, ab omni functione, quam ſacratiſs. fiſco perſoluere conſueti ſunt, cum his, quæ habere poterint, ſecuri, extorreſq; perſiſtant. Eandemq; impenſionem, hi, qui in infidelitate ſua perſtiterint, publicis vtilitatibus in integritate perſoluant. Ipſi verò, qui ab errore ſuo conuerſi extiterint, ſuis tantùm vtilitatibus, vt cæteri ingenui, vacent: & negocia ſua agentes, quicquid pro publicis indictionibus, a principe eis fuerit impe-

ratum,

ratũ,vt verę Chriſticolę expediãt. Nã id ęquitatis ordo depoſcit,vt q̃ fide Chr̃i decorant̃,corã hoĩbus nobiles,atq; honorabiles habeant̃. Legẽ ſanè illã, quæ in p̃fatis capitulis ad eorũdẽ proferẽdam duritiã,à dño nr̃o Egica Principe nuper eſt edita,firmamus:& per huius cõſtitutionis noſtræ decretum,inconuulſibile robur eam obtinere cenſemus.

Cap.2. de idolorum cultoribus.

MAnifeſtiſsimè liquet,quòd hoſtis humani generis, vt Apoſtolus narrat,per mũdũ rugiẽs currat,quęrens,quẽ deuoret. Nã diuerſo tergiuerſatiõis ſuę aſtu,q̃plurimos inſipiẽtiũ decipiẽs,ſuis eos decipulis inretire nõ ceſſat. Et cùm Dñs præcipiat: Nõ facies tibi ſculptile, neq; oẽm ſimilitudinẽ, q̃ eſt in cælo deſup,nec in terra deorſùm, & reliqua. Et iterũ: Nõ facietis idolum,nec ſculptile,nec titulos erigetis,nec inſignẽ lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eũ. Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. Illi diuerſis ſuadelis decepti cultores idolorũ efficiuntur, veneratores lapidum,accenſores facularũ,excolentes ſacra fontium,vel arborũ,auguratores quoq;, ſeu præcantatores, multaq; alia, q̃ perlõginquũ eſt enumerare. Et quia ille nec cõditor eorũ eſt,nec Dñs,ac redẽptor: ſummope rectorib⁹ eccleſiarũ Dei cõuenit ſtudioſè,vt quos maligna p̃ſuaſione p̃ diuerſa ſacrilegia ſibi hoſtis idẽ ſubiecerat,de ei⁹ iure tollẽtes ſuo eos reſtituãt creatori, de quibus videlicet ſacrilegiis extirpandis, qm̃ multimoda ſanctorũ in diuerſis concil. clarent edicta: vigilãti ſenſuum indagatione perluſtrabimus, ac diſcreto grauitatis pondere,horum inſtituta perpendemus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent,cũ conſenſu,ac feruentiſsimo iuſſu religioſs. domini noſtri Egicani regis inſtituentes decernimus,vt omnes epiſcopi,ſeu presbyteri,vel hi, qui iudicandis cauſarũ negociis præſunt,ſolerti cura inuigilent,& in cuiuſcũq; loco præmiſſa ſacrilegia,vel quęlibet alia,q̃ diuina lege prohibẽtur,vel ſanctorũ patrũ cohibẽt inſtituta, venerãtes quoq;,aut faciẽtes repererint,cuiuſcũq; ſint gentis,aut cõditionis,ſtatim ſecũdũ p̃dictarũ ſñiarũ ſeriẽ, emendare,& extirpare nõ differãt. Et inſup,ea,quæ in loco ſacrilegij oblata fuerint,in cõuicinis eccleſiis,quorũ ipſi,qui hoc voto ſacrilego dedicãda crediderãt habẽda,ppetim offerantur.

tur. Quòd ſi forſan eps, ſeu presbyter, aut etiã iudex, ad quẽ locus ille pertinuerit, manifeſtiſsimũ, ac probatiſsimum cuiuſpiam ſacrilegij facinus pernoſcentes, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci ſui dignitate priuatus, anni vnius ſpacio erit ſub pœnitẽtia cõſtitutus, loco ſuo in poſtmodũ reditur⁹. Scilicet ꝙ in eodẽ tẽpore, quo ille à loci ſui propulſus fuerit officio, ſpecialiter à principe eligatur, qui timore Dñi plenus, & vt Finees ſpirituali zelo accẽſus, cũ iudicibus ſibimet, vt diximus iunctis, & ſacrilegiũ, quod inuenerint omnimodè extirpent, & ab omni populo iram Dñi arceãt. Si qui verò pro talium defenſione obſtiterint ſacerdotibus, aut iudicibus, vt ea nec emendent, vt debent: nec extirpent, vt condecet: & non potius cum eis exquiſitores, vltores, ſeu extirpatores tanti criminis extiterint: ſint anathema in conſpectu diuinæ Trinitatis. Et inſuper ſi nobilis perſona fuerit, auri libras tres, ſacratiſs. fiſco exoluat: ſi inferior, centenis verberibus flagellabitur, & medietas rerum ſuarum fiſci viribus applicabitur.

Cap. 3. De ſtupris.

SIcut cordis, corporisq; mũdicia hoĩes Deo ꝓximos facit, ita incẽtiuæ pollutionis actio, à Deo alienos ſtatuit. Et ſicut Sodomiticos populos horrenda omniumq; deteſtanda patratio igni cœlitus conficienti exurendos in præteritis tradidit: ita in talibus immundiciis hoĩes deditos, æternæ dãnationis rogus cõſumet. Loquente Dño per prophetam: Veſtimentũ mixtum ſanguine erit in cõbuſtionẽ, & cibus ignis. At nunc qm̃ hæc funeſtatio, & Sodomiticæ operationis malum, multos ſociaſſe ꝑpendiĩ, adeo nos ob huius fœdiſsimę cauſę extirpandã cõſuetudinẽ zelo Dei ardentes, oẽs in cõi ſancimus, vt quicũq; hui⁹ nefariæ actionis patratores extiterint, quiq; in his turpitudinibus ſeſe implicari permiſerint, & cõtra naturã maſculi in maſculos turpitudinẽ operãtes, ſiquidẽ, ſi eps, p̃sbyter, aut diaconus fuerit, de proprij honoris gradu deiectus, perpetui exilij manebit.

In vetuſto exemplari chartæ duæ, vt ex numerorum ſerie liquet, in hac parte deſunt, cum quibus, & quartum, & quintũ caput huius concilii omnino periere, & pars etiã non parua ſexti. Quæ cũ haud aliũde reſtitui poſſent (qui enim iſtuc fiet?) viſum eſt; ne, quod tantopere ſtudioſis omnibus

nibus emolumento fore ſperabamus, penitus interiret, reliquum è ſexto capite hic apponere. Vt iam nulla gratia, quantũuis parua, ſiet: quam honeſtorum ſtudiorum percupidis non impertire ardenter deſideraremus.

Fragmentum Cap. 6.

QVòd omnis bucella panis, nõ omnis panis bucella. Vnde & in ſubſequentibus ait: Dum ſuum traditorem mallet ſignificari, cui bucellã panis porrexero, expreſſit. Ac proinde, quia & redemptoris verba teſtantur, quòd panem integrum accipiens, non bucellam, quem poſt benedictionẽ confringens, ſuis particulatim diſcipulis dederit. Et Paulus Apoſtolus ſimiliter nihilominus narrat, quòd panem acceperit, & grãs agens confregerit. Nec non & illud quod Chriſtus de quinq; panibus cõfractis turbã refecerit, quid aliud inſtruit nos: niſi vt panẽ integrũ ſumentes, ſuper altaris eius menſam, benedicendum ponamus, non particulam panis, quod caput noſtrum nequaquã feciſſe perpendimus? Nam ſi homo ſuæ vitæ diligentiam ſtudioſius adhibere procurat, quãto magis ſacris Dei cultibus, nitorem debitum exhibere ſummopere debet? Vñ temeritati huic, aut neſcientiæ cupiẽtes terminum ponere, id vnanimitatis noſtræ delegit cõuentus, vt non aliter panis in altare Domini ſacerdotali benedictione ſanctificandus præponatur, niſi integer, & nitidus, qui ex ſtudio fuerit præparatus. Neque grande aliquid, ſed modica tantùm oblata, ſecundum quòd eccleſiaſtica cõſuetudo retentat. Cuius reliquiæ, aut ad conſeruandum modico loco abſq; aliqua iniuria facilius conſeruẽtur, aut ſi ad cõſumendum fuerit neceſſarium, nõ ventrẽ illius, qui ſumpſerit grauis farciminis onere premat, nec quod indigeſtionem vadat, ſed animam alimonia ſpiritualis reficiat. Ita nempe, vt ab his, qui ea ſumpſerint priſcorum canonum inſtituta ſeruentur. Igitur quicunque hoc decretum noſtrum temerandum crediderit, animaduerſione diuini iudicij ſubiacebit: & anni vnius ſpatio à cõmunione alienus manebit.

Cap. 7. *De publicatione concilij.*

GRandis populo datur emendationis correctio, ſi geſta ſynodalia, dum quandoq; peraguntur, relatione põtificum in ſuis parrochiis publicãtur. Et ideo plena decernim⁹ vnanimitate cõnexi, vt dum in qualibet prouincia conciliũ agitur,

agitur, vnuſquiſq; epõrũ admonitionibus ſuis, infra ſex mẽſium ſpacia, omnes abbates, presbyteros, diaconos, atq; clericos, ſiue etiam oẽm cõuentum ciuitatis ipſius vbi præeſſe dignoſcitur, necnon & cunctã diœceſis ſuæ plebẽ aggregare nequaq̃ moreẽ, quatenus coram eis publice omnia reſerata, de his, quæ eodem anno in concil. acta, vel definita extiterint, pleniſsimè notiores efficiantur. Profectò etenim prauorum ſeueritas extirpatur, dũ canonica inſtituta ad agnitionẽ eorũ obſeruãda modis omnibus deducantur. Ita ſcilicet, vt quicquid ſunt, aut in p̃teritis geſtis, aut in pręſentibꝰ cõſtitutis, nullus his contraire audeat, nullus ea reuerberare pręſumat, nullus nõ implere cõtendat. Quòd ſi quiſpiã ea paruipendenda crediderit, aut cõtemnenda delegerit, aut cõtra hæc inobediẽtia tumidus, ſuſurratione plenus, inuidia inceẽſus, & laceratione perfunctus, necnon potius earundẽ inſtitutionũ extiterit fautor beneuolus, ſententiã excõmunionis duorum mẽſium curriculo perſiſtet vſq; quaq; multatꝰ.

Cap. 8. De muniminẽ prolis Regiæ.

IN hoc ca. 8. tuitio, ac honor filiorũ regis commendaẽ, & ꝙ quotidie, niſi in die paſsionis Dñicæ, per totã Hiſpa. tam pro rege, quàm pro eius filiis miſſæ celebrẽtur.

Caput. 9.

Fides, quæ promiſſa eſt regi à ſacerdotibus ſeruanda eſt, potiſsimùm ſi iuramento confirmetur. Et quia Sisbertus eps Toletanus ad depoſitionem regis Egicæ attentauit, in huius facinoris pœnã, loco & honore in exilium perpetuũ relegatus, priuaẽ, bonis oĩbus cõfiſcatis, & excõmunicatus à cõcilio declaraẽ, & niſi in mortis articulo, ad cõmunionẽ nõ admittaẽ, ſecũdũ antiquorũ canonũ ſanctionẽ. Quilibet etiam religioſi, cuiuſcũq; ſint religionis, aut ordinis, aut honoris, qui talia in principem ſuum attentauerint ſimili pœna multandi ſunt.

Cap. 10.

DE his, qui iuramẽti ſui profanatores extitiſſe noſcũtur. Quod in cap. p̃cedẽti de ſacerdotibus dixerat, de violatione iuramenti, idem nũc deffinit in ſeculares, & eorum poſteritatem.

Caput. 11.

CAput vndecimum totum conſumitur in gratiarum actione.

Cap. 12.

HH In

IN ca.12.priuatur Sisbertus eccleſia Toletana,& Fœlix Hiſpaleñ.e͞ps eius loco eligitur,vt acta concilij ſubſcribat.

Ad hæc additur lex regis,qua pręcipit obſeruari in Synodo definita,ſub pœna amiſsionis q̄rtę partis bonorũ ſuorũ.

Interfuerunt huic concilio,epiſcopi numero.60. Item abbates,numero.5. Item vicarij e͞porum,numero. 3. Item comites,& proceres,numero. 16.

Finit concil.Toletanum.16.

CONCILIVM TOLETAN. XVII. & vltimum,ſub Flauio Egica rege celebratum, anno eiuſdē regni.7.Idibus Nouembris.Aera.732.

Cùm iam tandem ad decimum ſeptimum, & vltimum horum quinque conciliorum perueniſſem,multa in tranſcribendo compereram vetuſto illo exemplari ſitu iam,& ſqualore adeo obſita, vt facilè non fuerit quantunuis oculato lectori, & lynceo illa legere: multa præterea tam malè inter ſe (ſcriptoris vt conijctor vitio)cohærebant,vt ſtatim quis vel mediocriter doctus manifeſtum ineſſe mendum poſſet deprehendere. Qua propter viſum eſt vltimum concilium hoc, vt ſtatutum antea fuerat, breui compendio tradere:ne lectorum animos,quos beneficio hoc affici intenderam,ſuo commodo defraudarem.

Principio,pleriſq; Hiſpaniæ,Galliæq́; epiſcopis in cõcilio reſidētibus cum procerib⁹ regni, ep͞ſa regis plecta continebat ſummatim ea,q̄ in cõcilio pertractari duxerat:q̄ ad fidei ſtabilitatem, & morum diſciplinam pertinebant.

Cap.1.De regula ſanctæ fidei.

IN hoc primo capite ſymbolum Nicenum profitetur.

Caput.2.

IN quo triduanũ indiciciuniũ,& litaniæ cantandæ: pro ſanctę Trinitatis inſpiratione promerēda: nullũ ſeculare negocium admittentes.

Cap.3.

QVo pręcipit,vt oſtia baptiſterij claudãtur, & annulo e͞pi ſigillent,idq́; põtificali apparatu pagat, & in die cœnę Dñi,eadem ſolēnitate ab e͞po referentur: quo ſignificet Dñicæ Paſchę myſterio reſurrectionis homini aditum ad vitam fuiſſe reſeratum.

Cap. 4.De ablutione pedum in die cœnæ.

IN hoc.4.cap.p͞cipit oĩb⁹ e͞pis & ſacerdotib⁹, vt ĩ die cœnæ Dñi vnuſquiſq; pedes ſuorũ ſubditorũ exēplo Ieſu Chr̄i Domini noſtri lauet:quòd ſiquis contrafecerit duorũ men-

ſium

ſium ſpacio à communione priuetur.

Item vt ſiquis de vaſis ſacris aut ornamẽtis eccleſię in ſui ipſius vſum prophanauerit, honoris proprij ordinem amittat, & vt ſacrilegus à ſacræ cõmunionis perceptione, niſi in mortis articulo, perpetuò maneat priuatus, & reſtitutioni ſit obnoxius prædictorum.

Cap. 5. De his, qui miſſam defunctorum, pro viuis audent maliuolè celebrare.

QVi fallaci voto, miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis ſtudent celebrare hominibus, non ob aliud niſi (vt his pro quo offerẽ ſacrificium) ipſius ſacroſancti libaminis interuentu, mortis, ac perditionis incurrat periculum: tam ipſe ſacerdos, qui celebrauerit, modo dicto, quàm ille, qui illum ad talia peragenda incitauerit, exilij perpetui ergaſtulo religetur, & (niſi in mortis articulo) ſacræ communionis perceptio denegetur, & ſacerdos inſuper à proprij deponatur ordinis gradu.

Caput. 6.

IN hoc. 6. ca. ꝑcipiẽ, vt ꝑ vniuerſas Hiſpa. & Galliæ prouincias, in quolibet mẽſe anni, litaniæ cãtenẽ, pro eccl'ia ſancta Dei, pro incolumitate principis, & ſalute populi, & pro indulgentia totius peccati, & à cunctorum cordibus fideliũ expulſione diaboli ἐξομολόγησις celebretur.

Cap. 7. De munitione coniugis regis, ac filiorum.

IN hoc ca. 7. conteſtãtur omnes per myſterium ſanctę Trinitatis, vt Cixilo reginã regis Egicæ coniugẽ, ſi ſuperſtes extiterit, vnà cũ prole regia, quatenꝰ eam in honore habeãt, nullũ nocumẽtũ inferãt, & cętera id genus. Et id ſub interminatione ꝑpetuę anathematis præcipit ſacrum cõcilium.

Cap. 8. De Iudæorum damnatione.

QVoniam Iudæorum perfidia non ſolùm tunicã ſacri baptiſmatis Chriſtiani, quam ſuſceperat, maculauit: ſed etiã cõtra regẽ, regnũq; cõſpirare auſi ſunt, ſuis omnibus rebus nudati, tam eorũ ꝑfidorũ ꝑſonę, q̃ vxores eorũ, ac filiorum, & reliquę poſteritatis per cũctas Hiſpaniarum prouincias ſeruituti ſubiaceãt perpetuę, maneantq; vſquequaq; diſpſæ. Illiq;, q eoſdẽ Iudæos in ſeruitutẽ acceperint, in nullo eos ꝑmittãt rituũ ſuorum ceremonias celebrare, aut colere,

Et vt filios eorũ à ſeptimo anno eorũ, nullam cũ parētib⁹ ſuis habitationem, aut ſocietatem habere permittant, ſed fideliſs. Chriſtianis nutriendos tradant, & filias eorum, ac filios, Chriſtianis in matrimonium tradant, ne infidelium patrũ ſuorũ ſemitas, quibuſlibet occaſionib⁹ iterare poſsint.

Caput. 9.

HOc nonum cap. in gratiarum actione conſumitur. Deinde indicitur lex in confirmatione dicti concilij: ſub pœnis in prædicto concilio ſancitis.

Finis concilij Toleta. 17.

Decreta Gregorij. 2. Papæ.

Gregori⁹. 2. Pont. 89. GRegorius. 2. Papa. 89. natione Romanus ex patre Marcello, ſedit annos. 16. menſes. 9. dies. 12. Leone Iconomacho Imperato. 68. Fuit hic pontif. diuina ſcriptura eruditus, facundus eloquentia, conſtans animo, eccleſiaſticorum dogmatum defenſor, & contrariorum fortiſsimus impugnator. Eo tempore fluuius Tyberis alueum ſuum egreſſus ſe per campeſtria dedit, & intumuit inundatione aquarum multarum, & tranſcēdit aliquibus locis, & muris vrbis, & vltra baſilicam ſancti Marci per plateas ſe extendit: ita vt in via lata ad vnam, & ſemis ſtaturam aqua eiuſdem fluminis excreuiſſet.

Similis inundatio fuit ſub Clemente ſeptimo anno Domini. 1530. 8. die Octobris.

Extant aliquot huius Pōtificis epſæ, maximè ad Thuringos, & Saxones, & Germanos, qui deſerta fide ad *idola colēda* fuerant compulſi per paganos: ad quos miſit *Bonifaciũ* epiſcopum, qui eos ad fidem Catholicam reuocaret.

Decreta. Gregorij. 3.

Gregori⁹. 3. Pont. 90. GRegorius tertius. 90. Papa ſub Petro natione Syrus, ex patre Ioanne, ſedit annos. 10. menſes. 8. dies. 25. vir mitiſſimus, & valde ſapiens, in diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca, Ltinaq; lingua eruditus, Pſalmos omnes per ordinem retinens memoriter, & in eorum ſenſibus ſubtiliſsima exercitatione limatus, Leone. 3. Iconomacho Imperato. circa annum Domini. 731.

Extant decreta illius, quæ in ſynodo quadã inſtituit obſeruanda, in quibus cauet, ne inter conſanguineos celebrentur

tur coniugia, quomodo nunc cautum eſt in iure.

Extat epiſtola eius ad Bonifaciũ apud Germaniam legatũ: in qua conſultus de duob⁹ articulis, reſpondet. Primò legebatur in tua epiſtola, vt quota progenies propinquorum matrimonio copuletur. Dicimus quod oportuerat quidem quãdiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad huius copulæ non accedere ſocietatẽ: ſed quia tẽperantia magis, & præſertim in tam barbaram gentẽ plus placet, q̃ diſtrictio cenſuræ, concedendũ eſt, vt poſt quartam generationem iungantur. Secũdũ, quod quæris. Si mulier infirmitate correpta nõ valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis: reſpondet. Bonum eſſet ſi ſic permaneret, vt abſtinentiæ vacaret: ſed quia hoc magnorum eſt, ille, qui ſe non poterit cõtinere, nubat magis: nõ tamen ſubſidij opera ſubtrahat ab illa, quã infirmitas p̃pedit, & non deteſtabilis culpa excludit.

Forſan ea infirmitas præceßit vinculum matrimonii, & erat talis, quæ redderet illam incapacem coniugis: quoniam ſi ſubſequuta eſt infirmitas cõiugium, non daretur ea venia denuò nubendi. Author.

Decreta Zachariæ Papæ.

ZAcharias Papa. 91. ſub Petro natione Græcus ex patre Polychronio ſedit annos. 10. dies. 14. vir mitiſsimus, atque ſuauis, amator cleri, & totius populi Romani: tardus ad iraſcendum, & velox ad miſerandum. Conſtantino, & Irene eius matre imperantibus. Hic inuenit totam Italiã bellorum turbatione commotam, quam ſuo prudentiſsimo ſtudio penè totam pacauit. Extat epiſtola Bonifacij apud Germanos legati ad Zachariam Papam, in qua requirit voluntatẽ ſedis Romanæ in quibuſdam, quæ viſa ſunt illi neceſſaria ad confirmandam fidem Germanorum. *Zacharias. Ponti. 91.*

Primùm. Neceſſe habemus indicare paternitati veſtræ: quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum correctis, tres ordinauimus epiſcopos, & prouinciam in tres parochias diſcreuimus, & in illas tres vrbes, in quibus conſtituti, & ordinati ſunt, ſcriptis authoritatis veſtræ confirmari, & ſtabiliri p̃cantes deſideram⁹: vt (ſi Dominus voluerit) per authoritatẽ, & p̃ceptum ſanctiſq; iuſsionib⁹ apoſtolicis fundatæ, & ſtabilitæ ſint tres in Germania epiſcopales ſedes: & vt præſentes, vel futuræ generationes nõ p̃ſumãt, vel paro- *Bonifaci⁹ petit cõfirmari per ep̃m Ro. ſedes ep̃ales, quas erexerat ĩ Germania.*

chias corrumpere, vel violare præceptum Apoſtolicæ *ſedis.*

Requirit authoritatē Pōtificis Rom. ad cōgregandā ſynodum.

Secundùm. Notum ſit ſimiliter paternitati veſtræ quòd Carlomagnus Rex Francorum me accerſitū ad ſe rogauit, vt in parte regni Frācorum, q̄ in ſua eſt poteſtate, ſynodum inciperem congregare: & promiſit ſe de eccleſiaſtica religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minus quā per. 60. vel. 70. annos calcata, & diſsipata fuit, aliquid corrigere, & emendare velle. Quapropter ſi hoc (Deo inſpirante) veraciter implere voluerit, conſilium, & præceptum ſanctæ veſtrę authoritatis. i. Apoſtolicæ ſedis habere, & ſapere debeo.

Tertiùm. Deinde ſi inuenero apud illos diacones, & preſbyteros fornicarios, & adulteros, & ſic pro populo ſacras oblationes offerre, volo habere pręceptum, & conſcriptum authoritatis veſtrę quid de talibus definiatis, & per reſponſum Apoſtolicum conuincantur, & arguantur peccatores.

Quartū. Inueniuntur quidam inter eos epiſcopi, qui licet dicant ſe fornicarios, vel adulteros nō eſſe, *ſed ſunt ebrioſi*, & incurioſi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu ſanguinem hominum paganorum, ſiue Chriſtianorum. Volo ſcire ſententiam veſtram: quia ſeruus legat⁹ apoſtolicæ ſedis eſſe dignoſcor, & vnum ſit verbum meum hic, & veſtrum ibi.

Rogat Bonifaci⁹ ſi poſſit eligere ſucceſſorem ſedis ſuæ.

Quintùm de vna re, & conſilium quærere, & licētiam petere neceſſe habeo, eò quòd venerandæ memorię prædeceſſor veſter, ſicut audiſtis, in pręſentia veſtra mihi pręcepit, vt presbyterum poſt obitum meum (Deo volente) in eccleſiaſtico miniſterio hęredem, & ſucceſſorem conſtituere deberem, & hæc mihi (ſi Dei voluntas eſt) placet: ſed modo dubito, & neſcio ſi fieri poſsit: quia poſtea frater illius auunculum ducis regis Francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter iſta diſcordia pacificari, & finiri valeat. Ideo obſecro, vt authoritatis veſtræ licentia ſit, vt cum cōſilio ſeruorum Dei de iſta electione faciam, quod nobis in communi pro Deo, & pro eccleſiæ vtilitate, vel fructu ſpiritali, *& defenſione* religionis optimū eſſe videatur, & mihi *inſ*pirare dignetur Deus: quia hoc non videtur poſſe fieri, ſi contrarius Princeps fuerit.

Sextùm. Quærere, & interrogare paternitati veſtræ conſi-

conſilium debeo de quadam confuſione, & ſcandalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens, mentem noſtram conturbauit, & ſacerdotibus eccleſiarum verecundiam incutiebat. Quia laicus quidam dicebat ſibi ab Apoſtolicæ ſedis pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiam, vt in matrimonium acciperet viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini: & illa eo viuente diſceſsit ab eo, & iſti viro in tertio gradu propinqua illius eſſe dignoſcitur, qui nunc eam accipere deſiderans affirmat ſibi licentiam datam: & deinde votum vouit Deo caſtitatis, & velata fuit: & iterum abiecto velamine maritata. Tale enim matrimonium ſupradictus homo ab Apoſtolica ſede ſibi affirmat eſſe conceſſum, quod non exſtimamus verum: quia ſynodus, & eccleſia in qua natus, & nutritus fui, talem copulam, & matrimonium maximum ſcelus, & inceſtum, & horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri ex authoritate ſanctæ ſcripturæ iudicabant. Quapropter paternitas veſtra huius rei veritatem nobis indicare non dedignetur, vt eccleſiæ ſacerdotibus, vel populo Chriſtiano inde ſcandala, vel ſchiſmata, vel noui errores non oriantur, & concreſcant.

Septimum. Quia carnales homines idiotæ Germani, vel Frãci, ſi iuxta Romanã vrbem aliquid facere viderint ex his peccatis, quę nos prohibemus, licitum, & conceſſum à ſacerdotibus eſſe putant: & dum nobis improperium deputant, ſibi ſcandalum vitę accipiunt, ſicut affirmant ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana vrbe, & iuxta eccleſiam ſancti Petri in die, vel nocte quando Calendę Ianuarij intrant: Paganorum cõſuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu Gentilium, & cantationes ſacrilegas celebrare, & menſas illa die, vel nocte dapibus onerare. Quæ omnia eò ꝙ ibi à carnalibus, & inſipientibus videntur, nobis hic improperium, & impedimentũ prædicationis, & doctrinę perficiunt. Et ſi iſtas paganias paternitas veſtra ibi in Romana vrbe prohibuerit, & ſibi mercedem, & nobis maximũ profectum in doctrina eccleſiaſtica perficiet. Hęc omnia domine chariſsime propterea vobis nota facimus, vt veſtræ authoritatis reſponſum talibus dare poſsimus: & per caute-

lam veſtræ doctrinæ oues eccleſiæ non ſeducantur, *ſed lupi* rapaces ſuperati pereant.

Epiſtola Zachariæ Papæ, ad Bonifacium epiſcopum.

Quõ cõſtituẽdæ ſedes epiſcopales. D.80.*per totum.*

SVſcepimus fraternitatis tuæ literas, & petis, vt per authoritatem noſtræ ſedis epiſcopales ibidem ſedes firmentur. Sed tua ſancta fraternitas pertractet maturè, ſi expedit, aut ſi loca, vel populorum turbę talia eſſe probantur, vt epiſcopos habere mereantur. Memineris quod in ſacris Canonibus præcipimur obſeruare, vt minimè in villulas, vel in modicas ciuitates epiſcopos ordinemus, ne villeſcat nomẽ epi. Sed nos tuis literis prouocati, quæ propoſuiſti abſq; mora concedi patimur, & ſtatuimus per apoſtolicam authoritatem epiſcopales illic eſſe ſedes, quæ per ſucceſsionem epiſcopos mereantur, & populis præſint, atq; in quibus verbũ prędicatiõis ſubiectis inſinuet. Et nulli poſt hæc liceat hęc, quę à nobis ſancita ſunt, quoquomodo violare, quæ *authoritate* beati Petri Apoſtoli firma eſſe decernimus.

De eo autem quod intimaſti quòd Carlomagnus te rogauit, Reſpondemus, quòd dum iuuante Deo, quę à pręfato filio noſtro promiſſa ſunt, ad effectũ perducta fuerint, tuaq; fraternitas memorato concilio conſederit, ſi quos reperierit epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel ſtatuta patrum exceſsiſſe, id eſt, in adulterio ſi vel plures vxores habuerunt, aut ſi ſanguinem Chriſtianorum, ſiue paganorum effuderunt &c. nulla ratione apoſtolica *authoritate* permittas ſacerdotio fungi: quia tales à ſuo ꝓprio ore falſi nominantur ſacerdotes, & peiores, ac deteriores ſecularibꝰ eſſe noſcuntur: qui ſe neq; à fornicationibus, nec à nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab hominum ſanguinis effuſione manus ſeruant innoxias. Quales ſe ſacerdotes exiſtimant, dicente Dño: Sacerdotes mei ſemel nubãt, & Apoſtolus: Vnius vxoris virum &c. Et hoc ante ſuſceptum *ſacerdotium* vti licitum eſt, nam à die ſuſcepti ſacerdotij, *etiam* ab ipſo proprio coniugio prohibendi ſunt &c. Quomodo ſacerdotio fungi conſiderant, qui talibus ſceleribus inuoluti eſſe monſtrantur? Qui peiora ſecularium ſcelera committunt, vt plures vxores habere præſumant, quibus nec vnam conceſ-

Qualiter olĩ permiſſũ eſt ſacerdotibus coniugium. Ad Tit. 1.

conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare? Iſti nanq; (vt præmiſi) nec ſacerdotio fungi patiantur, nec diuina contingere myſteria commonemus.

Ad quintũ. De eo autẽ, quod tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, & te iubente in tuo loco eligat epiſcopũ, hoc nulla ratione cõcedi patimur, quia cõtra omnẽ eccleſiaſticã regulam, vel inſtituta Patrũ eſſe monſtratur. Sed volumus, vt tibi miniſtret, & ſit in Euangeliũ Chriſti adiutor. Nimis eñ reprehenſibile manifeſtũ eſt, vt te viuẽte tibi aliũ ſubſtituamus. Sed hoc commonemus, vt quandiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſinè intermiſsione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſsit eſſe placabilis: & populum, quem ad ſuam gratiam (per veſtræ ſanctitatis induſtriam) vocare voluit, irreprehenſibiliter regere valeat, atq; ad viam vitæ elaboret perducere. Si autẽ contingat aliquem poſt tui tranſitus diem ſupereſſe, quem idoneum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum: ea hora, qua te de pręſenti ſeculo migraturum cognoueris, pręſentibus cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi (charitate cogente) largiri cenſuimus.

7.q.1.ca.de eo autem.

Non conceditur, vt ẽpo ſuperſtite alius ſucceſſorem ſubroget.

7.q.1.c.Petiſti, vt cũ no.

Cõcediť Bonifacio, vt hora mortis ſibi ſucceſſorẽ deſignet.

Ad ſextũ. De illo autẽ, qui viduam auunculi ſui &c. Abſit hoc, vt pędeceſſor noſter ita pciperet. Nec eñim ab Apoſtolica ſede illa diriguntur, quę contraria eſſe Patrũ ſiue Canonum inſtitutis perhibentur. Ideo admonere, adhortari, increpare eos frater ne ceſſes, quatenus à tali ſceleſto recedant matrimonio, vt non in æternum pereant.

Quãtũ cauebat ẽps Romanus diſpẽſare cõtra canones patrũ.

Ad ſeptimũ. De Calendis verò Ianuariis, vel cæteris auguriis, vel aliis diuerſis obſeruationibus, quæ Gentili more obſeruari dixiſti apud beatum Petrum Apoſtolum, vel in vrbe Roma: hoc à nobis, & omnibus Chriſtianis deteſtabile, & pernicioſum eſſe iudicamus, dicente Deo: Non augurabimini, neq; obſeruabitis ſomnia. Ita & à nobis cauendum eſſe cenſemus, vt nullis auguriis, vel obſeruationibus attendemus: quia omnia hæc abſciſa eſſe à patribus ſumus edocti. Et quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabãt à die, qua nos iuſſit diuiña clemẽtia Apoſtoli vicẽ gerere, illico omnia hęc amputauimus. Pari enim modo volumus tuã ſancti

Leuiti.19.
Nume.23.

tatē populis tibi ſubditis p̄dicare,atq; ad viā æternę vitę perducere &c. Deus te incolumē cuſtodiat Reuerendiſs. frater.

Extat altera epiſtola ad eundē Bonifacium.

REuerendiſsimo fratri Bonifacio epiſcopo &c. Retulerūt, ꝙ fuerit in eadē ꝓuincia ſacerdos, q latinā linguā penitus ignorabat, & dū baptizaret neſciēs latinū eloquiū infringens linguā, diceret: Baptizo te in noīe patria, & filia, & Spirit' ſancta: ac per hoc tua fraternitas cōſiderauit rebaptizare. Sed ſanctiſsime frater, ſi ille, q baptizauit non errorē introducēs, aut hæreſim, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguā baptizās dixiſſet, non poſſumus cōſentire, vt denuo baptizeṫ, q̄a quicunq; baptizatus fuerit ab hæreticis in noīe p̄ris, & filij, & Sp̄us ſancti (vt tua fraternitas bene cōpertū habet) nullo mō rebaptizari debet: ſed p ſolā manus impoſitionē purgari. Vale frater.

SYNODVS SVB ZACHARIA PAPA MANdato Apoſtolico à ſancto Bonifacio, & Francorum epiſcopis ſub Carlomagno duce, habita anno. 742.

IN nomine Domini &c. Ego Carlomagnus dux &c. anno ab incarnatione Chriſti. 742. 11. Calen. Martij. cum conſilio ſeruorū Dei, & optimatū meorū, ep̄os, qui in regno meo ſunt cū presbyteris ad conciliū, & ſynodū pro timore Chriſti cōgregaui Bonifaciū archiep̄m, ac reliquos ep̄os, cū preſbyteris eorū, vt mihi cōſiliū darēt, quomodo lex Dei, & eccleſiaſtica religio recuperetur, q̄ in diebus pręteritorū Principū diſsipata corruit: & qualiter populus Chr̄ianus ad ſalutē animę peruenire poſsit. Et ordinauim' cōſilio ſacerdotū, & optimatū meorū per ciuitates ep̄os, & conſtituimus ſuper eos archiepiſcopum Bonifaciū, qui eſt miſſus ſancti Petri.

Canon. 1. Quæ ſint prohibita eccleſiaſticis.

STatuimusq; per annos ſingulos ſynodū cōgregari, & falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diacones, & clericos de peculiis eccleſiarum abſtulimus, degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus. Et ſeruis Dei per omnia omnibus armaturā portare, vel pugnare, aut in exercitū, & in hoſtem pergere omnino prohibem': niſi illi tantūmodo, qui propter diuinū miniſteriū. i. Miſſarū diuina adimplenda, & ſanctorū patrocinia portāda ad hoc electi ſunt. i. vnū, vel

Permittit̄ principi ad ſacra miniſteria vnū, aut duos ep̄os ſecū habere.

vel duos epiſcopos cum capellanis presbyteris Princeps ſecum habeat:& vnuſquiſq; pręfectus vnum presbyterū, qui hominibus peccata confitentibus iudicare,& indicare pœnitentiam poſsit. Necnon & illas venationes, & ſyluaticas vagationes cum canibus omnibus ſeruis Dei interdiximus. Similiter accipitres, & falcones non habeant.

Canon.2. Vt ſingulis quadrageſimis epiſcopo presbyter rationem miniſterij ſui reddat.

DEcreuimus quoq; iuxta ſanctorū canones,vt vnuſquiſq; presbyter in parochia habitās epiſcopo illi ſubiectꝰ ſit,in cuius parochia habitat,& ſemper in quadrageſima rationem,& ordinē miniſterij ſui,puta de baptiſmo,de fide catholica,de precibus,& ordine Miſſarum epiſcopo reddat,& oſtendat.Et quādocūq; iure canonico epiſcopus circuit parochiam ad populos confirmādos: presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendū epiſcopum cum collectione,& adiutorio populi,qui ibi cōfirmari debet:& in cœna Domini ſemper nouum chriſma ab epiſcopo quærat, & epiſcopo teſtis aſsiſtat caſtitatis,& vitæ,& fidei,& doctrinæ illius.

Canon.3. Abſq; probatione ignoti epiſcopi,aut presbyteri non admittantur.

STatuimus etiam,vt ſecundum cautelam omnes vndecunque ſuperuenientes ignotos epiſcopos,vel presbyteros ante probationem ſynodalem in eccleſiaſticum miniſterium non admittamus.

Can.4. Vt cum presbyteris,vel diaconibus nulla mulier cohabitet.

DEcreuimus quoque,vt presbyteri,vel diaconi non ſagis laicorum more, ſed caſſulis vtantur ritu ſeruorum Dei, & nullus in domo ſua mulierem habitare permittat.

Can.5. Epiſcopo ſit cura ſpurcitias omnes Gentilitatis abiicere.

ITē decreuimus, vt vnuſquiſq; epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem habeat adiuuante Graphione, qui defenſor eccleſiæ eſt, vt populus Dei paganias non faciat, ſed vt omnes ſpurcitias Gentilitatis abiiciat.

Explicit ſynodus ſub Carlomagno.

Stephanus ſecundus Papa.

STephanus ſecundus Papa, qui ſub Petro ſedit annos.5. dies.28.vir ſingularis religionis, & prudentiæ. *Stephanus Pont.92.*

Paulus

Paulus primus Papa.

Paulus Papa. PAulus primus, Papa. 93. ſub Petro, natione Romanus, Stephani ſecundi frater, ſedit annos. x. menſem vnum, vir tantæ pietatis, & humanitatis, vt noctu cum duabus, aut tribus familiaribus cubicula pauperum ægrotantium circuiret *Nota.* vnumquenq; eorum, & verbis, & eleemoſynis ad recuperandam valetudinem cohortaretur, & carcerem quoq; frequenter adibat. *Conſtantinus. 2. Papa.*

Cōſtātin. Pa. ¶ Conſtantinus ſecundus Papa. 94. ſedit annum vnum.

Stepha. Papa. ¶ Tephanus tertius Siculus, Papa. 95. ſedit annos. 3. mēſes. 5.

Adrianus Papa. ADrianus primus Romanus. 96. Papa ſub Petro ſedit. 23. annos, menſes. 10. dies. 17. nequaq̄ à prędeceſſoribus degenerauit, cū quouis optimo Pontifice comparari poteſt.

SYNODVS SECVNDA NICAENA, QVAM Græci ſeptimam generalem appellant. Anno Domini. 781. ſecundum Fauſtinum vero. 793. Fluxerunt à ſexta vſq; ad hanc. 7. anni. 119. Pſellus verò ponit. 60. ad quam conuenerunt Patres. 366. Imperantibus Conſtantino, & Irene eius matre, ſub epiſcopo vrbis Romæ Adriano primo Papa, celebrata contra eos, qui imagines in eccleſiis damnant, & eiici unt: in qua imaginū expreſsiones adorandas, & amplectendas relatiuè, decretū eſt, & honorandas reliquias ſanctorū.

Actio prima.

IMperantibus piiſsimis Conſtantino cum matre ſua Irene Imperij anno. 8. cōueniēte ſancta, & œcumenica ſynodo in Nicęa Bithynię Petro archipresbytero Romanę eccleſię, & Petro monacho vicariis exiſtētibus Apoſtolicę ſedis, præſente Taraſio archiepiſcopo inclytæ Cōſtantinop. nouę Romæ. & cæteris Epiſcopis &c.

Primo omnium venerunt in Concilium tres epiſcopi ex conciliabulo Epheſino, in quo dānatæ fuerant imagines, reſipiſcentes, & attulerunt libellos confeſsionis ſuæ. Primus erat Baſilius Ancyræ epiſcopus. Secundus Theodorus Cyrus eps̄ Myrôn, & tertius Theodoſius eps̄ Amorij. Baſilius epiſcopus è libello ſic cœpit legere. *Confeſſio catholica.*

Baſilii prius hæretici cōfeſſio cathol. CRedo, & confiteor in Deum patrē omnipotentem, & in vnicū Dn̄m Chriſtū filiū eius vnigenitū, & in ſanctum Spiritum Dn̄m viuificantem, & Trinitatem, conſubſtan-

tialē

tialem in throno eodem conſedentē, in vna deitate, poteſtate, & authoritate, adoratam, & glorificatam, in vnius ſanctę Trinitatis, & Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti œconomia, quemadmodum ſex ſacræ œconomicæ ſynodi tradiderunt. Hęc oīa ſic cōfiteor. Vniuerſam autē hęreticorū linguę incontinentiā abijciēs execror, quēadmodū ipſos ſeſe reddiderunt execrabiles. Interpellās etiā intemeratę virginis noſtrę Deiparæ, ſanctarū cæleſtiū poteſtatū, omniūq; ſanctorum interceſsionē: horum etiam ſanctas reliquias cum omni honore ſuſcipiens, & amplectens honorificè veneror, firmiter credens me illorum ſanctitatis fieri poſſe participē. Eodem modo venerandas imagines, quæ œconomiam Ieſu Chriſti Domini, & Dei noſtri, qui propter ſalutem noſtram homo factus eſt, & inuiolatę Virginis dominę noſtrę Deiparę, ſanctorumq; Apoſtolorū, prophetarū, martyrum, & omnium ſanctorum ſuſcipio, & amplector, eiſdemq; honorem debitum exhibeo. Abiiciens, & execrans ex toto animo, & corde congregatā ex deprauata mēte, & inſania, & appellatam ſeptimam ſynodū apud eos, qui rectè ſapiunt, nimiū quàm iniuſtè, & canonicè ψευδοσύνοδον, hoc eſt, falſum conciliabulum appellatum: vtpote ab omni pietate, & religione alienam, & a Deo traditæ eccleſiaſticę legiſlationi audenter, & præfractè, ne dicam impiè oblatrantem. Venerandasq; imagines contumelia afficientem, iubentemq; has è medio ſacrarū eccleſiarū tolli, cui pręfuit Theodoſius falsò nominatus Epheſi epiſcopus. Siſinnius itē Pergę cognomine Paſtillas.

Anathematiſmi eiuſdem Baſilij Ancyræ epiſcopi.

Primus. Qui doctrinas ſanctorū Patrum, & traditionem catholicæ eccleſiæ contēnunt: quiq; cauſantur & voces Arrij, Neſtorij, Eutychis, & Dioſcori iactant, dicentes, quòd niſi ſatis ex veteri, & nouo Teſtamento inſtructi eſſemus, ſanctorum Patrum, ſacrarum ſex ſynodorum doctrinas, & catholicæ eccleſię traditiones ſequeremur, execratio.

Secundus. Qui inquiunt diabolicarum inſidiarum inuentum ſacrarū imaginū culturā, & ędificationem, nequaq̄ autem ſanctorum Patrum noſtrorum traditionem, execratio.

Cæteri anathematiſmi eadem continent, quæ & illi, qui ſunt in fine ſeptimę actionis.

Hęc

Hæc quidem ſic cõfiteor, & approbo, & ex tota *anima*, corde, & mente demonſtro. Quòd ſi autem ſiue ex *calũnia*, ſiue ex inſtinctu volẽs nolens vllo tẽpore ab his deſciuero, alienus ſim & à ſancta Trinitate, & à catholica eccleſia.

Similiter & alij duo produxerũt libellos confeſsionis ſuę ſequentes Baſilium Ancyræ epiſcopum ex Chryſoſtomo, & ex Baſilio in oratione in quadraginta martyres, probantes venerationem imaginum, & cinerum ſanctorum martyrum: quos benignè excepit ſacra ſynodus: etiã reſtitutis eis ſuis ſedibus, in quibus continuo iuſsi ſunt reſidere.

1.q.7. *Conuenientibus*. Deinde adducti ſunt & alij plures epiſcopi ex eadẽ hæreſi: & placuit ſanctæ ſynodo, ſecundũ Canonẽ. 8. Nicænæ ſynodi, & tertium Epheſinæ, & epiſtolam diui Baſilij ad Amphilochium ſuper ſimili negocio ſcriptam, eos ab hæreſi venientes recipi cum manuum impoſitione.

Præceſsit autẽ longa diſputatio quomodo hęretici pœnitentes cùm redeunt ad eccleſiam catholicam *ſint recipiendi*: ſed ex ſententiis Patrum Baſilij, Athanaſij, Cyrilli, Chryſoſtomi, & Sardiceñ. ſynodi deliberatum eſt, eos cum manuum impoſitione recipiendos: & ſic abſoluta eſt actio prima.

Actio ſecunda.

IMperantibus Conſtantino, & Irene eius matre &c. vt in actione prima.

Primò producta eſt in ſynodo epiſtola Adriani archiepiſcopi Romani ad Conſtantinum, & Irenem Auguſtos, in qua hæc inſunt.

Primò hiſtoria Sylueſtri, & Conſtantini, de lepra, & exilio montis Soracte: de viſione Apoſtolorum Petri, & Pauli in ſomno, & de baptiſmo Conſtantini: de quibus in præfatione Concilij Nicæni.

Secũdò Gregorij Niſſeni locus ꝓ veneratione imaginũ.

Tertiò Baſilij magni teſtimoniũ, in lib. aduerſus Iulianũ de inuocatione ſanctorum, & imaginum veneratione.

Item Chryſoſtomi in eandem rem ſententia.

Item Cyrilli ad idem locus.

Item Athanaſij, & Ambroſij ad Imperatorem Gratianum, ſententiæ.

Item Hieronymi locus de imaginibus habendis.

Item Stephani epiſcopi Boſtrorum ſermo de imaginum veneratione.

In eadem actione lecta eſt epiſtola ſynodica eiuſdẽ Adriani Papæ ad Taraſium Patriarcham: in qua primo dicitur: ꝙ pictura illa veneranda, in qua agnus digito præcurſoris demonſtratur, à ſexta ſynodo probata ſit: vnde vſus inualuit eius frequentiſsimæ picturæ.

Deinde tractat de authoritate Romani Põtificis, & quòd eccleſia Romana ſit caput omnium eccleſiarum.

Poſtremò adiectæ ſunt ſententię omnium epiſcoporum, & ſynodi.

Petrus, & Petrus locum tenentes ſanctiſsimi Papæ veteris Romæ Adriani dixerunt. Dicat nobis Taraſius Patriarcha regię vrbis, cõſentiat ne literis ſanctiſs. Papę, an minus?

Taraſius Patriarcha reſpõdit. Nos Patrum præceptis imbuti, ſic confeſsi ſumus, & confitemur, cõcordamus, & vim literarum lectarum confirmamus: & imaginum picturas ſecundum priſcam patrum traditionem recipimus, & has deſiderio noſtro adoramus, vt in nomine Chriſti Dei noſtri, & intemeratæ Deiparæ virginis, ſanctorum angelorum, & omniũ ſanctorũ factas: ſed apertis verbis teſtamur nos duntaxat in vnum Deum verum, latriam, hoc eſt, cultum, & fidem noſtram referre, & reponere.

Sancta ſynodus dixit. Vniuerſa ſancta ſynodus ſic credit, & ſic docet.

Petrus, & Petrus legati Apoſtolicæ ſedis dixerunt. Dicat nobis ſacra ſynodus, num recipiat ſanctiſsimi Papæ veteris Romæ literas, an minus?

Sancta ſynodus rñdit: Sequimur, recipim⁹, & probamus.

In eandem ſententiam, & reliqui epiſcopi pronunciauerunt. Et ſic abſoluta eſt actio ſecunda. *Actio tertia.*

IN hoc ſecundo conſeſſu, primò reſtitutus eſt Gregorius epiſcopus Neocæſareæ ex hæreſi veniens in priorem gradum dignitatis ſuæ.

Secundò, producta eſt epiſtola ſynodica Taraſij archiepiſcopi ad epiſcopos Orientales, & alia eorundem epiſcoporum ad prædictum Taraſium: in quibus explicantur per capita ſex ſynodi generales, & quę in eis geſta ſunt.

Deinde

Deinde adduntur ſequentia.

His itaq; ſex ſacris ſynodis, quas ſolas vniuerſales agnoſcimus, concorditer orthodoxa fides ſtabilita eſt, nec aliã præ bas ſynodum accipimus. Locales autẽ ſynodos non aduerſamus, ſed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiã diuinitus inſpiratas canonicas cõſtitutiones, correctiones, & vtiles earũ legiſlationes ſumma obſeruãtia colimus.

Apoſtolicas autẽ eccleſiæ traditiones, quibus veneratio, culturaq; ſanctorum docetur, recipimus, & veneramur. Eos autem, vt miniſtros, amicos, & filios Dei exiſtentes honoramus. Honor enim, qui à conſeruis idem ſentientibus inuicem exhibetur, iudicium eſt beneuolentiæ erga Dominum. Sunt enim prõptuaria Dei, & pura Chriſti habitacula, Spiritusq; ſancti immaculata ſpecula. Sancti enim in Dei manu ſunt, ob idq; precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Seruator noſter Chriſtus fontes ſalutares, ſanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia fundentes: martyrũ enim oſſa virtutes multas operantur, atq; id per Chriſtum, qui in ipſis habitat. Cum his etiam ſanctas imagines reueremur, principio adorãtes Dei verbi propter nos incarnati. Domini noſtri, & ſeruatoris Ieſu Chriſti, qui formã ſerui aſſumpſit, imaginẽ. Quanquã ſciamus ipſã imaginem, & typum deitatis, quæ cum carne illius immaculata inconuulſim vnita eſt, minimè poſſe figuram præſtare. Inuiſibilis em̃ eſt diuina natura, nec depingi, nec figurari ſe permittit. Deum enim (vt ipſe inquit) nemo vidit vnquàm, ſed humanitatis illius imaginem coloribus ducẽtes adoramus. Veneramur etiam, & adoramus imaginem Deiparæ: & dominæ noſtræ, irreprehẽſibilis, immaculatæ, & inexplicitæ caſtitatis matris, quæ illum peperit. Quinetiã ſanctorũ Apoſtolorum, prophetarum, & victorum martyrũ, ſanctorumq; & beatorũ, veluti amicorum Dei imagines colimus: non in materiam, aut coloribus honorem conſtituentes: ſed per hoc officium noſtrum, quod ipſis à Deo quorũ typum imagines geſtant, debemus impartientes, cum ſciamus iuxta Baſilij magni ſententiam, quòd imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.

Sancti, vt filii Dei coluntur.

Reliquiæ ſanctorũ virtute potentes.

Ioan. 1.

Omnia prædicta, qui conuenerant epiſcopi receperunt, &

& approbarunt, & ſuſcripſerunt omnes epiſcopi numero 350. & ſic abſoluta eſt actio tertia. *Actio quarta.*

IMperantibus Conſtantino,& Irene eius matre,conueniente ſancta, & vniuerſali ſynodo &c. iuxta ordinem in prima actione præſcriptum.

In hac actione quarta multa ex ſcriptura,& ſanctorũ doctrinis afferuntur teſtimonia de vſu pio, & vtili imaginum.

Quòd in ſacris ſcripturis imagines admittantur. Primò adducitur locus ex lib. Exodi,ibi: Facies propiciatoriũ &c. *Exodi.25*

Secundò ex numeris,ibi:Ipſa eſt dedicatio altaris &c.

Tertiò ex Ezechiele :Introduxit me in templum, vt metiretur &c. *Ezechie.41.*

Quartò ex epiſtola ad Hebræos:Habebat quidem etiam prius tabernaculum iuſtificationes &c. *Hebræ.9.*

Item temporibus Chryſoſtomi ſanctorum imagines pingebantur, & ipſe Chryſo. habuit tabulam continentem picturam cædis Aſſyriorum veteris teſtamenti.

Item recenſetur Gregorij Niſſeni pathetica oratio de pictura,in qua à patre Iſaac immolabatur, in qua in hunc modum loquitur Gregorius: Vidi ſæpius inſcriptionis imaginem,& ſinè lachrymis tranſire non potui, cùm tam efficaciter ob oculos poneret hiſtoriam &c.

Quibus verbis auditis aliqui patres dixerũt:Si tanto doctori hiſtoria inſpecta peperit vtilitatẽ,& lachrymas, quanto magis rudibus,& idiotis vtilitatẽ,& cõmoditatẽ afferret? Alij verò ſic dixerunt : Si Gregorius vigilantiſsimus ad diuina oracula inſpecta hiſtoria Abrahæ fleuit,quantò magis œconomia incarnati Domini noſtri Ieſu Chriſti verbi Dei noſtri à nobis inſpecta ad lachrymas,& vtilitatẽ contẽplantes nos adhortabitur? Et Cyrillus eandem picturã ſuo tẽpore extitiſſe probat in epiſtola ad Acatium epiſcopum.

Extat adhuc ſermo ſancti Athanaſij de imagine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & de miraculo in Berytho ciuitate prodito cùm imago cæſa eſt à perfidis Iudæis,& percuſſo latere ſanctæ imaginis continuo exiuit ſanguis,& aqua &c.

Hic ſermo totus lectus eſt in Concilio ad ſtatuendam venerationem imaginum.

Ibidem annotatur à patribus ratio cur miracula à noſtris

1.Corin.14. imaginibus nunc non edantur: nempe (vt dicit Apoſtolus) quoniam miracula non credentibus data ſunt, *ſed his, qui in incredulitate verſantur.*

• Ibidem docetur, & decernitur à ſanctis epiſcopis, φ tẽpla nõ nugacibus, & vanis picturis ornãda ſunt: ſed hiſtoriis veteris, & noui Teſtamenti parietes tẽpli replere conuenit, vt hi, qui literas non norunt, nec ſacram ſcripturã legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant quinam germanè vero illi Deo per fortia facta ſeruierunt, atq; in certamen excitentur laudatorum facinorũ, per quæ cum cælo terram commutauerunt.

Ibidem lecta eſt docta diſputatio Leontij epiſcopi Neapoleos Cypri contra Iudæos pro imaginibus ſanctorũ conſeruandis: eſt dialogus quidem ſatis elegãs lectione dignus; deſumptus ex lib. 5. Apologiæ eius: extabant tunc & alia opera ſancti epiſcopi Leontij.

Item recenſita ſunt tria miracula ex libro miraculorum ſanctorum martyrum Coſmæ, & Damiani pro ſtatuenda imaginum veneratione.

Item traditur, quòd omnis honor imagini exhibitus ad prototypum refertur. Quod probatur primò ex quarto libro contra Arrianos patris Athanaſij.

Secundò ex codice. 30. capitum ad Amphilochiũ de Spiritu ſancto beati Baſilij. cap. 7. Ex quo colligitur falſum, & ſtultum eſſe axioma, quod falſa ſynodus ſparſerat, quicunq; imaginem adorat, in duo Chriſtum diuidit: & quicunq; imaginẽ aſpiciens dixerit, aut inſcripſerit ei, hic eſt Chriſtus, Chriſtum diuidit.

Deinde produxerunt vicarij Adriani Papę veteris Romę in codice paruo verba Baſilij in epiſtola ad Iulianum apoſtatam, quæ ſic habent. Confiteor etiam filij incarnatam ἐκονομίαν. Deinde ſanctam Mariam, quę ſecundum carnem illum peperit (hanc Deiparam vocans) ſuſcipio enim ſanctos apoſtolos, prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorũ mediationem propitius ſit mihi Deus noſter benigniſsimus, & remiſsionem peccatorũ mihi gratis largiatur. Quam ob cauſam & hiſtorias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis, & à ſanctis

ctis Apoſtolis non eſt prohibitum, ſed in omnibus eccleſiis noſtris eorum hiſtorias erigimus.

Poſtremò productæ, & lectæ ſunt quatuor epiſtolæ, prima Gregorij Papę Romani ad Germanū Patriarcham Conſtantinopolitanum. Aliæ tres Germani ad diuerſos epiſcopos Orientis pro refellenda hac improbitate hæreticorum, & ſtatuenda veneratione imaginum.

In confirmationē prędicti dogmatis adductus eſt ab Helia protopresbytero eccleſiæ Deiparę Virginis in Blachernis ſextæ ſynodi Can. 82.

Recitato itaq; ab Helia pdicto Ca. Taraſi⁹ patriarc. dixit:

Quę eſt hęc ignorātia, qua pleriq; laborant circa hos Canones, ſcandalum enim eſt dubitare num ſint ſextæ ſynodi. Cognoſcāt igitur tales ſextam ſynodum tēporibus Conſtantini fuiſſe congregatā, nimirum contra eos, qui tantum modo vnam actionem, & volūtatem in Chriſto collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxāq; fidem confirmantes, ſub annum decimumquartum imperij Conſtantini domum redierūt, poſt annos tamen quatuor, aut quinq; iidem illi Patres ſub Iuſtiniano Conſtātini filio congregati, prędictos Canones ediderūt: neq; hac de re quiſquam dubitet, nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, iidem illi ſub Iuſtiniano quoq; præſentem hanc chartam ſubſignarunt: quæ res ſatis clara eſt ex eorundem propriarum manuum immutabili ſimilitudine. Neceſſum autem erat poſt ſynodum vniuerſalem definitam, canones quoq; eccleſiaſticos ederent. Igitur ad recordationē ſalutaris illius mortis in carne politię ex venerandis imaginibus nos manuduci declararunt. Quòd ſi autem in diſpenſationem Chriſti verbi Dei hoc modo manuducimur, quales eos eſſe arbitrandum eſt, qui has ſubuertere conantur?

Sexta ſynodus.

Ex hac ſententia apparet nouem Canones, qui in exemplaribus Latinis ſextæ ſynodi ſcribuntur, falſo ei ſynodo aſcribi.

Petrus primas presbyterorum in ſancta Romana eccleſia ſubſcripſi: & cæteri epiſcopi recipientes, & approbantes omnia prædicta ſubſcripſerūt, & abſoluta eſt actio quarta.

Actio quinta.

Imperantibus Conſtantino, & Irene matre eius, conueniente ſancta, & vniuerſali ſynodo &c.

Productus & lectus eſt liber quidam beati Ioannis epi-

ſcopi Theſſaloniceñ. in quo diſputat cum Gentili quodam de vſu imaginum, interrogante Gentili, reſpōdente verò Ioanne: obiecit autem Gentilis in hunc modum.

Sancto Deum verbum hominem factum icone exprimatis, quid ad angelos hoc facit, quos vt homines pingitis, & adoratis? Hi tamen homines non ſunt, ſed intellectuales, & incorporei, & ſimpliciter exiſtētes dicunt. Sanè ea ratione, & à nobis Deos venerabiles exiſtima: nō enim ſic quicq̃ ab ſurdi agimus, queadmodum nec vos cùm angelos adoratis.

Sanctus dixit: de Angelis, & Archangelis, & eorum poteſtátibus, quibus & noſtras animas adiungo, ipſa catholica ecclesiá ſic ſentit, eſſe quidē intelligibiles, ſed non omnino corporis expertes, & inuiſibiles, vt vos Gentiles dicitis, verum tenui corpore prędítos, & aereo, ſiue igneo, vt ſcriptum eſt: qui facit angelos ſuos Spiritus, & miniſtros eius ignem vrentem. Sic autē multos ſanctorum Patrum ſenſiſſe cognouimus: quorum eſt Baſilius cognomento Magnus, & beatus Athanaſius, & Methodius, & qui ſtant ab illis. Solūmodo autem Deus incorporeus, & informabilis: intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto ſunt incorporeæ, & imitabiles pictura exiſtunt, quare etiam in loco exiſtunt, & circunferentiā habent. Quanquā autē non ſunt, vt nos, corporei, vtpote ex quatuor elemētis, & craſſa illa materia, nemo tamē, vel angelos, vel dæmones, vel animas dixerit incorporeas, multoties enim in proprio corpore viſi ſunt, ſed ab illis quibus Dñs oculos aperuit. Nos igitur eos nō vt Deum, ſed vt creaturas intelligibiles, & miniſtros Dei, non tamen, vt verè incorporeos pingimus, & colimus. Quòd autem forma hominis pingantur, in cauſa eſt, quòd in ea viſi ſunt, ſi quando miniſterium Dei apud homines obierunt.

Diſputat̃ an angeli ſint corporei.

Author. *Synodus non improbat, ſed magis viſa eſt approbare hāc ſententiā, dicente Taraſio Patriarcha: Oſtēdit autē pater quòd & angelos pingere oporteat, quando circūſcribi poſſunt, & vt homines apparuerūt. Sacra ſynodus reſpondit, Etiā Dñs Auguſt. ad Nobridiū epiſtola. 115. dicit angelos aerea, aut etherea animātia, & in libro de eccle. dog. c. 11. dicit: Nihil incorporeū, & inuiſibile natura credendū, niſi Deū ſolum. Et. c. 12. creaturā omnē corpoream eſſe angelos, & oēs virtutes cæleſtes corporeas, licet nō carne ſubſiſtās. (addentes) Ex eo autem corporeas eſſe credimus, quòd localiter circunſcribantur*

bantur: ſicut anima, quæ carne clauditur. Et in. q. 67. dixerat infimos Angelos animaliter viuere: quod tamen in primo retractat. temperauit. Et nuper Cardi. Caie. in Commenta. ad Ephe. 2. dixit dæmones eſſè aereos ſpiritus. Hæc dixerunt Patres iſti ſequuti Platonem. Econtra multi alii patres eccleſiæ ſentiunt Angelos omnino incorporeos: quos, vt videtur, ſequuti ſunt patres Concilii Lateranen. primi, dicentes: Deus ab initio vtranq; de nihilo condidit creaturam corporalem, & ſpiritualem. Angelicam, ſcilicet, & mundanam. Hæc illi. Quibus verbis ſpirituale oppoſuerunt corporali. Sed hæc controuerſia nondum eccleſiæ cenſura terminata eſt.

DEinde productus eſt ab Epiphanio diacono locum tenente Thomæ epiſcopi Sardiniæ, codex quidã ex itinerariis falſò inſcriptis ſanctorũ Apoſtolorũ, in quo multa indigna, & ridicula de Christo Domino legebantur, vt illum nec bibiſſe, nec ediſſe, nec pedibus terram calcaſſe, & his ſimilia. Quo lecto ſancta ſynodus dixit: Omnis hæreſis ab hoc libro dependet.

Rurſus ſancta ſynodus dixit: Anathema ſit illi libro à principio vſq; ad calcem.

Deinde Coſmas cubicularius protulit ex patriarchio codicem veteris Teſtamenti cum ſcholiis ſuo loco appoſitis, in quo continebantur ſequentia: Non erunt tibi Dij alieni pręter me. Non facies tibi idolum, nec alicuius ſimilitudinem. *Exod. 20.* Quæcunq; exiſtunt in cælo ſuprà, aut quæcunq; in terra in *Leuit. 26.* frà, & quæcũq; in aquis deorſum ſubter terram, non adorabis ea, nec ſeruies illis. *Scholion.* Et ſi facimus hominum piorum ſimilitudines, non tamen ea fiunt, vt adorentur, vt Dij: ſed, vt eas videntes ad imitationem facinorũ illorum irritemur. Si verò ſimilitudines Chriſti facimus, ſanè nõ propter *Qualiter imagines adorãtur à fidelib⁹.* ſimilitudinem adoramus, ſed quo mens per ea, quæ conſpexit, ſurſum volet. Non enim imaginẽ corruptibilẽ hominis corruptibilis adoramus, ſed qa Deus homo incõmutatè dignatus eſt fieri, facim⁹ illius imaginẽ velut hominis, quãuis ſciamus eũ natura Deum exiſtentẽ. Non ideigitur Deũ, & imaginem dicimus: ſed Deum cognoſcentes ſimilitudinẽ in imagine diſpenſationis illius humanæ figuramus. Gentiles autem errantes, ſimilitudines Deos eſſe arbitrantur.

Poſt hæc lectę ſunt hiſtoriæ quędam ſanctorum, cum miraculis, quæ fiebant pro veneratione imaginum.

Poſtremò lectis omnibus prædictis, & aliis fragmentis ſcriptorum eccleſiaſticorum, tota ſynodus proclamauit. Diuiniloquorũ Patrum doctrinę nos correxerunt: ex illis haurientes fidem, & veritatem potati ſumus: illos inſequentes, mendaciũ perſequuti ſumus. Nos venerandas imagines ſuſcipimus. Nos ita non affectos anathemate deuouemus &c.

Actio ſexta.

HAEc actio continet refutationem hæreticorum, qui in Conſtantinopolitano conciliabulo ſub Leone hæretico Imperatore præſidente Photio imagines damnauerant: quorum dicta referuntur per Gregoriũ epiſcopum, qui tũc fuerat conuerſus ad meliorẽ mentem, & redarguuntur per Epiphanium. Diſtributa eſt hæc actio per ſex tomos.

Tomus primus.

Non eſt vera ſynod⁹, quæ authoritate Papæ Romani caret.

QVòd non fuerit vera ſynodus ſub Leone celebrata, quoniam non habuit cooperarium, vt hæc, quæ nunc celebratur, Romanum Papam, nec illius ſacerdotes, nec per vicarios, nec per prouinciales literas, quemadmodum fieri in ſynodis debet. Quinetiam nec concordãtes ſibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum, Anthiochenum, & vrbis ſanctæ ſummos Pontifices.

Secundò oſtendit, quòd imagines ab Apoſtolorum temporibus in eccleſia fuerint. Quod potiſſimũ probat ex Canone. 82. ſextæ ſynodi, de qua dicit in hunc modum.

De canonib⁹ ſextæ ſynodi

Sacra ſexta, & vniuerſalis ſynodus poſteaquam ſententiam ſuam de vna voluntate Chriſti ſub Conſtantino, qui per ea tempora imperium adminiſtrabat, cuiuſq; nutu, & voluntate conuentus is erat indictus, pronunciaſſet, contigit Imperatorem de vita decedere. Iuſtiniano autem eius filio imperium adſumente, iterum vnanimiter omnes diuina voluntate poſt quatuor, aut quinq; annos congregati, de rebus eccleſiaſticis, ſtatuſq; earum correctione circiter duos & centum Canones edidère: in quorum octuageſimo ſecundo de imaginibus ſic tradiderunt.

In quibuſdam venerandarum imaginum picturis agnus digito Præcurſoris indicatus &c.

Videmus igitur oẽs, & intelligimus, quòd & ante ſacras ſex ſynodos, & poſt has etiam ſanctorum picturę in eccleſia

traditæ

traditæ fuerint, non aliter, ac ſacra Euangelij lectio. Nã quæ legũtur vbi ad aures venerint, ad animũ deinde leganius, & tranſmittimus: & quæ oculis videmus in picturis, ea quoq; mente cõplectimur: atq; ita per duo iſta inuicem cõſequentia, lectionem, & picturam, vnam cognitionem acquirimus, qua ad recordationẽ rerum geſtarum peruenitur. Vnde ex duobus iſtis ſenſibus in Canticis canticorum inuenire licet efficacem coniunctionem. Sic enim ibi dicitur: Oſtende mihi faciem tuam, & audire fac mihi vocem tuam &c. Quibus & adiungimus illud: Sicut audiuimus, ita & vidimus. *Cant. 2.* *Pſal. 47.*

Tomus ſecundus.

DE ſex ſynodis cõtra hæreticos celebratis, quas recẽſent hæretici Iconoclaſtæ. Deinde Epiphanius oſtendit picturam neceſſariam, & vtilem, quæ vulgus erudiat. Nihil habet ſingulari annotatione dignum.

Idem proſequitur in tertio tomo, tantùm eludit verba hęreticorum. *Tomus quartus.*

Conuenientes in ſceleſta ſynodo dixerunt.

Imaginũ falſi nõis praua appellatio, nec Chriſti, nec Apoſtolorũ, nec Patrũ traditione cœpit &c. *Epiphanius reſpondet.*

Quòd autem cum multis aliis, quæ in eccleſia obſeruantur ſinè ſcriptura nobis imaginum veneratio tradita ſit, ab Apoſtolorum tẽporibus latè per hiſtorias traditum eſt: de imagine maximè Hęmorrhoiſſę, quam multis ſcriptoribus confirmare poſſumus. Baſilius magnus in diuerſis opuſculis ſuis mentionẽ imaginum facit. Gregorius etiam illius & carne, & Spiritu frater Niſſenſiũ pręſul in ſermone in Abraham idem ſentit. Itẽ alter Gregorius, qui à theologia nomen ſortitus eſt in verſibus à ſe conditis, qui de virtute inſcribuntur, aſſentit. Chryſo. etiam in oratione funebri in Meletium epiſcopum Antiochiæ: & in ſermone, qui inſcribitur, quòd veteris, & noui Teſtamenti vnus ſit legiſlator, Cyrillus in epiſtola ad Acatium epiſcopum Scythopoleos, Athanaſius epiſcopus Theupoleos, Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Omnes enim ſancti Patres noſtri imagines receperunt. Quam ob cauſam mẽdaces deprehenduntur in hoc, quod dicunt non eſſe Patrum traditionem. *Pro veneratione imaginũ receſentur Patres eccleſiæ.*

Et poſt pauca idem Epiphanius ſubdidit.

Qui imaginem Imperatoris videt,in ea ipſum Imperatorem contemplatur. Et qui imaginem eiuſdem adorat,ipſum Imperatorem & adorat: huius enim forma, & figura illius eſt imago. Et quemadmodum deſpiciens imaginem Imperatoris,non aliter caſtigatur,quàm ſi ipſum Imperatorē contumelia affeciſſet (cum tamē illa ipſa imago pręter lignum, & colores nihil ſit) eodem modo, qui typum, ſiue figuram alicuius ignominia afficit, in illum ipſum, quem typus repręſentat, iniurius eſt. Quod quidem ipſa rerum natura repræſentat,hoc etiam vniuerſi mortales agnoſcunt,Patresq; ſanctos ita tradidiſſe norunt: & ij,qui aliter docent, eccleſiæ catholicæ,imò naturæ rerum contradicunt.

Qui imagines reiiciũt, etiā cōtra naturam agũt.

Hæretici dixerunt.

TAm ex ſcriptura diuinitus afflata, quàm ex Patrum electorum teſtimoniis aſſerētibus piam noſtram intentionem, exhibebimus noſtram definitionem. Principio verbum diuinæ vocis,ſic dicentis præmittimus: *Deus eſt Spiritus*:Quicunq; Deum adorauerit,in Spiritu, & veritate adoret. Et iterum: Deum nemo vidit vnquam &c. nec formam eius vidiſtis.Beati ſunt,qui non viderunt,& crediderunt.

Ioan.4. *Ioan.1.* *Ioan.20.*

Epiphanius pro ſynodo.

QVoties recta dogmata homines iuxta ſuam opinionem ſubuertere conantur,non miretur aliquis ſi ſcripturę verba vſurpent. Nam & omnes hæreſiarchæ ſuorum errorum occaſiones è diuina ſcriptura collegerunt: & quæ rectè ab Spiritu ſancto dicta erant,peruerſa animi ſententia conuellunt. Atq; hoc Coryphæus Apoſtolorũ Petrus olim pręl dixerat dicens: Quæ imperiti,& minimè conſtantes,ſecundum proprias cupiditates peruertũt &c. Quāobrē non eſt mirandum,ſi nouæ iſtius prauitatis hæretici nobis è diuina ſcriptura ſumptiones quaſdam adferunt. Et ideo quæ de inuiſibili, & incomprehenſibili Deitate dicta ſunt, in diſpenſationem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundũ carnem commutarunt, vt illud: Deum nemo vidit vnquam, quod de diuina natura ſcriptum eſſe, nemo ignorat. Et illud: Nec vocem eius audiſtis,nec formam eius vidiſtis. Quòd ſi hæc ſecundum humanitatem quiſpiam intellexerit, totum Euangelium ſubuertet. Item,cognouimus Deum eſſe Spiritũ, & qui

2.Pet.3. *Deut.4.*

qui adorant eũ, in ſpiritu, & veritate id facere debere: & quę ſecundum fidem eſt, adorationem, & cultum illi ſoli (vtpote omnium Deo in Trinitate laudato) offerendũ. Non enim Chriſti adorationem in ſpiritu, & veritate imaginibus exhibuerũt, nec etiam diuinę crucis effigiei, nec etiam vnquam inuiſibilis, & incomprehenſibilis naturæ imaginem apparaunt. Nam cùm diuinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore, & deſiderio ampleƈtimur: ad ipſum prototypum reſpicimus. Sed queadmodum verbum caro factũ eſt: ita quoq; humanam eius œconomiã deſcribimus, & depingimus. Quam ob cauſam nugamenta illorum vana, & nupera, item putrida, & à veritate exorbitantia deprehendũtur.

Hæretici dixerunt.

AIt Dominus ad Moſem, & populum: Nõ facies tibi idolum, neqne omnem ſimilitudinem, quæcũq; ſunt in cælo ſuprà, & in terra infrà. Quã ob cauſam in mõte in medio ignis, vocem verborum vos audiſtis, ſimilitudinem autem non vidiſtis, ſed tantummodo vocem. *Leuiti. 26.*

Epiphanius pro ſynodo.

QVę in veteri lege contra eos, qui inter filios Iſrael vitulũ adorabant, & Aegypti abominationibus inſiſtebant, dicuntur: in Chriſtianos quoque ieƈtare non deſinunt. Capiuntur autem labiis proprijoris. Vtinam autẽ cogitaſſent: quia Dñs eam gẽtem ductyrus erat in terram promiſsionis, in qua habitabant gentes, quę adorabant, & colebãt idola, dęmonas, ſolem, lunam, & aſtra, reliquasq; creaturas, etiam volucres, quadrupedes, & ſerpẽtes: Deum autem verũ ignorabant. Quare tam diligenter eis præcepit, ne facerent vllã ſimilitudinem eorum, quæ in cælo, aut in terra ſunt. Poſtq̃ autem eos ab idolatria abduxiſſet, iuſsiſſetq; tabernaculum teſtimonij fabricari, Moſes ſenſibilia Cherubin habentia hominum formam obumbrantia propitiatorium, quod Chriſtum præfigurauit, (nam ipſe propitiatio fuit pro peccatis noſtris) formauit.

Hæretici dixerunt.

ET mutauerunt gloriam immortalis Dei, per imaginem, nõ ſolùm ad mortalis hominis ſimilitudinem effeƈtam, & venerati ſunt, & coluerunt ea, quę condita ſunt, ſupra eũ, *Roma. 1.*

2.Cor. 5. qui condidit. Et rurſum: Si enim cognouimus Chriſtum ſecũdum carnem, iam non cognoſcimus: per fidem enim ambulamus, nõ per ſpeciẽ. Et hoc, quod ab Apoſtolo apertè di-
Roma.10. ctũ eſt: Igitur fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Dei.

Epiphanius pro ſynodo.

CLarum enim omnibus eſt, Apoſtolum gentes reprehendiſſe in eo quod ait: cõmutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. Infert etiã: volucrum, quadrupedum, & ſerpẽtiũ. Doloſè tñ iſti totam phraſim cõtaminauerũt, vt per eam immutatam, ſimpliciores ineſcarent: quaſi Apoſtolus de imaginum in eccleſia pictura verba faceret. Nam quæ ab Apoſtolo inferuntur, apertam habẽt manifeſtationem: volatilium enim quadrupedum, & ſerpentium mentionẽ facit. Item, ea & venerati ſunt, & coluerunt (creaturas ſcilicet) ſupra creatorem. Norunt enim, qui in hiſtoricis triti ſunt, Aegyptios olim, & boues, & reliqua animalia coluiſſe, vt diuerſa volatilia, mures, veſpas: item vilia alia, & abiecta animalium. Perſæ verò, ignem, & ſolem adorabant. Græci præter iſta, quamuis creaturam colebant. Quinetiam Hebręi quidam (vt teſtatur liber Regũ) & propheticæ enarrationes. Decepti deniq; ſunt omnes, & gentes vanitatem induerunt: quare obſcuratum
Roma. 1. eſt ſtultum cor eorum, & ante Chriſti aduentũ, & poſt Chriſtum: maximè tamen omnium antequam in Chriſtum credidiſſent: clarum enim eſt hoc.

Ad illud verò. Si enim cognouimus Chriſtum ſecundũ carnẽ &c. adducemus inſignes huius loci interpretes. Ioannes Chryſoſtomus interpretando ſic ait: Neminem fidelium iuxta carnem nouimus. Quid enim ſi in carne fuerint, cùm vita illa carnalis perierit: de ſupernis enim nati ſumus in ſpiritu. Nouimus aliam vitam, & ſtatum, qui in cælis eſt. Et mox eiuſdem ducem Chriſtũ exiſtentem oſtendit, quapropter etiam induxit, Si verò iuxta carnem Chriſtum nouimus, ſed amplius iam non cognoſcimus: quia ſi paſsibilẽ cognouimus chriſtum, at iam non amplius: nõ ꝙ reliquerit carnẽ, nam cũ hac veniet iudicaturus terrarum orbem &c.

Cyrillus Alexandrinus idem illud dictum explicans, ita commentatur. Quod Paulus inquit, tale eſt: Verbũ caro factum

ctum eſt,& pro omnibus occubuit,atq; ita illũ cognouimus ſecundum carnem,ſed amodo non cognoſcimus. Nam etſi nunc ſit in carne (reſurrexit eñ tertia die, aſcẽdit in cælos) verũ hęc ſuprà carnem conſiderantur. Non enim amplius moritur,nec vllam aliam carnis infirmitatem ſuſtinet,omnibus enim his ſuperior eſt.

Animaduertitis igitur, qui aduerſari ſemper didiciſtis, ꝙ non modo Apoſtolicas ſententias peruertitis:ſed & ſanctis patribus contraria ſtatuiſtis.

Ad alium etiam locum eiuſdem Apoſtoli(per fidem ambulamus,& non per ſpeciem,idem Chryſoſtomus enarrans ait: Porrò nequis audiens, peregrinamur à Domino, dicat (cur hęc dicis?) Alieni enim ab illo ſumus,dum hic agimus, prius hæc corrigit dicens: Per fidem enim ambulamus, nõ per ſpeciem:& hìc quidem iſta ſcimus,verum haud ita aperte. Quod & alibi dicit:in ſpeculo,& ęnigmate, tunc autem facie ad faciem. 1.Corin.13.

Atque hęc à diuinis iſtis patribus dicta ſunt.

Tomus quintus.

Gregorius pro hæreticis.

EAdem etiam & Apoſtolorum diſcipuli,& ſucceſſores diuini patres noſtri tradiderunt. Epiphanius enim Cyprus inter anteſignanos pręclarus ſic inquit: Eſtote memores dilecti filij,ne in eccleſiam imagines inferatis,nec in ſanctorũ cemiteriis eas ſtatuatis,ſed perpetuo circunferte Deũ in cordibus veſtris. Quinetiam nec in domo communi tolerentur. Non enim fas eſt Chriſtianum per oculos ſuſpẽſum teneri:ſed per occupationem mentis.

Epiphanius pro ſynodo.

DEcet omnem Chriſtianum cùm libros aliquos adulterinos audit,aut legit,reſpuere,nec omnino animũ adhibere. Nam & inter epiſtolas diuini Apoſtoli quędã fertur ad Laodicenſes,quã patres noſtri,tanq̃ alienã reprobauerunt. Ad hæc Manichæi euangelium ſecundum Thomã inuexerunt,quod eccleſia catholica meritò (vt impium) aduerſat: quẽadmodum etiam id,quod nũc è beato patre noſtro Epiphanio dictũ eſt:cùm illius nequaquã exiſtat. Diuinus enĩ hic pater octoginta capitũ librum edidit,in quo omnes hæreſes

reſes Gentiles, & Iudaicas: item quotquot poſt Chriſtianiſmum ſuſceptum inuectę ſunt, damnauit: in quo proculdubio, & eam poſuiſſet, quę de imaginib⁹ ab iſtis fertur, ſi alienam à Chriſti religione hanc exiſtimaſſet. Ita & libros illos contra imagines nemo Chriſtianorum (præter iſtos nouitatis magiſtros) recepit. Quod ſi tãto tempore in eccleſia non ſunt recepti, quam ob rem nunc à nobis recipi debent? Attendamus autem, qui floruerint per tempora ſupradicti patris noſtri Epiphanij in eccleſia, quos tanquam glorioſos doctores, & tuta monimenta eccleſiæ dicere poſſumus. Profecto Baſilius magnus, Gregorius cognomento theologus, Gregorius Niſſenſium epiſcopus, quem omnes patrum patrem vocant, & Chryſoſtomus. Præter hos etiã Ambroſius, Amphilochius, Cyrillus Hieroſolymorum epiſcop⁹. Quod ſi is, qui hanc expoſitionem doctorum contra venerandas imagines edidit, ait ſe à ſanctis patribus, qui per ea tempora floruerunt, non fuiſſe receptum, quomodo ea, quę ſancti patres non probauerunt, nos qui circa fines ſeculorum occurrimus, & indigni ſumus, vt diſcipuli eorũ vocemur, recipiemus? Præſertim cùm falsò contra eccleſiã edita ſint. Apage cũ iſta impia, & intolerabili editiõe. Neq; hic linguas ſuas acuant, & exerceant vaniloqui iſti accuſatores rectè ſentientium, quaſi illi, qui antiquam eccleſię traditionem recipiũt, beato Epiphanio aduerſentur, nequaquam. Cõmentarium enim illud reiiciamus, beatum autem patrem catholicæ eccleſiæ doctorem cognoſcimus. Nam & diuini patres, qui in quarta vniuerſali ſynodo fuerunt cõgregati, epiſtolam, quæ nomine Ibæ epiſcopi Edeſſę ad Marin Perſam circunferebatur, anathemate damnauerunt, quaſi Neſtorio conſentientem. Eodem etiam modo, qui in ſacra quinta ſynodo conuenerunt: ipſum autem Ibam nequaq̃ (non enim demonſtrari poterat quòd eſſet Ibæ) Quam ob rem in anathematiſmis non ipſum Ibam deuouerũt, ſed Ibæ epiſtolam. Dicebatur enim Ibæ, cùm illius nequaquam eſſet. Iudicate ergo omnes, qui auditis, & verum à falſo diſcernite: quia editiones iſtę non ſunt beati iſtius patris, ſed poti⁹ Manichęacæ, quas veluti amara bile plenas fugiamus. Manichæi enim, & quicunque confuſionis fuerunt authores, contemplationem

iſtam

iſtam nunquam ferre potuerunt.

Gregorius pro hæreticis.

SImiliter & Gregorius theologus in verſibus ſuis dicit: Flagitium eſt, fidem habere in coloribus, & non in corde. Ea enim, quæ in coloribus exiſtit, faciliter eluitur, quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica.

Epiſanius pro ſynodo.

PEruerſè rurſus cogitantes, & aliud dictum Gregorij theologi ſubiiciunt, quod à dicto patre ſic editum eſt: Flagitium fidem habere in coloribus, non in animis, quæ facilè elui poteſt, ſed profunditas mihi chara. Ab his autem ſic falſò ſcribitur. Flagitium eſt, fidem habere in coloribus, & nõ in corde: ea enim, quæ in coloribus exiſtit, faciliter eluitur: quę verò in profundo mentis, illa mihi amica. Beatus enim Gregorius theologus in metricis ſuis opuſculis dictũ illud, quod hi citant, ad moralem quendam ſenſum attulit. Corrigit enim vitam nóſtram, vt abſtineamus à temporalibus, & mũdanis rebus, voluptatibus, ſcilicet, carnalibus: & ſpiritualem rurſus vitam (quę ad cęleſtia perducat) eligamus. Nec credamus mundo huic, nec temporaneis, & non manentibus adhęreamus (hęc enim colores vocauit.) ſed potius ſpiritualibus, & veris inſiſtamus, quę in corde ſtabilimentum habent, & in ęternum manent.

Gregorius pro hæreticis.

CHryſoſtomus ſic docet. Nos per ſcripta, ſanctorum fruimur pręſentia, non ſanè corporum ipſorũ: ſed animarum imagines habẽtes. Nam quę ab ipſis dicta ſunt, animarum illorum imagines ſunt. Maxima verò recti inueſtigatio (inquit magnus Baſilius) meditatio ſcripturarum diuino afflatũ nobis datarum. In his enim, & rerum argumenta inueniuntur, & vitæ beatorum virorũ præſcriptę, veluti imagines quædam animatæ.

Epiphanius pro ſynodo.

QVi quicquã rectè ſapit, nequaquam hæc ad ſubuerſionẽ ſacrarum imaginum pertinere intellexerit. Omnibus enim manifeſtum eſt, cùm audimus virilia, & fortia ſanctorum facta, conſtantiam firmitudinemq; animorũ illorũ nos beatificare, & laudare. Quinetiam cùm in diuinis ſcripturis

ris ſanctorum vitas legimus, cunq; in picturis eaſdē cōtēplamur, in memoriam reuocamus quantopere in Deū feruore fuerint accēſi. Nam quę oratio per auditū exhibet: hęc ſcriptura tacēs per imitationē oſtēdit, vt Magnꝰ inquit Baſiliꝰ.

Gregorius pro hæreticis

ET Alexandriæ lumen Athanaſius dixit: Quomodo non miſeratione perſequendi ſunt, qui creaturas adorant: quòd illi, qui vident, non videntibus cultum exhibent: & audientes non audientes orant, precanturq;. Creatura enim à creatura nunquam ſeruabitur.

Epiphanius pro ſynodo.

PApe quanta inſania. Nunc enim nouam quandam blaſphemiæ viam excogitantes, planè à veritate deuiant. Nā ea, quæ diuinus vir contra idola loquutus eſt, hæc iſti homines etiam poſt cognitionem veritatis, & confeſsionis ſyncerè, & diuinæ regenerationis tribuūt, & præter vnum vniuerſorum dominum, creaturis ſeruire Chriſtianos, & *idolatriam* commiſiſſe aſſerunt.

Gregorius pro hæreticis.

SImiliter Amphilochius Iconij epiſcopus ita inquit: Non enim nobis ſanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare curæ eſt: quoniam his opus nō habemus: ſed politiæ illorum virtutum memores eſſe debemus.

Epiphanius pro ſynodo.

HAereticis proprium eſt mutilatas exquirere ſententias. Nam ſi quis ſtudioſè exquirat, haud facilè *hāc beati* patris ſentētiā inuenerit contra venerandarū imaginū repſentationē: ſed affectionis animæ ſanctorū virilitatem, & cōſtātiam celebrans, & pdicans virtutum efficaciā, *hęc dicit beatus pater:* maximè quo nos ad imitationem perducat. Non enim ſanctos propter carnalem amorem laudamus, nec pingimus: ſed quo virtutum illorum ſimus memores. Et in libris quoque vitas illorum deſcribimus, in tabuliſq; illos depingimus: non ꝙ hoc à nobis poſtulent ipſi, verùm *id noſtra* cauſa, & propter vtilitatem noſtrā ſancimus. Non enim ſolùm paſsiones martyrum nos inſtituunt, ſed & contextus, & ſcriptum de illorum paſsionibus, picturaq; idem indicans. Vnde (vt veritātis verbum nos docet) hęc oportet fa-

cere,

cere,& illa nō omittere. Hoc idem latè diſputat magnus Baſilius in ſuis moralibus ſermonibus. Aſterius etiam Amaſię epiſcopus ſimiliter docet veterem eſſe de imaginibus traditionem, vt patet præter alia ex ſermone, quem in Lazarum, & diuitem epulonem conſcripſit. Mat.23.

Gregorius pro hæreticis.

COnſentanea his etiam Theodotus Ancyræ epiſcopus ſic docet: Sanctorum formas, & ſpecies ex materialibus coloribus formari minimè decorum putamus: horum autē virtutes, quę per ſcripta traditæ ſunt, veluti viuas quaſdam imagines reficere ſubinde oportet. Ex his enim ad ſimilium imitationem, & zelum peruenire poſſumus. Dicant enim nobis, qui illas erigunt ſtatuas, quęnam vtilitas ex illis ad ſe redit? an quòd qualiſcunq; recordatio eos habet ex tali ſpeciei cōtemplatione? Sed manifeſtum eſt, quòd vana ſit eiuſcemodi cogitatio, & diabolicę deceptionis inuentum.

Epiphanius pro ſynodo.

MVlti noſtrum diligenter quærentes, & indagantes in ſermonibus huius Theodoti præſentem ſententiam, nuſquam ſanè inuenimus. Ex quo conuincitur ementita eſſe teſtimonia ab iſtis citata: ideoq; nec locum ſermonis, nec librum vnde hęc ſententia deſcripta eſſet, deſignarunt.

Deinde adducunt & quædam alia teſtimonia ſimilia ex Euſebio Pamphili hęretico, quę Epiphanius contēnens, refellit: quoniam author in reprobum ſenſum traditus, Arrij placitis conſenſit, vt ex cunctis hiſtoricis ſuis libellis cōſtat: quibus filium, & verbum Dei creaturam vocat, & ſecundo adorandum loco. Huic opponit Epiphanius Athanaſiū in dogmatica ad Euſichyum presbyterum epiſtola cuius initium: in quibus exiſtimaſti nos &c. & Cyrillum in epiſtola ad Succenſum &c. contrarium docentes.

Tomus ſextus.

COntinet tantùm anathematiſmos. 19. conciliabuli ſub Leone habiti: in quorum ſeptem prioribus rectè ſentiunt, & patrum traditionibus conuenientia dicūt, quippe, qui myſterium ſanctę Trinitatis, & incarnationis Dñicæ iuxta orthodoxas fidei regulas explicāt. In reliqs verò anathematiſmis abrogandū imaginū vſum, & damnandum in eccle-

eccleſia catholica definiunt.

Actio ſeptima.

Conueniente ſancta,& vniuerſali ſynodo,iuxta diuinū, & pium Imperatorum à Deo electorum decretum, cōgregata in Nicea &c.

Definitio ſanctæ magnæ, & vniuerſalis in Nicea *ſynodi ſecundæ.*

IN hac definitione primò approbant ſex vniuerſales ſynodos. Deinde pronunciant,profitenturq; ſymbolum fidei. Tertiò damnant omnes hæreticos, quos & ſex vniuerſales ſynodi damnauerant. Vltimò ſubiiciunt ſic.

Fatemur autē vnanimiter nos eccleſiaſticas traditiones, ſiue ſcripto,ſiue conſuetudine valentes,& decretas retinere velle:quarum de numero eſt imaginum effiguratio, vt quæ hiſtoriæ euangelicæ promiſsionis concinat ad credulitatem verę,& non phantaſticæ incarnationis Dei, & ad vtilitatem ſimilitudinis,quam nobis exhibet vtiliter inuentam. *His ſe* ſic habentibus regiam viam incedentes, & ſanctorum noſtrorum,& diuinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & catholicæ eccleſię in qua ſanctus Spiritus inhabitat traditionem obſeruantes,definimus cum omni diligentia, & cura, venerandas,& ſanctas imagines ad modum, & formam venerandę, & viuificantis crucis è coloribus, & teſſellis, aut alia quauis materia commodè paratas dedicandas:& in templis ſanctis Dei collocandas, habendasq;: tum in ſacris vaſis,& veſtibus,tum in parietibus, & tabulis, in ædibus priuatis,in viis publicis:maximè autem imaginem Domini, & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti,deinde intemeratæ dominę noſtræ Deiparæ, venerādorum angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum. Quo ſcilicet per hanc imaginū pictarum inſpectionem omnes,qui contemplantur,ad prototyporum memoriam,& recordationem, & deſiderium veniant:illiſq; ſalutationē,& honorariam adorationem exhibeant. Non tamen ſecūdum fidem noſtram veram *latriam*, quæ ſolùm diuinæ naturę competit:ſed quemadmodum typo venerandæ,& viuificantis crucis,& ſanctis euangeliis,& reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum,& luminarium reuerenter accedimus,quemadmodum veteribus piè in conſuetudi-

tudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in prototypum reſultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoq; deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrum obtinet diſciplina, vel traditio catholicæ eccleſiæ, quę à finibus vſque ad fines euangelium ſuſcepit. Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hęreticorum eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut nouã vaniloquentiam inducere, aut quicquam de conſecratis in eccleſia abiicere, euãgelij inquam, depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias martyrum, quas ſciuerit eſſe germanas, & veras, aut contra iſta vafrè, & improbè aliquid cogitare, quod ſit contra conſtitutionem eccleſiaſticam, aut vti tanquam communibus ſacratis Deo, repoſitis pretioſis, aut monaſteriis reuerẽdis, ſi fuerint epiſcopi, aut clerici, deponũtor: ſi monachi, aut laici, communione priuantor.

Reliquiæ ſanctorũ venerandæ.

Sancta ſynodus exclamauit. Omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbantes ſubſcripſimus. Hæc eſt fides Apoſtolorum, Hęc eſt fides patrũ, hæc eſt fides orthodoxorum, hęc fides orbẽ terrarũ confirmauit. Credentes in vnum Deum in Trinitate laudatũ, venerandas imagines amplexamur. Qui ſecus agunt, anathemate percelluntor: qui ſic non ſentiunt, ab eccleſia depelluntor.

Quicunq; ſententias ſacræ ſcripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema.

Qui venerandas imagines idola appellant, anathema.

Qui dicũt, ꝙ Chriani imagines, vt deos adorẽt, anathema.

Qui ſcientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines ſentiunt, aut eas dehoneſtant, anathema.

Qui præter Chriſtum Dñm Deum noſtrum dixerit alium nos à cultu idolorum liberaſſe, anathema.

Qui audent eccleſiam catholicam dicere idola aliquando ſuſcepiſſe, anathema.

Siquis ex Iconoclaſtarum hęreſi aliquem exiſtentem defenderit, anathema.

Siquis Deum ſecundum humanitatem non circũſcriptibilem confeſſus fuerit, anathema.

Siquis euangelicas narrationes per picturam repſentatas

non acceptauerit, anathema.

Si quis has non ſalutauerit in nomine Domini, & ſancto rum eius, anathema.

Si quis traditiones eccleſię ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes non curauerit, anathema.

Ex hac ſeptima ſynodo deſumit argumenta Nicolaus primus in epiſtola ad Michaelem Imperatorem.

SEPTIMA SYNODVS, QVAE SEmel excuſa eſt Colonię, nō habet ſuos canones Latinè excuſos: nos autem ex Nomocanono Græco, ex quo, & canones ſextæ ſynodi aſſumpſimus, eos partim integros, partim in epitomen redactos, ne creſceret volumen ſummę, hic adiecimus: interprete eodem Gentiano herbeto, Gallo.

IN primo canone huius ſanctæ ſynodi, hęc dicunt patres. A ſanctis Apoſtolis prius editos canones, & à ſanctis vniuerſalibus, & localibus ſynodis amplectentes, eos anathematizamus, qui ab ipſis anathematizati fuere: *deponimus*, qui depoſiti fuere: nihilq; his adiicimus, nō *inexplebiles, vt* auari exiſtētes: ſed his, q̄ ab illis conſtituta ſunt, contenti ſumus. Atq; hic eſt quidem ſcopus huius canonis.

Hic Ca. Apoſtolorum tantum, & ſynodalium canonum meminit, ſecundus tamen Ca. ſynodi in Trullo aliorum quoq; ſanctorū decreta, vt ſacros canones, obſeruari iubet.

Canon. 2. *Non ordinandus quiſpiam, niſi ſaltem bene norit Pſalterium.*

D. 38. c. *oēs pſallentes.* DEcernimus, quemlibet quidem, qui ad epiſcopalem gradum eſt prouehendus, Pſalterium omnino noſſe: vt ex eo omnem quoq; ſuū clericum ita initiari moneat. A metropolitano autem bene examinari, an ad ſacros canones diligenter, ac cum perſcrutatione, nō autem curſim obiterq; legendos, prompto, paratoq; ſit animo, & ſacrum etiam euangelium, & librum diuini Apoſtoli, omnemq; diuinam ſcripturam, & in diuinis præceptis verſari, & populum docere. Noſtræ enim hierarchiæ ſubſtantia, ſunt eloquia *diuinitus* tradita diuinarum, ſcilicet, ſcripturarum vera ſcientia: ſicut & Magnus Dionyſius oſtendit. Si quis autem dubius fuerit animi, & non lubenter hęc facere, & docere voluerit, nō

Oſee. 4. ordinetur. Prophetice enim dicit Deus. Tu repuliſti ſcien-

tiam

tiam, & ego te repellam, ne ſis mihi ſacerdos.

Can.3. Electiones epiſcoporum, quæ vi principum procedunt, infirmari debent.

OMnem electionẽ, quæ fit à magiſtratibus epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi irritam manere ex canone dicente: Si quis epiſcopus magiſtratibus ſecularibus vſus, per eos eccleſiã obtinuerit, deponatur, & ſegregetur, & omnes, qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui eſt promouendus ad epiſcopatum, ab epiſcopis eligi, quemadmodum à ſanctis patribus Niceæ decretum eſt. ca. 4. *31. ca. Apoſt. 16. q. 7. Si quis eps. Et habet etiã D. 63. oĩs.*

In epiſcopo electio propriè dicta eſt, in presbytero autẽ & diacono abuſiuè, pro ordinatione, quod non infrequenter offendes in canonibus.

Can.4. Pœna talionis puniendus Antiſtes, qui iniuſtè clericos arcet, vel templa claudit.

PRæco veritatis Paulus quendam, veluti canonem, Epheſiorum presbyteris imponens, vel vniuerſæ potius ſacerdotali multitudini, ſic liberè dixit: Argentũ, vel aurũ, vel veſtẽ nullius concupiui, omnia vobis oſtendi, q̃m oportet ſic laborantes infirmos acquirere, & apprehendere, dare beatum exiſtimantes. Quocirca nos ab eo edocti ſtatuimus, ne turpis lucri gratia antiſtiti in mentem veniat quærenti excuſationes in peccatis aurum, vel argentum, vel vllam aliam ſpeciem ab iis, qui ſibi ſubſunt epiſcopis, vel clericis, vel monachis exigere. Dicit enim Apoſtolus. Non debẽt liberi parentibus theſaurum parare, ſed parentes liberis. Si quis ergo per auri exactionem, vel alicuius alius ſpeciei, vel propter aliquam propriam affectionem à miniſterio arcere inuentus fuerit, vel ſegregare ſuorum clericorum aliquem, vel venerandum tẽplum claudere, ne in eo fiant diuina miniſteria, talionis erit legi obnoxius, vt qui ſit mandati Dei tranſgreſſor. Præcipit enim, & Petrus Apoſtolorum ſummus. Paſcite gregem Dñi non coactè, ſed ſpontaneè &c. *16. q. 1. Prædicator. Actu. 20. 2. Cor. 12. 1. Pet. 5.*

In Ca.5. definiũt patres ſeuerè puniẽdos clericos, qui per auri dationem primas ſedes, prioresq́; honores quęrunt. *Ca. 30. Apoſ. & ca. 2. cõci. Chalcedo.*

Sexto canone definit, ſaltem ſemel in anno celebrari ſynodos prouinciales, ſicut patres ſextę ſynodi in Trullo ſtatuerunt, ca. 8. Additur autem non licere metropolitano ex his, quæ ſecum affert eps, vel iumẽtũ, vel aliquã rẽ aliã pete- *D. 18. c. Quoniam quidem.*

re. Si verò hoc feciſſe deprehẽſus fuerit, reddet quadruplũ.

Can. 7. Vt templa ſinè reliquiis ſanctorum non conſecrentur.

Eccleſiaſtic' mos erat, tẽpla per ſanctas martyrũ reliquias conſecrare.

QVi venerabilium imaginum aſpectum ex eccleſia ſuſtulerunt, alios quoque mores reliquerunt, quos quidẽ oporteat renouari, & tam ex iure ſcripto, quàm nõ ſcripto ſic obſeruari. Quęcunq; érgo templa conſecrata ſunt abſq; reliquiis martyrum, in eis fieri ſtatuimus reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum conſecrauerit ſinè ſanctis reliquiis, deponatur.

Iudæi cũ quorundã criminũ rei agerentur, vellẽt autem dãnationẽ effugere, ad fidem Chriſtiani fictè accedebant: quod cauetur in ſequẽti canone.

Canon. 8.

QVoniam Hebręorum religionis, quidam errantes Chriſtum Deum noſtrum ſubſannare viſi ſunt, ſe ſe Chriſtianos eſſe fingentes: ipſi autem clanculum eum negantes, ſabbata obſeruãtes, & multa alia Iudaica faciẽtes: ſtatuim', vt nec ad communionem, nec ad orationem, nec ad eccleſiã admittantur: ſed apertè ſint ſecundum ſuam religionem Hebræi: & nec filios eorum baptizent, nec ſeruum emant, vel poſsideant. Si autem ex pura, & ſyncera fide quis eorum cõuertatur, & ex toto corde confeſſus fuerit, eum recipiant, & baptizent eorum filios. Et caueant ipſi ſe ab Hebræorũ ſtudiis, & inſtitutis deſtitutos. Si autem non ita ſe gerant, eos nullo admittant modo.

Ca. 9. Hæreticorum ſcripta vulgo non permittuntur.

Scripta hæreticorũ, puerilia ludibria: quia ſunt ſolutu facilia, vt puerorũ ludibria.

PVerilia omnia ludibria, furioſaq; dicta, ac ſcripta, quæ aduerſus ſanctas imagines edita ſunt, oportet dari epiſcopo Conſtantinopolitano, vt cum reliquis hæreticis libris reponantur. Si quis autem hęc celare inuentus fuerit, ſi ſit epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur: ſi autem laicus, aut monachus, ſegregetur.

21. q. 2. qm̃ diuerſorum.

Canon. 10. eſt ca. 17. & 18. ſextę ſynodi in Trullo, etiam. 13. & 23. Chalcedonẽ.

Canon. 11. eſt ca. 26. concilij Chalcedonẽ.

9. q. 3. cum ſingu.

Canon. 12. eſt ca. 39. Apoſto. Cauit ſynodus alienandas res eccleſię, aut monaſterij.

19. q. 3. qm̃ à quibuſdam.

Canon. 13. eſt ca. 24. in concilio Chalced. & 49. ca. ſextæ ſynodi in Trullo.

Can.

Ca.14. *Abſq; epiſcopi manus impoſitione nullus fiat lector.*

NVllus eff.ciatur lector abſq; epiſcopi man⁹ impoſitione. Hoc ipſum etiam in monacho ſeruetur. Lectoris autem manuum impoſitionem licet in proprio monaſterio, etiam ſoli monaſterij prçfecto facere: ſi ipſi præfecto ab epiſcopo manus eſt impoſita. Similiter & ex antiqua conſuetudine chorepiſcopos, epiſcopi permiſſu, oportet per manuũ impoſitionem lectores creare.

D.69.c. qm videmus. *Abbates nũc in proprijs monaſterijs poſſunt etiã lectores creare.*

Ca.15. *Ne aliquis clericus in duabus collocetur eccleſiis.*

CLericus ab hoc deinceps tempore in duab⁹ eccleſiis nõ colloceť: hoc enim eſt negotiationis, & turpis lucri proprium, & ab eccleſiaſtica cõſuetudine alienum. Ab ipſa em̃ Dñi voce audiuimus non poſſe quẽq̃ duobus dominis ſeruire, aut vnum amplecteť, & alterum negliget. Vnuſquiſq; ergo (vt vox eſt Apoſtolica) in eo, in quo vocatus eſt, debet manere, & in vna eccleſia aſsidere. Quç enim propter turpe lucrum fiunt in eccleſiaſticis negotijs, ea à Deo ſunt aliena. Ad huius autem vitæ vſum ſunt diuerſa ſtudia: ex his ergo ſiquis velit ea, quæ ſunt corpori ad vſum neceſſaria, comparet. Dixit Apoſtolus: Vſui meo, & his, qui mecũ ſunt, ſubminiſtrauerunt manus meæ. Et hæc quidem in hac regia ciuitate, in his autem, qui extra ſunt locis, propter hominum inopiam permittitur.

21.q.1. *Clericus.* *Matt.3.* 1.*Corin.7.* *Maliũt patres vt cleric⁹ artificio paret victũ, quã vt in duab⁹ collocetur eccleſiis.* Actu.20.

Ca.16. *Ne inſignem veſtem induat clericus.*

OMnis ornatus corpore⁹ eſt à ſacerdotali ordine alien⁹. Epiſcopos ergo, vel clericos, qui ſe ſplendidis, & inſignibus veſtibus exornant, ſe corrigere oportet. Sin autẽ permaneant, ſupplicio tradi: ſimiliter & eos, qui ſunt vnguẽtis delibuti. Et ſi inuẽti fuerint aliqui, qui eos, qui vilem, & modeſtum amictum induti ſunt, irrideant, pœna corrigantur: à ſuperioribus enim vſq; temporibus, omnis vir ſacerdotalis cũ moderato, & honeſto indumento verſabatur.

21.q.4. *Omnis iactura.* *Hoſtes imaginũ irridebãt eos, qui vilioribus vtebãtur veſtibus propter humilitatem.*

In ca.17. prohibetur, ne alicui monacho permittatur oratorium extra monaſterium ædificare, ſi non habeat ea, quç ad perfectionem domus pertinent.

In ca.18. cauetur, ne vlla ratione in epatu, aut monaſterio mulier aliqua, ancilla, vel libera verſetur ad aliquod miniſterium. Si ſecus fiat, epiſcopus, aut præfectus deponatur.

Ca.19. eſt ca.2.ſynodi Chalcedo. Additur ad illud, *ne quis* admittatur in monaſterio per largitionem pecuniæ, excepta ea, quæ datur liberis à parentibus inſtar dotis, vel cum ſponte offertur.

Can.20. Ne fiant duplicia monaſteria.

Duplicia vocăt monaſteria, quia in vno & eodě viri, & mulieres habitabant. 18.q.2. Definimus.

STatuimus, non fieri duplex monaſterium, quoniam hoc fit multis ſcandalum, & offenſio. Siquæ autem ſunt duplicia, ſeruetur ſecundum conſtitutionem patris Baſilij, quę ſic definit. In vno monaſterio ne verſentur monachi, & monachæ: nec monachus liberè cum monacha loquatur &c. Si autem eueniat, vt aliquam cognatam monachus aſpiciat, præſente prefecta cum ea colloquatur exiguo, & breui ſermone: mox ab ea recedat.

Canon. 21.

NOn oportet monachum, vel monacham proprium relinquere monaſterium, & ad aliud ſe conferre. Si autē hoc contigerit, ipſum in hoſpitem accipi eſt neceſſarium.

Canon. 22.

Habĕt etiam ĩ.53.ca. Apoſto. & in ca. 62. ſextæ ſynodi in Trullo.

PRæſens canon prohibet laicis, ne cum ſcenicis ludicris, & ſaltationibus, aut meretriciis vocibus comedăt: ſed ei, qui nutrimĕtum dat, gratias agant. Porrò monachis, & ſacerdotibus pręcipit, ne ſeorſum cum mulieribus comedant, etiam ſi cognatę fuerint: niſi peregrè verſentur, & nō habeant ea, quæ ſunt ad vſum neceſſaria. Hic eſt huius canonis ſcopus.

Explicit ſeptima ſynodus generalis cum ſuis canonibus.

Decreta Leonis. 3. Papæ.

Leo.3. ponti. 97.

LEo.3. Papa.97. natione Romanus, patre Azupio. vir caſtus, & integer: doctorum virorum ita amator, vt eos vndequaq; præmiis alliceret, eorūq; conſuetudine mirum in modū delectaretur. Pręterea verò ęgrotos viſere, eoſq; ad patientiam adhortari: eleemoſynas indigentibus præbere: prędicationibus, & admonitionibus (quibus plurimùm ob eloquentiam, & doctrinam valebat) incūbere ei peculiare fuit. Moritur anno.21. pontificatus ſui. Quo etiam cometes apparuit (vt nonnulli putant) tantæ calamitatis indicium.

Prædicti Pontifi. fuerunt ſub Conſtantino, & Irene eius matre. Sub hoc pontifice tranſlatum eſt imperium ad Germanos. Hic coronauit Carolum

tolum magnum.

CONCILIVM MAGVNTIACVM celebratum anno ſalutis.813. quinto idus Iunij. *Cōciliū Maguntiacum.*

COngregati ſunt ad concilium celebrandum epiſcopi, presbyteri, & monachi iuſsione Caroli Imperatoris, qui inchoantes tractare de ſtatu veræ religionis,& profectu Chriſtianæ plebis.

Primò ſtatuerunt de toto collegio clericorum, ſiue laicorum per tres turmas fieri in hunc modum. *In tres turmas diſtīguitur cōcilium ad inſtaurandā collapſam eccleſiam.*

In prima turma conſederūt epiſcopi cum quibuſdā notariis legentes,ac tractātes ſanctū euangelium, & epiſtolas,& actus Apoſtolorū:canones quoq;,ac diuerſa ſanctorū patrū opuſcula,& paſtoralē librum Gregorii, cum cæteris ſanctis dogmatibus,diligenti ſtudio perquirentes,quib⁹ modis ſtatum eccleſiæ Dei, & Chriſtianæ plebis perfectum ſana doctrina, & exemplis iuſtitiæ inconuulſum (largiente gratia Dei) perficere,& conſeruare potuiſſent.

In ſecunda turma conſederunt Abbates,ac probati monachi regulam ſancti Benedicti legentes,ac tractantes diligenter qualiter monachorum vitam in meliorem ſtatum,atque augmentum cum Dei gratia perducere potuiſſent. *Secunda turma.*

In tertia turma ſederunt comites,& iudices in mundanis legibus decertantes,vulgi iuſtitias perquirentes,omniumq; aduenientium cauſas diligenter examinantes, quibus modis poterant iuſtitias terminantes. *Tertia turma.*

Statuta concilij Maguntiaci.

Can.1. Sinè operibus fides mortua eſt.

INitium actionis nrę de fide eſſe decreuimus, q̄ bonorum omniū eſt fundamētū:quia ſinè fide Deo placere nō poſſum⁹:fides tñ indiget opere:quia fides ſinè operib⁹ mortua eſt. Vnde Grego. Ille verè credit,qui exercet operādo,quod credit. *Canon.2.&.3.&.4.*

COmmendant fidem, ſpem, charitatem, & ſacramenta Chriſtiana ſecundum Romanum ordinem celebranda.

Canon.5.

COmmendatur pax,& cōcordia in populo Chriſtiano: quoniam ad vnam, & veram hæreditatem regni cæleſtis vocati ſumus,ad quam cupimus peruenire.

Canon.6.&7.

COmmendantur epiſcopis res pauperum.

Canon.8.

DE conuenientia epiſcoporum cum laicis.

Ca.9. De regulari obſeruantia canonicorum.

DEcreuimus, vt canonici clerici canonicè viuant, obſeruãtes diuinam ſcripturam, & doctrinam, & documenta ſanctorum patrum, & nihil ſinè licẽtia Epiſcopi ſui, vel magiſtri eorum agere præſumant: & vt ſimul manducent, & dormiant, vbi his facultas id faciendi ſuppetit, vel qui de rebus eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt, & in ſuo clauſtro maneant, & ſingulis diebus mane prima ad lectionem veniãt, & audiant, quòd eis imperatur. Ad menſam verò ſimiliter lectionem audiant, & obedientiam ſecundum canones ſuis magiſtris exhibeant.

Can.10. De vita clericorum.

PLacuit ſancto concilio, vt qui dicunt ſeculum *reliquiſſe*, & qui adhuc ſeculum ſectantur, ita diſcernantur, ſicut in regula clericorum dictum eſt. His igitur lege patrum cauetur, vt vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant. Non ſpectaculis, non pompis interſint. Conuiuia inhoneſta, turpia fugiant. Hieronymus ad Nepotianum dicit: Omnium Chriſtianorum domos quaſi proprias amare debemus, vt conſolatores nos in mœroribus ſuis potius, quàm conuiuas in proſperis nouerint. Et *Iſidorus:* Clerici tamen conuiuia priuata, non tantùm pudica, ſed & ſobria colant, vſuris nequaquam incumbant: nec turpium occupationes lucrorum, fraudiſquè alicuius ſtudium non appetant. Amorem pecuniæ quaſi matrem cunctorum criminum fugiant: ſecularia officia, negotiaquè abiiciant. Honorum gradus per ambitionem non ſubeant: non vagis oculis, non infreni lingua, aut petulanti, tumidoquè geſtu incedant: ſed pudorem, ac verecundiam *mentis*, ſimplici habitu, & inceſſu oſtendant: obſcœnitatem etiam verborum, ſicut & operum, penitus execrentur: viduarum, ac virginum viſitationes frequentiſsimas fugiant: contubernia fœminarum nullatenus appetant: caſtimoniã quoq; inuiolati corporis perpetuò cõſeruare ſtudeãt: ſenioribus

ribus quoq; debitam præbeant obedientiã, neq; vllo iactantiæ ſtudio ſe attollant. Poſtremò in doctrina, & lectionibus, Pſalmis, & Hymnis, & Canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent eſſe, qui diuinis cultibus ſe manci pandos ſtudent exhibere, ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

Can. 11. De vita monachorum.

ABbates autem cenſuimus, cum monachis ſuis pleniter viuere, ſecundum doctrinam regulæ ſancti Benedicti quantum humana permittit fragilitas.

Can. 12. Ne monachi ad placita ſecularia veniant.

HOc tamen omnino volumus, vt monachi ad ſecularia placita nullatenus veniant, nec ipſe Abbas ſinè conſenſu epiſcopi ſui, & cùm neceſsitas exigit, tũc per iuſsionem, & conſilium epiſcopi illuc vadat: nequaquã tamen contentiones, aut lites aliquas ibi mouere præſumat: ſed quicquid quærendum, vel reſpondendum ſit, per aduocatos ſuos hoc faciat. *Canon. 13.*

ABbatiſſæ cum monialibus regulariter viuant.

Canon. 14.

MIniſtri altaris clerici, vel monachi à negociis ſecularibus omnino abſtineant. *Canon. 15.*

INterpretatus eſt hic locus Pauli Philip. 3. Imitatores mei eſtote &c. ex Hierony. in Comment. ad Galat. & Auguſti. in primo libro de agone Chriſtianorũ. *Canon. 16. & 17.*

QVod clericos conueniat mundum, & arma relinquere.

Canon. 18.

DE fictis virtutibus, & veris vitiis diſcernendis.

Canon. 19.

VT plus non mittantur in monaſteria canonicorum, vel monachorum, aut puellarum quàm ſufferri poſsit.

Can. 20. De locis monaſteriorum prouidendis.

DEinde dignum, ac neceſſarium eſt, vt miſsi per quæq; loca directi ſimul cum ipſis vniuſcuiuſq; diœceſis perſpiciant loca monaſteriorum canonicorum, pariter & monachorum, ſimiliterq; puellarum: ſi in apto, & congruo loco ſint poſita, vbi commodũ neceſſariũ poſsit acquiri, quod ad vtilitatem pertinet monaſterij, ſicut in ſancta regula dicitur

Proſpiciendũ monaſteriis, vt nulla ſit neceſsitas monachis vagãdi.

citur. Monaſterium autem ita debet conſtitui, vt omnia neceſſaria infra monaſterium exerceãtur, vt non ſit neceſsitas monachis, vel clericis, vel puellis vagandi foras: quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoq; ædificia monaſteriorum ſupradicti miſsi, & cum eis epiſcopi, per diuerſa loca præuideant, ſi apta ſint, & congruẽter ſanctę profeſsioni compoſita: vel ſi clauſtrũ firmum habeant, in quo ſaluari poſsint animæ in eis cõmorantium ſub diſciplina canonica, vel regulari. Vbi autem aliter inuentum fuerit, hoc omnimõ epiſcopus loci ipſius faciat emendari: ita vt condignam profeſsioni eorum cuſtodiã habeãt canonici, vel monachi, atque nonnanes, ne detur eis occaſio malè faciendi, quod abſit. *Canon. 21.*

SCiant epiſcopi qualiter canonici viuant.

Canon. 22. De clericis vagis.

Hos potes nunc dicere exemptos ab obedictia ſuorum prælatorum.

DE clericis vagis, ſeu de acephalis, id eſt, de his, qui ſunt ſinè capite, neq; in ſeruitio Domini noſtri, neq; ſub epiſcopo, neq; ſub abbate: ſed ſinè canonica, vel regulari vita degentes, vt in libro officiorum ſecundũ capitulum, & tertium de eis dicit: Hos neq; inter laicos, aut ſecularium officiorũ ſtudia, neq; inter clericos religio tenet diuina, ſed ſolluagos, atq; oberrantes ſola turpis vita cõplectitur, & vaga: quiq; dum nullũ metuunt, explendę voluptatis ſuę licentiã ſectantur, quaſi animalia bruta, libertate, ac deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignũ religionis, non religionis officium, hippocẽtauris ſimiles, nec equi, nec homines. Tales omino vbicunq; inuenti fuerint, præcipimus, vt epiſcopi ſinè vlla mora eos ſub cuſtodia conſtringant canonica: & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos ſecundũ deſideria voluptatũ ſuarũ viuere permittãt. Sin autẽ epiſcopis ſuis canonicè obedire noluerint, excommunicentur, vſq; ad iudicium archiepiſcopi regionis illius. Et ſi ille eos corrigere nõ valuerit, tunc omnino ſub vinculis conſtringantur vſq; ad ſynodum, vt ibi eis indicetur, vtrum ad iudiciũ Domini noſtri, aut ad iſtam magnam ſynodum afferãtur ſub cuſtodia publica. *Canon. 23. De clericis miuſtè tonſuratis.*

DE clericis verò hoc ſtatuimus, vt hi, qui hactenus inuenti ſunt, ſiue in canonico, ſiue in monachico ordine ton-

ſurati

ſurati ſine eorum volũtate, ſi liberi ſunt, vt ita permaneant: & deinceps cauendũ, vt nullus tondeatur ſinè legitima ætate, & ſpõtanea volũtate, vel cum licentia Dñi ſui. *Canon. 24.*

DE clericis adeũtibus Imperatorem, hoc placet omnibus modis obſeruare, quod de eis in ſacris canonibus conſtitutum eſt. *Canon. 25.*

DE officio prædicationis ſi fortè epiſcopus non fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut aliqua cauſa exigente non valuerit, nunq̃ tamen deſit diebus Dominicis, aut feſtiuitatibus, qui verbum Dei prædicet: & iuxta quod intelligere vulgus poteſt. *Canon. 26.*

Diebus Dñicis, & aliis feſtiuitatib᷑ verbum Dei prædicandũ.

VT presbyteris per monaſteria puellarũ opportuno tempore liceat Miſſarũ ſolennia celebrare, & iterũ ad proprias eccleſias redire. *Can 27. Diligenter Chriſma cuſtodiendum.*

PResbyteri ſub ſigillo cuſtodiãt Chriſma: & nulli ſub prætextu medicinæ, vel maleficij, donare inde præſumant: quod ſi fecerint, honore priuentur. *Canon. 28.*

Presbyteri ſine intermiſsione vtantur orariis propter differentiam ſacerdotij dignitatis. *Canon. 29.*

VT laici presbyteros non eiiciãt de eccleſiis, neq; conſtituant ſinè conſenſu epiſcoporum ſuorum. *Canon. 30.*

VT laici omnino munera iniuſta non exigant à presbyteris propter commendationẽ eccleſiæ cuiquam presbytero. *Canon. 31. De clericis fugitiuis.*

VT vnuſquiſq; epiſcopus in ſua parochia diligenter presbyteros, vel clericos inquirat, vnde ſint: & ſi aliquem fugitiuum inuenerit, ad ſuum epiſcopum redire faciat.

Canon. 32. Quid ſit Litania.

LItaniæ autem Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicũtur rogationes. Inter λιτανείας aũt, & ἐξομολογήσεις hoc differt, quod exomologeſes pro ſola peccatorum confeſsione agantur: Litaniæ verò, quæ indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo miſericordiam eius. Sed nũnc iam vtrunq; vocabulum ſub vna dignatione habetur. *Canon. 33. De litanis maiore.*

PLacuit nobis, vt Litania maior obſeruanda ſit à cunctis Chriſtianis diebus tribus, ſicut legendo reperimus: & ſicut ſancti Patres noſtri inſtituerũt, nõ equitãdo, nec precio

ſis ve-

ſis veſtibus induti,ſed diſcalciati,cinere,& cilicio induti,niſi infirmitas impedierit.

Canon.34. De quatuor temporibus obſeruandis.

COnſtituimus,vt quatuor tẽpora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur,id eſt,menſe Martio hebdomada prima,& feria quarta,& ſexta,& Sabbato veniãt omnes ad eccleſiam hora nona cum litaniis ad Miſſarum ſolennia.Similiter in menſe Iunio,hebdomada ſecunda,feria quarta,& ſexta,& Sabbato ieiunetur vſq; ad horam nonam,& à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembri,hebdomada tertia:& in menſe Decembri,hebdomada,quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini,ſicut eſt in Romana eccleſia traditum.

Canon.35.De indicto ieiunio.

SI quis indictum ieiunium ſuperbiendo contempſerit,& obſeruare cum cæteris Chriſtianis noluerit,in Gangrenſi Concilio præcipitur,vt anathematizetur,niſi emendare ſe ſtudeat.

Canon.36. De feſtiuitatibus.

FEſtos dies in anno celebrare ſancimus,hoc eſt,diem Dominicam Paſchæ,cum omni honore,& ſobrietate venerari:ſimiliter feriam ſecundam,tertiam,& quartam.A feria quinta ante Miſsam,licentia ſit arandi,vel ſeminandi,& hortum,& vineam excolendi,& ſæpem circuncludendi,ab alio verò opere ceſſare decreuimus. Poſt Miſſam autem ab opere vacare,Diem Aſcenſionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecoſten,ſimiliter vt in Paſcha. In Natali Apoſtolorum Petri,& Pauli diem vnum,Natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ,Aſſumptionem ſanctæ Mariæ,Dedicationem ſancti Michaelis,Natiuitatem ſancti Remigij,ſancti Martini,ſancti Andreæ. In ñatali Domini dies quatuor,Octauas Domini,Epiphaniam Domini,Purificationẽ ſanctæ Mariæ:& illas feſtiuitates Martyrum,vel Confeſſorum obſeruare decreuimus,quorum in vnaquáq; parochia ſancta corpora requieſcunt. Similiter etiam dedicationem templi.

Canon.37.De Dominicis diebus.

OMnes dies Dominicos cum omni veneratione decreuimus obſeruare,& à ſeruili opere abſtinere,& vt mercatus in eis minimè ſit,nec placitũ,vbi aliquis ad mortem,vel ad pœnam iudicetur.

Canon.38.De decimis.

ADmonemus, vel præcipimus, vt decima de omnibus dari non negligatur, quia Deus ipſe ſibi dari conſtituit. Quia timendum eſt, vt quiſquis Deo debitum ſuum abſtrahit, ne fortè Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua. *Canon.39.De fugientibus ad eccleſiam*

REum cõfugientem ad eccleſiã nemo abſtrahere audeat, nec inde donare ad pœnam, vel ad mortẽ, vt honor Dei, & ſanctorum eius conſeruetur: ſed rectores eccleſiarum, pacem, & vitam, ac membra eius obtinere ſtudeant, tamen legitimè componant, quod iniquè fecit.

Canon. 40.

PRæcipimus, vt in eccleſiis, aut in domibus eccleſiarum, vel atriis placita ſecularia minimè fiant. *Canon.*41.

ECcleſiæ antiquitus conſtitutæ, nec decimis, nec aliis poſſeſsionibus priuentur: ita vt nouis oratoriis tribuatur.

*Canon.*42.

QVicunq; beneficium eccleſiaſticum habent, ad tecta eccleſiæ reſtaurãda, vel ipſas eccleſias emendandas, omnino adiuuent, & nouam decimam reddant.

Canon. 43. *Ne ſolus presbyter peragat ſacrificium.*

NVllus presbyter, vt nobis videtur, ſolus Miſſam cantare valet rectè. Quomodo em̃ dicet: Dominus vobiſcum, vel Surſum corda admonebit habere: & alia multa his ſimilia, cùm alius nemo cum eo ſit?

Canon. 44.

OBlationem quoq;, & pacem in eccleſia facere iugiter admoneatur populus Chriſtianus, quia ipſa oblatio ſibi, & ſuis magnum remedium eſt animarum, & in ipſa pace vera vnanimitas, & concordia demonſtratur.

*Canon.*45. *De ſymbolo, & oratione Dominica.*

SYmbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & orationem Dominicam diſcere, ſemper admoneãt ſacerdotes populum Chriſtianum. Volumusq;, vt diſciplinam condignam habeant, qui hæc diſcere negligunt, ſiue in ieiunio, ſiue in alia caſtigatione emendentur. Propterea dignum eſt, vt filios ſuos donent ad ſcholam, ſiue ad monaſteria, ſiue foras presbyteris, vt fidem catholicam rectè diſcant, & orationem Domi- *Nota.*

nicam

nicam, vt domi alios edocere valeāt. Et qui aliter non potuerit, vel in ſua lingua hoc diſcat.

Canon. 46. De malo ebrietatis.

MAgnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulāt, modis omnibus præcipimus cauere: & qui hoc cauere noluerit, excommunicandum eum eſſe decreuimus, vſque ad emendationem congruam.

Canon. 47.

DEinde præcipimus, vt vnuſquiſq; compater, ſpirituales filiolos ſuos catholicè inſtruat.

Canon. 48.

CAnticum turpe, atque luxurioſum circa eccleſias agere omnino contradicimus, quod vbiq; vitandum eſt.

Canon. 49. De ſubintroductis mulieribus.

OMnibus igitur clericis fœminas ſecum in domibus ſuis habere vltra licentiam canonum, firmiter ſit contradictum. *Canon. 50. Quales debeant eſſe miniſtri epiſcoporum.*

OMnibus igitur epiſcopis, abbatibus cuncto clero omnino præcipimus, vicedominos, præpoſitos, aduocatos, ſiue defenſores bonos habere: non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falſitatem amantes: ſed Deum timentes, & in omnibus iuſtitiā diligentes. De iudicibus autem, vel centenariis, atque tribunis, ſeu vicariis, dignum eſſe cenſemus, vt ſi mali reperti fuerint, de miniſterio ſuo abiiciantur.

Can. 51. Corpora ſanctorum de loco ad locum non transferantur.

DEinceps verò corpora ſanctorum de loco ad locum nullus præſumat transferre, ſine conſilio Principis, vel epiſcopi, & ſanctæ ſynodi licentia.

Canon. 52. Qui mortui poſſint in eccleſia ſepeliri.

NVllus mortuus infra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici.

Canon. 53. De inceſtuoſis.

VT epiſcopi inceſtuoſos pariter inueſtigari ſtudeant, omnino præcipimus. Et ſi pœnitere noluerint, de eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiā reuertantur.

Canon. 54.

COntradicimus quoque, vt in quarta generatione nullus

lus amplius coniugio copuletur: & ſi poſt interdictum inuentum fuerit, ſeparetur.

Canon.55. Ne proprium filium de baptiſmo quis ſuſcipiat.

NVllus igitur proprium filium, vel filiã de fonte baptiſmatis ſuſcipiat, nec filiolam, nec commatrẽ ducat vxorem: nec illam, cuius filium, aut filiam ad confirmationem duxerit. Vbi autem factum fuerit, ſeparentur.

Canon. 56. De damnatis nuptiis.

SI quis vxorem viduã duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit, ſeu cum patre, & filio, tales copulationes anathematizari, & diſiungi præcipimus: nec vnquam amplius coniugio copulari, ſed magna diſtrictione fieri.

Canon. 57. Clerici horis matutinis interſint.

CLericus, quem intra muros ciuitatis ſuæ manere conſtiterit, & matutinis hymnis ſine probabili excuſatione ęgritudinis inuẽtus fuerit defuiſſe, ſeptem diebus à communione habeatur extraneus: quia miniſtrum ſacrorum eo tempore, quo nõ poteſt ab officio ſuo vlla honeſta neceſsitas occupare, fas non eſt à ſalubri ceſſare. *In Conci. Veneto. ca. 14.*

CONCILIVM VORMACIENSE EST prouinciale.

PRimò pronunciatur profeſsio fidei Chriſtianæ, in qua fuſius, quæ habentur in ſymbolo explicantur: maximè illud de incarnatione Chriſti in hunc modũ. Dei filius non perſonam hominis accepit, ſed naturam. Naturam quippe noſtram in vnitatem ſuæ perſonæ aſſumpſit: & idcirco filius Dei, & filius hominis vnus eſt Chriſtus. In eo nanq; quòd filius eſt Dei, æqualis eſt patri: & in eo, quod eſt filius hominis, minor eſt patre.

Quid in ſacrificio altaris offerri debeat &c. nihil additur ad ea, quæ in Concilio Bracareñ. tertio, cano. 1. Eſtque canon. 3. Apoſto. *Ca. 1. De conſecra. D. 2. Cũ omne*

Canon. 2. Epiſcopus pro paruis cauſis neminem excommunicet.

MAndamus, quod nullus ſacerdotum quenquã rectè fidei hominẽ pro paruis, & leuibus cauſis à cõmunione ſuſpendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri iuſſerunt aliquid committentes. *Nota.*

Canon

Canon. 3. Qualiter ſe expurgare debeant fratres à furtis.

SAEpe contingit, vt in monaſteriis furta perpetrentur, & qui hæc committat ignoretur. Idcirco ſtatuimus, vt quando ipſi fratres de talibus ſe expurgare debeāt, Miſſa ab abbatę celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe abbas pręceperit pręſentibus fratribus: & ſic in vltima Miſſæ celebratione pro expurgatione ſua, corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe eſſe oſtendant. Vbi additur ad hæc, vt communicantibus dicatur corpus Domini ſit tibi hodie in probationem.

2. q. 4. Sæpe contingit.

Eſt derogatus hic canon de conſecra. diſt. 2. c. tribus, & aliis locis prohibetur, ne ſuſpectis detur Euchariſtia. Et per beatum Stephanum *Papam, vt ſctũs* Tho. *vult in. 3. part. quæſt. 80. arti. 6. ad tertium.*

Author.

Canon. 4. De clericis iter agentibus ſinè epiſtola epiſcopi

PResbytero, aut diacono, aut clerico ſinè antiſtitis ſui epiſtola ambulanti, communionem in officio celebrando nullus impendat.

Cau. 5. De paruulis à parentibus traditis monaſteriis.

SI pater filium, filiamq́; intra ſepta monaſterij in infantiæ annis ſub regulari tradiderint diſciplina, non liceat eis poſtquā ad pubertatis peruenerint annos egredi, & matrimonio copulari: quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filiis voluptatum fræna laxentur. Igitur, vt prædiximus, nō liceat eis ſuſceptum habitum vnquā deſerere, ſed conuicti, quòd tonſuram, aut religioſam veſtem aliquādo habuerint, in religionis cultu, habituq́; velint, nolint, permanere cogantur.

Canon. 6. De profeſsione monachorum.

MOnachum érgo, aut paterna deuotio, aut profeſsio facit. Quicquid horum fuerit allegatum, tenebit. Proinde huic ad mundũ reuertenti intercludimus aditum, & omnes ad ſeculum interdicimus regreſſus.

Canon. 7. Cautus ſit ſacerdos erga pœnitentes.

POEnitentibus ſecundũ differentiam peccatorum ſacerdotis arbitrio pœnitētię decernant. Debet itaq; ſacerdos in pœnitētia dāda ſingulorũ cauſas ſingulatim cōſiderare: originem quoq;, modumq́; culparũ, & affectus, gemitusq́; delinquentiũ diligenter examinare, manifeſteq́; cognoſcere: tem-

De hoc ſuprà ca. 102. ſextæ ſynodi.

re:temporum etiam,& perſonarũ,locorũ quoq;,& ætatum qualitates inſpicere,vt etiã pro cõſideratione locorum ætatum,vel temporum,ſeu pro qualitate delictorum,atq; gemituum vniuſcuiuſq; delinquentis,à ſacris regulis oculos non reflectat. *Can.8.De his,qui ſacerdotem ſponte occiderint.*

QVi ſacerdotẽ morti volũtate tradiderit,carnẽ non comedat,nec vinũ bibere prȩſumat, & ieiunet vſq; ad veſperã,exceptis feſtis diebus,atq; Dñicis. Arma nõ ſumat,& vbicũq; ire maluerit,nullo vehiculo deducat: ſed ꝓpriis pedibus proficiſcat. Eccleſiã per quinquẽnij tp̃s non ingrediatur,ſed cũ ſacrarũ orationũ officia, aut Miſſarũ ſolẽnia celebrãtur,ante fores baſilicȩ pſeueret orans,ac deprecãs Dñm, vt tanto crimine abluat. Poſt expletũ verò quinquenniũ ingrediat eccleſiã,nondũ verò cõmunicet, ſed inter audientes tantũmodo ſtet,vel dum facultas cõceditur, ſedeat. Et cùm decimus anni curſus fuerit finitus,cõmunicãdi ei licẽtia cõcedat,& equitandi tribuat medela:maneatq; in reliquis obſeruationibus,& tres dies per hebdomadã ieiunet, vt perfectius ad culmẽ purificatiõis puenire mereat. *Ca.9.De adulteris.*

SI cuius vxor adulteriũ fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit,ſeptem annis pœnitentiam agant. *Canon.10.*

DE his, qui ſuſpendũtur in patibulis ne denegẽtur ſepulturæ, & q; oblationes pro eis fiant, & Miſſȩ celebrẽtur.

Reliqua decreta huius Cõcilij ſunt ex Carthagineñ. Concilio.2.3.&.5.deſumpta,ideo miſſa fecimus.

CONCILIVM RHEMENSE SVB LEONE tertio, anno Domini.813. Congregata per piiſsimum Carolum Cæſarem more priſcorum Imperatorum.

Capitula in hoc Concilio ordinata vniuerſa tractant de inſtitutione clericorum,aliqua duximus annotanda.

Lectæ ſunt ſentẽtiæ libri paſtoralis beati Gregorij in præſentia omnium,vt paſtores eccleſiȩ intelligerẽt,qũo ipſi viuerẽt,qualiter ſibi ſubiectos deberẽt admonere,q̃m teſte eodem beato Greg. aliter admonẽdi ſunt prȩlati,aliter ſubditi. Cap.10.

Vẽtilata eſt ratio pœnitẽtiæ,vt ſacerdotes certius intelligerent,qũo confeſsiones recipere, & pœnitentiã ſecundum canonicã inſtitutionẽ pœnitentibus deberent indicare. Cap.12.

Ventilata eſt ratio octo principalium vitiorum, vt vnuſquiſq; Cap.13.

quiſq; diuerſitatem illorum ſciret,& ab aliis, Domino auxiliante, ſe intelligerent cuſtodire,& aliis prædicare.

Cap.14. Cui lectioni epiſcopi incumbere debeant.

EPiſcopi diligentius operam dent, lectioniq; diuinæ incumbant, id eſt, canonicis libris,& opuſculis Patrum, & verbum Dei omnibus prędicent.

Cap.15. Quid epiſcopi prædicare debeant.

EPiſcopi ſermones,& homilias ſanctorum Patrum, prout omnes intelligere poſsint, ſecundum proprietatem linguæ prædicare ſtudeant. *Cap.16.*

VT epiſcopi,& presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata diiudicent,& tempus pœnitentiæ conſtituant. *Cap.17. Qualis debet eſſe menſa epiſcoporum, & abbatum.*

EPiſcopi,& abbates ante ſe ioca turpia facere nō permittant, ſed pauperes,& indigentes ſecum ad menſam habeant, & lectio diuina, ibi perſonet, & ſumant cibū cū benedictione,& laude Domini, ſecundum Apoſtolū, ſiue manducent, ſiue bibant, omnia in laudem Dei faciant. (1.Corin. 10.)

Cap.18. Vt miniſtri Dei ſobrii ſint

EPiſcopi,& Dei miniſtri non debent comeſſationibus,& vinolentiis nimis incumbere: ſed conſiderent ſentētiam Domini. Attendite, ne grauentur corda veſtra crapula &c. (Lucæ.11.) Moderatè enim cibum, & neceſſarium potum ſumant, vt iuxta Apoſtolum, ſobrij ſint, parati ad ſeruitium Domini. (1.Petr.5.)

Cap.19. Non omnia delicta ab hominibus punienda.

EPiſcopi,& iudices iudicia diſcernant, quia ſunt quędam iudicanda modo, quædam Dei iudicio reſeruanda: ſcriptum eſt: Nolite ante tēpus iudicare quoadusq; veniat Dominus &c. Et illius memores ſint. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. *Cap.29.* (1.Corin.4. Matth.7.)

¶ Vt monachi ad placita ſecularia nullatenus vadant.

Reliqua cap. in Laodiceñ.& Carthagineñ.3.&.6.require.

Stephanus Papa.

Stephanus Ponti.98. — STephanus Papa.4. ſub Petro. 98. vir ſanctus, ſedit mēſes ſeptem, ſub Ludouico Pio ſecundo Germano Cæſare.

Paſchalis Ponti.99. — ¶ Paſchalis Romanus ſedit annos ſeptem.99.

Eugenius ſecundus, Papa.100. ſub Petro.

Eugenius — EVgenius ſecundus, patria Romanus, ſedit annos quatuor

tuor, mẽſes ſex, dies.24. Sub hoc Eugenio celebrata eſt ſyno dus apud villã Theodonis, per Carolũ Magnum congrega ta, ad cohibendã pręſumptionem quorundam tyrannorum in ſacerdotes Domini vacantium. Nihil habet præterea. *Ponti.100.*

Valentinus Papa.

VAlentinus Papa.101.tantæ ſanctitatis, vt nondũ presby ter, ſed diaconus ſummum Pontificatus gradum aſcen- dere meruit: ſedit dies.40. *Valentinus Ponti.101.*

Gregorius Papa.

GRegorius.4.Papa.102.ſub Petro, ſedit annos.16. Sũt, qui velint poſt mortẽ eius annis.8.menſibus.7.diebus.9.ſe- dem vacaſſe. Prędicti Ponti. fuerũt ſub Ludouico Pio ſecun do Germano Cæſare, à quo eorũ quilibet ſui põtificatus cõ firmationẽ petiit, adeo tũc premebaẽ eccleſia Chriſti, vt recu ſaret electus põtificatũ recipere priusq̃ à Cęſare cõfirmareẽ. *Gregorius Ponti.102.*

Sub hoc corpus ſancti Marci ab Alexandria à mercatori bus Venetis in patriam delatum eſt, vbi nunc maxima vene ratione habetur extructo templo in celebriore vrbis loco.

Sergius Papa.

SErgius ſecundus Papa.103. ſub Petro, ſedit annos duos, menſem vnum, dies.3. ſub Lothario primo Germano Cæ ſare.3. Is Pontif. primum mutauit ſuum nomen, nam antea Os porci fuit appellatus. *Sergius Ponti.103.*

¶ Leo quartus Papa.104. ſub Petro. *Leo Põt.104*

Ioannes Papa.

IOannes octauus, Papa.105. ſub Petro, ſedit annos.2. men- ſem.1. dies.4. De hoc ferunt, quod malis artibus Pontifi- catum adeptus eſt: quoniam cùm eſſet fœmina, ſexum men titus eſt, & poſtea à ſeruo compreſſa, doloribus circumuen- ta mortua eſt. Hæc vulgo feruntur, incertis tamen, & obſcu ris authoribus. *Ioãnes octa uus Põt.105.*

Benedictus Papa.

BEnedictus tertius, Papa.106. ſub Petro, diu reluctatus, & inuitus Pontificum munus ſuſcepit. Sedit annos.2. men ſes.5. ſub hoc tẽpore magnæ contentiones, & tumultus ex- orti ſunt propter electionem: ſed hos ſedauit Lotharius Im- perator. *Benedictus Pont.106.*

Nicolaus Papa.

NIcolaus primus Papa.107. natione Romanus, ſedit an- nos.9. menſes.6. dies.21. ſub Ludouico.2. Germano Cæ- *Nicolaus Pontif.107.*

ſare quarto,circa annum Domini. 858.Scripſit plures *decre* tales epiſtolas, vt patet ex volumine per Gratianum *col*lecto.Sub hoc Pont.floruit Theophylactus Græcus,Bulgarorum epiſcopus,tēpore.8.Conci.vniuerſalis.

Extat Nicolai Papę antiqua, & inſignis epiſtola,ad Michaelē Imperatorē Conſtātinopolitanū ſuper depoſitione Ignacij Patriarchæ Conſtātinopolitani,quē quidā epiſcopi, ab eccleſia,cui iure præſidebat,tyrānicè,piecerunt,& Phociū quendā ex foro,ac ſeculari militia eductū, ac ſubitò tonſuratum eidē eccleſię,contra ſacros canones,prefecerunt.

Tractat multa in epiſtola.Primū inuehiť acriter in Imperatorē (ſeruata tamē modeſtia Chriſti vicario digna) ꝑpter epiſtolā,quā ab eo acceperat,irreuerentē admodū,blaſphemiis vndiq;,& iniuriis plenā. Docet ibidē, quanta ſecundū Deū ſacerdotib⁹ reuerētia debeať,& quāta religione venerati ſint Apoſtolicā ſedē catholici Imperatores, vt ex *hiſtoria* eccleſiaſtica li.10.cap.28.di.97.ca. victor,facile cō*ſtare pōt.*

Hæretici,iudices eſſe nō poſſunt. Secundò. Demonſtrat quomodo inimici,& *ſuſpecti*, Iudices eſſe non poſſunt.

Tertiò. Idem de hæreticis, & excommunicatis demonſtrat: quia neminem deiicere poteſt ipſe primo proſtratus.

Subditi nec leuiter reprehendere prælatos ſuos debent. Quartò. Eleganter,& eruditè differit, quòd ſubditi prælatos ſuos,aut iudicare,aut accuſare, aut leuiter etiam reprehendere, nec debent, nec poſſunt. In quod probandū inter cętera habet argumentū ex facto Dauid primi Regum cap. 24.vbi legimus, quòd Dauid percuſsit cor ſuū, eo quòd orā chlamydis Saulis abſcidiſſet &c.Sic(inquit)faciunt pię ſubditorum mentes ſi quando contra prelatos ſuos vix ſeſe pro infirmitate ſua continere valētes, leuia quędam *loquuntur* eorū manifeſta mala tenuiter mordentes: vtiq; ad ſemetipſos redeunt, ſeq; vehemētiſsimè, vel de tenuiſsima verbi laceratione reprehendunt. Facta quippe prępoſitorū oris *gla*dio feriēda non ſunt. Secundò addit & aliud argumentum, quo & tēpore eius Pōtificis adhuc ea ſeruaretur cō*ſuetudo* in eccleſiis, vt nullus ſacerdos maiore ſuo conſacer*dote* non innuente, cuilibet rei benedicere ſit auſus. Sed & anterior ſacerdos ſtans ad pronunciandum aliquam lectionem, benedictionem quidem poſtulat, Sed ei quilibet inferior non audet

Quanta reuerētia à minorib⁹ ſuos circa maiores cōſacerdotes.

audet penitus benedicere, quia ad Hebræos legimus, quòd minor à maiore benedicitur: per quod innuitur quantę cenſurę fræno inferiores, quiq; ad ſuos iudicandos præpoſitos coercendi ſunt, ſi his nec benedicendum ius vllum penitus obtineant: vt re vera appareat, quòd non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Et ſi ad benedicendum non eſt ius, quanto minus ad maledicendum? Quocirca minor non accuſet, nec maledicat maiorem ſacerdotem.

Quintò. Quòd Romana ſedes à nemine iudicari poteſt: quod inter cætera duobus demonſtratur exemplis. Primò Concilij Chalcedonenſis, in quo ſancti Patres Dioſcorũ Alexandrinum Antiſtitem inter cætera idcirco potiſsimum, & ſine vlla reſtitutione damnauerunt, vt ponens in cælum os ſuum, lingua eius tranſeunte ſuper terram excõmunicationem in ſanctum Leonem Papã dictauit. Secundò exemplo Cõcilij Romani, in quo habet ſic: Vnde factũ eſt, vt in concilio epiſcoporũ nullus in Marcellinũ Papã, qui tẽpore Diocletiani, & Maximiani Auguſtorũ idolis cõpulſus ſacrificauerat (ſed poſtea inſignis martyr effectus eſt) ſententiã proferre auſus fuerit: dum ei ſæpiſsime omnes dicerẽt: Tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio. Et iterum: Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam, ex te iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Et rurſus: Prima ſedes non iudicabitur à quoquam &c.

D.21. In tantum. Sedes Romana à nemine iudicatur.

D.21. c. nunc autem.

Vltimò differuntur multa de primatu Roma. ſedis: maxima pars epiſtolæ in hoc inſumitur, vt demonſtret hanc primam eſſe inter omnes, ſuperq; omnes poteſtatẽ habere, vtpote, quæ ſola à Domino immediatè ſuper Petrum fundata fuerit. Ibidem, quòd ſynodus abſq; authoritate Rom. Pont. non valet. Deinde quòd eccleſię Rom. non Nicęna, nec vlla allia ſynodus priuilegium aliquod cõtulit, quæ in Petro nouerat eam totius poteſtatis iura pleniter meruiſſe, & cuncta rum Chriſti ouium regimen accepiſſe, cùm cæteras alias epiſcopatuum cathedras inſtituerit eccleſia Romana.

Eccleſiæ Romanæ nulla ſynodus priuilegium aliquod cõtulit. D.22. c. 1.

DEcreta eiuſdem Nicolai ex Gratiani volumine in vnum collecta, & in aliquot titulos diſtributa.

De ſede Apoſtolica titulus primus.

SI quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, ſeu mi- *D.79. c. 1. & c. Si quis.*

 litari

Nō Papa, ſed apoſtata qui ſinè canonica electione cardinalium eligitur. litari tumultu, Apoſtolicæ ſedi ſinè concordi, & canonica electione Cardinalium eius eccleſiæ, & ſequentium clericorum religioſorũ inthronizaẽ, nō Papa, vel Apoſtolicus: ſed apoſtaticus habeatur.

Contra contemnentes mandata Apoſtolica.

25.q.7. Si quis SI quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel decreta ꝑ catholica fide, vel eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione imminentiũ, & futurorũ malorũ à ſedis Apoſtolicæ præſule ſalubriter promulgata contẽpſerit, anathema ſit.

Quanti facienda decreta Apoſtolica in his, quæ ad fidem ſpectant.

D.19. Si Romanorum. SI Romanorum Pontificum decreto, cæterorum opuſcula tractatorum approbantur, vel reprobantur, ita vt quod verè ſedes Apoſtolica probarit, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenus ineficax habeatur: quãto potius ea, quę ipſa pro catholica fide, pro ſanis dogmatibus, & multifariis eccleſiæ neceſsitatibus, & fidelium moribus diuerſo tẽpore ſcripſit omni honore debet pręferri, & ab omnibus prorſus, in quibuſlibet neceſsitatibꝰ, vel opportunitatibus diſcretione, vel diſpenſatione magiſtra reuerenter aſſumi?

De Imperatoribus titulus ſecundus.

D.96. Vbinã Imperatores vniuerſalibꝰ duntaxat ſynodis interesse poſſunt. VBinam legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus cõuentibus interfuiſſe, niſi fortè in quibuſdam vbi de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omnium communis, quæ non ſolùm ad clericos, verùm etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos?

Quæ ſpiritualia ſunt, non ad Imperatores attinent.

D. 96. Cùm ad verum. MEdiator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus, idem Rex, & Pontifex, actibus propriis, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit, vt Chriſtiani Imperatores, pro æterna vita Põtificibus indigerẽt, & Pontifices, pro curſu temporaliũ tantũmodo rerum imperialibus legibus vterẽtur: quatenus ſpiritualis actio, à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans, minimè ſe negociis ſecularibus implicaret, ac viciſsim, non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus.

Non vita, ſed dignitas in ſacerdotibus conſideranda.

1.q.1. Non quales. Malus ſplatus NOn quales ſacerdotes Dñi ſunt, ſed quid de Domino loquantur, eſt vobis magnopere prouidendũ, nec in vicariis beati Petri Apoſtoli vobis eſt attendendũ, quid ſint: ſed quid

quid pro correctione eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Nec enim illos dicetis inferiores ſcribis, & Phariſæis ſedentibus ſuper cathedrā Moyſi, de quibus Dominus præcepit dicens: Quæcunq; dixerint vobis, facite &c. *non amittit poteſtatem.* *Matth.23.*

De dignitate ſacerdotali idem Nicolaus in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit. Propoſueramus &c. in. 2. to. Conci. multa dicit.

AN non diſtricta vltione feriēdus eſt, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus eſſe dignoſcitur? Quod Dominus nō niſi poſt ſeptuagintaſeptem generationes, ſuo ſalutifero aduentu deleuit, cum Caym fratricidium ſeptima generatione, aquis abolitum ſit cataclyſmi, id eſt, diluuij. *24.q.3.An non.* *De epiſcopis titulus tertius.*

EPiſcopi ab omnium beſtiarū, vel volucrū venatione penitus alieni exiſtere, & ab immoderata filiarū ſuarum familiaritate, vnde mala oriatur fama, abſtinere debēt. Nullum enim ſanctū (vt ait beatus Hierony.) venatorē legimus. *D.34.c.1.*

Epiſcopis diſpēſatio cęleſtis ſeminis iniūcta eſt. Vę ſi nō ſparſerint, væ ſi tacuerint, ſicut vas electiōis formidat, & clamat. *D.43.c. fin.* *1.Corin.9.* *Propter infirmitatem impediti Pontifices abiiciendi non ſunt.*

POntifices, qui aliqua occupantur infirmitate abiiciendi non ſunt, nec alij in loco eorum conſecrādi ſunt: niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quę licita ſunt, ſacerdotes explcant. In iis verò, quæ his præſumere non licet, vicinorum epiſcoporum vſq; ad recipiendam ſanitatem, auxilia ſubrogentur. *7.q.1.Pontifices.* *Infirmus epiſ non eſt abiiciendus.*

Vt ſoliciti ſint prælati ne vel coronam amittant.

EPiſcopos verò, qui Dominici gregis ſuſcipiunt curā, atq; ſolicitudinē, ab adminiſtratione eorū diſcedere nō oportet: vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus. *Ibidem.*

In perſecutionibus epiſcopus oues ſuas non deſerat.

SCiſcitaris, vtrum cùm à Normanis ab epiſcopio depellaris, debeas de cætero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias chariſsime frater, quòd ſi pernicioſum eſt, pręptā in tranquillitate nauim deſerere, quāto magis in fluctibus? vbi nō dicimus, ꝙ perſecutorū non fugiam' inſidias (maximeq; paganorū) cùm ad tēpus ſęuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum nocendi facultatem diuinitus aſſequuntur, *Ibidem. Sciſcitaris.*

LL iiij præſer-

præſertim cum eis prodire vltro non debeamus, & multos prophetas, & Apoſtolos, ipſum quoq; Dñm huiuſmodi fu giſſe inſecutores luce clarius cõſtet: ſed ꝙ præcipuè nos qui tanq̃ arietes ducatũ gregibus prębemus, imô qui & horũ pa ſtores ſumꝰ, Deo authore, cũ eis in periculis pro viribus per ſiſtere pro cætero cõueniat. Et cùm tranquillitas redita diui na fuerit pietate, ſopitaq; furentiũ infeſtatio, mox gregem perquirere, & in vnum colligere, & eius animos cæleſti pa triæ, pace, ac ſecuritate prædicata, erigere debemus.

23.q.8. *Repꝛehenſibile.* Non licet epiſcopis ſecularibus implicari negociis. Quid enim ad epiſcopos, & milites Chriſti pertinet, niſi vt vacēt orationibus?

De presbyteris titulus quartus.

D.32. *Nullus* NVllus Miſſam audiat presbiteri, quem ſcit cõcubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem.

De ſacerdote fornicario.

D.50. *Sacerdotes.* SAcerdotes, ſi in fornicationis ceciderint laqueum, & cri minis manifeſtus ſit actus, ſacerdotij honorē habere non poſſunt ſecundum canonicę inſtitutionis authoritatem.

Etiam à ſacerdote manifeſtè malo licitè ſacramenta ſumuntur.

15.q.8. *ca. fi.* AB omni ſacerdote, & manifeſtè malo poſſunt fideles ſa cramenta percipere: q̃m mali bona adminiſtrãdo ſe tan tummodo lædunt. Fax accenſa ſibi quidē detrimentũ præ ſtat, aliis verò lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde aliis commodũ exibet, inde ſibi diſpendiũ præbet. Sumite ergo &c. qualiſcũq; enim ſacerdos ſit, quę ſancta ſunt, coinquina ri non poſſunt.

De clericis titulus quintus.

D.32. *De illo* CLericus, qui vſque ad ſubdiaconatũ caſtè vixit, vxorem ducere non poteſt.

D.50. *Clericus.* Clericus, qui Paganũ occiderit, erit irregularis: nã diſcreti ſunt milites ſeculi à militibus eccleſię, quibus militare ſeculo non conuenit.

De votis monaſticis titulus ſextus.

20.q.3. *Pꝛæſens* NOn debet quiſpiam ad regularem diſciplinam inuitus cogi, idcirco Dñs non ferendã in via virgã, per quã violentiam vlli inferatur, pręcepit &c. Nullum enim bonũ niſi voluntarium.

De Laicis titulus ſeptimus.

D.28. *c. fin.* NOn debent laici presbyterum iudicare, nec de vita eius quicquam inueſtigare: ſed epiſcoporum iudicio quicquid id ſit, eſt referuandum.

Facta Pontificum Imperator iudicare non debet.

NOn debet Princeps ſecularis, facta Pontificum quorũcunq;, presbyterorumq; iudicare, exemplo Conſtantini Imperatoris, quem ſcripturę narrant dixiſſe: Verè ſi propriis oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorũ, qui in monachali habitu amicti ſunt, peccantem, chlamydem meã expoliarem, & cooperirem eũ: ne ab aliquibus videreť. Hoc dicimus cautos vos reddere cupientes, vt ſi de Domini ſacerdotibus (qui iure patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire, quòd confuſionem piis mentibus ingerat: non infrunitos, ſed pudoratos filios Noe imitantes patriã verecũdiam contegatis, vt affluenti benedictione repleri (ſicut & illi) moderante Domino mereamini. D.96. *In ſcripturis.*

De eccleſiis titulus octauus.

SIcut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutũ eſt, ſtatuimus, vt maior eccleſia per circuitum quadraginta paſſus habeat: Capellę verò vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia eorum confringere tentauerit, aut perſonam hominis, aut bona eius inde ſubtraxerit (niſi public' latro erit) quouſq; emẽdet, & niſi qd' rapuerit reddat, excõmuniceť. 17.q.4. *Sicut.*

De Baptiſmo titulus nonus.

A Quodam Iudæo, neſcitis vtrum Chriſtiano, an Pagano multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quod inde ſit agendum conſulitis. Ii profectò ſi in nomine Trinitatis, vel tantùm in nomine Chriſti (ſicut in actis Apoſtolorũ legitur) baptizati ſunt, rebaptizari non debent. D.4. *A quodã Iudæo.*

De pœnitentia titulus decimus.

DE publica pœnitentia, qua inuaſores, & graſſatores itinerum pœnitere debent, habes.12.q.2.c.de viro.

De pœnitentia publica interfectorum ſuarum cõiugum &c.33.q.2.c.Interfectores.

Statuitur pœna pro matricidiis.

MAtricida, ſic pœniteat, per vnum annum integrum eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores baſilicæ ſtans, orans, & deprecans Deum, perſeueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo anno introeundi in eccleſiam licentiam habeat, tantùm inter audientes ſtet, ſed non dum communicet. Completis tribus annis ſacræ communionis ei gra- 33.q.2.*Latorem.*

tia concedatur:oblationes verò non offerat: niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula expleãtur. His autẽ omnibus annis carnem nõ manducet,nec vinũ bibere pręſumat, exceptis feſtis diebus,atque Dominicis: & à Paſcha,vſque ad Pentecoſtem. Et quocũq; ire voluerit, nullo vehiculo deducatur:ſed pedes proficiſcatur. Arma non ſumat,niſi cõtra Paganos. Ieiunet autem tribus diebus per hebdomadã vſq; ad veſperam,& à propria,& legitima coniuge non ſeparetur, ne in fornicationis voraginem corruat. Si autem ante annorum trium curſum finis vitę illius appropinquauerit, corporis,& ſanguinis Dñi noſtri particeps fiat. Sin autem, vt ſuprà ſtatuimus, efficiatur: tamẽ ſi illius cõuerſionem, & lachrymarũ fontẽ,in omnibus videritis floridis actionibus, optimis operibus pullulare,humanius circa eum ſolicitudo peruigil appareat,mitisq; in omnibus demonſtretur.

De matrimonio titulus vndecimus.

27.q.2. *Sufficiat.* SVfficiat ſolus,ſecundum leges, conſenſus ad coniugium, qui ſolus ſi defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.

33.q.5. *Nec vxorem.* Nec vxorem ducere,nec cõuiuia facere in quadrageſima, conuenire poſſe,vllo modo arbitror.

Reliqua cap. huius tituli explicãt impedimenta matrimonij. Quę quia circũferũtur in iure canonico,miſſa fecimus.

De bellis titulus duodecimus.

2.q.4. *Monomachiã.* MOnomachiã in lege nõ aſſumimus. Quam pręceptam fuiſſe non reperimus,cùm hæc, & huiuſmodi ſectantes Deum ſolummodo tentare videantur.

Quòd omni tempore ſit à prælijs abſtinendum.

23.q.8. *Si nulla.* SI nulla vrget neceſsitas, non ſolùm quadrageſimali tempore,ſed etiam omni tempore eſt à prælijs abſtinendum. Si autẽ ineuitabilis vrget importunitas nec quadrageſimali tempore pro defenſione tam ſua,quàm patrię,ſeu legum paternarum,eſt bello præparationi proculdubio parcendum: ne Deum videatur homo tẽtare,ſi habet quod faciat,& ſuę, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Omiſimus aliqua capitula Nicolai Papæ, ne eadem, vel communia toties repeteremus.

Decre-

Decreta Adriani Papæ.

ADrianus.2.Papa.107.ſedit annos.5. mẽſes.9. dies.12.ſub Ludouico.2.Germano Cæſare quarto,à clero, & populo electus eſt. *Adrianus põtif. 107.*

SYNODVS VNIVERSALIS OCTAua Cõſtãtinopoli anno Baſilij Imperatoris tertio celebrata ſub Adriano Papa ſecundo. Anno Domini. 875. conuenerunt patres. 105. à ſeptima vſque ad hanc octauam, fluxerunt anni.82.

De origine huius ſynodi dixi in controuerſia quarta, & etiam cùm ageremus de Nicolao primo. Tota ſynodus conſumitur in depoſitione Photij, & reſtitutione Ignatij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.

Actio prima.

ANno tertio piiſsimorum Imperatorum Baſilij, & Conſtantini,conuenientibus Donato, & Stephano epiſcopi s, & Marino diacono, & locum tenentibus Adriani ſanctiſsimi archiepiſcopi ſenioris Romæ & Ignatio archiepiſcopo Conſtantinopolitano nouę Romę &c.

Hic primò ſynod⁹ exegit à legatis Romanæ ſedis literas, quibus notam facerent poteſtatem ſuam, vt præſiderent in ſynodo.At illi produxerũt epiſtolam Adriani Papæ ad Baſilium Imperatorem,cuius titulus eſt.

Adrianus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, piiſsimo Imperatori Baſilio Auguſto Chriſtianiſsimo, & deſiderabiliſſimo filio.Legationis excellẽtię tuę &c.Et poſt pauca ſubiũgit.Volumus per veſtrę pietatis induſtriã Cõſtãtinopoli numeroſum celebrare concilium,cui noſtri quoque miſsi præſidentes, & culparum, perſonarumq; differentias liquido cognoſcentes(iuxta quod in mandatis acceperunt) ſingulorum liberè diſcretiones exerceant:in quo ſacrato cœtu execrandi vanitatis concilij, quod aduerſum hanc ſedem actum eſt, cuncta decernimus exemplaria à poſſeſſoribus ſuis ablata (contemplantibus cunctis)igne cremari: nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus,ſaltem vnum iota, vel vnum apicem,niſi quis totius clericatus,immò totius nominis Chriſtiani(anathemate perculſus)carere voluerit.Nõ enim tam deteſtãdum collegiũ,niſi Ariminẽſi ſub Cõſtantio,

tio,vel Epheſino à Dioſcoro congregato latrocinio comparandum decernimus.Et dilectos fratres meos Donatum ſanctæ eccleſiæ Hoſtienſis, & Stephanum eccleſiæ Epheſinæ reuerendiſsimos epiſcopos, atque filium meum Marinum Apoſtolicæ ſedis diaconum conſiliarios noſtros tuæ commendamus pietati. Precamur,vt eos ob amorem præcipuorum Apoſtolorum Petri,& Pauli(à quorum ſede mittuntur) benignè ſuſcipias, & tanquam nobiſmetipſis aures credulitatis accommodes.

Deinde productus eſt libellus à ſancta Romanorũ eccleſia miſſus,& lectus audiẽte tota ſynodo. Cuius ſumma eſt.

Definitio ſynodi Romanæ celebratæ ſub Nicolao. Anathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui contra ſacras regulas, & ſanctorum pontificum Romanorum veneranda decreta repentè de curiali adminiſtratione,ſeculariq; militia ſublatus(ſuperſtite Ignatio Patriarcha)in Cõſtantinopoli eſt perſuaſoriè,immò tyrannicè à quibuſdam ſchiſmaticis,vel anathematizatis,atq; depoſitis inſtitutus eccleſiæ: donec ſedis Apoſtolicę ſanctionibus inobediẽs perſeuerãs, eius ſententiam tam de ſe,quàm de Patriarcha noſtro Ignatio ſpreuerit,& conciliabuli acta,quod ſe authore,contra ſedis Apoſtolicæ congregatum eſt,anathematizare diſtulerit. Sequimur autem ſanctam ſynodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus (cui & ipſe domine coangelice ſumme pontifex Adriane ſubſcripſiſti) ante ſacratiſsimum Petri,& Pauli(Apoſtolorum eximij) corpus celebrauit. Simul & quam tu ipſe nuper egiſti, & omnia,q̃ in his ſtatuta ſunt, ſecundum decreti veſtri moderationem venerabiliter conſeruabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes,qui in illis damnati ſunt, & pręcipuè iam dictum Photium,& Gregorium Syracuſanum patricidas videlicet,qui cõtra ſpiritalem patrem ſuum linguas eximere minimè formidarunt:atq; perſeuerantes in ſchiſmate ſequaces eorum,necnon & qui in illorum communionis ſocietate permanſerint.

Sancta ſynodus dixit: Omnibus placet libellus à ſancta Romanorum eccleſia expoſitus.

Deinde lecta eſt definitio epiſcoporum Orientis ſuper depo-

depoſitione Ignatij, quę facta fuerat priuſq́ vicarij ſenioris Romæ veniſſent: quæ coueniebat cum ea, quæ facta fuerat à ſynodo Romana præſente Nicolao Papa. Et ſic abſoluta eſt actio prima.

Actio ſecunda.

AD hanc ſeſsionem venerunt, qui ceciderant cum Photio, epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi: & proferentes libellos pœnitentiæ coram ſynodo, recepti ſunt ab ea cũ ſola manꝰ impoſitione. Et abſolutus eſt couẽtꝰ ſecũdꝰ.

Actio tertia.

IN hoc conuentu lecta eſt epiſtola Imperatoris Baſilij, & epiſtola Ignatij Patriarchæ ad Nicolaum Papam: & dein de epiſtola Adriani Papæ ad Ignatium Patriarcham ſuper damnatione Photij, & ſuorum ſectatorum.

Actio quarta.

IN hac ſeſsione primò legitur epiſtola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, miſſa per Rhodoaldum, & Zachariam olim epiſcopos: in qua oſtendit Cæſari, hominem laicũ non promouendum ad ſacerdotium ſubitò: ſed per ſuos gradus, ſicut Sardicenſe conciliũ (vt de laicis non eligerẽtur antiſtites) in cap. 13. per omnia prohibuit. Item & Cęleſtinus Papa in decreto ſuæ ſanctionis. ca. 21. & Leo Romanæ ſedis pontifex hoc ipſum in decretalibus ſuis prohibuit. ca. 33. Item & Gelaſius non ſolùm epiſcopos de laicis fieri prohibuit: ſed etiam presbyteros ne talia præſumerent, vetuit in decretorum ſuorum cap. 3. *D. 63. c. Adrianus.*

Accedit, quòd prædeceſſor noſter Adrianꝰ primus in epiſtola, quam Conſtantinopolim pro venerandis imaginibus deſtinauerat, ita inſtituit, vt amplius de laicis nullatenus ordinarentur antiſtites. Hæc Nicolaus. Subinde verò cõmendat venerationem ſanctarum imaginum.

Secundò, legitur altera eiuſdem Nicolai ad Photium epiſtola: in qua inuehitur in illum propter vſurpatum ſacerdotium contra ordinem ſacrorum canonum. Deinde ad illud quod ſcripſerat ad Nicolaum Papam, quòd exemplo aliorum patrum fecerat, reſpondet.

Temerè, & imprudenter ad tanti honoris culmen aſcendere præſumpſiſti, aſſumens tibi quaſi à ſanctiſsimo viro *Nectarꝰ ex prætore vrbano.*

LA

Necta-

no catechumen' ſacerdotiū ſuſcepit ī ſecūda ſynodo generali, cui & pſuit, vt refert hiſto. eccl. lib. 11. cap. 21. & Tripar. hiſt. lib. 9. cap. 13.

Nectario occaſionem, quem ſancta ſecunda ſynodus *non* ob aliud ad ſacerdotalem eligere, atque ordinare ex *laicali* ordine voluit dignitatem: niſi quia magnæ neceſsitatis con tritione anxiabatur, eò quòd in Conſtantinopolitana eccleſia nullus clericorum inueniri poterat, qui peſsimæ hæreſeos nimboſa caligine non fuerat impeditus. Et ob hoc ne diu iam dicta eccleſia ſub deſtitutione paſtoris quaſi viduata maneret, prædictum Nectarium expugnatorem hæreticorum, & defenſorem eccleſiarum ad eccleſiaſticam curam, & dignitatem ſacerdotalem ſecunda ſancta ſynodus elegit. Sed vt hoc iterum fieret, non confirmauit, nec inſtituit. Et ideo licet contra patrum, atque canonicas inſtitutiones, quod per neceſsitatis fieri euentus comprobatur, non in au thoritate tenendum eſt: ſed ne iterum talis proueniat neceſſitas, magis magiſq; cauendum.

Taraſius ex laico ordine aſſumitur ad archiepiſcopatum.

De Tharaſij quidem promotione, qui ſimiliter *ex laicali* cœtu ad Patriarchatus ex tēplo culmen promotus *eſt*, quā & vos quaſi in authoritate veſtræ defenſionis aſſumere *vul* tis, ſi ſanctam (quæ apud vos tempore ſanctiſsimi viri Adriani Papę celebrata eſt) ſynodum diligentius ſcrutati fueritis, inuenietis quid in eadem ſanctiſsimus vir cōſultus decreuit: & quòd dum eius conſecrationis reprehēderet actus, & mœrorem ſe pro tam præſumptiua factione minimum ſuſtinere profiteret. Dicit enim, quòd niſi in erigendis imaginibus feruentius contra illarum depoſitores, atque conculcatores, vt verus miles Chriſti reſiſteres, nequaquā veſtræ conſecrationi aſſenſum pręberemus, aut in ordine Patriarchatus veſtram dilectionem ſuſciperemus, quę tantùm declaratur inordinatè promota, quantùm comprobatur *contra* Apoſtolica decreta enormiter præſumpta.

Hiſto. eccleſ. lib. 11. c. 11.

Ambroſius catechumen' aſſumitur ad epatum.

Beatiſsimum quoq; Ambroſium ſplendidiſsimā lucernā eccleſiæ, qui ex catechumeno (diuino præſagio) ad epiſcopalem per cōtinuos gradus promotus eſt dignitatē, cur *nobis* pro veſtro tutamine opponitis? Qui nō inſtinctu *hominū*: ſed diuina vocatione per miraculorum prodigia *electus* eſt.

Tertiò, legitur & alia epiſtola Nicolai ad Imperatorem: quæ idem tractat arguinentum.

Actio quinta.

Ad

AD ſeſsionem venit Photius, & ſtãtem in præſentia patrum interrogauerunt eum ter legati, ſi ſuſciperet cõſtituta ſanctorum patrum. At Photius non reſpondit verbum. Sed tamen vrgentibus vicariis ſenioris Romæ, tãdem dixit. Vocem meam etiam me tacente Deus audit.

Præſidentes ſynodi dixerunt: Per ſilentium non effugies manifeſtiorem damnationem. Et eo præſente fecerunt, vt legerentur epiſtolę, quæ in actione quarta fuerant lectę, Quibus lectis, vicarij ſenioris Romæ dixerunt. Nos ergo non nouum aliquod, vel recens iudicium iudicabimus, aut introducemus, ſed vetus ex multo tẽpore iudicatum à beatiſsimo Papa Nicolao, firmatum autẽ à ſanctiſsimo Papa Adriano: & nos non poſſumus commoueri à paternis definitionibus, & legibus. Quem ergo nec ſedes noſtra Apoſtolica, nec ſedes receperunt Orientalium, quis de cætero (Chriſtianus eſſe volens) vlterius ſuſcipiet? Sed talem conatum abiicimus, & anathematizamus, ne vlterius contra eccleſiam talis qualibet alia forte in omne ſeculum maligna introducatur actio, nec temere à mundana poteſtate eiiciatur legitimus pontifex, & pro eo ſubrogetur alter iniquè, & illegaliter.

Sancta, & vniuerſalis ſynodus exclamauit. Recipim' hęc omnia: valde quippe ſunt diſcreta, & congrua eccleſiaſticis regulis, atque legibus. Et ſic commonitus eſt ad pœnitentiam Photius, & dimiſſus, & abſoluta eſt actio quinta.

Actio ſexta.

VOcati ſunt ad ſynodum epiſcopi Photij, ante quos lectę ſunt epiſtolæ Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem, & Photium per Leonẽ à ſecretis miſſæ (quaſq; quarta continet actio) & cùm nollẽt reſipiſcere, commonuit eos coram ſynodo Baſilius Imperator. Et cùm nec ſic agnoſcerent errorem ſuum denuò commonuit eos Imperator dicens: Ecce qualiter, & quoties admonuimus vos, & audiſtis, & non eſt vobis rationis ſermo. Si enim vultis ſubiici admonitionibus omnium noſtrum, ecce potus, & medicina: quòd ſi non, Imperium noſtrum præbet vobis inducias ſeptem dierum, vt ſi quidem curam geſſeritis ſalutis veſtrę, bene, & optimè: ſi verò minimè, ventura ſexta feria in ſancta, & vniuerſali ſynodo ſtate omnes, & quicquid definierit

vniuerſalis ſynodus, fiet. Et abſoluta eſt actio ſexta.

Actio ſeptima.

INgreſſus eſt Photius ad ſynodum baculo innixus, quem ab eo Marinus vicarius Romanus iuſsit auferri dicens: Baculus ſignum eſt dignitatis paſtoralis, quod hic habere nullatenus debet: quia lupus eſt, non paſtor. Et hortabantur illum vicarij ſenioris Romæ ad faciendum libellum pœnitentiæ: & tota ſynodus prouocabat illum ad pœnitentiam: ſed ille eos è contrario cum ſuis epiſcopis ad pœnitentiam magis impellebat.

Lecta epiſtola Nicolai Papæ ad clerum Conſtantinopoli. in qua latè tractat hoc argumẽtum de ſceleſta depoſitione Ignatij, & introductione Photij.

Mox recitata ſunt geſta ſynodi, quæ facta eſt ab Adriano Romanorum Papa ſuper promotione Photij. In tertia autẽ allocutione Adriani ad ſynodum ſic habetur. Romanũ pontificem de omnium eccleſiarum præſulibus iudicaſſe legimus: de eo verò quenquam iudicaſſe non legimus. Licet enĩ Honorio ab Orientalibus poſt mortem anathema ſit dictũ: ſciendum tamen eſt, quia fuerat ſuper hęreſi accuſatus, propter quam ſolùm licitum eſt minoribus, maiorum ſuorum motib9 reſiſtere, vel prauos ſuos ſenſus liberè reſpuere: quãuis & ibi nec patriarcharum, nec cęterorum antiſtitum cuipiam de eo quãlibet fas fuerit proferre ſententiam, niſi eiuſdem primæ ſedis pontificis conſenſus præceſsiſſet.

Eps Roman9 nõ iudicatᷓ à quoquã niſi in caſu hæreſis.

Adrianus Papa de profano conciliabulo Conſtantinopoli congregato penitus abolendo.

COnciliabulum vanitatis à Photio, & huius fautore Michaele videlicet, tyrannicè imperante Conſtantinopoli nuper aduerſus Apoſtolicæ ſedis reuerentiam, & priuilegium congregatum, vtpote veritatis inimicum, & omni falſitate repletum, quum & ſibi conſentientium animas interficiens Epheſino latrocinio comparandum forè ſtatuimus, & ipſius execranda geſta (quibuſcunque habeantur monumentis inſerta) ſummi iudicis Dñi nři Ieſu Chriſti, ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli; noſtræq; mediocritatis authoritate penitus abolenda decernimus: ita vt igni tradãtur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de

Hic dãnatᷓ ſynod9 ĩ tẽplo Aplorũ celebrata Cõſtã. per Photiũ q habet. 17. canones.

cęteris ſcripturis, quę (viris iam nominatis authorib') cōtra eandem ſedē tēpore diuerſo ſunt editę, gerendū definimus.

Pari etiam modo de conuenticulis ab eiſdē viris Michaele, ſcilicet imperante, ſeu Photio Conſtantinopolitano inuaſore bis aduerſum fratrem, & coepiſcopum noſtrum Ignatium factioſè collectis, deliberamus.

De conuenticulis contra Ignatiū collectis ſimiliter abolendis.

Photium, qui licet ſit à deceſſore meo, & à nobis pro criminibus ante patratis iure damnatus, & anathematizatus: nunc tamen (quia recentioribus exceſsibus priores iniquitates tranſcendit, & ponens in cælum os ſuum aduerſus veneranda ſedis Apoſtolicæ priuilegia noua temeritate prorupit, cui reſiſtere minimè formidauit) Apoſtolicę authoritatis cenſura iterato damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viua voce, ac proprio ſcripto Apoſtolicæ ſedi in omnibus obedire ſpopōderit, & prophanum conciliabulum à ſe Conſtantinopoli celebratum damnauerit, laicę communionis gratiam non negamus.

De Photio inuaſore iterato dānato.

Dānat & altera ſynodus Photii in tēplo Sophiæ celebrata habet tres canones.

His ſentētiis ſubſcripſit Adrianus Papa, etiam & alij epi.

Poſt hæc verò Stephanus diaconus fecit anathematiſmum Photij, & ſequacium, & cooperatorum eius: in quo ipſum Photium, vt ſecularem, & tyrannum, vt ſchiſmaticum, & damnatum, vt mœchum, & parricidam, vt fabricatorem mendacij, & vt nouum Dioſcorum anathematizat cum omnibus ſequacibus, & fautoribus eius.

Actio octaua

IN conuentu octauo tractatum eſt de abolendis chirographis iniuſtis, & vniuerſis actis conciliabulorum, quæ à Photio contra Papam Nicolaum, & patriarcham Ignatium celebrata ſunt. Quę vniuerſa pręcepto Imperatoris, & ſynodi combuſta ſunt.

Deinde venerunt ad ſynodum aliqui ſacerdotes Iconomachi, & monitis ſanctæ ſynodi, & Imperatoris cōuerſi recepti ſunt cum ſola manus impoſitione.

Poſtremò Stephanus diaconus è ſuggeſto anathematizauit Iconomachos, & Photium in hac forma. Concilio quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema.

His, qui ſumunt diuinę ſcripturæ dicta, quæ ſunt aduerſus idola cōtra venerādas imagines, anathema. Cętera ſicut

in ſynodo ſeptima, & vniuerſali actione. 7. in fine.

Actio nona.

QVæ nona continentur actione. Nunciatur ſynodo veniſſe Ioſeph vicarium Alexandrinæ ſedis: huius, hortãte ſynodo, epiſtola commẽdatitia legitur, & ipſe receptus, quę acta ſunt in octo actionibus prædictis approbat.

Mox examinanť falſi teſtes, qui cõtra Ignatiũ iurauerãt, & cùm pręſcripta à ſynodo ſatisfactione pœnitentiæ recepti ſunt ad cõmunionẽ eccleſiæ. Sic recepti ſunt, & cæteri, qui defecerant ad Photiũ deſerto legitimo antiſtite Ignatio.

Actio decima.

IN poſtrema ſeſsione annuente tota ſynodo præceperunt vicarij ſenioris Romæ, vt legerentur canones, quos ſtatuerat ſancta ſynodus.

Hos integros nec libuit, nec licuit tranſcribere propter intolerabilem codicum deprauationem. Nactus ſum exemplar quoddam Latinum, & per Amanuenſem ſcriptum inſigniter deprauatum. Græcum aliquod exemplar cum quo conferrem Latinum nunquam potui videre: ideo pleroſq; canones in epitomen redegi.

Canon. 1. De obſeruatione canonum vniuerſalium, & localium ſynodorum.

Locales ſynodos vocati: prouinciales. REgulas, quę ſanctæ catholicæ, & Apoſtolicæ, tam à ſanctis Apoſtolis, quàm ab orthodoxorũ vniuerſalib⁹, necnõ & localibus cõciliis, vel etiam à quolibet deiloquo patre, ac magiſtro eccleſiæ, traditę ſunt, ſeruare, ac cuſtodire profitemur: quibus & propriam vitam, & mores, & omne ſacerdotij catalogum regamus. Sed & omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, damnationibus, & iuſtificationibus, q̃ per illas prolatæ ſunt, canonicè ſubiici decernim⁹. Tenere quippe traditiones quas accepim⁹ ſiue per ſermonẽ, ſiue per epiſtolã ſanctorum, qui antè fuerunt Paulus apertè admonet. *2. Theſſ. 2.*

Canon. 2. Vt ſeruentur definitiones Nicolai, & Adriani Papæ.

D. 63. c. Adrianus. SEcundus canon habet, vt conſeruentur definitiones ſynodicæ à beatiſsimo Nicolao Papa, & Adriano Romanis patriarchis pro defenſione eccleſię Conſtantinopo. ac reſtitutione Ignatij, atq; Photij neophyti expulſione, ac cõdemnatione eiuſdem Photij. De quibus in actione quarta.

Canõ.

Canon.3. Vt venerentur imagines.

SAcram imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & omniũ Saluatoris æquo honore cum libro ſanctorum euangelio rum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarũ eloquia, q̃ in libro feruntur, ſalutem conſequunť omnes: ita per colorum imaginariam operationem, & ſapientes, & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptum eſt, perfruuntur vtilitate. Quę enĩ in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura, q̃ in colorib⁹ eſt, prędicat, & commendat. Dignũ eſt enim, vt ſecundũ congruentiam rationis, & antiquiſsimam traditionem propter honorem: quia ad principalia ipſa refertur, etiam deriuatiuæ imagines honorentur, & adorentur: vt ſanctorum euangeliorũ ſacer liber, atque typus precioſę crucis.

De obſeruatione imaginum.

Quartus canon declarat ꝙ neophytus Photius nunq̃ fuerit eṗs, nec illi, qui in ſacerdotali gradu cõſecrati ſunt ab eo, putentur eſſe ſacerdotes: ſed ſubuertenda eſſe omnia, quæcunq; ille ad dandum aliis gradum ſacerdotij operatus eſt.

Can.5. Nullus ex laico ordine aſſumatur epiſcopus.

NVllus de Senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine nuper tonſus eligatur, vel ſuſcipiatur patriarcha: niſi ſecundum definitionem, quę prolata eſt ab hac ſancta, & magna ſynodo, ſcilicet, ſi omnẽ gradũ eccleſiaſticũ trãſigens per definita nunc tempora irreprehenſibilis inuentus extiterit, & probatus: ita, vt in gradu lectorum annum compleat: in ſubdiacono verò duos, ſitq; diaconus tribus, & preſbyter quatuor annis: bene placuit huic ſanctæ, & vniuerſali ſynodo eligi hunc, & admitti.

Hortid. de ſacerdotali dignitate ſtatuitur in ca. 38. Cõc. Bracarẽ. 2.

Canon.6. Anathematizatur Photius.

ANathematizamus Photium. Primò, propter nequiſsimam inuaſionem eccleſiæ Conſtantinop. cum aliis malis operibus ſuis. Secundò, propter inuentionem falſorũ vicariorum. Tertiò, propter cõcilium vanitatis, quod celebrare tentauit. Quartò, propter crimina, quę falsò cõtra ſanctiſſimum Papam Nicolaum in ſuo conciliabulo propoſuit.

Can.7. De non admittendis hoſtibus imaginum.

VAlde proficuum eſt, & venerabiles imagines pingere: ſed & proximo diſciplinas diuinæ, ac humanę ſapiẽtiæ docere. Nõ autem bonum eſt, nec omnino proficuũ ab indi

gnis horum aliquid fieri huius rei gratia, nequaquam imagines operari in ſacris templis: ſed neq; in quouis loco docere anathematizatos ab hac ſancta, & vniuerſali ſynodo, definimus, & promulgamus: vſq; à propria ſeductione, ac malitia conuertantur. Quiſquis ergo poſt hanc definitionẽ ad picturæ ſanctarum imaginum in eccleſiis, aut doctrinæ actionem quoquo modo eos admiſerit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu pericliteť: ſi laicus cõmunione priuetur.

Canon. 8. & 9.

APparet ex actis octauæ ſeſsionis huius ſynodi ſolitum fuiſſe Photium, quum eius vigebat hæreſis, extorquere chirographas tum à quouis ordine clericorum, tum etiam à laicis nobilibus, & ignobilibus vſq; ad cerdones, & pelliones, & reliquam plebis fæcem: quibus promittebant, ſe illi adhęſuros, pugnaturosq; pro eius opinione. Ipſe præterea Photius ſolebat aliâs viciſsim chirographas dare, quibus facultatem dabat ad docendum, vel diſcendum. Ex hoc impro bo more arripuere anſam, & catholici, vt vellent à piis ſacerdotibus habere ſyngraphas, vt diſcerent, & docerent: eſſentq; tuti, & ſecuri talibus muniti ſcripturis. Ob hoc ſancitum eſt his duobus canonibus octauo, & nono, vt qui crean tur epiſcopi vel patriarchæ nullas chirographas à catalogo clericorum expoſtulent, ſed tantùm fiant ſolennitates de more: & vt liceat omnibus idoneis dicere, vel docere liberè ſinè facultate per chirographas data.

Canon. 10. Ne quis vitet ſuperiorem præſulem ante ſententiam.

NVllus clericus ante diligentem examinationem, & ſynodicam ſententiam à communione proprij patriarchę ſe ſeparet, licet criminalẽ quamlibet cauſam eius ſe noſſe prætendat: nec recuſet nomen ipſius referre inter diuina myſteria. Idem ſtatuimus de epiſcopis erga proprios metro politas: ſimiliter & de metropolitis circa patriarcham ſuũ. Qui verò contra fecerit, ab omni ſacerdotali operatione, & honore decidat.

Can. 11. Quòd vnica ſit hominis anima.

APparet quoſdam id temporis in tãtùm impietatis veniſſe, vt hominẽ duas aĩas habere impudẽter dogmatizent. Tales igitur impietatis inuentores, & ſimilia ſentientes,

quũ

quum vetus, & nouum teſtamentum, omneſq; eccleſię patres vnam animam rationalem habere hominem aſſeueret, ſancta, & vniuerſalis ſynodus anathematizat.

Canon. 12. Ne quis potentia principum fretus aſſumat dignitatem epiſcopi.

SI quis epiſcopus per verſutiam, vel tyrannidem principũ ſuæ dignitatis conſecrationem ſuſceperit, deponatur: vtpote qui non ex voluntate Dei, & ritu, ac decreto eccleſiaſtico: ſed ex voluntate carnalis ſenſus ex hominibus, & per homines Dei donum poſsidere voluit, vel conſenſit.

Ca. 13. Ex minoribus ordinibus aſſumantur ad maiores.

DEcernimus, vt ſoli clerici magnæ eccleſiæ, qui in minoribus ordinibus morati ſunt ad maiores gradus, & honores eccleſiaſticos (ſi digni inueniantur) aſcendere debeãt. Nullo tamen modo hi, qui foris ſunt ad tales dignitates, vel honores admittantur.

Canon. 14. In quanto honore habendi ſunt epiſcopi à principibus ſecularibus.

QVi diuina gratia epiſcopalem ſortiuntur dignitatem, ordinem cæleſtis hierarchię referunt in terris. Quare meritò ſancimus, vt digno in honore tam à principibus, q̃ à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, vt principibus, vel viris militari dignitate præditis obuiam lõgiſsimè procedãt ab eorum eccleſiis: nec à mulis, equisvè deſcendant in occurſu, aut timidè, abiectéq; ante genua procidãt, vel vt adoraturi. Immò verò non accedant ad menſas ſecularium principum: ſed cum omni modeſtia, quę ſpiritalẽ deceat dignitatẽ, officia omnib⁹, & debita tribuant, cui vectigal, vectigal: cui honorẽ, honorẽ. Dũmodo principes, & pij Imperatores agnoſcant ſibi æquales epiſcopos: vt liberè audeant reprehẽdere, increpareq;, & principes, & cæteros, qui militari honore fruunt̃, ſi quid peccauerint. Si quis verò eps̃ poſt hanc ſanctionẽ ſuam dehoneſtauerit dignitatẽ cadens ab honore ſibi per canonas debito, vixeritq; abiectè ſecũdũ veterẽ, & agreſtem conſuetudinem, amoueatur per annum, & princeps, qui in cauſa fuerit excõmunicet̃ per biennium.

Ca. 15. In quem vſum eccleſiæ poſſeſſiones ſeruari debeant. 12. q. 2. Apoſtolicos.

DEcernimus, vt epiſcopo vendere, vel vtcunque aliena-

re vaſa, aut veſtes ſanctas, nec alias ruſticas poſſeſsiones venundare non liceat. ne propter hoc eccleſiaſtici redditus lædantur, quos ad propriam vtilitatem, & ob eſcam pauperorum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe definimus. Nec etiam per emphyteuſim ſalaria eccleſiarum tribuere poſsit: excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, in redemptionem captiuorum.

Canon. 16.

COlligere licet ſolenne fuiſſe in aulis principum ſtatis quibuſdam diebus, componere aliquem laicum inſignibus epiſcopalibus, qui & tonſura, & cęteris ornamentis perſonatum Epiſcopum ageret: & creaſſe etiam ridiculum patriarcham, quo ſe oblectaret. Quæ omnia, vt in dedecus eccleſiæ, accerſita prohibentur ſub grauibus cenſuris.

Canon. 17.

Quia deprauata exemplaria reddunt hunc canonem inſigniter obſcurũ, viſum eſt hac ſumma illum complecti, & non integrũ tranſcribere: triaq; continet canon præſens.

PPrimũ, quòd metropolitani ſuper vniuerſos epiſcopos, qui ab ipſis promouentur, & ſiue per manus impoſitionem, ſiue per paludationẽ epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiũt, habeant poteſtatem, videlicet, ad cõuocandum eos (vrgente neceſsitate) ad ſynodalem cõuentum: vel etiam ad coercendum illos, & corrigendum, cum fama eos ſuper quibuſdã delictis forſitan accuſauerit. Hoc primum eſt ex canone ſexto Niceni concilij deſumptũ, quẽ refert in hac forma: Quia & in Romanorum ciuitate huiuſmodi mos pręualuit.

De epis, qui cauſant ſe impeditos à mũdi pricipib⁹, ne veniãt ad ſynodos.

Secundũ. Qm̃ ſunt quidam epiſcoporum, qui ne ſecundũ vocationem Apoſtolici præſulis occurrant, ſe à mundi principibus impeditos cauſantur. Placuit talem excuſationem omnimodo eſſe inualidam. Cùm enim principes pro ſuis cauſis frequenter conuentum agant, impium eſt, vt ſummos præſules ad ſynodos pro eccleſiaſticis negotiis celebrãdas impediant, vel quoſdam à conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum, & fictam prohibitionem epiſcoporũ ſuggeſtione diuerſis modis fieri didicerimus.

Quòd ad prĩcipes ſecula-

Tertium eſt. Illud autem tanq̃ peroſum quiddam ab auribus noſtris repulimus, quod à quibuſdã imperitis dicit̃, non

poſſe

poſſe ſynodũ abſq; principali præſentia celebrari, cũ nuſq̃ ſacri canones conuenire ſeculares principes in conciliis ſanxerint:ſed ſolos antiſtites. Vnde nec interfuiſſe illos ſynodibus exceptis conciliis vniuerſalibus inuenimus. Nec enim fas eſt ſeculares principes ſpectatores fieri rerum,quæ ſacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt. *res non pertineat ſynodus intereſſe.*

Ca.18. *Vt in eccleſiis antiqua conſeruentur priuilegia.*

PLacuit huic ſanctę,& magnę ſynodo, vt res, vel priuilegia,quę Dei eccleſiis ex longa conſuetudine pertinent, & ſiue à diuæ recordationis Imperatoribus,ſiue ab aliis Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaquam à poteſtate præſulis quæcunque perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumẽta quælibet auferat:ſed ſint omnia in poteſtate,ac vſu præſulis eccleſiæ quæcunque intra triginta ſpatium annorum ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Qui contra fecerit,vt ſacrilegus iudicetur,& donec talia priuilegia, ſeu res reſtituerit,anathema ſit.

Ca.19. *Ne metropolitanus grauet ſubiectos epiſcopos.*

DEfiniuit ſancta hæc,& vniuerſalis ſynodus nullum Archiepiſcoporum,aut metropolitanorũ relinquere propriam eccleſiam,& ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere,& conſumere redditus, qui apud illos inueniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimẽta pauperum. Sed tamen ſi contingat aliquò per illas eccleſias neceſſario iter agere:tunc non alia niſi ex his,quæ ad præſens de compendio pręparata inueniuntur,cum reuerẽtia,& cum timore Dei dignanter accipiat,& maturius propoſitũ iter perambulet. Si cm̃ vnũquẽq; epiſcoporum eccleſiæ proprię rebus cum multa parcitate vti,& nullatenus in proprias vtilitates importunè,ac ſine ratione conſumere redditus eccleſiaſticos ſacri canones decernunt,qua putas impietate iudicabitur dignus, qui aliis epiſcopis commiſſas eccleſias grauare non formidat? Qui contra fecerit,deponatur: & ſequeſtret, vt ſacrilegus,& alter idolatra fact⁹ iuxta magnũ Apoſtolũ.

Canon. 20.

HOc canone ſancitũ eſt,vt poſſeſsiones in emphyteuſim datas ab eccleſia,nõ liceat emphyteutã ſpoliare ꝑtextu

non ſeruati pacti. Verùm ſi per tres annos continuos penſionem non ſoluerit, liceat tunc eccleſiæ vindicare ſuas poſſeſsiones: dummodo id fiat ordine iudiciali coram competẽte iudice. Quĩ ſecus fecerit, cogetur ad reſtitutionem in integrum. Quòd ſi noluerit parere, deponitur.

Canon. 21. Quanta reuerentia agendum eſt contra epiſcopum Romanum.

22. d. c. definimus. DEfinimus neminem prorſus mundi potentium quemq̃ eorum, qui patriarchalibus ſedibus præſunt inhonorare, aut mouere à proprio throno tẽtare, ſed omni reuerẽtia, & honore dignos iudicare: pręcipuè quidem ſanctiſsimum Papam ſenioris Romę: deinceps autem Conſtantinopoleos Patriarcham. Deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atq; Hieroſolymorum. Sed nec alium quẽquam conſcriptiones contra ſanctiſsimum Papam ſenioris Romæ, ac verba complicare, vel componere liceat, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorundam criminum: quod & nuper Photius fecit, & multò antè Dioſcorus. Quiſquis autem tale facinus contra ſedem Petri principis Apoſtolorum auſus fuerit intentare, æqualem, & eandem, quam illi condemnationem recipiat. Porrò ſi ſynodus vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de ſancta Romanorum eccleſia quęuis ambiguitas, & controuerſia, oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere: non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ pontifices.

Ca. 22. Ne princeps ſecularis ſe immiſceat promotioni epiſcoporum.

SAncta, & vniuerſalis ſynodus definit, neminem laicorum principum, vel potẽtum ſemet inſerere electioni, vel promotioni patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuſlibet epi: ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio: pręſertim cùm nullam in talibus poteſtatẽ quẽq̃ poteſtatiuorum, vel cęterorum laicorum habere conueniat: ſed potius ſilere, ac attendere ſibi vſquequo regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri pontificis. Quiſquis autem ſecularium principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicæ aduerſus cõmunem, ac cõſentaneam,

atq;

atq; canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit, anathema ſit.

Canon.23. Ne quid præſumat agere epiſcopus in aliena eccleſia.

NVllus epiſcoporum poſſeſsionũ aliarum eccleſiarum locationẽ ſibi fieri ab alio epiſcopo rogare audeat: nec ipſe rogatus ſuæ eccleſiæ poſſeſsiones alicui conferat: nec etiam conſtituat presbyteros, aut quemlibet aliũ clericum in eccleſiis, quæ ſibi ſubieſtę non ſunt, præter voluntatẽ epiſcopi.

Canon. 24. Ne metropolitæ exerceant miniſteria epiſcopalia per ſubiectos epiſcopos.

DIuina ſcriptura dicente: Maledictus homo, qui facit opus Domini negligenter: quidam metropolitanorũ extrema negligentia, & deſidia delapſi præceptionibus ſuis ſubiectos ad ſe adducunt epiſcopos, & cõmittunt eis eccleſiæ propriæ diuina officia, & litanias, & cuncta omnino ſacra, quæ ad ſe pertinent myſteria, vt per illos celebrent omnia, quæ per ſemetipſos alacriter agere debuerunt: ac per id eos, qui epiſcopalem dignitatem meruerunt, quodãmodo clericos ſibi ſubiectos exhibeant. Vacant iidem præter eccleſiaſticas leges ſecularibus curis, atq; diſpoſitionibus, dimittentes perſeuerare in orationibus, & obſecrationibus pro ſuis delictis, ac populi ignorãtiis: quod nuſquam apud aliquos penitus inuenitur, cùm ſit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis. Hęc autẽ omnia magnis, & multis, ac vehementiſsimis damnationibus dignos huiuſmodi ſtatuunt. Probantur enim tales per hæc, quæ faciunt, etiam ſatanica iactantia, & ſuperbia languere. Quiſquis ergo metropolitanorum poſt hanc ſanctæ, ac vniuerſalis ſynodi definitionem eadem audacia, vel ſuperbia, & contemptu abuſus non per ſe cum timore, & alacritate, ſeu conſcientia bona, debita miniſteria in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos epiſcopos ſuos efficere tentauerit, pœnas exoluat coram proprio patriarcha: & aut corrigatur, aut deponatur.

Eccleſiaſtici præſules abſtinent à curis ſecularibus, & vacãt orationi, & lectioni

Canon.25. Vt deponantur clerici, qui defecerunt ad Photium.

DEfinimus, vt clerici ritè prius ordinati à Methodio, vel Ignatio, & reſiluerũt à conſortio fidelium, vt adhærerent Photionis hæreſi, & obdurati ĩ exemplo Pharaonis nolunt reſipiſcere, deponantur omnino: nec poſtea recipian-

 tur

tur in ordinem clericorum, imò ſemper exoſi ſint, vt Eſau. Ni fortè ob magnam pœnitentiam à miſericordia eccleſiæ admiſsi fuerint. *Ca.26. De ordine appellationis.*

ORdo prouocatiõis datur in hoc canone, vt qui ſe læſum arbitrabitur à proprio epiſcopo, poſsit metropolitanũ appellare: qui datis dimiſſoriis ad ſe cauſam aduocet. Liceat tamen epiſcopis prouocare ad Patriarcham, ſi crediderint ſe iniuſtitiam pati à metropolitano, à quo litibus finis imponatur: vt nullatenus metropolita in metropolitam, aut epiſcopus in epiſcopum vicinum ius habeat. *Canon.27.*

HIC canon decernit qualiter oporteat vti pallio: vt ſcilicet epiſcopi non vltra ſtata tempora, & loca eo vtantur, ne ſignum ſit ſuperbiæ, aut arrogantiæ. Præterea monachi, qui vita, & doctrina, vt epiſcopi creentur, meruerint, non mutent habitus, veſtiſq; rationem ob nouam dignitatem: non minus enim hoc arrogans eſſet, quàm pallio inepte vti. Quiſquis ergo epiſcopus præter definita ſibi tempora ſe pallio induerit, aut monaſticam veſtem depoſuerit, aut corrigatur, aut à patriarcha proprio deponatur.

Monachi creati epi nõ mutant veſtis rationem.

Poſtremò iuſſu vicariorum ſenioris Romæ prolatus eſt, & lectus terminus (vt illi vocant) in quo ad modum epilogi continentur omnia, quæ acta ſunt in hac ſancta ſynodo. Primò ibi paucis explicantur myſteria.s. Trinitatis, & Dominicæ incarnationis. Mox explicatur ratio ſeptem ſynodorum generalium, & probantur à tota ſynodo præſenti. Deinde explicatur etiam intentio huius octauę ſynodi, & quæ acta ſunt pro Ignatio patriarcha contra Photium: & vltima epiſcoporum vniuerſorum acclamatione recepta ſunt, & probata ſubſcribẽtib' vniuerſis. Primò vicariis ſenioris Romæ. Secundò, Ignatio patriarcha Conſtantinopo. Tertiò, vicariis eccleſiarum Orientis. Quartò, Imperatoribus Baſilio, Conſtantino, & Leone, qui noluerunt ante vicarios ſubſcribere. Poſtremò reliquis epiſcopis. Et abſoluta eſt octaua ſynodus generalis.

Extat allocutio quædam Baſilij Imperatoris ad totam ſynodum, in qua poſt alia amica, & gratulatoria verba ſubiungit. Quiſquis habet aliquid contra hanc ſanctam, & vniuerſalem ſynodum, aut eius canones, ſtet in medio, & quæ ſibi viden-

videtur, dicat, ſiue ſit de eccleſiaſtico clero, ſiue etiam laicus ſit, aut ex his, qui ciuilibus officiis mancipantur. Quanquã non datum ſit iſtis ſecundum canonem dicendi quicquam penit⁹ de eccleſiaſticis cauſis. Opus enim hoc Põtificum, & ſacerdotũ eſt. Sed ex abundanti omne os iniquum obſtruere volentes, licentiam præſtamus omnibus: vt qui in mente habet quid ambiguũ, de his, quæ decreta ſunt ab hac ſancta ſynodo, hoc in mediũ exhibeat, & ſuſcipiat ſatisfactionis ſalubre remedium. Nam ſoluta ſancta, & vniuerſali ſynodo, qui apparuit eccleſiæ Dei contradicẽs, aut non cõmunicans ei (quicunq; ille ſit) veniam ab imperio noſtro minime conſequetur, ſed iuſtè condemnabitur, & à ciuitate noſtra pelletur, vt peſtilens, & corruptor, & membrum putridum, & inutile, & commune corpus eccleſiæ violans.

Fxplicit. 8. ſynodus vniuerſalis Conſtantinop. celebrata.

In decreto Gratiani aſcribuntur multa decreta huic octauæ ſynodo, quæ in exemplaribus Latinis non inuenimus. Vnde vel falsò illi aſcribuntur, vel Gratianus nactus fuit alia exẽplaria magis integra. *Ioan. 9. Pa.*

IOannes nonus. Papa. 109. ſedit annos decẽ, dies duos, ſub Ludouico ſecundo Imperat. *Martinus. 2. Papa.* *Ioannes. 9. ponti. 109.*

MArtinus ſecundus, Papa. 110. Malis artibus pontificatũ adeptus, ſedit annum vnum, mẽſes quinq;, ſub Arnulpho Germano Cæſare ſexto. *Decreta Adriani. 3. Papæ.* *Martinus ponti. 110.*

ADrianus. 3. Papa. 111. ſub Petro, natione Romanus, hic tãti animi fuit, vt initio ſui pontificatus ad ſenatum populumq; retulerit, ne in creando Pontifice, Imperatoris authoritas expectarec, vtq; libera eſſent, & cleri, & populi ſuffragia: quod inſtitutũ à Nicolao primo tentatũ potius, quàm inchoatum fuerat &c. Obiit anno primo, menſe ſecundo ſui põtificatus, ſepeliturq; in baſilica. S. Petri collachrymantibus omnibus tantum parentẽ tam repẽtè ſibi ſublatũ eſſe.

CONCILIVM TRIBVRIENSE PROVINCIALE. Celebratũ eſt ſub Imperatore Arnulpho à viginti duobus epiſcopis Germanorum anno Domini. 895. ad reformationem morũ, & ſtatus non modo clericorũ, ſed etiã laicorũ à quo Gratia. trãſcripſit multa in volũine decretorũ. *Cap. 3.*

QVòd excõicati, ſi poſt excõmunicationẽ non ſe inclinauerint ad pœnitentiã, ꝑ Principẽ puniri debẽt. *Cap. 10*

VT epiſcopus nõ deponatur, niſi à duodecim epiſcopis, presbyter à ſex, diaconus à tribus. *Cap.11.*

SI quis clericus homicidium fecerit, etiam ſi nimium coactus, ab ordine ceſſare debet. *Cap.12.*

VT propter Paſcha, & Pentecoſten baptiſma non celebretur, excepta neceſsitate periclitantium.

Cap.13. Quibus de cauſis offerendæ ſint decimæ

DEcimę offerẽdę ſunt à populo, vt hac ratione Deus placatus largius præſtet, quæ neceſſaria ſunt, & vt miniſtri eccleſiæ exinde releuati liberiores fiant ad ſpiritalis officij expletionẽ, & vt munus populi exhinc in quotidiana oblatione Domino immoletur, necnon ſecundũ ſtatuta canonum in ſuſtentationem pauperum, & reſtaurationem eccleſiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes, iuxta canones, iudicamus de decimis, & oblationibus fidelium, vt vna ſit epiſcopi, altera clericorum, tertia pauperũ, quarta reſtaurationi eccleſiarum ſeruetur, ſicut in epiſtola Gelaſij Papæ cap.27. legitur. *Cap.15. Vbi quis decimam ſoluit, ibi ſepeliendus.*

VBicunq; facultas rerum, & opportunitas temporũ ſuppetat, ſepulturã morientiũ apud eccleſiam, vbi eſt epiſcopi ſedes, ordinamus celebrari. Quòd ſi ex aliqua cauſa difficile æſtimetur, vbi decimam perſoluebat viuus, ſepeliatur mortuus. *Cap.16. Ne ſepulturæ pro mortuis vendantur.*

Eleemoſynæ proſunt defunctis. INterdictum ſit omnibus Chriſtianis terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare. Niſi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen Domini, & redẽptionem animæ viri, gratis aliquid donare velint.

Cap.17. Vbi ſint ſepeliendi laici.

NVllus laicus in eccleſia ſepeliatur, niſi in communi coemeterio: corpora tamen antiquitus in eccleſia ſepulta nequaquã proiiciantur: ſed pauimento deſuper facto nullo tumulorum veſtigio apparente eccleſiæ reuerentia cõſeruetur. *Cap.18. De vaſculis, quibus myſteria ſacra conficiuntur.*

De cõſec.d.1. Vaſa, in quibus &c. VAſa, quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt, & patenæ, de quibus Bonifacius martyr, & epiſcopus interrogatus ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramẽta conficere, reſpondit: Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc econtrà, lignei ſacerdotes aureis vtuntur

tur calicibus. Zepherinus. 14. Romanus epiſcopus patenis vitreis miſſas celebrare cõſtituit. Nos ſtatuimus, vt deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis, & ſanguinis Domini in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat.

Cap.19. Ne vinum ſine aqua in calice offeratur.

NOn debet in calice Domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunq; permiſtum: quia vtrunq; ex latere eius profluxit, ſed ſic, vt duæ partes ſint vini, tertia verò aquæ: quia maior eſt maieſtas ſanguinis Domini, quàm fragilitas populi, qui per aquam deſignatur, iuxta illud: Populi multi aquæ multæ. *Eſt canõ.32. ſextæ ſynodi* *Apoca.17.*

Cap.20. De raſura clericorum.

CLerici in hoc raduntur, vt ſolicitudinẽ coronæ Domini in capitibus ſuis gerant, quos & ſeruos ſuos dici, & eſſe voluit, ſortemq; illorum ſe conſtituit, ſicut de eis ſcriptum eſt: Ego hæreditas eorum: quos, qui percuſſerit, aut iniuria aliqua affecerit, grauiter puniri debet. *Nume.8.* *Deute.18.*

Cap.21. Vt presbyteri iurare non cogantur.

PResbyter in iudicio ad iurandũ cogi non debet: ſed vice ſacramẽti per ſanctam conſecrationẽ interrogetur: quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent, cum Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis dicat: Nolite iurare omnino &c. quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Non dixit: Quod amplius eſt, malum eſt, ſed, à malo eſt, id eſt, à malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare. *2.q.4 Siquis presbyter.* *Matth.5.*

Cap.22.

QVi infamia laborat, permittitur, vt per ignem, candenti ferro ſe purget. Colligitur ex hoc non eſſe natura ſua malum. Sunt tamen hæc iam abrogata.

Cap.27. De his, qui in clero iam deputati ſunt.

SEmel in clero deputati, nec ad militiam, nec aliquam veniant dignitatem mundanam, vt in ſynodo Chalcedonẽ. ſtatutum eſt cap.7. ne tales ſint, ſicut ſanctus Iſidorus dixit eſſe, ſimiles hyppocentauris, qui nec equi, nec homines, ſed quaſi bruta animalia libertate, ac deſiderio ſuo feruntur

Cap.31. De furibus, & latronibus.

SI inuentus fuerit quis furtum, aut rapinam exercere, & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare, & eleemoſyna pro eo data in memoriã, nec clericorum, nec pauperum

veniat

veniat, ſed execrabilis ſordeſcat.

Cap.35. Placita in duobus feſtis iudices non habeant.

VT nullus iudex diebus feſtis, vel Dominicis, ſeu ieiuniorum, aut quadrageſimæ placitum habere præſumat. Et vt nullus pœnitens eò veniat, in hoc ſancto ſtatuimus Concilio: quia inde iraſcitur Deus cùm, quando ſuo ſancto ſeruitio debet populus deſudare, inueniatur lites, & contentiões frequẽtare. Diebus vero Dominicis, & ſanctorũ feſtis, vigiliis, & orationibus inſiſtendũ, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cũ oblationibꝰ eſt currendũ, & tantũ Deo vacandũ. Diebus quadrageſimæ, & ieiuniorũ ſumma deuotione ieiunandũ, & omni deuotiõe eſt orandũ, atq; ab vnoquoq; pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuendæ, & nullæ lites, vel contentiones habendæ. Arguit enim Dominus per prophetam eos, qui contentiones, & lites tempore ieiuniorum exercent.

Quid in ieiuniis quadrageſimæ agendum.

Iſai. 58.

Cap.39. De matrimonio inter alienigenas.

SI quis alienigenam, hoc eſt, alienæ gentis, non tamen religionis, fœminam in matrimonium duxerit, velit, nolit, tenenda eſt, nec vltrà ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſa, ſicut ſynodus Romana ait, quòd non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt, & ante baptiſmum. In baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia.

Cap.40. Prohibetur matrimonium inter adulteros.

QVi vxorem alterius, eo viuente, conſtuprauit, & inſuper iuramento confirmauit, ſi ambo eius legitimum ſuperuixiſſent maritum, vt ille fornicator illam adulteram adulterio pollutam ſibi aſſociaret legitimo cõiugio. Nos tale coniugium anathematizamus, & Chriſtianis omnibus obſeramus: quia non oportet Chriſtianæ religioni, vt vllus ea vtatur in matrimonio, cum qua prius pollutus eſt adulterio. Idem ſine vlla limitatione prohibetur infrà cap. 51.

Extrà de eo, qui dux. in ma trc. cũ habe ret.

Cap.45. De illo, qui cum duabus ſororibus fuerit pollutus.

QVi cũ duabus ſororibus fuerit pollutus, vſq; ad exitum vitæ pœnitens, & continẽs permaneat, & ſoror, quæ poſterior ſcienter ſe cum eodem commaculauerit, vſq; ad finem vitę pœnitens, & continens perduret.

Cap.46. De confugiente ad epiſcopum, ne ob adulterium a marito interficiatur.

Si

SI cuius vxor conſtuprata fuerit, & propterea maritus capitali ſentētia delere illam machinauerit: ipſa verò vrgenti mortis periculo ad epiſcopum confugerit, & auxiliū quęſierit, operoſiore, ſi poteſt epiſcopus labore deſudet ne occidatur: ſi vitam ei obtineri poſsit, reddat, ſin autem omnino non reddat. Maritus verò quandiu ipſa viua, nullo modo alteram ducat.

Cap. 54. Statuitur pœna pro homicidio voluntario.

QVi voluntariè homicidium fecerit, quod in Ancyrano Concilio cap. 22. legitur, obſeruet: quia inſtituta canonica, & ſanctorū Patrum decreta, noſtro, & omnium orthodoxorū iudicio inuiolabilē habent firmitatē. Nobis tamen quia paſtores ouium Chriſti ſumus, pro moderni temporis qualitate, & hominū fragilitate, bonum, & vtile videtur, vt authoritate ſynodali modum caſtigationis imponamus, ne prolixum tempus pœnitentiæ generet faſtidium negligentibus. Igitur ſi quis ſpōte homicidium fecerit. 40. diebus ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & nihil manducet in illis. 40. diebus pręter ſolum panē, & ſalem: nec bibat, niſi purā aquam, nudis pedibus incedat, lineis nō induatur veſtibus, niſi tantùm femoralibus, ſecularia arma non portet, nullò vehiculo vtatur &c. Poſt illos. 40. dies vnum annum integrum ab introitu eccleſiæ ſuſpendatur, & abſtineat ſe à carne, & caſeo, & vino. Secundum verò & tertium annum ſimili modo pœniteat. 4. autem annum. & .5. & .6. & .7. iſto modo obſeruet. Ieiunet autem his ſingulis tres quadrageſimas. Vnam ante Paſcha Domini à caſeo, & pinguibus piſcibus, à vino, & medone. Alteram ante natiuitatē ſancti Ioannis Baptiſtæ. Tertiam ante natiuitatem Domini Saluatoris ieiunet, & abſtineat ſe à carne, & cæteris rebus prædictis. His ſeptem annis ritè expletis reconcilietur, & more pœnitentium ſacris altaribus, & ſanctę communioni reſtituatur, atq; perfectionem conſequatur, id eſt, communionis Chriſti gratiam.

Vnanimes ſubſcripſerunt. 22. epiſcopi præſidente, & adiurante Pio Principe Arnulpho.

Reliqua capitula requirat Lector in volumine magno conciliorū, quæ ſuſtulimus, ne aliàs dicta repeteremus. *Hic ſuſtulimus fo. 456*

¶ Stephanus. 5. Papa. 112. ſub Petro, ſedit annos. 7. *Stephanus. 5. Pont. 112.*

Formo

FOrmoſus.113.Papa ſedit annos.6.Iterum tum ingens diſſidium fuit Romæ de electione.

Bonifaci⁹.6. Ponti.114.

BOnifacius.6.Papa.114.ſedit dies.26. De tempore quo ſedit in ſede Petri,magna controuerſia eſt inter ſcriptores

Stephanus.6 Ponti.115.

STephanus.6.papa.115.ſedit annũ.1. Hic magno odio perſequutus eſt Formoſi nomen, cuius ordinationes omnes reſcidit,& damnauit. Iam enim tunc cœperat Pontificum, & virtus,& integritas deficere.

Romanus.1. Ponti.116.

ROmanus.1. Papa.116. ſedit menſes. 3. in quibus vniuerſa acta Stephani improbat,& abrogat.

¶ Theodorus.2.Papa.117.ſedit dies.20.

¶ Ioannes.10.Papa.118 ſedit annos.2.

Benedict⁹.4 Ponti.119.

¶ Benedictus.4.Papa.119.ſedit annos.4.

LEo.5.Papa.120.ſedit dies.40.quem Chriſtophorus familiaris illius honore pontificatus ſpoliauit,cupidine quadam dominandi.

Chriſtopho. 1.Ponti. 121.

CHriſtophorus.1.Papa. 121. pontificatum malis artibus adeptum,malè amiſit:ſeptimo menſe dignitate eiectus monaſticam vitam obire cogitur,

Sergius.3. Pontifi. 122.

SErgius.3. Papa. 122. ſedit annos. 7. Hic Chriſtophorum è monaſterio tractum in vincula coniecit, & Formoſi nomen ſubinde proſequitur: cuius corpus humatum truncari capite iuſsit,res plena horroris,vt videas quãtùm iam degenerabãt Põtifices à maioribus ſuis,ne cui mirũ ſit interim ſi qui abuſus,& peruerſę opiniones in eccleſiam irrepſerũt.

¶ Anaſtaſius.3.Papa.123.ſedit annos.2.

Landus.1. Ponti.124.

¶ Landus.1.Papa.124.ſedit menſes.6.

¶ Ioannes.11.Papa.125.ſedit annos.13.

¶ Leo. 6. Papa. 126. ſedit menſes. 7. ſub Henrico Germano Cæſare nono.

¶ Stephanus.7.Papa.127.ſedit annos.2.

Ioannes. 12. Ponti.128.

¶ Ioannes.12.Papa.128.ſedit annos.4.

¶ Leo.7.Papa.129.ſedit annos.3. ſub eodẽ Henrico Cæſare

¶ Stephanus.8.Papa.130.ſedit annos.3.

MArtinus.3.Papa.131.ſedit annos.3.menſes.6.dies.10. Electus fuit ſub Othone primo Germano Cęſare decimo.

Agapetus.2. Ponti.132.

¶ Agapetus.2.Papa.132.ſedit annos.9.ſub eodem Cæſare.

IOannes.13.Papa.133.potẽtia patris fretus pontificium munus

nus ſibi deſumit. Vir, qui venationib⁹ magis, q̃ orationibus vacabat: & multa alia auditu indigna de eo dicunt. Sedit annos. 8. Is Othonē Cæſarea corona ornauit. *Benedictus. 5. Pa.*

BEnedictus. 5. Papa. 134. ſedit menſes. 6. Hunc eiecit Otho Imperator à ſede ſua, & compulit clerum, vt ſuſciperet Leonem illius loco. *Leo. 8. Papa.* *Benedict⁹. 5. Pontif. 134.*

❡ Leo. 8. Papa. 135. ſedit annum. 1.

IOannes. 14. Papa. 135. ſedit annos. 6. Ab hoc Otho. 2. corona imperij donatus eſt. *Benedictus. 6. pap.*

BEdedictus. 6. Papa. 137. ſedit annū vnum. Hic à Cynthio Romano ciue capitur, & in arcem (quam ſancti angeli vocant) includitur: & eodem loco non multo poſt fame moritur ſub Otho. 2. Cæſare. *Donus. 2. pap.* *Benedict⁹. 6. pontif. 137.*

DOnus. 2. Papa. 138. ſedit annum vnum ſub eodem Cæſare *Bonifacius. 7. pap.*

BOnifacius. 7. Papa. 139. ſedit menſes ſeptem, malis artibus pontificatum adeptum, malè amiſit ſub eodem Cęſare. *Benedictus. 7. pa.* *Bonifaci⁹. 7 pontif. 139.*

BEnedictus. 7. Papa. 140. ſedit annos. 8. ſub eodem Cæſare. *Ioannes. 15. pa.*

IOannes. 15. Papa. 141. ſedit menſes. 4. Hic menſe. 3. ſui pontificatus à Romanis capitur, & in mole Adriani incluſus pædore carceris inedia moritur ſub Othone. 3. Germano Cęſare. 12. *Ioannes. 16. pa.* *Ioannes. 15. ponti. 141.*

IOannes. 16. Papa. 142. ſedit mēſes. 8. nihil cōmemoratione dignum geſsit hoc tēpore, ſub eodē Cæſare. *Ioannes. 17. pa.* *Ioannes. 16. pontif. 142.*

IOannes. 17. Papa. 143. ſedit annos. 10. menſes. 6. dies. 10. ſub eodem Cæſare. *Gregorius. 5. pa.*

GRegorius. 5. Papa. 144. ſedit annos duos, menſes quinq;. Hic ſeditione quadam eiectus eſt à pontificatu: ſed vndecimo menſe præſidio Imperatoris Othonis reſtitutus eſt. *Ioannes. 18. pa.*

IOannes. 18. Hic fuit, qui viuente Gregorio ſedem per tyrannidem occupauit. Moritur autē, & cum ignominia. 10. menſe vſurpati pontificatus, ſub eodem Cæſare. Annumeratur Papa. 145. *Syluester. 2. pa.* *Ioannes. 18. pontif. 145.*

SYlueſter. 2. papa. 146. malis artibus pontificatū adeptus, anno. 4. moritur ſub eodē Cæſare. Is magus fuiſſe fertur. *Sylueſter. 2. pontif. 146.*

Ioannes.19.papa.

Ioannes.19. Ponti.147. IOannes.19. Papa.147. ſedit menſes.4. dies.20.electus ſub Henrico.2.Germano Cæſare.13. *Ioannes.20.papa.*

IOannes.20. Papa.148.ſedit annos.4.menſes quatuor ſub eodem Cæſare,ad ocium conuerſus,nihil dignum memoria geſsit. *Sergius.4.papa.*

Sergius. 4. Pontif.149. SErgius.4. Papa.149.ſanctiſsimus pater eccleſiæ, anno.2. ſui pontificatus moritur ſub eodē Cęſare. *Benedictus.8.pa.*

BEnedictus.8.Papa.150.ſedit annos.11.ſub eodem Cæſare.

Ioannes.21.papa.

IOannes.21.Papa.151.ſedit annos.11.ſub eodem Cæſare.

Benedictus.9.pa.

Benedict⁹.9. Ponti.152. BEnedictus.9. Papa.152.ſedit annos.11. electus ſub Corrado.2. Germano Cæſare.14. Hunc propter ignauiā eiecerunt Romani à ſede, & in eius locum ſuffecerunt Ioannem Sabinum epiſcopum, Syluestrum tertium appellantes: ſed poſt nouem, & quadraginta dies pulſo adulterino Pontifice Benedictus reſtituitur. *Syluester.3.pa.*

SYlueſter tertius annumeratur Papa.153. qui tamen (vt diximus) non fuit verè Papa, ſed ſeditione populi intruſus.

Gregorius.6.pa.

Gregorius.6 Pontif.154. GRegorius.6. Papa.154.ſedit annos duos, viuente adhuc Benedicto, à quo pontificatum (vt quidam volunt) acceperat: quanuis alij aliud dicant. *Clemens.2.pa.*

CLemens.2. Papa.155. in ſynodo Pontifex creatur imperante, & cogente Henrico.3.ſed abeunte Imperatore Romani veneno Pontificem è medio ſuſtulêre pontificatus ſui menſe.9. *Damaſus.2.pa.*

Damaſus.2. Pontif. 156. DAmaſus.2.Papa.156.per vim pontificatum occupat, nullo cleri, populiq; conſenſu. Adeo inoleuerat hic mos, vt cuiq; ambitioſo liceret Petri ſedem inuadere. Sed non diu tulit Deus hanc tyrannidem, nam.23. die vſurpati pontificatus moritur: quare merito à nonnullis non recenſetur inter Pontifices. *Leo.9.pa.*

Leo.9. Pontif. 157. LEo.9.Papa.157. anno Domini. 1049. pontificatum optima ratione obtinuit, non aſſumens ſibi honorem, ſed à Deo vocatus velut alter Aaron, ſic optimè functus eſt officio ſuo. Sedit annos quinq; menſes.2. & dies ſex, ſub Henrico

rico.3.qui niger dictus eſt. Sub hoc tempus fuit Berengarius author erroris de ſacramento cœnę Dominicę: cuius error à Leone in Cõcilio Vercellenſi damnatus eſt. *Victor.2.pa.*

VIctor.2. Papa. 158. hic magnam ſynodum Florentiæ habuit, in qua multos epiſcopos, tum ſimoniæ, tum fornicationis cauſa epiſcopatu priuauit, clerũq; admonuit, quid maximè ad ſe pertineret, ꝓpoſita pœna his, qui leges transgrederentur. Moritur anno ſecundo, menſe tertio. die.14. *Victor.2. Pontif.158.*

Stephanus.9.pa.

STephanus nonus, Papa.159. ſedit mẽſes ſeptem, dies octo. *Stephanus.9 Pont.159.*

Benedictus.10.pa.

BEnedictus.10. Papa. 160. ſedit mẽſes.9. dies.20. eiectus eſt è ſede ſuborta Romę contentione quadam ſuper electione ſua: ſubrogatus eſt eius loco Gerardus quidã epiſcopus Florentinus. *Benedict⁹.10 Ponti.160.*

Nicolaus.2.pa.

NIcolaus.2. Papa.161. qui pro benedicto ſuffectus eſt. Hic apud Lateranum habito Concilio ſacerdotali, legem tulit, quæ ſic habet. *Nicolaus.2. Ponti.161.*

Si quis pecunia, aut gratia humana, aut populari, militariue tumultu ſinè concordi, & canonica electione Cardinalium fuerit in throno Petri collocatus, is nõ apoſtolicus, ſed apoſtaticus, id eſt, à ratione deficiens meritò vocetur. Liceatq; Cardinalibus, clericis, & laicis Deum colentibus, illum (vt prædonem) anathematizare, & quouis humano auxilio à ſede apoſtolica propellere: atq; quouis in loco (ſi in vrbe non liceat) catholicos huiuſce rei cauſa congregare. *Is Ponti. primus ſtatuiſ ſe dicitur ius eligendi pontificis in poſterum penes cardinales tãtum fore.*

In eodem Concilio ferunt reuocatum ab errore ſuo Berengarium diaconum Andegauẽſis eccleſiæ, qui arbitrabatur in ſacramento Euchariſtiæ non eſſe verum Chriſti corpus, integrumq; ſanguinem, niſi vt in ſigno, & figura: quem errorem inſtante, & vrgente Nicolao publicè confeſſus eſt. Tertio pontificatus ſui anno moritur ſub Henrico. 3. Germano Cæſare.15. *Alexander.2.pa.*

ALexander ſecũdus, Papa.162 ſedit annos vndecim, menſes ſex, ſub eodem Cæſare. *Gregorius.7.pa.* *Alexander.2. Ponti.162.*

GRegorius.7. Papa.163. omnium bonorum conſenſu Pontifex creat anno ſalutis.1072. Habes formã electiõis ſuę & alia annotatione digna in Platina: ex quibus vnum eſt, *Gregori⁹.7. Ponti.163.*

quòd Henricum quartum Imperatorē, qui quia multis malis, & iniuriis affecerat eccleſiam Romanam, ipſum priuatum prius om̄i regia adminiſtratione anathemate notauit: nec fuit abſolutus, donec depoſito regali ornamento, nudis pedibus (quãuis aſpera eſſet hyems, & gelu cuncta rigeſcerent) venit ad Pontificem, & veniam petens abſoluitur, & eccleſiæ reconciliatur, pace iureiurando confirmata, & integra obedientia præmiſſa. Sedit annos. 12. menſem vnum.

Victor. 3. Papa.

Victor. 3. Pontif. 164. VIctor tertius, Papa. 164. ex abbate montis Caſsini Pontifex creatur: qui (vt aliqui ferunt) opera Henrici veneno in calice eiecto, dum ſacrificat, necatur anno primo ſui pontificatus ſub Henrico. 4. Cęſare Germano. 16.

Vrbanus. 2. papa.

Vrbanus. 2. ponti. 165. VRbanus ſecundus, Papa. 165. Hic archiepiſcopo Toletano pallium, & priuilegia multa conceſsit, eundemq; totius Hiſpaniæ Primatem inſtituit: & Regem Gallitiæ cum omni diœceſi ſancti Iacobi anathematis vinculo illigauit, quia prouincię epiſcopum in carcerem inaudita cauſa coniecerat. Ciſtercienſium ordinem primò in Burgundia excitatum ſua authoritate cõfirmauit. Sunt etiam, qui ſcribant Carthuſianos monachos huius Pontificis tēpore originem habuiſſe, quãuis alij tēporibus Victorij tertij hoc aſcribant. Sedit annos. 12. ſub eodem Cæſare. *Paſchalis. 2. papa.*

Paſchalis. 2. ponti. 166. PAſchalis ſecundus, Papa. 166. Hunc totus clerus nolentem, & latitantem Pontificem creat, quòd diceret humeros ſuos nequaquã tanto oneri ſuffecturos. Sub hoc floruit Anſelmus vir ęquè ſanctus, & doctus, & diuus Bernardus vitæ monaſticæ facile Princeps, Abbas Craraualleñ. Sedit autem Paſchalis annos decem & octo, menſes ſex, electus ſub eodem Cæſare. *Gelaſius. 2. papa.*

Gelaſius. 2. pontif. 167. GElaſius ſecũdus, Papa. 167. Huius temporibus ſcribunt, quidam habuiſſe originē Templarios milites, qui non longe à ſepulchro Domini habitantes, peregrinos ſuſcipiebant, eosq; per loca ſacra armati ducebant, ac reducebant: quo eis ſinè periculo inuiſere loca ſacra liceret. Sedit annũ vnum. *Calixtus. 2. papa.*

Calixtus. 2. pontif. 168. CAlixtus ſecundus, Papa. 168. electus eſt in Cluniacenſi cœno-

cœnobio, in quo loco obierat Gelaſius. Verũ, is non prius pontificium habitum ſibi deſumpſit, quàm intellexit ſe ab his quoq; cardinalibus confirmari, qui Romæ, & in Italia remanſerant. Anno quinto, menſe decimo ſui pontificatus moritur in Domino, electus ſub Henrico. 5. Germano Cæſare. 17. *Honorius. 2. Papa.*

HOnorius. 2. Papa. 169. familiaritate præclarorũ virorum mirificè delectat⁹ eſt: quos, & Romę retinebat. Sub hoc floruit Hugo de ſancto Victore, qui ſcribendo ſui ingenij pręclara monimẽta reliquit. Huius tẽpore Arnulphus Chriſtianæ religionis prædicator egregius clericorũ inſidiis necatur: quòd acerbè nimium in eorum laſciuiam, & libidinem inueheretur, quòdq; eorum pompam, & in comparandis diuitiis nimium ſtudium improbaret, paupertatẽ Chriſti, & integerrimam vitam ad imitationem omnibus proponens. Moritur anno quinto ſui põtificatus, & menſe ſecundo ſub eodem Cæſare. *Innocentius. 2. Papa.* *Honorius. 2* *Pont. 169.*

INnocentius. 2. Papa. 170. Contra hunc Petrus Romanus ciuis Romę Antipapa (eo abſente) creatur, Anacletusq; vocatur: quem poſt dies aliquot Lotharius Germanorum Rex, Roma expulit, & Innocentium reſtituit. Sedit annos 14. menſes ſeptem ſub eodem Cæſare. *Celeſtinus. 2. Papa.* *Innocẽtius. 2* *Pont. 170.*

CÆleſtinus. 2. Papa. 171. ſedit menſes quinq;, electus ſub Corrado Sueuo Germano Cæſare. 19. *Lucius. 2. Papa.* *Celeſtinus. 2* *Ponti. 171.*

LVcius. 2. Papa. 172. Huius cõſenſu in Gallia ſynodus epiſcoporum, & abbatũ facta eſt contra Biliardum philoſophum Peripateticum: qui pręſente Ludouico Rege rationibus victus, non modo ſententiam mutauit, ſed monaſticam vitã, & religionem profeſſus eſt. Sedit menſes ſeptem, dies quatuor ſub eodem Cæſare. *Eugenius. 3. Papa.* *Lucius. 2.* *Ponti. 172.*

EVgenius tertius, Papa. 173. antea ſancti Anaſtaſij abbas, quem ſanctus Bernardus monachũ induerat, ad quem ſedentẽ in cathedra Petri ſcripſit libros de cõſideratiõe, ſua religione, & eruditione refertiſsimos. Sedit annos. 8. menſes. 4. dies. 20. ſub eodem Cæſare. *Anaſtaſius. 4. Papa.* *Eugenius. 3.* *Ponti. 173.*

ANaſtaſius quartus, Papa. 184. ſedit annum vnum, mẽſes 4. ſub eodem Cęſare. Tunc doctrina, & vita florebat Ricardus de ſancto Victore, cuius ſcripta nunc extãt integra. *Anaſtaſ⁹. 4* *Ponti. 174.*

Adrianus. 4. Papa.

Adrianus.4 Ponti.175. ADrianus quartus, Papa.175. ſedit annos.4. mẽſes.10. ſub eodem Cæſare. *Alexander.3.Papa.*

Alexãder. 3. ponti.176. ALexander tertius, Papa.176. ſub eodem Cæſare. Contra hunc electus eſt per tres cardinales Octauianus Romanus ciuis (Victor appellatus) & fuit ſchiſma in eccleſia fermè per.20. annos. Alexander verò poſt longos, & aſsiduos labores, cùm iam quieturus à tyrannicis perturbationibus videretur, pontificatus ſui anno. 21. Romæ moritur, ſublatis prius è medio quatuor ſchiſmaticis Pontificibus, quorum ſeditionib⁹ eccleſia Romana ferè ſubuerſa eſt. Sub hoc Pontifice beatus Thomas Cantuariẽſis archiepiſcopus martyrij mercedem aſſequutus eſt. *Lucius.3.Papa.*

Lucius.3. Pontif.177. LVcius terti⁹, Pap. 177. Hic ab vrbe deiectus, eo quòd conſulum nomen abolere adnitebatur, pontificatus ſui anno.4. menſe.2. die.18. moritur Veronæ ſub Friderico.1. Germano Cæſare.20. Scribunt aliqui Petrum Comeſtorem, qui hiſtoriam vtriuſq; teſtamenti conſcripſit, in precio tunc fuiſſe. *Vrbanus.3.Papa.*

Vrbanus.3. Ponti.178. VRbanus tertius, Papa.178. Hoc adminiſtrante ſacerdotium, occupata eſt ab infidelibus Hieroſolyma ciuitas ſancta. Vrbanus proficiſcens Venetias comparandæ claſſis gratia, dolore animi, quem ex calamitate Chriſtianorum acceperat, Ferrariæ moritur, pontificatus ſui anno.1. menſe.10. die.25. ſub eodem Cæſare. *Gregorius.8.Papa.*

Gregori⁹.8. Ponti.179. GRegorius octauus, Papa 179. tractat de recuperãda Hieroſolyma, ſed dum hæc agit Piſis moritur, pontificatus ſui die quinquageſimoſeptimo, ſub eodem Cæſare.

Clemens.3. Papa.

Clemens.3. Pontif.100. CLemens tertius, Papa centeſimus octogeſimus: ſedit annos tres, menſes quinque ſub eodem Cæſare.

Caleſtinus.3.papa.

Caleſtinus.3 Pontif.181. CAEleſtinus tertius, Papa, 181. Hic Conſtantiam monacham Rege Rogerio natam occultè è monaſterio Panormitano eduxit, & Henrico ſexto diſpenſatione apoſtolica in matrimonium collocauit. Vir ſanctiſsimus nihil in vita prętermiſit, quo terra ſancta recuperaretur, ſedit annos ſex, menſes ſeptem, dies vndecim, electus ſub Friderico primo

Innocen-

Innocentius.3.papa. *Innocẽtius.3 Pontif.182.*

INnocentius.3.Papa.182.vir ante pontificatum doctrina,& moribus inſignis à Cæleſtino in numerum cardinalium refertur: quo mortuo, omnium conſenſu in eius loco Pontifex ſufficitur, ſub Henrico 6.Germano Cæſare.21.Huius tẽporibus oborta apud Tholoſam hæreſis eſt, quam eodẽ procurante, beatus Dominicus (à quo ordo fratrum prædicatorum fuit inſtitutus) mira celeritate compeſcuit.

CONCILIVM LATERANENSE

COncilium Lateranẽ. maximum ſub Innocẽtio tertio celebratũ, anno ſalutis. 1215. cui interfuere Hieroſolymitanus, & Conſtantinopolitanus patriarchę metropolitani 70. epiſcopi. 400. abbates. 12. priores conuentuales. 800. Gręci, & Romani imperij legati: Regum verò Hieruſalem, Francię, Hiſpanię, Anglię, & Cypri oratores. Papa moritur Peruſij Pontificatus ſui anno. 18. menſe. 7. die. 16. Adiuuarunt huius Pontificis virtutẽ, & doctrinam beati Dominici, & beati Franciſci Aſiſinatis ſanctitas, è quibus prędicatorũ, & minorum ordo ortum habuit.

ACTA CONCILII LATERANENSIS PER titulos diſtributa.

Cap. 1. De fide catholica.

IN capitulo primo ſunt articuli ſequentes, qui ad fidem pertineant.

Vnus eſt Deus indiuiſus in eſſentia, & diſcretus in perſonis, creator omnium &c. Is ab initio temporis vtranq; de nihilo condidit creaturam corporalem, & ſpiritualem, angelicam, ſcilicet, & mundanam. Deinde humanam quaſi communem ex Spiritu, & corpore conſtitutam.

Diabolus à Deo quidẽ natura creatus eſt bonus, ſed ipſe per ſe fact⁹ eſt mal⁹: hõ verò diaboli ſuggeſtiõe peccauit &c.

Hæc ſancta Trinitas ſecundum cõmunem eſſentiam indiuidua: & ſecundũ pſonales proprietates eſt diſcreta &c.

Vnigenitus Dei filius à tota Trinitate cõiter eſt incarnatus, ex Maria virgine Spiritus ſctĩ cooperatione conceptus.

Omnes mortales cum ſuis propriis corporibus reſurgẽt, quæ nunc geſtant: vt recipiant ſecundũ merita ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala, mali cum diabolo pœnam perpetuã, boni cum Chriſto gloriam ſempiternam.

Vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus ſaluatur &c.

Verum Chriſti corpus, & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continenẽ, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinẽ ptãte diuina. &c.

Hoc ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos fuerit ritè ordinatus ſecũdum claues eccleſiæ, quas ipſe conceſsit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Sacramentum baptiſmi, quòd cùm inuocatione Trinitatis cõſecratur in aqua, tam paruulis, quàm adultis in forma eccleſiæ à quocũq; ritè collatũ fuerit, proficit ad ſalutẽ &c. Si tamen poſt ſuſceptionẽ baptiſmi contingat prolabi in peccatũ, per verã pœnitentiã ſemper poteſt recuperari &c.

De ſumma trin. & fide 64.1. Non ſolùm virgines, & continentes, verum etiam coniugati per fidem rectam, & operationem bonam, ad æternam merentur beatitudinem peruenire &c.

Cap. 2. De errore abbatis Ioachin.

DAmnamus, érgo, & reprobamus libellum, ſiue tractatum, quem abbas Ioachin edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum de vnitate, ſeu eſſentia Trinitatis: appellans hæreticum, & inſanum, pro eo, quòd in ſuis dixit ſententiis, quomodo quędã ſumma res eſt pater, & filius, & Spiritus ſanctus, & illa nõ eſt generans, neq; genita, nec procedens. Vnde aſſerit, quòd ille non tam Trinitatẽ, quã quaternitatẽ aſtruebat in Deo, videlicet, tres perſonas, & illã cõmunem eſſentiã, quaſi quartã: manifeſtè proteſtans, quòd nulla res eſt, quę ſit pater, & filius, & Spiritus ſctũs. (*Hic deeſt aliquid*) ſunt vna eſſentia, vna ſubſtãtia, vnaq; natura, verùm vnitatẽ huiuſmodi non veram, & propriã: ſed quaſi collectiuam, & ſimilitudinariã eſſe fatetur, quemadmodũ dicũtur multi homines vnus populus, & multi fideles vna eccleſia: *Actu.* 4. iuxta illud: Multitudinis credentiũ erat cor vnũ, & anima *1. Cor. 6. &* vna. Et qui adhæret Deo, vnus Spiritus eſt. Item, qui plan- *3. & 12.* tat, & qui rigat, vnũ ſunt, & oẽs vnũ corpus ſumus in Chri- *3. Reg. 22.* ſto. Rurſus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus vnum ſunt. Ad hanc autẽ ſuam ſententiã aſtruendã illud potiſsimũ verbũ inducit, quod Ieſus Chriſtus de fidelibus in- *Ioan. 17.* quit in Euãgelio: Volo pater, vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos

nos vnum ſumus,vt ſint conſummati in vnũ.Non enim ait, vt fideles Chriſti ſint vnum,id eſt,vna quędam res,quę communis ſit omnibus,ſed tantùm ſunt vnum,id eſt, vna eccleſia propter catholicæ fidei vnitatem: & tandẽ vnum regnũ propter vnionem indiſſolubilis charitatis. Quemadmodũ in canonica Ioannis epiſtola legitur. Quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo Pater,& Verbum, & Spiritus ſanctus,& hi tres vnum ſunt,ſtatimq; ſubiũgit.Et tres ſunt,qui teſtimonium dant in terra,ſpiritus,aqua,& ſanguis: & tres vnum ſunt,ſicut in codicibus quibuſdam inuenitur.Nos autem ſacro,& vniuerſali concilio approbante,credimus,& cõfitemur cum Petro,quòd vna quædam res eſt incomprehenſibilis quidẽ,& inęſtimabilis,quæ veraciter eſt Pater, & Filius,& Spiritus ſanctus: tres ſimul perſonæ, ac ſingulatim quælibet earundem:& ideo in Deo Trinitas eſt ſolummodo, non quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res,videlicet ſubſtantia,eſſentia,ſiue natura diuina, quę ſola eſt vniuerſorum principium,pręterquam aliud inueniri non poteſt:& illa res non eſt generans,neque genita, nec procedens,ſed eſt Pater,qui generat:Filius,qui gignitur: & Spiritus ſanctus,qui procedit,vt diſtinctiones ſint in perſonis,& vnitas in natura.Licet igitur alius ſit Pater,alius Fili⁹, alius Spiritus ſanctus,nõ tamẽ aliud:ſed id quod eſt Pater, eſt & Filius,& Spũs ſanctus.i.omnino:vt ſecundũ orthodoxã, ac catholicã fidem conſubſtãtiales eſſe credantur.Pater enim ab æterno Filium generando,ſuam ſubſtantiam ei dedit, iuxta quod ipſe teſtatur:Pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus. Ac dici non poteſt,quod partem ſuæ ſubſtantiæ illi dederit,& partem retinuerit ipſe ſibi:cùm ſubſtantia Patris indiuiſibilis ſit,vtpote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt,quod Pater in Filium tranſtulit ſuam ſubſtãtiam generando,quaſi ſic dederit eam Filio,ꝙ non retinuerit ipſam ſibi:alioquim deſeruiſſet eſſe ſubſtãtia. Patet ergo quod ſine vlla diminutione Filius naſcendo ſubſtãtiam Patris accepit,& ita Pater,& Filius habent eandem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ab vtroq; procedens. Cùm ergo veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat: Volo,inquiens,vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos

1.Ioan.5.

Ioan. 10.

Aliter ſunt vnum fideles Chriſti, aliter tres perſonæ diuinæ.

vnum ſumus:hoc nomen,vnum,pro fidelibus quidem accipitur,vt intelligatur vnio charitatis in gratia:pro perſonis verò diuinis,vt attendatur identitatis in natura vnitas,quemadmodum veritas alibi ait: Eſtote perfecti,ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt,perfectione naturæ,vtroque videlicet ſuo modo:quia inter creatorem, & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari,quin inter eos maior ſit diſsimilitudo notanda. Si quis igitur ſententiam ſiue doctrinã præfati Ioachim in hac parte defendere,vel approbare præſumpſerit,tanquam hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc florenti monaſterio,cuius ipſe Ioachim extitit inſtitutor,volumus derogari:quoniam regularis inſtitutio eſt,& obſeruantia ſalutaris,maximè cum idem Ioachim omnia ſcripta ſua nobis aſsignari mãdauerit Apoſtolicę ſedis iudicio approbanda,ſeu etiam corrigenda, dictans epiſtolam,cui propria manu ſubſcripſit. In qua firmiter confitetur ſe illam fidem tenere,quã Romana tenet eccleſia, quæ cunctorum fidelium diſponente Domino mater eſt,& magiſtra. Reprobamus etiam, & damnamus peruerſiſsimum dogma impij Amalrici,cuius mentẽ ſic pater mẽdacij excæcauit,vt eius doctrina,nõ tam hæretica cẽſenda ſit,q̃ inſana.

Matth.5.g.

Nõ ipſe Ioachim,ſed eius liber damnat.

De hæreticis. Cap. 3.

EXcommunicamus,& anathematizamus omnem hæreſim,extollẽtem ſe aduerſus hanc ſanctam orthodoxam catholicam fidem,quam ſuperius expoſuimus,condemnantes vniuerſos hæreticos,quibuſcunque nominibus cenſeantur:facies quidem habentes diuerſas,ſed caudas ad inuicem colligatas:quia de vanitate conueniunt in idipſum.

Damnati verò,ſecularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorum baliuis relinquantur animaduerſione debita puniendi,clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, ita quòd bona huiuſmodi damnatorum,ſi laici fuerint,confiſcentur, ſi verò clerici,applicentur eccleſiis à quib⁹ ſtipẽdia perceperũt.

Punitio hæreticorũ ſecularib⁹ poteſtatibus cõmittenda.

Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationes ſuſpicionis, qualitateq́; perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione mõſtrauerint, anathematis gladio feriantur,& vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur:ita quòd ſi per annũ in excommuni-

Contra ſuſpectos de hæreſi.

municatione perſtiterint, ex tunc velut hęretici condẽnẽt.

Quòd iuramentum debent præſtare ſeculares poteſtates.

MOneantur autem, & inducant, & ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ſeculares poteſtates cuiuſcunq; officij, etiam ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ iuriſditioni ſubiectis vniuerſos hęreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro virib⁹ exterminare ſtudeant: ita quòd amodo quandocunq; quis fuerit in poteſtatem, ſiue ſpiritualem, ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum firmare.

Si verò Dominus temporalis requiſitus, & monitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hac hęretica fœditate, per metropolitanum, & comprouinciales epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere cõtempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo pontifici: vt ex tunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat catholicis occupandã, qui eam exterminatis hęreticis ſinè vlla contraditione poſsideant, & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure domini principalis, dũmodo ſuper hoc ipſe nullum p̃ſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege ſeruata circa eos, qui non habent dominos principales.

De priuilegiis conceßis catholicis, qui hæreticorum exterminio inſiſtunt.

CAtholici verò, qui crucis aſſumpto charactere, ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoq; priuilegio ſint muniti, quod accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur.

Excommunicentur, qui ſinè licentia prædicant.

QVia verò nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutẽ eius (iuxta quod ait Apoſtolus) abnegantes, authoritatem ſibi vendicant prędicandi, cùm ipſe Apoſtolus dicat: Quomodo prædicabunt, niſi mittant? Omnes, qui prohibiti, vel nõ miſsi præter authoritatem ab Apoſtolica ſede, vel catholico epiſcopo loci ſuſceptam, publicè, vel priuatim prædicationis officium vſurpare pręſumpſerint, excõmunicationis vinculo innodentur; & niſi quantocyus reſipuerint, alia com- 2. Timo. 3. Roma. 10.

petenti

petenti pœna plectantur.

Deponatur epiſcopus, qui ad expurgandas hæreſes negligens inuenìatur.

VOlumus igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicā effugere voluerint vltionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermēto negligēs fuerit, vel remiſſus, cum id certis indiciis apparuerit, ab epāli officio deponatur, & in loco ipſius alter ſubſtituaē idoneus, qui velit, & poſsit hæreticā cōfundere prauitatem.

Cap. 4. De ſuperbia Græcorum contra Latinos.

DE hoc habes extrà de bap. & eius effectu &c.

Cap. 5. De ordine ſedium patriarchalium.

VT poſt Romanam eccleſiam, quæ mater vniuerſorum Chriſti fidelium eſt, & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant &c.

Cap. 6. Vt ſingulis annis prouincialia celebrentur concilia.

MEtropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis prouincialia non omittant cōcilia celebrare: in quibus de corrigendis exceſsibus, & moribus reformandis, præſertim in clero, diligentem habeāt cum Dei timore tractatum &c.

Cap. 7. De correctione exceſſuum.

DE hoc habes extrà de officio iudicis ordinarij. cap. Irrefragabili.

Cap. 8. De inquiſitionibus.

Extrà de accuſa. c. Qualiter & qn̄.

COntra delinquentes tribus modis poteſt procedi, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem. Diligens tamen adhibeatur cautela, vt ſicut accuſationem legitima debet p̄cedere inſcriptio, ſic & denunciationē charitatiua admonitio, & inquiſitionē clamoſa inſinuatio p̄uenire &c.

Cap. 9. De diuerſis ritibus in eadem fide per epiſcopum tollerandis.

DE hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Qm̄.

Cap. 10. De prædicatoribus inſtituendis cùm epiſcopi prædicare non valeant.

Ibi. c. ſequenti. Officium epōrum prædicare pp̄lo.

CVm ſæpe contingat, quòd epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudines corporales, ſeu occaſiones

ſiones alias (nec dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omnino, nec de cætero tolerandũ) per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceſes, & diffuſas: generali conſtitutione ſancimus, vt epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prędicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorũ (cùm per ſe idem nequeunt) ſolicitè viſitantes, eas verbo ædificent, & exemplo: quibus ipſi cùm indiguerint, congruè neceſſaria miniſtrent: quos habebunt epiſcopi coadiutores, & cooperatores, non ſolùm in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confeſsionibus, & pœnitentiis iniungendis, ac cęteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtrictæ ſubiaceat vltioni.

Caput. 11.

DE magiſtris ſcholaſticis in eccleſiis cathedralibus inſtituendis, de triennio in triennium celebrandis &c. *Extrà de magiſtr. quia.*

Cap. 12. Extrà de ſtatu mona. in ſingulis.

Caput. 13.

DE nouis religionibus prohibitis. *Extrà de reli gi. dom. c. fi.*

Cap. 14. De incontinentia clericorum punienda.

DE hoc habes extrà de vita, & honeſta. clerico. vt clericorum. *Cap. 15.*

DE arcenda ebrietate clericorum. ibidem. c. ſeq. Cap. 16. De iumentis clericorum. ibidem.

Cap. 17. De comeſſationibus prælatorum, & negligentia eorum ſuper diuinis officiis &c.

DE hoc habetur de celebratione miſſarum cap. dolentes.

Caput. 18.

DE iudicio ſanguinis clericis interdicto, & de duello ab eis non exercendo: & præcipuè ne quiſquam ſacerdos, & diaconus purgationi aquæ feruentis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cuiuſlibet benedictionis, aut cõſecrationis impendat, ſaluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis, ſiue duellis anteà promulgatis. *Extrà ne cle. vel mona. Sētentiam.* *Cap. 19.*

RElinqui nolumus incorrectum, quòd quidam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus propriis, & etiã alienis, vt domus potius laicę, q̃ Dei baſilicæ videantur &c. *Extrà de cuſtodia eucharistiæ.*

Cap.

Cap.21.Fideles omnes ſemel in anno confiteri tenentur.

Extrà de pœni.& remiſ. c.omnis.

OMnis vtriuſque ſexus omnia ſua peccata confiteantur fideliter,ſaltē ſemel in anno,proprio ſacerdoti,vel alieno:prius tamen à proprio ſacerdote impetrata venia:quã aliter ille ipſum non poteſt abſoluere,vel ligare.Et ſuſcipiat reuerenter ad minus in paſcha Euchariſtię ſacramētũ,niſi proprius ſacerdos ab eius perceptione dixerit abſtinēdum &c.

Ca.101.ſextæ ſynodi.

Sit autē ſacerdos diſcretus, & cautus,diligenter inquirens, & peccatoris circunſtantias,& peccati: per quas prudenter intelligat quale illi conſilium debeat exhibere, & cuius modi remedium adhibere,diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum &c.Caueat autē omnino ne verbo,vel ſigno,vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem: ſed ſi prudentiorum conſilio indiguerit, illud abſq; vlla expoſitione perſonę cautè requirat &c. *Cap.22.*

Extrà ibidē c.ſeq.

QVoniã infirmitas corporalis nõnunq̃ ex peccato prouenit,medici ante omnia curent aduocare medicos animarum, vt poſtq̃ infirmis fuerit de ſpirituali ſalute prouiſum,ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatũ, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus.Cęterũ cũ anima ſit multò præſtãtior corpore,ſub anathemate prohibemus ne quis medicorũ pro corporali ſalute aliquid ęgroto ſuadeat,quod in periculum animæ conuertatur. *Cap.24.*

Extrà de electio.cap.

TRiplex eſt duntaxat via iuridicæ electionis, per inſpirationem Spiritus ſancti,per ſcrutinium,per compromiſſionem:qui verò contra prædictas formas eligere tētauerit, eligendi(ea vice)poteſtate priuentur &c.

Ca.29.De multa prouidentia.

Extrà de pb. & digni.c. cùm multa.

FVit in hoc concilio prohibitum,vt nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas,& plures eccleſias parochiales reciperet contra ſacrorum canonum inſtituta.Hoc idem in perſonatibus decernimus obſeruandũ,addētes,vt in eadē eccleſia nullus plures dignitates habere p̃ſumat,aut perſonatus,etiã ſi curam non habeat animarũ.Circa ſublimes tñ & literatas pſonas,q̃ maiorib⁹ ſunt beneficiis honorandæ(cũ ratio poſtulauerit)per ſedem Apoſtolicam poterit diſpenſari &c.

Caput.31.

Extrà de fil. presby.

AD abolendã peſsimã, quæ in pleriſq; inoleuit eccleſiis, corru-

corruptelã firmiter prohibemus,ne canonicorũ filij (maximè ſpurij) canonici fiant in ſecularibus eccleſiis, in quibus inſtituti ſunt patres &c. *Cap.32.*

EXtirpandę conſuetudinis vitium in quibuſdã partibus inoleuit,ꝙ patroni eccleſiarũ parochialiũ,& alię ꝗdam perſonæ,prouentus ipſarũ ſibi penitus vendicãtes presbyteris earundem ſeruitio deputatis relinquunt adeo exiguam portionem,vt ex ea congruè nequeant ſuſtentari: vnde ſit, vt in his regionibus penè nullus inueniatur ſacerdos parochialis,qui vel modicam habeat notitiam literarũ.Cùm igitur os bouis triturantis alligari non debeat &c. Statuimus, vt portio ſufficiens ipſis aſsignetur. Qui verò parochialem habet eccleſiam,non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat, in ordine, quem ipſius eccleſiæ cura requirit: niſi forte præbendæ,vel dignitati parochialis eccleſia ſit annexa,in quo caſu concedimus:vt is, qui talem habet præbendam,vel dignitatem cùm oporteat eum in eccleſia maiori ſeruire,in ipſa parochiali eccleſia idoneum, & perpetuum ſtudeat habere vicarium canonicè inſtitutum &c. Illud autem penitus interdicimus,nequis in fraudem de prouẽtibus eccleſię(quæ curam proprij ſacerdotis debet habere) pẽſionem alij quaſi pro beneficio conferre præſumat &c.

Caput.41.

NVlla valet abſque bona fide præſcriptio, tam canonica,quàm ciuilis,cùm ſit generaliter omni cõſtitutioni, atq; conſuetudini derogandum,quę abſque mortali peccato non poteſt obſeruari. Vnde oportet,vt qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ. *Extra de præſcrip.Quõ.*

Cap.46.Clerici etiam propter communes vtilitates grauari non poſſunt.

ADuerſus conſules,& alios, qui eccleſias, & viros eccleſiaſticos taliis,ſeu collectis,& exactionibus aliis grauare nituntur, conciliũ Lateranenſe immunitati eccleſiaſticæ volẽs prouidere,prȩſumptores hm̃oi ſub anathematis diſtrictione prohibuit,excõicationi ꝑcipiens ſubiacere trãgreſſores, & fautores eorum donec ſatisfactionem impendant cõpetẽtem. Verùm ſi quando forſan epiſcopus ſimul cũ clericis tantã neceſsitatẽ,& vtilitatẽ inſpexerint, vt abſq; vlla *Extrà de immu.eccle.Aduerſus.*

coa-

coactione ad releuandas vtilitates,& neceſsitates cõmunes, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda,prædicti laici humiliter,& deuotè recipiant,cum actionibus gratiarum.Propter imprudentiã tamen quorundam,Romanum prius cõſulant pontificem, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere &c.

Cap.50. Prohibitio copulæ coniugalis quartum gradum non excedat.

Extrà de conſan. & affi. Non debet.

PRohibitio copulæ coniugalis quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero nõ excedat:quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſq; graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. *Cap.51.*

Extrà de clãdeſt.deſpon. cũ inhibitio.

CLandeſtina coniugia penitus inhibemus &c.

Cap.54. Vt prius ſoluantur decimæ,quàm tributa.

Extrà de deci.& pri.& obla. Cũ nõ.

STatuimus,vt exactionem tributorum,& cenſuum præcedat ſolutio decimarum,vel ſaltem hi,ad quos cẽſus,& tributa indecimata peruenerint (quoniam res cum onere ſuo tranſit)ea per cenſuram accleſiaſticam decimare cogantur. eccleſiis,quibus iure debeatur.

Cap.58.Tempore interdicti poſſunt monachi diuina celebrare.

Extrà de priui. Quod nõ nullis.

CElebrare diuina poſſunt tam monachi,q̃ clerici tempore interdicti(ſed excluſis excommunicatis, & interdictis,ianuis clauſis,& ſuppreſſa voce,nõ pulſatis campanis.

Cap. 62. De reliquiis ſanctorum.

Extrà de reliqui. & vene.ſanct. Cũ ex eo.

CVm ex eo quòd quidam ſanctorum reliquias exponũt venales,vt eas paſsim oſtẽdant, Chriſtianę religioni ſit detractum ſępius,impoſterũ præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquę reliqę amodo extra capſam nõ oſtẽdant, nec exponantur venales.Inuentas autẽ de nouo nemo publicè venerari præſumat, niſi prius authoritate Romani pontificis fuerint approbatę.Pręlati verò de cætero nõ permittant illos,qui ad eorũ eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut & in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit. Eleemoſynarum quoque quæſtores,quorum quidam ſe alios mentiẽdo abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti (niſi apoſtolicas,vel diœceſani epĩ lr̃as veras exhibeãt)ꝓhibemus:& tũc ꝑter id,quod in ipſis cõtinebit lr̃is,nihil populo

lo proponere permittantur. *Cap. 63.*

QVi autem ad quærendas eleemoſynas deſtinantur, modeſti ſint, & diſcreti, nec in tabernis, aut locis incongruis hoſpitentur: nec inutiles faciant, aut ſumptuoſas expēſas, cauētes omnino ne falſum religionis habitum geſtent. *Quæſtores modeſti, & diſcreti.*

Ad hæc, quia per indiſcretas indulgētias, atq; ſuperfluas, quas quidam eccleſiarū p̄lati facere non verent, & claues eccleſię cōtēnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio eneruatur, decernimus, vt cùm dedicatur baſilica, non extendatur indulgentia extra annum, ſiue ab vno ſolo, ſiue à pluribus epiſcopis dedicetur: ac deinde in anniuerſario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat, & infra hunc quoq; dierum numerum indulgentiarum literas præcipimus moderari, quæ pro quibuſlibet cauſis aliquoties conceduntur, cùm Romanus pontifex (qui plenitudinem obtinet poteſtatis) hoc in talib⁹ moderamen conſueuerit obſeruare. *Cap. 63.* *Moderamen indulgentiarum.*

NE pro conſecrationibus epiſcoporum, aut benedictionibus, aut ordinibus clericorum aliquid accipiatur. *Extrà de ſymo. Sicut pro certo.*

Cap. 64. Monachæ pretio receptæ vnà cum recipientibus de monaſterio expellantur.

QVoniam ſimoniaca labes adeo pleraſque moniales infecit, vt vix aliquas ſinè pretio recipiant in ſorores, paupertatis prætextu volentes huiuſcemodi vitium palliare: ne id de cætero fiat, penitus prohibemus, ſtatuentes: vt q̄cunq; de cætero talem prauitatem commiſerit, tam recipiens, quā recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue pręlata, ſinè ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur, in locū arctioris regulæ ad agendam perpetuò pœnitentiam retrudenda. *Extrà ibidē. Quoniam.*

De his autē, quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptæ, ita duximus prouidendum: vt remotæ de monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſæ, in aliis eiuſdem ordinis collocentur.

Quòd ſi propter nimiam multitudinem alibi fortè nequiuerint commodè collocari, ne fortè damnabiliter in ſeculo euagentur, recipiantur in eodē monaſterio diſpenſatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſsignatis.

Hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus

obſeruandum. Verùm ne per ſimplicitatem, vel ignorantiã ſe valeant excuſare: præcipimus, vt diœceſani epiſcopi ſingulis annis hoc faciant per ſuas diœceſes publicari.

Cap. 65. Extrà ibidem.

Cap. 66. Extrà ibidem.

Cap. 67. Iudæi etiam compellendi ſunt ad reſtituendas vſuras.

Extrà de vſuris. Quanto amplius. *Quãdo cogũtur Iudæi ſatisfacere pro vſuris.* STatuimus, vt ſi de cætero quocunque prætextu Iudæi à Chriſtianis graues, & immoderatas vſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participiũ ſubtrahatur donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter. Cẽſura etiam eccleſiaſtica Iudæos decernimus compellẽdos ad ſatisfaciendum eccleſiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus, & poſſeſsionibus aliis percipere cõſueuerant, antequam ad Iudæos quocunque titulo deueniſſent.

Cap. 68.

Extrà de Iudæis, & Saracenis. STatuimus, vt Iudæi vtriuſq; ſexus in omni Chriſtianorũ prouincia, & in omni tempore, qualitate habitus publicè ab aliis populis diſtinguantur.

Caput. 69.

Extrà ibidẽ. Cùm ſit. NEc Iudęi, nec Pagani officiis publicis præficiantur. Poſtremò loco habetur in hoc concilio bulla expeditionis pro recuperãda terra ſancta ſanctiſsimè edita. In qua expeditione omnes clerici mandato concilij bonam partem eccleſiaſticorum prouentuum in ſubſidiũ terræ ſanctæ tradiderunt. Papa verò & Cardinales integram decimã. In reliquis capitulis remittimus lectorem ad magnũ volumen conciliorum: quę, ne eadem pluries repeteremus, omiſimus.

Explicit concilium Lateranẽ. ſecundum.

Honorius. 3. Papa.

Honori' põtif. 183. HOnorius. 3. Papa. 183. ordinem beati Dominici eo inſtante confirmat: & Fridericum ſecundum anathemate notatum imperij dignitate priuat. Idem & ordinem beati Frãciſci cõprobauit, quem biennio poſt Gregorius in catalogo ſanctorum retulit. Sedit annos. 10. menſes. 7. dies. 13.

Gregorius. 9. Papa.

Gregori'. 9. pontif. 184. GRegorius. 9. Papa. 184. Hic beatum Dominicum. & beatum Franciſcum in ſanctos retulit, circa annum Domini. 1240. Sedit annos quatuordecim, menſes quinq; ſub Friderico

derico ſecundo Germano Cæſare. 24.

Cæleſtinus.4.Papa.

CAeleſtinus.4. Papa.185. ſedit tantùm dies.18. vacat ſedes vno, & viginti menſibus, donec Cardinales, qui à Friderico Imperatore in carcere detinebantur, libertate donati ſunt. *Cæleſtin⁹. 4 ponti.185.*

Innocentius.4.Papa.

INnocentius.4.Papa.186. Hic beatum Petrum Veronenſem ordinis prædicatorum ab hęreticis occiſum inter ſanctos martyres retulit.Idem ſtatuit,vt Cardinales galero rubeo vterentur honeſtandi ordinis cauſa:& Hugonem ex ordine ſancti Dominici,virum vita,& doctrina inſignẽ,in Cardinalis dignitatem euexit,qui commentarios in totam Bibliam ſcripſit.Sub hoc floruit Alexader ordinis minorum, qui ſummam in theologiam ſcripſit.Sedit annos vndecim, menſes.6.dies.12.ſub eodem Cæſare. *Innocẽti⁹.4. ponti.186.*

Alexander.4.Papa.

ALexander.4.Papa.187.ſedit annos.7.Vacat ſedes menſibus tribus,diebus.4.Huius pontificis vita ab omnib⁹ certè mirificè laudatur, electus ſub Vuillhelmo Germano Cæſare.26. *Alexãder.4. ponti.187.*

Vrbanus.4.Papa.

VRbanus.4.Papa.188.Scribunt aliqui ſub Vrbano fuiſſe Albertum cognomento Magnum, & Diuum Thomam Aquinatem ordinis prædicatorum. Sedit autem annos tres,menſem vnum,ſub eodem Cæſare. *Vrban⁹. 4. ponti.188.*

Clemens.4.Papa.

CLemens.4.Papa.189..Hic vxorem,& liberos habuerat, qua mortua factus eſt epiſcopus,deinde Cardinalis, & abſens electus Papa ſub eodem Cęſare. Sedit annos.3. Quo mortuo non ſolùm inter populos Italię,quos in officio ſanctiſſimus Pontifex authoritate ſua continebat,verùm etiam inter Cardinales diſcordia orta eſt de creando nouo Pontifice,vt biennio ſedes vacauerit. Bona eccleſiæ Clemens vir integerrimus adeo accuratè diſpenſauit, vt cum haberet duas filias ex mortua vxore ante pontificatum ſuſceptas, vni in monaſterio collocatæ triginta tãtùm libras dedit. Alteri,q̃ marito ſuæ conditionis nupſerat,trecentas libras dotis nomine numerauit, & hac conditione nequid vnquam *Clemens. 4. ponti.189.*

amplius peteret. Habuit & nepotē clericum, quem vbi comperit tres præbendas habere, optionem facere cōpullit: vt quā vellet ex his retineret, & duas relinqret. Inſtātib⁹ autē amicis, vt nō tantū nepoti illa dimitteret: ſed maiora, & plura tribueret, reſpōdit ſe Deo, non autem carni, & ſanguini acquieturum: quem vtinā vniuerſi pōtifices imitati eſſent.

Deo nō tamē carni, & ſanguini acquieuit ſanctus pontifex.

Gregorius.10.Papa.

GRegorius.10.Papa.190. ſub eodem Cæſare, ſedit annos quatuor. Sub hoc celebratum eſt concilium Lugdunenſe generale, in quo ſequens veritas definita eſt.

Proceſſio ſpiritus ſancti à patre, & filio, profitet.

Vnica iſpiratiōe Spūs ſancti⁹ æternaliter procedit.

Fideli, & deuota profeſsione fatemur quòd Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre, & ex Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex vno principio non duabus inſpirationibus: ſed vnica inſpiratione procedit. Hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit, & docuit ſacroſancta Romana eccleſia mater omnium fidelium, & magiſtra. Hoc habet orthodoxorum patrum, atque doctorum Latinorum, pariter & Græcorum incōmutabilis, & vera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſę veritatis ignorantiam in errores varios ſunt prolapſi, nos ſacro approbante concilio damnamus, & reprobamus omnes, qui negare prę ſumpſerint ęternaliter Spiritum ſanctum ex Patre, & Filio procedere: ſiue etiam temerario auſu aſſerere ꝙ Spirit⁹ ſanctus ex Patre, & Filio tanq̄ ex duobus principiis, & nō tanq̄ ex vno procedat. Habētur de ſumma Tri. & fide cath. in. 6.

Vſurarii nō abſoluendi.

In eodem concilio mandatū eſt, ꝙ nullus ſacerdos manifeſtos vſurarios ad confeſsionem admittat, ſiue ipſos abſoluat, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarū viribus facultatum prę ſtent idoneam cautionem.

Innocentius.5.papa.

Innocētius.5 ponti.191.

INnocentius.5.Papa.191. ex ordine ſancti Dominici aſſumptus ad pontificatum anno Domini.1275. Sedit mēſes.6. ſub Rudolpho Germano Cæſare.27.

Adrianus.5.papa.

Adrianus.5. ponti. 192.

ADrianus quintus Papa.192. ſedit dies quadraginta ſub eodem Cæſare.

Ioannes.22.Papa.

Ioannes.22. ponti. 193.

IOannes.22.Papa.193. Vir literatus, ſed in rebus gerendis, vt

vt dicitur, parum prudens. Moritur pontificatus ſui menſe. 8. ſub eodem Cæſare. Sub hoc facta eſt definitio contra eos, qui dicunt Chriſtum, & eius diſcipulos nihil habuiſſe, & in his, quæ habuerunt, nullum ius eis fuiſſe. Eiuſmodi ſententiam erroneam, & hæreticam eſſe cenſendam declarat in extrauag. Cùm inter nonnullos. de verbo. ſignif. Sub eodem Ioanne. 22. damnantur errores Ioannis de Poliaco doctoris Parrhiſienſis.

Hæretica ſententia cõtra aſſerẽtes Chriſtũ nec eius diſcipulos nihil habuiſſe.

Primus, quòd cõfeſſi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſsiones, tenẽtur eadem peccata, quę confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti.

Errores Ioãnis de Poliaco.

Secundus, quòd ſtante (omnis vtriuſque ſexus) edicto in concilio generali, Romanus pontifex non poteſt facere, ꝙ parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri (quem dicit eſſe parochianũ curatum.) Immô nec Deus poſſet hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem.

Tertius, quòd Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſsionem: immô nec Deus, quin confeſſus habenti licẽtiam teneatur eadẽ cõfiteri proprio ſacerdoti, quẽ dicit eſſe (vt pmittitur) proprium curatum. Prędictos articulos, & quẽlibet eorum tanquam falſos, & erroneos, & à doctrina ſacra deuios authoritate apoſtolica condemnamus, & reprobamus de fratrum noſtrorum concilio: & contrariam eſſe catholicam fidem aſſerimus: ſcilicet, quòd illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneãtur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea aliàs confeſsi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti, iuxta concilium generale. Habentur in extrauag. communi. Vas electionis &c.

Nicolaus. 3. papa

Nicolaus. 3. Papa. 194. Scribunt hiſtorici neminem ante ipſum ſacrificaſſe religioſius viſum, cùm ſemper, dum ſolennia ageret, lachrymas funderet. Vacantibus eccleſiis celerrimè conſulebat, & eas ſtatim optimo, & idoneo miniſtro committebat. Notarios, & tabelliones à ſe, vt peſtiferos, eiecit: Gregoriũ decimũ, & Ioannẽ vigeſimumprimum imitatus. Religionis obſeruantiſsimus: inſtituti ſancti Franciſci, ob rerũ humanarũ cõtemptũ, amator: ideo & decretali epi-

Nico. 3. pontif. 194.

Notarii, & tabelliones, vt peſtiferi reiciendi.

ſtola q̃dã ſuę regulæ ambigua declarauit. Sedit annos tres, menſes quinq;, ſub eodẽ Cęſare. Vacat ſedes mẽſes quinq;.

Martinus. 4. Papa.

Martin⁹. 4. ponti. 195. MArtinus. 4. Papa. 195. ſedit annos. 4. menſem. 1.

Honorius. 4. Papa.

Honori⁹. 4. ponti. 196. HOnorius. 4. Papa. 196. ſedit annos duos, ſub eodẽ Cæſare. Vacat ſedes menſes decem propter ægritudinẽ Cardinalium, qua apud ſanctam Sabinam correpti ſunt.

Nicolaus. 4. Papa.

Nicolaus. 4. pont. 197. NIcolaus. 4. Papa. 197. ſedit annos. 4. ſub eodem Cæſare, aſſumptus ex ordine minorũ.

Cæleſtinus. 5. Papa.

Cæleſtin⁹. 5. ponti. 198. CAeleſtinus. 5. Papa. 198. Deducta electiõe diſcordia Cardinalium per biennium, &. 3. menſes. Aſſumptus eſt ex eremo Petrus Moroneus vocatus Cæleſtinus. Verùm cùm à priore vita ob pontificatum nequaquam declinaret, viſus eſt rebus agendis parũ idoneus: hanc obrem de abrogatione eius mentio fieri cœpta eſt inter Cardinales. Tãdẽ pſuaſus eſt, vt pontificatu ſe abdicaret, ne eccleſia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur. Quo facto Cæleſtinus ad priuatam vitam ſe redegit, & alterius ſubrogandi Pontificis Cardinalibus poteſtatem dedit, pontificatus ſui mẽſe. 6. Imperante Adolpho Germano Cæſare. 28.

Ceſſit põtificatui bonus paſtor, ne oues periclitarentur.

Bonifacius. 8. Papa.

Bonifaci⁹. 8. ponti. 199. BOnifacius. 8. Papa. 199. Ab hoc ferunt deceptum Cæleſtinum voce tanquam cælitus miſſa per cannam ad eũ factam, vt defereret pontificatum, & Bonifacium inſtitueret. Ingentia bella in Italia excitauit: Excommunicauit Gallorum regem Philippum, & titulum regni Gallici donauit Alberto Cęſari, vt hac occaſione tandem inter ſe cõflictarentur Germani, & Galli. Poſtremò captus eſt Bonifacius, & in carcere periit. Atque hinc eſt, qd' dicit̃ de eo: Intrauit vt vulpes: regnauit vt lupus: mortuus eſt vt canis. Sedit annos. 8. menſes quinq;, ſub eodem Cæſare.

Benedictus. 11. Papa.

Benedict⁹. 11. ponti. 200. BEnedictus. 11. Papa. 200. ex ordine ſancti Dñici aſſumpt⁹ ad pontificatũ. Ita ſemper vixit, vt poſt mortẽ inter beatos meritò cenſeatur. Sedit menſes. 8. dies. 15. Electus eſt ſub Alberto Germano Cæſare. 29.

Clemens.

Clemens.5.Papa.

CLemens.5. Papa.201.ſub eodem Cæſare. Hic apud Lugdunenſes egit in Gallia, & iam inde ab hoc tẽpore, hoc eſt, anno.1305.trãſlata eſt põtificia ſedes ab vrbe Roma Auinium Galliæ vrbem, vbi ad ſeptuaginta, & quatuor annos remanſit cum magno Chriſtianorum incommodo. Interim noua hæreſis apud Nouarienſes per Dulcinum, & Margaritam inuenta eſt: qua mares, & fœminæ ſimul habitantes, in omnem libidinem prolabebantur: & Anabaptiſtarũ more (qui noſtra hac ętate in incertum vagantur) ſenſerunt nihil proprij habendum, non eſſe adminiſtrandas reſpublicas Chriſtianis: & ſimiles phanaticas opiniones habuere. Sub hoc celebratum eſt concilium Vienenſe, in quo & librum Clementinarum à ſe compoſitum edidit. Fertur hoc fermè tempore Templarios olim Chriſti milites à noſtris ad Sarracenos defeciſſe. Quã ob rem interfecti ſunt quotquot cõphẽdi potuerũt, eorũq; bona partim Rhodis militib⁹, partim nouis religioſib⁹ ſunt attributa. Sedit annos.8.mẽſes.10.dies.15. *Clemẽs.5.põti.201.*

CONCILIVM VIENENSE GENERale ſub Clemente quinto celebratum: in quo probatæ ſunt cõſtitutiones illæ, & definitiones: q̃ in volumine Clemẽtinarum ferũtur. Vna eſt ſub hac forma. Doctrinã omnẽ, ſeu poſitionem temerè aſſerentẽ, aut vertẽtẽ in dubiũ ꝙ ſubſtãtia animę rationalis, ſeu intellectualis verè, ac perfectè humani corporis non ſit forma, velut erroneã, ac veritati catholicæ inimicam fidei, hoc ſacro approbante concilio reprobamus: definientes, vt cunctis nota ſit fidei ſynceræ veritas: ac prẽcludatur vniuerſis erroribus aditus, ne ſubintrent, quod quiſquis deinceps aſſerere, defendere, ſeu tenere pertinaciter pſumpſerit, ꝙ anima rationalis, ſeu intellectiua nõ ſit forma corporis humani per ſe, & eſſentialiter, tanq̃ hęretic⁹ ſit cẽſendus. Item baptiſma vnicũ baptizatos omnes in Chriſto regenerãs eſſe (ſicut vnus Deus, ac fides vnica) ab omnibus fideliter cõfitendũ: quod celebratur in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, credimus eſſe tam adultis, q̃ paruulis cõmuniter perfectũ remediũ ad ſalutem. Verum quia quantum ad effectum baptiſmi in paruulis reperiuntur doctores quidã theologi opiniones cõtrarias habuiſſe: *Aĩa rõnalis per ſe, & eſſẽtialiter eſt forma hmõi corporis.*

quibuſdam ex ipſis dicentibus per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri: aliis econtra aſſerentibus, ꝙ & culpa eiſdem in baptiſmo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur, quo ad habitum, & ſi non pro illo tempore, quo ad vſum. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti, quę per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionē ſecundam (quę dicit tam paruulis, quam adultis cõferri in baptiſmo informantem gratiam, & virtutes) tanquam probabiliorem, & dictis ſanctorũ, & doctorũ modernorum theologiæ magis conſonam, & concordem ſacro approbante concilio duximus eligendam. Habentur prædictæ duę definitiones in Clem. de ſum. Tri. & fid. catho.

Tã paruulis quã adultis ĩ baptiſmo cõferrĩ gratia, virtutesq; infundũtur.

In eodē cõcilio facta eſt cõſtitutio, vt feſtũ corporis Chriſti celebretur feria. 5. poſt octauã Pētecoſtes, cõceſsis indulgētiis iis, qui in eo feſto, vel ſub octauis officio, vel horis interſuerint. Habetur in Clem. de reli. & venera. ſanctorum.

In eodem damnati ſunt errores Begardorum, & Beguinarum mulierum Alemaniæ.

Errores Begardorũ & Beguinarum damnãtur.

Primus, quòd homo in vita præſenti tantùm, & talē perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur penitùs impeccabilis: & amplię in gratia proficere nõ valebit. Nam (vt dicunt) ſiquis ſemp poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri.

Secundus. Ieiunare non oportet hominē, nec orare poſtꝙ gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſequutus: quia tũc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui, & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet.

Tertius, quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligantur. Quia (vt aſſerunt) vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.

2. Corin. 3.

Quartus, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinē ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata.

Quintus, quòd quælibet intellectualis creatura in ſe ipſa naturaliter eſt beata: ꝙq; anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

Sextus,

Sextus, quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti: & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.

Septimus, quòd mulieris oſculũ (cum ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatum: actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt: maximè cum tentatur exercens.

Octauus error, quòd in eleuatione corporis Chriſti Ieſu non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiã exhibere: aſſerentes, quòd eſſet imperfectionis eiſdẽ ſi à puritate, & altitudine ſuæ contẽplationis tantũ deſcẽderent, quòd circa miniſterium, ſeu ſacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſsionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Sacro approbante Concilio ſectã ipſam cum præmiſsis erroribus damnamus, & reprobamus omnino. Habetur in Clemen. Ad noſtrum. de hæreticis.

In eodem Concilio. Si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præſumat (exercere vſuras non eſſe peccatum) decernimus eum velut hæreticum puniendum. Locorum nihilominus ordinariis, & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiuſmodi diffamatos inuenerint, aut ſuſpectos, tanquàm contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant. Habentur in Clemen. de vſuris. Sanè.

Puniũtur, vt hæretici, qui affirmauerĩt exercere vſuras non eſſe peccatum.

Ioannes.23.papa.

IOannes.23. Papa.202. ſedit annos.19. mẽſes.4. Imperatore Ludouico Bauaro, quem cenſuris pontificiis animaduertit.

Ioannes. 23. Pontif. 202.

Benedictus.12.papa.

BEnedictus duodecimus, Papa.203. ſedit annos quatuor, menſes tres, ſub eodem Cæſare. Vir ſanctiſsimus omnibus collachrymantibus ſepelitur.

Benedict⁹.12 Ponti.203

Clemens.6.papa.

CLemens.6. Papa.204. ſedit annos decem, menſes ſex. Hic emit (vt fertur) Auinium Franciæ: atq; ita vrbs hæc iuris Pontificij facta eſt.

Clemens. 6. Ponti. 204.

Innocentius.6.pap.

INnocentius.6. Papa.205. Hic prębendas eccleſiaſticas non niſi probatiſsimis ſacerdotibus tum vita, tum doctrina dedit. Fecitq;, vt omnes prælati ad eccleſias ſuas proficiſcerentur. Sedit annos nouem, menſes octo, ſub eodem Cęſare.

Innocẽti⁹.6. Ponti.205.

Vrbanus.5.papa.

Vrbanus.5. Ponti.206.

VRbanus.5.Papa.206.ſedit annos.8.menſes.4. electus ſub Carolo.4.Germano Cæſare.32. *Gregorius.11.pa.*

Gregori⁹.11. Ponti.207. Pontificia ſedes Romæ reſtituitur.

GRego.11. Papa.207. electus ſub eodem Cæſare. Hic Romam ex Gallia tranſtulit iterum pontificiam ſedem anno Domini.1376.motus maximè ex verbis cuiuſdam epiſcopi, qui interrogatus à Pontifice (dum ſimul inambularent) cur non rediret ad eccleſiā ſuam, quam malum erat tamdiu ſine paſtore nudā relinqui, cur (inquit) tu ſumme Pontifex cęteris exemplū daturus, tuū epiſcopatū non repetis? Moritur Romę anno Dñi.1378.ſui Pōtificatus anno.7.menſe.5.

PoſtGregoriū.11.ingēs ſchiſma ortum eſt. Itali, Italū Pontificem (Vrbanum.6.dictum) crearunt, & is Romæ manſit. Galli item elegerunt Pontificē in Italia, quem Clementem.7.appellarunt. Is Auinium ſe recepit. Erant itaq; Pontifices duo, alter in alterum cenſuris ſæuiebat. Durauit hoc ſchiſma vſq; ad Concilium conſtanticū. *Vrbanus.6.pa.*

Vrbanus.6. Pontif.208.

VRbanus. 6. Papa. 208. pontificatus ſui ſatis infœliciter acti anno.11.menſe. 8. Romæ moritur. *Roberto Cæſare.34.* *Bonifacius.9.pa.*

Boniſaci⁹.9.

BOnifacius.9.Papa.209.ſub eodem Cęſare. Hic annorum circiter triginta erat, cùm pontificatum iniuit: ita tamen vixit in tanta, vel peccandi licentia, vt nulla ei voluptas impingi, vel obiici poſſet. Interim mortuo Clemente ſeptimo adulterino Pontifice Petrus de Luna (Benedictus tertius decimus appellatus) Auinione ſufficitur.

Bonifacius hic Anatarum hoſtium potentiam veritus, vel augendæ ditionis eccleſiaſticæ cauſa (vt aliqui volunt) vſum beneficiis eccleſiaſticis primus impoſuit hac conditione, vt qui beneficium conſequeretur, dimidium annui prouentus fiſco apoſtolico perſolueret. Quamuis ſint, qui hoc inuentum Ioanni.22.aſcribant: Hanc conſuetudinē omnes admiſēre pręter Anglos, qui id de ſolis epātibus conceſſēre: de cæteris beneficiis non adeo. Sedit annos.14.menſes nouem.

Innocentius.7.pa.

Innocētius 7 Ponti.210.

INnocentius.7.Papa.210. duobus annis ſacerdotio infœliciter adminiſtrato mortuus eſt. *Gregorius.12.pa.*

Gregori⁹.12 Ponti.211.

GRegorius. 12. Papa.211.Is promiſit ceſſurum ſe pōtificatu, ſi Benedictus itidem non recuſaret. Cęterū fugiente

Benedicto in Cataloniam relicto Auinione reuocauit promiſſum ſuũ Gregorius de reſignando papatu: proinde Concilio Piſis à cardinalibus vniuerſis habito, vterq;, & Gregorius, & Benedictus pontificatu ſunt depoſiti, & in locum eorum ſuffectus tertius papa Alexander quintus. Gregorius profugit Ariminum, vbi manſit vſq; ad Conſtantienſis Concilij tempora. Alexander quintus Bononiæ egit.

Alexander.5.pa.

ALexander.5.Papa.212. ſedit menſes. 8. ex ordine minorum aſſumptus: ſanctus Dei. *Ioannes.24.pa.* *Alexãder. 5. Ponti.212.*

IOannes.24.Papa.213. Hic Ioannes.24. Bononiæ, Gregori⁹ Ariminum, Benedictus in Hiſpania ſuperſtites vixerũt, vſq; dum opera Sigiſmundi Imperatoris Conſtantiæ publica ſynodus cogeretur. Sunt autem tres hi pariter in eo Concilio papatu deiecti. *Martinus.5.pa.* *Ioannes. 24 Ponti.213.*

MArtinus.5.Papa.214. electus in Concilio Conſtantienſi ſedit annos.14. menſes. 3. *Martinus.5.*

ACTA CONCILII CONSTANTIENSIS ſub Ioanne Papa.24. conuocati, & inchoati tempore ſchiſmatis. Ferebantur enim tunc tres Pontifices prædictus Ioannes, & Benedictus.13. & Gregorius.12. *De authoritate huius Cõcil. & Baſilienſ. vide cenſurã in fine eorundem.*

IN ſeſsione prima anno Dñi.1415. præſente Sigiſmũdo Imperatore, promiſit Ioannes.24. ſeceſſurũ papatui ſub hac forma. Ego Ioannes Papa. 24. propter quietẽ totius populi Chriſtiani profiteor, ſpõdeo, promitto, iuro, & voueo Deo, & eccleſiæ, & huic ſacro Concilio ſponte, & liberè dare pacem eccleſiæ Chriſti per viam meæ ſimplicis ceſsionis papatus, & eam facere, & adimplere cum affectu iuxta deliberationem præſentis Concilij, ſi & quando Petrus de Luna, Benedictus.13. & Angelus de Corario, Gregorius.12. in ſuis obedientiis nuncupati, papatui quẽ prætendunt per ſe, vel per procuratores ſuos legitimos ſimpliciter cedãt &c. Nihil ad hæc addiderunt in ſeſsione ſecunda, & tertia.

In ſeſsione quarta, & quinta habetur ſic definitum, quòd ipſa ſynodus in Spiritu ſancto congregata legitimè generale Conciliũ faciẽs, eccleſiã catholicã militantẽ repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcũq; ſtatus, vel dignitatis, & ſi papalis exiſtat, obedire tenet

in

in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem generalem eccleſiæ Dei in capite, & in membris &c.

Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunq; conditionis, ſtatus, dignitatis etiam papalis, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus, aut præceptis huius ſacræ ſynodi, & cuiuſcũq; alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſiue ad ea pertinentibus factis, vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubiiciatur, & debitè puniatur &c.

Item diffinit, & ordinat ſancta ſynodus, quòd dñs Ioãnes Papa.23. Romanã curiam, & officia publica illius &c. de hac ciuitate Conſtantienſi non mutet ſinè deliberatione, & conſenſu ipſius ſanctæ ſynodi: Si quid contrà tentauerit, totum ſit irritum, & inane.

In ſexta, & ſeptima ſeſsione tantùm tractatum eſt de monendo, & citando Ioanne Papa, qui fugerat à loco Concilij.

In ſeſsione octaua pronunciata eſt ſentẽtia damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff, & articulorum 45. quorũ tenor eſt, qui ſequitur.

Errores Vuicleff dãnati. Primus. Subſtantia panis materialis, & vini materialis manens in ſacramento altaris &c.

2 Accidentia panis non manent ſinè ſubiecto in eodem ſacramento.

3 Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè, & realiter propria præſentia corporali.

4 Si epiſcopus, vel ſacerdos eſt in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non conſecrat, non baptizat.

5 Non eſt fundatum in Euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauerit.

6 Deus debet obedire Diabolo.

7 Si homo debitè fuerit contritus, omnis confeſsio exterior eſt ſibi ſuperflua, & inutilis.

8 Si Papa ſit præſcitus, & malus, & per conſequens membrum Diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles, niſi fortè à Cæſare.

9 Poſt Vrbanum.6. non eſt aliquis recipiendus in Papam ſed viuendum eſt more Græcorum ſub legibus propriis.

10 Con-

10 Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd eccleſiaſtici habeant poſſeſsiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excõmunicare, niſi prius ſciat eſſe excommunicatum à Deo, & qui ſic excõmunicat, eſt hæreticus.

12 Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad Regem, & ad Concilium regni, eo ipſo traditor eſt Regis, & regni.

13 Illi, qui dimittunt prædicare, ſiue audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, ſunt excommunicati.

14 Licet alicui diacono, vel presbytero prædicare verbum Dei abſq; authoritate ſedis apoſtolicę, vel epi catholici.

15 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prȩlatus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

16 Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab eccleſia, poſſeſsionatis habitualiter delinquentibus.

17 Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & parochiani poſſunt propter peccata ſuorum prælatorum, ad libitum ſuum auferre eas.

19 Speciales orationes applicatę vni perſonę per prȩlatos, vel religioſos, non plus proſunt eidem, quàm generales cæteris paribus.

20 Conferens eleemoſynam fratribus eſt excommunicatus ipſo facto.

21 Si quis ingreditur religionem priuatam qualencunque redditur ineptior, & inhabilior ad obſeruantiam manda torum Dei.

22 Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

23 Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana.

24 Fratres tenentur per labores manuum victum quærere, & non per mendicitatem. Prima pars eſt ſcandaloſè, & præſumptuoſè aſſerta: pro quãto ſic generaliter, & indiſtinctè

ſtinctè loquitur. Secunda erronea, pro quãto aſſerit men dicitatem fratribus non licere.

25 Omnes ſunt ſimoniaci, qui ſe obligant orare pro aliis, eis in temporalibus ſubuenientibus.

26 Oratio præſciti, nulli vallet.

27 Omnia de neceſsitate abſoluta eueniunt.

28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum conſecratio reſeruantur Papæ, & epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris.

29 Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes, & magiſteria in eiſdem ſunt vana Gentilitate introducta, & tantùm proſunt eccleſiæ ſicut Diabolus.

30 Excommunicatio Papæ, vel cuiuſcunq; prælati non timenda: quia eſt cenſura Antichriſti.

31 Peccant fundãtes clauſtra, & ingredientes ſunt viri diabolici.

32 Ditare clerum, eſt contra regulam Chriſti.

33 Syluester Papa, & Conſtantinus Imperator errauerunt eccleſiam dotando.

34 Omnes de ordine mendicantium ſunt hæretici, & dantes eis eleemoſynam ſunt excommunicati.

35 Ingredientes religionem ſunt inhabiles ad obſeruãdum diuina præcepta, & per conſequens ad perueniendum ad regnum cælorum, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

36 Papa cum omnibus clericis ſuis poſſeſsionem habentibus ſunt hæretici, eò quòd poſſeſsionem habent.

37 Eccleſia Romana eſt ſynagoga Satanæ: nec Papa eſt immediatus vicarius Chriſti, & Apoſtolorum.

38 Decretales epiſtolę ſunt apochryphæ, & ſeducunt à fide Chriſti: & cleri ſunt ſtulti, qui ſtudent eis.

39 Imperator, & domini temporales ſeducti ſunt à Diabolo, vt eccleſiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio Papæ à Cardinalibus per Diabolum eſt introducta.

41 Non eſt de neceſsitate ſalutis credere Romanam eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias. Error eſt ſi per Romanam eccleſiam intelligat vniuerſalẽ eccleſiam, aut Concilium generale: aut pro quanto, negare primatum ſummi

ſummi Pontificis ſuper alias eccleſias particulares.

42 Fatuum eſt credere indulgẽtiis Papæ, & epiſcoporum.

43 Iuramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus, & commercia ciuilia.

44 Auguſtinus, Benedictus, Bernardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc, quòd habuerunt poſſeſsiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiones. Et ſic à domino Papa vſq; ad vltimum religioſum, omnes ſunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferenter introductæ ſunt à Diabolo.

Hos ſancta ſynodus præfatos articulos. 45. examinari fecit, & ſæpius receẽſeri: quibus examinatis, fuit repertum aliquos, & plures ex ipſis fuiſſe, & eſſe notoriè hæreticos, & à ſanctis Patribus reprobatos: alios nõ catholicos, ſed erroneos: alios ſcandaloſos, & blaſphemos: quoſdam piarum aurium offenſiuos: nõnullos eorum temerarios, & ſeditioſos. Propterea Concilium pronunciat hęreticum Ioannem Vuicleff, ac memoram eiuſdem condemnat, & mandat exhumari oſſa ipſius, & cremari.

In. 9. 10. & 11. nihil annotatione dignum actum eſt. In ſeſſione. 12. pronunciata eſt publica ſententia diffinitiua depoſitionis à papatu contra Ioannem Papam. 24. propter receſſum, quem fecerat à ciuitate Conſtantienſi, & dicto ſacro Concilio generali clandeſtinè noctu hora ſuſpecta, & in habitu diſsimulato, & propter ſcandalum datum ab illo turbatiuum pacis, & vnionis eccleſiæ, à voto, & promiſsione, & iuramento per ipſum Ioannẽ Papã in Deo & eccleſiæ, & huic ſacro Concilio præſtitis deuiatiuum.

Item ſtatuit, & decernit ſancta ſynodus pro bono vnionis eccleſię, quòd nullo vnquã tempore religatur in Papam dominus Baltaſar Coſta nuper Ioannes. 24. nec Angelus de Corario Gregorius. 12. nec Petrus de Luna Benedictus. 13. in ſuis obedientiis, ſic nominati. Si contrariũ fiat, idipſum ſit irritum, & inane. *Seßio. 13.*

CVm in nonnullis mundi partibus quidam temerariè aſſerere præſumant populum Chriſtianum debere ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraq; panis, & vini ſpecie ſuſcipere: & non ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini

populũ

populum laicum paſsim communicent, & poſt cœnam, vel alias non ieiuni, & communicandum eſſe pertinaciter aſſerunt contra laudabilem eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam. Hinc eſt, quòd hoc generale Concilium declarat, decernit, & diffinit contra hunc errorem, quòd licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraq; ſpecie panis, & vini hoc venerabile ſacramentum: tamen hoc non obſtante ſacrorum canonum authoritas, & approbata conſuetudo eccleſię ſeruauit, & ſeruat, quòd huiuſmodi ſacramentū, nec conficiatur poſt cœnam, nec ſumatur à non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſsitatis à iure, vel eccleſia conceſſo, vel admiſſo &c. Et ſimiliter quòd licet in primitiua eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie: tamen hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula, & ſcandala, eſt rationabiliter introducta, quòd à conficiētibus ſub vtraq; ſpecie, & laicis tantūmodo ſub ſpecie *panis ſuſcipiatur*: cùm firmiſsimè credendum ſit, & nullatenus *dubitandum*, integrum Chriſti corpus, & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri &c. Quapropter dicere, quòd hanc conſuetudinem, & legem obſeruare ſit ſacrilegum, aut illicitum, cenſeri debet erroneum, & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum tanquam hæretici arcendi ſunt, & grauiter puniendi per diœceſanos locorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis &c. Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, quòd nullus presbyter communicet populum ſub vtraq; ſpecie panis, & vini.

Seßio. 14.

CArolus de Malateſtis renunciauit papatui nomine Gregorij. 12. *Seßio. 15.*

ARticuli Ioannis Vſs damnati in Concilio, quoniam publicè prædicabat Ioannem Vuicleff virum catholicum, & authorem Euangelicum.

Errores Ioānis Vſs.

PRimus. Vnica eſt ſancta vniuerſalis eccleſia, quæ *eſt* prædeſtinatorum vniuerſitas.

2 Paulus nunquam fuit membrum Diaboli, licet fecerit actus quoſdam actibus eccleſiæ malignantiū conſimiles.

3 Præſciti non ſunt partes eccleſiæ, cùm nulla pars eius ab

ea ſina

ea finaliter excidat, eò quòd prædeſtinationis charitas, quæ ipſam ligat, non excidit.

4 Duę naturę diuinitas, & humanitas ſunt vnus Chriſtus.

5 Pręſcitus & ſi aliquãdo ſit in gratia ſecundũ præſentem iuſtitiam, tamen nunquã eſt pars ſanctę eccleſię, & prędeſtinatus ſemp manet membrũ eccleſię: licet aliquãdo excidat à gratia aduetitia, ſed nõ à gratia prędeſtinationis.

6 Sumendo eccleſiam pro cõuocatione prędeſtinatorum, ſiue ſint in gratia, ſiue non ſecundũ pręſentem iuſtitiam, iſto modo eccleſia eſt articulus fidei.

7 Petrus non fuit, neq; eſt caput eccleſię ſanctę catholicæ.

8 Sacerdotes quolibet criminoſè viuentes ſacerdotij polluunt poteſtatẽ: & (ſicut filij infideles) ſentiũt infideliter de ſeptem ſacramentis eccleſię, de clauibus, de cenſuris.

9 Papalis dignitas à Cæſare inoleuit, & Papæ præfectio, & inſtitutio à Cæſaris potentia emanauit.

10 Nullus ſine reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe, vel de alio, quòd eſſet caput particularis eccleſiæ: nec Romanus Pontifex eſt caput Romanæ eccleſiæ.

11 Non oportet credere, quòd iſte quicunq; eſt particularis Romanus Pontifex ſit caput cuiuſcunq; particularis eccleſiæ niſi Deus eum prædeſtinauerit.

12 Nemo gerit vicem Chriſti, vel Petri, niſi ſequatur eum in moribus, cum nulla alia ſequela ſit pertinentior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriam poteſtatem: quia ad illud officium Vicarij requiritur, & morum conformitas, & inſtituentis authoritas.

13 Papa non eſt manifeſtus, & verus ſucceſſor Apoſtolorũ Principis Petri, ſi viuit moribus contrariis Petro & ſi quęrit auaritiã, tunc eſt Vicarius Iudæ Iſcariotis. Et pari euidentia Cardinales non ſunt manifeſti, & veri ſucceſſores collegij aliorũ Apoſtolorũ Chriſti, niſi vixerit more Apoſtolorũ ſeruãtes cõſilia, & mãdata Dñi nři Ieſu Chriſti.

14 Doctores ponentes, quòd aliquis per cenſuram eccleſiaſticam emendãdus, ſi corrigi noluerit, iudicio ſeculari eſt tradendus, pro certò ſequũtur in hoc Pontifices, Scribas, & Phariſæos, qui Chriſtum nollentem eis in omnibus obedire, tradiderunt Pontio Pilato.

PP 15 Obe

15 Obedientia eccleſiaſtica, eſt obedientia ſecundum adinuentionem ſacerdotum eccleſiæ propter expreſſam authoritatem eccleſiæ.

16. Quòd nulla ſint opera indifferentia, ſed hæc ſit diuiſio immediata humanorum operum, quòd ſint, vel virtuoſa vel vitioſa: quia ſi homo eſt vitioſus, & agat quicquam, tunc agit vitioſè: & ſi eſt virtuóſus, & agat quicquã, tunc agit virtuoſè: quia ſicut peccatum inficit vniuerſaliter omnes actus hominis vitioſi: ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi.

17 Sacerdos Chriſti viuens ſecundũ legem eius, & habens notitiam ſcripturæ, & affectum ad ædificandum populum, debet prædicare, non obſtante prætenſa excommunicatione.

18 Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad ſacerdotium accedit: & illud mandatũ debet exequi non obſtante excommunicatione.

19 Per cenſuras eccleſiaſticas excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ad ſui exaltationẽ clerum populum ſibi laicalem ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, viam præparat Antichriſto.

20 Si Papa eſt malus, & maximè ſi eſt præſcitus: tunc, vt Iudas Apoſtolus, eſt Diabolus, fur, & filius perditionis.

21 Gratia prædeſtinationis eſt vinculum, quo corpus eccleſiæ, & quodlibet eius membrum iungitur Chriſto capiti indiſſolubiliter.

22 Papa, vel prælatus malus, & præſcitus eſt æquiuocè paſtor, & verè fur, & latro.

23 Papa non debet dici ſanctiſsimus etiam ſecundum officium: quia alias Rex deberet dici ſanctiſsimus ſecundum officium, & tortores, & præcones dicerentur ſancti: imò & diabolus deberet dici ſanctus, cum ſit officiarius Dei.

24 Si Papa viuat Chriſto contrariè, etiam ſi aſcenderet per legitimam electionem ſecundum conſtitutionem humanam, tamen aliunde aſcenderet, quàm per Chriſtum, datò etiam, quòd intraret per electionẽ à Deo principaliter factam. Nam Iudas Iſcarioth ritè, & legitimè eſt electus à Deo ad Apoſtolatũ, & tñ aſcendit aliunde in ouile ouiũ.

25 Con-

15 Condemnatio. 45. articulorum Ioannis Vuiclefſ per doctores facta, eſt irrationabilis, & iniqua, & malefacta.

16 Non eo ipſo, quo electores, vel maior pars eorum cōſenſerit viua voce ſecundum ritus hominū in perſonam aliquam eo ipſo illa perſona eſt legitimè electa. Vnde ſiue electores benè, vel malè elegerint, operibus electi debemus credere.

27 Non eſt ſcintilla apparentiæ, quòd oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens eccleſiā, quod ſemper cum ipſa militanti eccleſia conuerſetur, & conſeruetur.

28 Chriſtus ſinè talibus capitibus monſtruoſis per ſeruos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum melius ſuam eccleſiam regularet.

29 Apoſtoli, & fideles ſacerdotes Domini ſtrenuè in neceſſariis ad ſalutem regularunt eccleſiam, antequam Papæ officium foret introductum.

30 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prȩlatus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

Pronunciata eſt ſententia damnationis horum articulorum ſub eadem forma, qua condemnati ſunt articuli Ioannis Vuicleff. *Condemnatur articulus ſequens.*

QVilibet tyrannus poteſt, & debet licitè, & meritoriè occidi per quencunq; vaſſallum ſuum, vel ſubditū, etiam per clanculares inſidias, & ſubtiles blanditias, vel adulationes non obſtante quocunque præſtito iuramēto, ſeu confœderatione factis cum eo non expectata ſententia, vel mandato iudicis cuiuſcunq;. Aduerſus hunc errorem ſatagens hæc ſancta ſynodus exurgere, & ipſum funditus tollere, declarat, & definit huiuſmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & in moribus, ipſamq; tanquam hæreticam, ſcandaloſam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, periuria vias dantem reprobat, & condemnat. Declarat inſuper, & decernit, quòd pertinaciter doctrinam hanc pernicioſiſſimam aſſerentes ſunt hæretici, & tanquam tales iuxta canonicas ſanciones puniendi.

Seſsiones. 16. 17. & 18. nihil habent lectione dignum.

Seſsio. 19. Anno. 1415. 23. die Septēb. Abiuratio Hieronymi de Praga.

EGo Hieronymus de Praga artium liberalium magiſter,

cognoſcens veram catholicam eccleſiam, & Apoſtolicam fi dem anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eam, de qua hactenus infamatus fui, & quã prçteritis tẽporibus dogmatizauerunt, & tenuerunt Ioannes Vuicleff, & Ioannes Vſs, in ſuis opuſculis, libellis, ſeu ſermonibus ad clerum, & ad po pulum. Conſentio autem ſanctç Rom. eccleſię, & Apoſtolicæ ſedi, & huic ſacro Concilio, & ore, ac corde profiteor in omnibus, & per om̃ia: & pręſertim de clauibus, ſacramentis, ordinibus, officiis, & cenſuris eccleſiaſticis, indulgentiis, & reliquiis ſanctorũ, eccleſiaſtica libertate, & de cerim̃oiis, & aliis omnibus ad religionem Chriſtianam pertinẽtibus.

In ſeſsione. 20. agitur cauſa ciuilis inter ducem Auſtriæ, & epiſcopum Tridentinum.

Seßio.21. Anno.1416. 31. die menſis Maii.

Sententia contra Hiero. de Praga laicum, magiſtrum in artibus, qui poſt abiurationẽ in ſeſsione.19. annotatam audientiam publicam ſibi dari in hac ſancta ſynodo poſtulauit: qua ſibi conceſſa coram eadẽ ſynodo publicè aſſeruit, dixit, & profeſſus eſt, quòd pręfatę ſentẽtię damnationis dictorum Ioannis Vuicleff, & Ioannis Vſs iniquè cõſenſerat, & illam ſententiam approbando mentitus fuit, nec verebatur ſe confiteri mentitum: quinimo confeſsionem ſuper illorum damnatione reuocabat, nunc, & in ęternum aſſerens ſe in libris Ioannis Vuicleff, & Ioannis Vſs, nullam vnquam hęreſim, vel errorem legiſſe, licet antè fuerit confeſſus &c. Propter quę ſancta ſynodus prędictũ Hiero. palmitem putridum, aridum, in vite non manentem foras mittendum decernit, ipſumq; hęreticum, & in hęreſim relapſum excommunicatũ, anathematizatũ pronũciat, & declarat, atq; damnat. Qui Hiero. traditus eſt poteſtati ſeculari, & combuſtus.

Seſsiones intermediæ totæ teruntur in citando, & deponendo Petro de Luna, Benedicto.13. nuncupato, & recipiendis orationibus Regum Aragonum, Caſtellę, & Nauarrę.

Seßio.39. anno.1417. die.6. Octobr.

Statutum de Conciliis generalibus erga futura ſchiſmata edicto perpetuo ſancimus, & ordinamus, vtamodo Concilia generalia celebrent: ita quòd primũ à fine huius Concilii in quinquenniũ immediatè ſequẽs. Secundũ verò à fine

illius

illius in ſeptennium: & deinceps de decēnio in decennium perpetuò celebrentur in locis, quæ ſummus Pontifex per menſem ante finem cuiuſlibet Concilij, approbāte, & conſentiente Concilio, vel in eius defectu ipſum Conciliū deputare, & aſsignare teneat: vt ſic per quandā continuationem ſemper aut Conciliū vigeat, aut per termini pēdentiā expectetur, quē terminū liceat ſummo Pontifici de ſuorum fratrū ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinaliū conſilio ob emergentes fortè caſus abbreuiare, ſed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando Concilio deputatum abſq; euidenti neceſsitate non mutet.

Seßio. 40. Reformationes fiendæ per Papam vnà cum Concilio antequā Conciliū diſſoluatur.

SAcroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis in Spiritu ſancto legitimè cōgregata vniuerſalē eccleſiam repreſentans ſtatuit, & decreuit, quòd futurus Romanus Pontifex per Deī gratiā de proximo aſſumendus cum hoc ſacro Concilio, vel deputandis per ſingulas nationes debeat reformare eccleſiam in capite, & in membris, & curiam Romanam ſecundū æquitatem, & bonū regimen eccleſiæ antequā hoc Conciliū diſſoluatur ſuper materiis articulorū aliâs per nationes in reformatorio oblatorū, quæ ſequentur. Primò de numero, qualitate, & natione dominorū Cardinaliū. Item de reſeruationibus ſedis apoſtolicæ. Item de Annatis, communibus ſeruitiis, & minutis. Item de collationibus beneficiorū, & gratiis expectatiuis. Item de cōfirmationibus electionum. Item de cauſis in curia Romana tractādis, vel nō. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item de officiis cancellariæ, & pœnitētiariæ. Item de exemptionibus, & incorporationibus tēpore ſchiſmatis factis. Item de commendis. Item de fructibus medij tēporis. Item de non alienādis bonis Romanæ eccleſię. Item propter quę, & quomodo Papa poſsit corrigi, & deponi. Item de extirpatione ſimoniæ. Item de diſpenſationibus. Item de prouiſione Papæ, & Cardinalium. Item de indulgentiis. Item de decimis. Hoc adiecto, quòd facta per natiōes deputatione prędicta, liceat aliis de licentia Papæ liberè ad propria remeare.

Seßio. 41. anno. 1417. die. 8. Nouembris.

Conſtitutio Papæ Clementis. 6. ſuper modo, & forma obſeruandis à Cardinalibus in conclaui exiſtẽtibus ſuper electione Pontificis.

Decretum de non ſpoliando electum in Papam ſub pœna excommunicationis.

Die. 11. Nouembris anni ſupradicti in feſto ſancti Martini, reuerendiſsimi Patres in conclaui exiſtentes Reuerendiſsimũ in Chriſto Patrem dominũ Odonem de Colũna ſancti Gregorij diaconũ Cardinalẽ de Colũna vulgariter nuncupatum natione Romanum concorditer in Romanum Pontificem elegerunt, qui Martinus Papa. 5. nominari voluit, & ſic per Sereniſsimum Principem Sigiſmundũ Romanorum Regem vnà cum ſancta ſynodo apud eccleſiã maiorẽ huius ciuitatis Cõſtantiẽſis fuit inthronizatus, & coronat9 Papa.

Seſsio. quadrageſimaſecunda nihil habet, quo iuſtè poſſimus lectorem occupare.

Seßio. 43. Præſidente Papa Martino. 5. 21. menſis Martii.

Decretum contra ſimoniam.

MArtinus &c. Multæ contra ſimoniacam prauitatem olim factæ ſunt cõſtitutiones, quibus morbus ille non potuit cõpetẽter extirpari. Nos ſacro approbante Concilio declaramus, quòd ordinati ſimoniacè ab excõmunicatione ſuorum ordinũ ſint eo ipſo ſuſpenſi. Electiones autẽ, poſtulationes, cõfirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacę ecclеſiarũ, monaſteriorũ, dignitatum, perſonarũ, officiorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunq; deinceps factæ nullæ ſint ipſo iure, nullũq; per illas ius cuiquã acquiratur, nec promoti, confirmati, aut prouiſi faciant fructus ſuos: ſed ad illorum reſtitutionẽ tanquã iniquè ablata percipientes, teneantur: ſtatuẽtes inſuper, quòd dantes, & recipientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

De decimis, & aliis oneribus eccleſiaſticis.

MArtinus &c. præcipimus iura, quæ prohibent inferioribus à Papa decimas, & alia onera eccleſiæ, & perſonis eccleſiaſticis imponi, diſtrictius obſeruari. Per nos autẽ nullatenus imponantur generaliter ſuper totum clerũ, niſi ex magna, & ardua cauſa, & vtilitate vniuerſalẽ eccleſiã concernente, & de conſilio, & conſenſu, & ſubſcriptione fratrũ

noſtro-

noſtrorum.S.Romanę eccleſiæ Cardinaliũ,& prælatorum, quorum concilium cõmodè haberi poterit. Nec ſpecialiter in aliquo regno,vel prouincia inconſultis prælatis ip ſius re gni, vel prouinciæ,& ipſis non conſentientibus,vel eorum maiori parte,& eo caſu per perſonas eccleſiaſticas, & autho ritate apoſtolica duntaxat leuentur.

In ſeſsione.44.ſtatuitur locus futuri Concilij.

Seßio.45.& vltima de diſſolutione Concilii.

MArtinus Papa.5.dicit,quòd omnia,& ſingula determinata,concluſa, & decreta in materiis fidei per præſens Concilium conciliariter tenere, & inuiolabiliter obſeruare volebat,& nunquã contraire quoquo modo,ipſaq; ſic cõciliariter facta approbat,& ratificat,& non aliter,nec alio mo do:quo dicto ipſum Concilium abſoluit, omnibus,& ſingulis in eo exiſtentibus ad propria remeandi, ipſo approbante Concilio,facultatem fecit.

Bulla Martini.5. de condẽnatione Ioannis Vuicleff.de Anglia, & Ioannes Vſs de Bohemia damnati in hoc ſacro Concilio Conſtantienſi.

MArtinus epiſcopus &c. Inter cunctas paſtoralis curæ ſolicitudines &c.

Sequuntur errores Ioannis Vuicleff.45.& errores Ioannis Vſs. 30. in eadem forma, qua ſuprà recenſiti.

SVper præmiſsis autem articulis quilibet de eis ſuſpectus, ſeu in eorum aſſertione deprehenſus iuxta hunc modum interroget. In primis vtrũ cognouerit Ioannem Vuicleff de Anglia,& Ioannẽ Vſs de Bohemia, & Hieronymũ de Praga. Item vtrũ teneat,& credat,quòd quodlibet Conciliũ generale, & etiã Conſtãtienſe, vniuerſalẽ eccleſiã repreſentet. Item vtrũ credat,quòd illud, quod Conciliũ Conſtantienſe vniuerſalẽ eccleſiam repręſentans approbauit,& approbat in fauorem fidei, & ad ſalutẽ animarũ, quòd hoc eſt ab vniuerſis Chriſti fidelibus approbandum, & tenendum. Item vtrum credat, & aſſerat, quòd in nullo caſu ſit licitũ iurare. Item vtrũ credat,quòd ad mandatũ iudicis iuramentum de veritate dicenda,vel quodlibet aliud ad cauſam opportunũ etiam pro purificatione infamiæ faciendũ, ſit licitum. Item vtrum credat,quòd periurium ſcienter commiſſum ex quacunq; cauſa vel occaſione pro conſeruatione vitæ corpora-

lis,vel patriæ vel alterius etiam in fauorem fidei,ſit mortale peccatũ. Item vtrũ credat deliberato animo cotẽnens ritum eccleſiæ,cerimonias exorciſmi,& catechiſmi aquæ baptiſmatis conſecratæ peccet mortaliter. Item vtrũ credat, quòd poſt conſecrationẽ ſacerdotis in ſacramẽto altaris ſub velamento panis,& vini nõ ſit panis materialis, & vinũ materiale,ſed idẽ per omnia Chriſtus,qui fuit in cruce paſſus, & ſedet ad dexterã Patris. Itẽ vtrũ credat, & aſſerat, quòd facta conſecratione per ſacerdotẽ ſub ſola ſpecie panis tãtùm, & præter ſpeciẽ vini,ſit vera caro Chriſti,& ſanguis,& anima, & Deitas,& totus Chriſtus, ac idem corpus abſolutè,& ſub vnaqualibet illarũ ſpecierũ ſingulariter. Item vtrũ credat, quòd cõſuetudo cõmunicandi perſonas laicas ſub ſpecie panis tantũ ab eccleſia vniuerſali obſeruata,& per ſacrũ Conciliũ Conſtantię approbata,ſit ſeruãda, ſic quòd non liceat eam reprobare,aut ſinè eccleſię authoritate,ꝓ libito immutare. Item vtrũ credat,quòd Chriſtianus contemnens ſuſceptionẽ ſacramentorũ cõfirmationis,vel extremę vnctionis, aut ſolẽnizationis matrimonij,peccet mortaliter. Item vtrũ credat,quòd Chriſtianus vltra contritionẽ cordis habita copia ſacerdotis idonei,ſoli ſacerdoti ex neceſsitate ſalutis cõfiteri teneatur:& non laico, ſeu laicis quantuncunq; bonis, & deuotis. Item vtrum credat,quòd ſacerdos in caſibus ſibi permiſsis poſsit peccatorem confeſſum, & contritum à peccatis abſoluere,& ſic pœnitentiam iniungere. Item vtrũ credat,quòd malus ſacerdos cum debita materia, & forma, & cum intentione faciendi, quod facit eccleſia, verè conficiat,verè abſoluat,verè baptizet, & verè conferat alia ſacramenta. Item vtrum credat, quòd beatus Petrus fuerit vicarius Chriſti habens poteſtatẽ ligandi, & ſoluendi ſuper terram. Item vtrũ credat,quòd Papa canonicè electus,qui pro tẽpore fuerit,ſit ſucceſſor beati Petri, habẽs ſupremã poteſtatẽ in eccleſia Dei. Itẽ vtrũ credat authoritatẽ iuriſdictiõis Papę,archiepĩ,& epĩ in ſoluendo, & ligando eſſe maiorẽ authoritate ſimplicis ſacerdotis, etiã ſi curã animarũ habeat. Item vtrũ credat,quòd Papa oĩbus Chriſtianis verè cõtritis, & confeſsis ex cauſa pia,& iuſta poſsit concedere indulgentias in remiſsionẽ peccatorũ, maximè pia loca viſitantibus

Item

Item, vtrum credat, quòd ex tali conceſsione viſitantes eccleſias ipſas, & manus adiutrices eis porrigentes eiuſmodi indulgentias conſequi poſſunt. Item, vtrum credat, quòd ſinguli epiſcopi ſuis ſubditis ſecundum limitationem ſacrorũ canonum huiuſmodi indulgentias concedere poſsint. Item, vtrum credat, & aſſerat licitum eſſe ſanctorum reliquias, & imagines à Chriſti fidelibus venerari. Item, vtrum credat, ꝙ Papa, vel alius prælatus, vel ipſorum vicarij poſsint ſuũ ſubditum eccleſiaſticum, ſiue ſecularem propter inobedientiã, ſiue contumaciam excõmunicare, ita quod talis pro excommunicato ſit habendus. Item, vtrum credat, quòd inobedientia ſiue contumacia excommunicatorum creſcente, prælati, vel eorum vicarij in ſpiritualibus habeant poteſtatem aggrauandi, interdictum ponendi, & brachium ſeculare inuocandi, & quòd illis cenſuris per inferiores ſit obediẽdum. Item, vtrum credat, quòd liceat perſonis eccleſiaſticis abſq; peccato, huius mundi habere poſſeſsiones, & bona temporalia. Item, vtrum credat, quòd laicis ipſa ab eis auferre poteſtate propria non liceat etiam ſi malè viuerent perſonæ eccleſiaſticæ bona huiuſmodi poſsidẽtes. Item, vtrum credat, quòd liceat laicis vtriuſque ſexus viris, & mulieribus liberè prædicare verbum Dei. Item, vtrum credat, quòd ſingulis ſacerdotibus liberè liceat prædicare verbum Dei vbicunque, quandocunque, & quibuſcunque placuerit etiam ſi non ſint miſſi. Item, vtrum credat, quòd omnia peccata mortalia, & ſpecialiter manifeſta ſint publicè corrigenda, & extirpanda.

Qui de præmiſsis hæreſibus, vel articulis, vel aliquo præmiſſorum infamati fuerint, ad arbitrium veſtrum expurgare teneantur. Alij verò, qui per teſtes, ſeu propriã confeſsionem, vel alias legitimas probationes cõuicti fuerint de prędictis hæreſibus, vel articulis, vel aliquo præmiſſorum eoſdẽ articulos, & errores ſolenniter, & publicè reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam ſubire cogantur, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis &c. Datum Conſtantiæ pontificatus noſtri anno primo.

Finiunt acta in concilio Conſtantienſi
ſub Martino quinto.

CONCILIVM BASILEENSE.

In præfatione annotatur quis modus ſit obſeruandus in publica ſeſsione conciliorum generalium, & qui fuit obſeruatus in concilio generali Conſtantienſi.

Concilium Baſileenſe inchoatum anno Domini.1431.præſidente Iuliano Cardinale ſancti Angeli legato Apoſtolico legitima poteſtate à fœlicis recordationis Martino.5. & Eugenio.4.tunc recens electo facta. Iſtud concilium inchoatũ fuerat Senis, tranſlatum eſt certis de cauſis in Baſileam per Martinum.5.vt notatur in ſeſsione prima eius concilij.

Seßio.4.

HAec ſancta ſynodus legitimè congregata authoritate Apoſtolica legitimè interueniente, ſacris Conſtantieñ. & Señ.conciliis generalibus decernentibus, atque ordinantibus, fuit & eſt in hoc loco Baſileenſi debitè, legitimè, ac ritè inchoata, & cõgregata: ideo in præſenti ſeſsione ordinat, & declarat, quæ ſequuntur.

Cõſtã.cõ. ſeſſiõe.4.& 5. Primo declarat, ꝙ ipſa ſynodus in ſpiritu ſancto legitimè congregata generale concilium faciens, & eccleſiã militantẽ repſentans poteſtatẽ immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus, vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quę pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & gñalẽ reformationem eccleſiæ Dei in capite, & in membris.

Cõſtã. cõcil. ſeßione.5. Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcũq; ſtatus, vel dignitatis etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus, aut præceptis huius ſacræ ſynodi, & cuiuſcũq; alterius concilij gñalis legitimè cõgregati ſuper pmiſsis, vel ad ea pertinentibus, obedire cõtumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignę pœnitentiæ ſubiiciaẽ, & debitè puniaẽ.

Seßio.3.

PRimò repetuntur eadem decreta, quæ in ſeſsione ſecunda ſunt definita, & declarata.

Secundò decernitur diſſolutionem huius concilij nullatenus fieri poſſe p Eugenium Papã: qm̃ eſt contra decreta Cõſtantieñ.concilij, & tendit in graue periculum fidei, & ſtatus eccleſiaſtici turbationem, & detrimentum, atq; ſcandalum totius populi Chriſtiani. Agnouerant plati in concilio

tunc

tunc congregati, quòd Eugenius Papa cum collegio Cardinalium diſſoluiſſet illud concilium. In aliis ſeſsionibus nihil habetur, tãtùm commonetur Papa, vt veniat ad concilium, & accuſatur eius contumacia nolentis parere.

Seßio. 12.

ELigantur epiſcopi, & quicunque alij prælati, ac cõfirmẽtur iuxta ſtatuta iuris communis, nempe vt ſingulæ eccleſiæ epiſcopos, ſingula collegia, ſinguli conuentus, plãtos ſibi eligant, qui rurſus ab illis confirmentur ad quos de iure confirmatio ſpectat, nempe epiſcopi à metropolitanis: metropolitani à Papa, & inferiores prælati ab epiſcopis.

Seſsio. 13. & 14. Tota teritur in monendo, & citando Eugenio Papa. 4.

Seßio. 15.

SYnodales congregationes ſingulis annis ſaltẽ ſemel ſunt celebrandæ. Prouincialia verò concilia ad minus de trienio in triẽnium: in quibus infra miſſarum ſolẽnia, vel pòſt, diœceſanus, vel alius eius nomine, verbum Dei proponat exhortando omnes ad bonos mores ſectandum, abſtinendum à vitiis, & ad ea, quæ pertinent ad eccleſiaſticam diſciplinam, & officia ſingulorum: & præſertim, vt ij, quibus animarũ cura cõmiſſa eſt, diebus Dñicis, & aliis ſolẽnibus plebem ſubiectam doctrinis, & monitis ſalutaribus inſtruant. Poſtea legãtur ſtatuta, puinciali, & ſynodalia, & inter alia aliquis cõpẽdioſus tractatus docens quõ ſacramenta adminiſtrari debeant: & alia vtilia pro inſtructione ſacerdotum. Deinde ipſe diœceſanus de vita, & moribus ſubditorum ſolerter inquirat, labem ſimoniacæ prauitatis, contractus vſurarios, cõcubinatum, fornicationem, & alia quæuis crimina, & exceſſus debita correctione cohibeat: Alienationes rerũ eccleſiaſticarum à iure prohibitas reuocet, clericorum abuſus, & aliorum ſubiectorum, qui circa diuinum officium, & delationem debiti habitus defuerint, in melius reformet, & emendet: Præcipua autem in ipſa ſynodo, epiſcopi cura ſit inquirere, ac debitis modis occurrere ne aliquod dogma hæreticum, erroneum, & ſcandaloſum, ſortilegia, diuinationes, incantationes, ſuperſtitiones, & quæuis diabolica figmenta diœceſim ſuam inficiant.

Seßio. 16. & 17.

Eugenius

EVgenius Papa annulat diſſolutionem ab eo factam concilij Baſilieñ. quia graues diſſenſiones ex prædicta diſſolutione ortæ ſunt, & grauiores oriri poſſent: decernit, & declarat prædictum concilium à principio inchoationis ſuæ fuiſſe, & eſſe legitimè congregatum, & reuocat bullas, quas ad diſſoluendum illud concilium antè dederat.

Seßio. 18.

REpetuntur decreta concilij Conſtañ. de authoritate, & poteſtate conciliorũ generalium abſentibus legatis Papæ, vt ſuprà in hoc Baſilienſi concilio ſeſsione. 2. & 3. Quod concilium generale poteſtatem immediatè à Chriſto habet: cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus, vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur, vt ſuprà.

Seßio. 19.

IN hac ſeſsione promulgatur decretum, quomodo prædicanda ſit fides Iudæis, & cæteris infidelibus cũ Chriſtianis commorantibus, & quomodo tractandi ſunt illi quãdiu durant in infidelitate ſua: & de his, qui volunt ad fidem conuerti, vt bona ſua quæcunq; habent mobilia, & immobilia eis intacta, illęſaq́; permaneãt, niſi ex vſura, aut illicito quęſtu fuerint acquiſita, & notę ſint perſonæ, quibus de iure ſit reſtitutio facienda: quia tunc illis reſtitui omnino oportet, ijs verò perſonis non ſtantibus: quia talia per manus eccleſiæ in pios eſſent vſus conuertenda, hæc ſancta ſynodus in fauorem concedit ſuſcepti baptiſmatis tanquam in pium vſum apud eos remanere debere. Si verò conuerſionis tempore inopes, indigentes fuerint, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri omnes tam eccleſiaſticos, quàm ſeculares hęc ſancta ſynodus exhortatur, vt ipſis conuerſis manus porrigant adiutrices. Ipſi quoq; diœceſani non ſolùm Chriſtianos ad ſubueniendum illis exhortentur: ſed tam de redditibus eccleſiarum, quàm de his, quæ ad pauperũ vſus per ipſos conuertenda deuoluũtur, huiuſmodi neophytos ſuſtentare nõ negligant, ipſoſq́; detractionibus, contumeliis paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptiſmi ciues ſanctorum, & domeſtici Dei efficiũtur, longeq́; dignius ſit regenerari ſpiritu, quàm naſci carne, lege præſenti ſtatuim⁹, vt ciuitatum, & locorum in quibus ſacro baptiſmate regenerant,

nerantur, ibi legis libertatibus, & immunitatibus gaudeāt, quæ ratione dūtaxat natiuitatis, & originis alij consequuntur. Curent inſuper ſacerdotes baptizantes, & diœceſani, ne cum Iudæis, ſeu infidelibus ſaltem per longum tempus conuerſentur: quoniā (experiētia teſte) mutuam in ſe neophytorum conuerſationem ipſos in fide noſtra fragiliores reddere, ac ſaluti illorum plurimum officere compertū eſt, exhortatur hæc ſancta ſynodus locorum ordinarios, vt quātùm pro incremento fidei viderint expedire curent, & ſtudeant neophytos ipſos cū originariis Chriſtianis matrimonio copulare. Prohibeatur & iis neophytis ſub grauib⁹ pœnis ne mortuos more Iudæorū ſepeliant, aut ſabbata aliaſq; ſolennitates, & antiquæ ſectę ritus quoquomodo obſeruēt: ſed eccleſias, & prædicationes noſtras, prout alij catholici, frequentent, & in omnibus ſe Chriſtianorum moribus conformes reddant.

Seßio.20. Conſtitutio de concubinariis.

SI quis fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium ſuorum, vel beneficiorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam, vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, cōuertat. Deinde eiuſmodi concubinarium monere teneatur, vt concubinam dimittat, quā ſi non dimiſerit, vel dimiſſam, aut aliam publicè reſumpſerit, iubet hæc ſancta ſynodus, vt ipſum ſuis omnibus beneficiis omnino priuet.

Seßio.21. De annatis.

COnſtitutio de annatis non exigendis tam in curia Romana, quàm alibi pro confirmatione electionum, vel admiſsione poſtulationum, aut aliqua collatione.

Altera conſtitutio quomodo diuinū officium in eccleſia celebrandum ſit: quo tempore quiſq; debet eſſe in choro.

Turpem etiam illum abuſum in quibuſdam frequentatum eccleſiis, quo certis anni celebritatibus nonnulli cū mitra, baculo, ac veſtibus pontificalibus more epiſcoporū benedicunt. Alij, vt reges, ac duces induti, quod feſtum fatuorum, vel innocentium, vel puerorum in quibuſdam regionibus nuncupatur, vt alij laruales, & theatrales iocos. Alij cho- *In.8.ſy.gnāli, canon.16.*

reas, & tripudia marium, ac mulierum facientes, homines ad ſpectacula, & cachinnationes mouent. Alij comeſſationes, & conuiuia ibidem præparant: hęc ſancta ſynodus deteſtans, ſtatuit & iubet ordinariis, & eccleſiarum rectorib⁹ ne hæc, aut ſimilia ludibria, nec etiam mercantias, ſeu negociationes nundinarum in eccleſia, quæ domus orationis eſſe debet, ac etiam cœmeterio exerceri amplius permittãt, trãſgreſſoresq́; per cenſurã eccleſiaſticam aliaq́; iuris remedia punire non negligant.

Seßio. 22. De erroribus archiepiſcopi Nazareni.

QVendam libellum editũ ab Auguſtino de Roma archiepiſcopo Nazareno, cuius primus tractatus de ſacramento vnitatis Ieſu Chriſti, & eccleſię intitulatur. Secũdus de Chriſto capite, & eius inclyto principatu. Alius de charitate Chriſti circa electos, & de eius infinito amore, tanquã non ſanam, & erroneam in fide doctrinam continentem cũ ſuis defenſoriis hæc ſancta ſynodus damnat, & reprobat: & potiſsimè ſcandaloſam aſſertionem erroneam in fide in ipſo libello contentam, ſcilicet Chriſtus quotidie peccat, & ex quo fuit Chriſtus quotidie peccauit: quanuis pro capite eccleſiæ Chriſto Ieſu dicat ſe non intelligere, ſed ad membra ſua, quæ cum Chriſto capite vnum eſſe Chriſtum aſſeruit, intelligentiam eius eſſe referendam dicat. Nec non & propoſitiones iſtas, & eis in ſententia ſimiles, quas in articulos damnatos in concilio Conſtañ. incidere declarat, ſcilicet non omnes fideles iuſtificati ſunt membra Chriſti, ſed ſoli prędeſtinati Humana natura in Chriſto, verè eſt Chriſtus, & eadẽ eſt perſona Chriſti. Humana natura in Chriſto eſt perſona verbi. Humana natura aſſumpta à verbo ex vnione perſonali, eſt veraciter Deus naturalis, & propri⁹ &c. Chriſtus ſecundũ voluntatem creatã tantùm diligit naturã humanã vnitã perſonę Verbi, quantùm diligit naturam diuinã. Sicut duæ perſonæ in diuinis ſunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Chriſto humana, & diuina ſunt æqualiter diligibiles propter perſonam communem.

Anima Chriſti videt Deum tam clarè, & intenſè: quantùm clarè, & intenſè Deus videt ſeipſum.

Ratio ſuppoſitalis determinans humanam naturam in

Chriſto

Chriſto,non realiter diſtinguitur ab ipſa natura determinata.Quas propoſitiones,& alias ex eadem radice procedentes tanquam erroneas in fide dãnat, & reprobat hæc ſancta ſynodus.anno.1435. *Seſsio.23.*

QValis debet eſſe electio Pontificis.Secundò,de modo,& qualitate Cardinalium,vt numerũ. 24. non excedãt, & de omnibus regionibus Chriſtianitatis aſſumantur viri in ſcientia,& moribus,ac rerum experientia excellentes,nõ minores.30.annis,magiſtri, ſeu licentiati in iure diuino , vel humano. Sit ſaltem tertia, vel quarta pars de magiſtris in ſacra ſcriptura,non nepotes ex fratre,vel ſorore Romani Pontificis,aut alicuius Cardinalis viuẽtis nõ illegitimè nati,nõ corpore vitiati,nec alicui? criminis,aut infamię nota reſpſi.

Seſsio.26.&.27.

TRactatur de admonitione,& citatione contra Eugeniũ Papam,& Cardinales.

Seſsio.28.&.29.

IN qua cauſatur contumacia Papę, & declarat̃ contumax, quia tractabat de diſſolutione eius concilij.

Seſsio.30.

HAec ſancta ſynodus decernit, & declarat, quòd fideles laici,ſiue clerici,communicãtes,& non conficientes nõ aſtringuntur ex præcepto Dñi ad ſuſcipiẽdũ ſub vtraq; ſpecie panis,ſcilicet,& vini ſacrum Euchariſtię ſacramentũ:ſed eccleſia,quę regitur ſpiritu veritatis ſecum manente in æternum,& cum qua Chriſtus manet vſq; ad conſummationem ſeculi ordinare habet quomodo ipſis non cõficientibus miniſtretur,prout pro reuerentia ipſius ſacramenti,& ſaluti fidelium viderit expedire,& vt ſuprà in concilio Conſtañ.

Seſsio.31.&.32.tractant de p̃bendis eccleſiaſticis canonicè per ordinarios cõferẽdis, & de ſuſpẽſione Eugenij Papę. 4.

Seſsio.33.

DE veritate fidei catholicę per tres veritates. Primò diffinitur, ꝙ gñalis ſynodus in Spũ ſancto legitimè congregata generale concilium faciens, eccleſiam militãtẽ repſentans,poteſtatẽ à Chriſto immediatè habet,cui qlibet cuiuſcunq; ſtatus,etiam ſi papalis exiſtat,obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidẽ,& ad extirpationẽ ſchiſmatum,& ad

gene-

generalem reformationem eccleſiæ in capite,& in mēbris.

Has tres veritates reprobauit,& dānauit Eugeni⁹ Papa.3.libello,qui īcipit, Moſes ſeru⁹ Dei, vt patet extrà.38.ſeſſione.

Secundò declarat,quòd quicunq; cuiuſcunq; dignitatis etiam ſi papalis exiſtat,qui mandatis, aut præceptis huius ſanctę ſynodi,& cuiuſcunq; alterius concilij generalis legitimè congregati ſuper pręmiſsis, ſiue ad ea pertinentibus obedire contumaciter contempſerit,niſi reſipuerit,condignæ pœnitentię ſubiiciatur,& debitè puniatur.

Tertiò declarat,quòd ipſum generale concilium pro pręmiſsis,eaq; concernentibus congregatum ſinè ipſius conſenſu per nullum quauis authoritate,etiam ſi papali dignitate pręfulgeat,diſſolui,transferri,aut ad aliud tempus prorogari poteſt.

In Conſtan. ſeßiōe.4.& 8. In Baſili. ſeßione.2.

Et licet has eſſe veritates fidei catholicæ ſatis conſtet ex pluribus declarationibus præcedentibus,ad maiorem tamē ſoliditatem, & firmitatem veritatum ipſarum hæc ſancta ſynodus definit,& declarat. Primò quòd veritas de poteſtate concilij generalis ſupra Papam,& quenlibet alterum declarata per Conſtantienſe, & hoc Baſilienſe generalia concilia,eſt veritas fidei catholicę. Secundò,veritas hæc quòd Papa concilium generale legitimè congregatum,ſinè eius conſenſu nullatenus poteſt diſſoluere,eſt veritas catholicæ fidei.Tertiò, quòd veritatibus prædictis pertinaciter repugnans eſt cenſendus hęreticus.anno.1439.

Seßio.34.

IN hac & ſequenti tractatur de depoſitione Eugenij Papę, & ſtabilitate concilij.

Seßio.36.

HActenus difficilis quæſtio in diuerſis partibus ſuper cōceptione ipſius glorioſæ virginis MARIAE matris Dei ex exordio ſanctificationis eius facta eſt &c. Nos diligenter inſpectis authoritatibus,& rationibus,quę iam à plurib⁹ annis ex parte vtriuſq; doctinæ allegatę ſunt,aliiſq; etiam plurimis ſuper hac reuiſis, & matura conſideratione penſatis doctrinam illam diſſerentem glorioſam viginem MARIAM pręueniente,& operante diuini numinis gratia ſingulari,nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato:ſed immunē ſemper fuiſſe ab omni originali, & actuali culpa, ſanctamq;,& immaculatam,tāquam piam,& conſonam

ſonam cultui eccleſiaſtico, fidei catholicæ, rectę rationi, & ſacrę ſcripturæ approbãdam fore, tenendam, & amplectendã definimus, & declaramus: nulliq; de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare, ſeu docere: renouantes præterea inſtitutionem de celebranda ſancta eius conceptione, q̃ ſexto Idus Decẽbris antiqua, & laudabili conſuetudine celebrat.

Seſſio. 37. & 38. Tractant de electione noui Pontificis.

Seſſio. 39.

DEpoſito Eugenio fuit electus Amadeus dux Sabaudiæ, qui in ſolitudine Ripaliæ à pluribus annis in virtute cõtinentiæ fuerat conuerſatus.

Seſſio ſequens conſenſit electioni factæ, nuncupatus eſt Fœlix Papa quintus.

BVlla Nicolai Papæ. 5. qui ſucceſsit Eugenio. 4. De approbatione geſtorum in concilio Baſileenſi, propter ſecuritatem animarum, & cauenda pericula conſcientiarum: confirmat Nicolaus Papa geſta per Amadeum nuncupatũ Fœlicem quintum, & per congregatos in cõcilio Baſileẽſi, quòd ſpectat ad cenſuras, & cauſas beneficiales. De aliis nihil, nec de probatione eius concilij anno. 1449. fui pontificatus anno tertio.

Amade⁹ Fœlix nuncupatus ceſſit iuri quod ĩ papatu aſſerebat ſe habere. & creat⁹ eſt cardinalis, & vicari⁹ põti. Romani. Autbor.

Quæ in bis duabus congregationibus Conſtantienſi, & Baſileenſi ſtatuta ſunt, non habent aliquod authoritatis robur: niſi duntaxat illa, quæ in bulla Martini quinti, aut Nicolai quinti põtificia authoritate probata ſunt: quorum paucis mentionem fecimus ſupra: ea ſunt ſola ad fidem pertinentia, & articuli in vtroq; concilio damnati contra bæreticos.

Eugenius. 4. Papa.

EVgenius. 4. Papa. 215. ſedit annos. 16. fuit electus Romæ anno. 1431. viuẽte adhuc Sigiſmũdo Germano Cęſare. 35.

Eugeni⁹. 4. pontif. 215.

Hic durante concilio Baſileenſi conuocauit conciliũ generale Ferrarię, vt tractaretur de vnione eccleſiæ Oriẽtalis cum eccleſia Latina: vbi cœpit celebrari præſente Paleologo Imperatore, & Patriarcha Conſtantinopolitano, cum aliis eccleſiæ Orientalis pontificibus, abbatibus, monachis, & cruce ſignatis. Attamen inchoatum non potuit abſolui propter ingruentem peſtem: & tranſlatum eſt ab Eugenio Florentiam, vbi & abſolutum eſt. Celebratũ eſt concilium prędictum per viginti, & quinque feſsiones, quarum ſexde-

cim celebratę ſunt Ferrariæ: reliquæ verò Florentiæ. *In quibus omnibus diſputatum eſt inter Latinos, & Græcos. Primùm* de proceſsione Spiritus ſancti à Filio: & an ritè facta fuerit à Latinis ea additio in ſymbolo. (Filioq; ꝓcedit,) &c. Secundò, de igne purgatorio. Tertiò, de Papæ principatu. Quartò, de azymo, & fermentato pane. Quintò de panis in Euchariſtia tranſmutatione. Quæ tamen diſputationes ſolam contentionem inter Græcos, & Latinos pepererunt: vt coacti fuerint ceſſare à diſputatione, & res citra vllam controuerſiam inter eos tractare: & ſic facta eſt vnio earum eccleſiarum, & ſequens definitio prædictorum articulorum ſub hac forma.

CONCILIVM FLORENTINVM.

Hunc concilium Florentinum Græci vocant. 8. ſynodum vniuerſalem: quia illi octauam non recipiunt, in qua depoſitus fuit Photius archieps.

De proceſsione ſpūs ſancti. APprobante hac ſancta ſynodo Florentina definimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur, & ſuſcipiatur: quia Spiritus ſanctus à Patre, & Filio æternaliter eſt: & eſſentiam ſuam, ſuumq; eſſe ſubſiſtens habet ex Patre, ſimul & Filio, & ex vtroq; æternaliter tanq̃ ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit: declarãtes, quòd id quod ſancti doctores, & patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificetur Filium quoque eſſe ſecũdum Græcos quidem, cauſam: ſecundum Latinos verò, principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti, ſicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris ſunt, ipſe Pater vnigenito Filio ſuo gignendo dedit (præter eſſe Patrem) hoc ipſum quòd Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus eſt.

De particula. (Filioq; procedit.) Definimus etiam explicationem verborum illorum (Filioq;) veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licitè, ac rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitum.

In azymo & fermentato corp' Chriſti conficitur. Itẽ, in azymo, ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter cõfici: ſacerdotesq; in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquemq; ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ, ſiue Occidentalis, ſiue Orientalis conſuetudinem.

De purgatorio. Item, ſi verè pœnitẽtes in Dei charitate deceſſerint, anteq̃ dignis

dignis pœnitentiæ fructibus de commiſsis ſatisfecerint, & omiſsis, eorũ animas pœnis purgatoriis purgari. Et, vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis viuorum fideliũ ſuffragia, miſſarum, ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelib' fieri conſueuerunt ſecundum eccleſiæ inſtituta. Illorum etiã animas, qui poſt baptiſma ſusceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt: illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus (prout ſuperius dictum eſt) ſunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum, & vnum ſicuti eſt: meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere pœnis tamen diſparibus puniendas. *De peccato originis.*

Item definimus ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum: & ipſum Põtificem Romanum ſucceſſorẽ eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiusq; eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, ac doctorẽ exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorũ, & in ſacris canonibus cõtinetur. Datũ Florẽtię in ſeſsione publica ſynodali. anno. 1439. *Roman' Põtifex ſucceſſor Petri & Chriſti vicarius eſt.*

Dum hęc Florentię agerentur in vltima ſeſsione ſubita morte defunctus eſt patriarcha Conſtantinopo. & quærentibus Gręcis, & Latinis cauſam tam ſubitę mortis, eius famuli reſponderunt, ipſum poſtquam cœnaſſet, in penetrale domus ſcribendi cauſa (vt ſui moris erat) intraſſe, & dum ſcriberet tremore, ac animi languore affectum, ſtatim occubuiſſe. Literę autem ſequentia continebant.

Ioſeph miſeratione diuina Conſtantinopolis, & nouę Romę archiepiſcopus, ac œcumenicus patriarcha: quoniam ad extremum vitę meę perueni, idcirco pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meã ſentẽtiam his literis palàm facio. Namque Domini noſtri Ieſu Chriſti catholica, & Apoſtolica eccleſia Romæ veteris ſentiat, ac celebret omnia, me *Cõfeſsio archiepi Cõſtãtinopolitani.*

quoque ſentire, credereq́; profiteor, ac ipſis plurimũ acquieſco. Beatiſsimũ autẽ patrũ patrem, ac ſummũ Pontificẽ, Romęq́; veteris Papam Domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium eſſe concedere, atque animarum purgatorium eſſe non inficior. Datum Florentiæ dię octauo menſis Iunij, anno. 1439.

Dum iam abſolueretur concilium Armenorum Patriarcæ legati ad ſynodum ipſam venerunt, dicentes ſe ſuamq́; eccleſiam cum catholica coniungi, ac ipſum ſynodi decretum piè ſeruare velle. Quibus benigniſsimè ſuſceptis ſub quodam breui compendio orthodoxę fidei veritatem, quam Romana profitetur eccleſia per hoc decretum ſacro approbante concilio, ipſis etiã oratoribus ad hoc conſentientibus tradidit Eugenius Papa. Quo ab eis excepto vnà cum Græcis Florentia diſceſſerunt, & diſſolutum eſt concilium.

Decreta concilii Florentini ſuper vnione Iacobinorum, & Armenorum.

IN primis damus eis ſanctum ſymbolum à centum quinquaginta epiſcopis œcumenico Conſtantinopolitano concilio editum, cum illa additione (filioq;) ipſi ſymbolo declarandæ veritatis gratia, & vrgente neceſsitate, & rationabiliter appoſita. Cuius tenor eſt. Credo in vnum Deum &c. Hoc autem ſymbolum ſicut apud Latinos mos eſt, ita decernimus per omnes Armenorum eccleſias intra miſſarum ſolennia ſingulis ſaltem Dominicis diebus, & maioribus ſolennitatibus decantari, vel legi.

Secundò, tradimus eis definitionem quartæ, & vniuerſalis ſynodi Chalcedonenſis, in quinto poſtea & ſexto vniuerſalibus conciliis renouatam de duobus naturis in vna Chriſti perſona. Cuius tenor talis eſt.

Sufficeret quidem ſapiens hoc &c.

Tertiò, definitionem de duabus Chriſti operationibus in prædicto ſexto concilio promulgatam &c.

Cõmendatur definitio beatiſsimi Leonis Papæ.

Quartò inſtruximus eos, & declarauimus ſynodũ Chalcedonenſem, & beatiſsimum Leonem ſanctè, & rectè veritatẽ de duabus in vna perſona Chriſti naturis ſuperius deſcriptam definiſſe contra impia Neſtorij, & Eutychis dogmata. Iniungimusq́;, vt ipſum beatiſsimum Leonem (qui veræ fidei colũna fuit, & oĩ ſanctitate, & doctrina refertus) tanq̃

tanquam ſanctum,& in catalogo ſanctorum meritò deſcriptum de cætero reputent,& venerentur: atq; non ſolum dictas tres ſynodos:ſed & omnes alias vniuerſales authoritate Romani Pontificis legitimè celebratas,ſicut & cęteri fideles reuerenter ſuſcipiant.

Quintò,eccleſiaſticorum ſacramentorum veritatem ſub hac redigimus formula.

Septem ſunt ſacramenta nouæ legis.

NOuę legis ſeptem ſunt ſacramẽta.ſ.baptiſmus,cõfirmatio,euchariſtia,pœnitẽtia,extrema vnctio,ordo,& matrimonium.Quæ multũ à ſacramentis differunt antiquę legis.Illa enim non cauſabant gratiam:ſed eam ſolùm per paſſionem Chriſti dandam figurabant.Hęc verò noſtra,& continent gratiam,&ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt.

Sacramenta antiq̃ legis. gratiã dãdã per Chriſtũ figurabant.

Horum quinq; prima ad ſpiritualem vniuſcuiuſq; hominis in ſeipſo perfectionẽ:duo vltima ad totius eccleſię regimẽ,multiplicationemq; ordinata ſunt. Per baptiſmũ enim ſpiritualiter renaſcimur:per confirmationẽ augemur in gratia,& roboramur in fide:renati autẽ, & roborati, nutrimur diuina euchariſtię alimonia. Quòd ſi per peccatũ in ægritudinem incurrimus animæ,per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur.Spiritualiter etiã,& corporaliter(pro vt animæ expedit)per extremam vnctionem.Per ordinem verò eccleſia gubernatur,& multiplicatur ſpiritualiter: per matrimoniũ corporaliter augetur.

Ad quid ordiata ſint ſacramẽta nouæ legis.

Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur,videlicet,rebus tanquam materia,verbis tanquam forma,& perſona miniſtri conferentis ſacramentum, cum intentione faciendi quod facit eccleſia. Quorum ſi aliquod deſit, non perficitur, ſacramentum. Inter hæc ſacramenta tria ſunt, baptiſmus,confirmatio, & ordo, quæ characterem,id eſt,ſpirituale quoddam ſignum, à cæteris diſtinctum imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem perſona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt,& reiterationem admittunt.Primum omnium ſacramentorum locũ tenet baptiſm⁹,quod vitæ ſpiritualis ianua eſt:per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur eccleſiæ. Et cùm per primum hominẽ mors introierit in vniuerſos, niſi

Trib⁹ perficiũtur ſacramenta.

Tria tm̃ ſacramẽta charactere ĩprimũt, & ideo nõ reiterant.

Ianua vitæ ſpũalis, baptiſmus.

Ioan. 3. ex aqua,& Spiritu ſancto renaſcimur,non poſſumus(*vt inquid veritas*)in regnum cælorum introire.

Materia baptiſmi. Materia huius ſacramenti eſt aqua vera, & naturalis:nec refert frigida ſit,an calida.

Forma baptiſmi. Forma autem eſt.Ego te baptizo in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti. Non tamē negamus,quin & per illa verba:Baptizetur talis ſeru⁹ Chriſti in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti, vel Baptizatur manibus meis talis,in nīe Patris, & Filij, & Spūs ſancti verum perficiatur baptiſma:quoniā cùm principalis cauſa,ex quo baptiſmus virtutē habet,ſit ſancta Trinitas, inſtrumentalis autem ſit miniſter,qui tradit exteri⁹ ſacramentū,ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum cùm ſanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur ſacramentum.

Miniſter baptiſmi. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos,cui ex officio competit baptizare.In cauſa autem neceſsitatis,nō ſolùm ſacerdos,vel diaconus:ſed etiam laicus, & mulier,immò etiam paganus, & hereticus baptizare poteſt:dūmodo formā ſeruet eccleſiæ, & facere intendat,quod facit eccleſia.

Effectus baptiſmi. Huius ſacramenti effectus eſt remiſsio omnis culpæ originalis,& actualis:omnis quoq; pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur, propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio:ſed morientes antequam culpam aliquam committant; ſtatim ad regnum cælorum, & Dei viſionem perueniunt.

De ſacramento confirmationis. Secundum ſacramentum eſt confirmatio, cuius materia eſt chriſma confectum ex oleo,quod nitorem ſignificat conſcientiæ,& balſamo,qui odorem ſignificat bonæ famæ, per epiſcopum benedicto.Forma autem eſt,Signo te ſigno crucis,& cōfirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti.

Miniſter ſacramenti confirmationis, epiſcopus. Act. 8. Ordinarius miniſter eſt epiſcopus.Et cū ceteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hāc nō niſi epiſcopus debet conferre:quia de ſolis Apoſtolis legit. (quorum vicē tenēt epiſcopi)quòd per manus impoſitionē Spiritum ſanctum dabant.Loco autem illius manus impoſitionis datur in eccleſia confirmatio.Legitur tamē aliqñ per Apoſtolicę ſedis diſpēſationem ex rationabili, & vrgēte admodum cauſa ſimplicem ſacerdotem chriſmate per epm cōfecto hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum.

Effe-

Effectus autem huius ſacramenti eſt:quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur. Sicut datus eſt Apoſtolis in die Pētecoſtes,vt Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoq; in fronte vbi verecundiæ ſedes eſt,cōfirmandus inungitur,ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat:& pręcipuè crucem eius,quæ Iudæis eſt ſcandalum,gentibus autem ſtultitia,propter quod ſigno crucis ſignatur. *Effectus cōfirmationis.* *1.Cor.1.*

De ſacramento Euchariſtiæ.

TErtium eſt Euchariſtię ſacramentum,cuius materia panis triticeus,& vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modicisſima admiſceri debet. Aqua autem ideo admiſcetur,quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum patrum,creditur ipſum Dominum in vino aqua permiſto hoc inſtituiſſe ſacramentum. Deinde quia hoc conuenit dominicæ paſsionis repſentationi. Inquit enim beatus Alexander Papa quintus à beato Petro: In ſacramentorum oblationibus, quæ intra miſſarū ſolennia Domino offeruntur panis tantū, & vinum aqua permiſtum offerri debet:quia vtrunq;,id eſt, ſanguis,& aqua ex latere Chriſti profluxiſſe legitur. *Quare appōnatur aqua in vino.* *De cōſe.d.2. In ſacramentorum.*

Tertiò etiam conuenit ad ſignificandum huius ſacramenti effectum,qui eſt vnio populi Chriſtiani ad Chriſtum. Aqua enim populum ſignificat &c. *Apoc.17.*

Forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris,quib9 hoc conficitur ſacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens,hoc conficit ſacramentum. Nam ipſorum verborū virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur:ita tamen quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis,& totus ſub ſpecie vini,ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ,& vini conſecrati (ſeparatione facta) totus eſt Chriſtus.

Huius ſacramēti effectus,quem in anima operatur dignè ſumētis,eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur, ſequiturq́ per hoc ſacramentum in ſumentibus dignè grā augeatur:omnemq; effectum,quem materialis cibus,& potus,quo ad vitam agunt corporalem,hoc idem, quo ad vitā ſpiritualem,& hoc ſacramentum operatur. *Effectus Euchariſtiæ.*

Quartum ſacramentū eſt pœnitentia,cuius quaſi materia *De ſacramento pniæ.*

QQ iiij ſunt

ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguntur partes. Quarũ prima, eſt cordis cõtritio: ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſsio: ad quã pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. Tertia, ſatisfactio pro peccatis ſecundũ arbitrium ſacerdotis: quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium, & eleemoſynam.

Forma huius ſacramenti eſt. Ego te abſoluo. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, habens authoritatem abſoluendi, vel ordinariam, vel ex commiſsione ſuperioris. Effectus huius ſacramẽti eſt abſolutio à peccatis.

De extrema vnctione.

Quintum ſacramentum eſt extrema vnctio, cuius materia eſt oleum oliuæ per epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timeť, dari non debet: qui vngendus eſt in oculis, propter viſum: in auribus, propter auditum: in naribus, propter odoratum: in ore, propter guſtum, vel locutionẽ: in manibus, propter tactum: in pedibus, propter greſſum: in renibus, propter delectationẽ ibidem vigentem. Forma huius ſacramenti eſt hæc. Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſsimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus quicquid per viſum &c. Et ſimiliter in aliis membris. Effectus verò eſt mentis ſanatio: in quantùm autem expedit, ipſius etiam corporis. De hoc ſacramẽto habetur Iacobi. 5.

De ſacramento ordinis.

Sextum ſacramentum eſt ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur ordo, ſicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cũ pane porrectionem. Diaconatus verò per libri euangeliorum dationem, ſubdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem. Et ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſsignationem. Forma ſacerdotij talis eſt. Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in eccleſia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: & ſic de aliorum ordinum formis. Ordinarius miniſter huius ſacramenti eſt epiſcopus. Effectus, augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter.

Effect⁹ ſacramẽn ordinis.

Septimum eſt ſacramentum matrimonij, quod eſt ſignũ cõiun-

coniunctionis Chriſti,& eccleſiæ ſecundum Apoſtolum. Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus.

Tria ſunt bona matrimonij. Primùm, proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secundùm, fides, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet. Tertium, indiuiſibilitas matrimonij, propter hoc, quòd ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ. Quanuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimoniũ contrahere fas eſt, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit. *Tria ſunt bona matrimonij.*

Sextò, compendioſam illam fidei regulam per beatiſsimum Athanaſium editam ipſis præbemus, videlicet. Quicunq; vult ſaluus eſſe &c.

Septimò, decernimus vnum, atq; eundem Deum veteris, ac noui teſtamenti, hoc eſt, legis, & prophetarum, atq; Euangelij profitemur authorem. Quoniam eodem Spiritu inſpirante, vtriuſq; Teſtamenti ſancti loquuti ſunt: quorum libros ſuſcipit, & veneratur eccleſia, qui titulis ſequentibus continentur.

Quinq; Moyſi, id eſt, Gene. Exodo. Leuit. Nume. Deutero. Ioſue, Iudith. Ruth. Quatuor Regum, duobus Paralipo. Eſdra, Nehemia, Thobia Iudith, Eſther, Iob, Pſalmi Dauid, Parabolæ, Eccleſiaſt. Cantica canticorum, Sapien. Eccleſiaſticus, Iſaia, Hiere. Baruch, Ezech. Dan. Duodecim prophetæ minores, id eſt, Oſea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abachuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Duo Machabæorũ. Quatuor Euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Quatuordecim epiſtolæ Pauli. Ad Rom. duæ, ad Corint. ad Galat. ad Ephe. ad Philip. duæ, ad Theſſalo. ad Coloſ. Duæ ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri duæ, Ioannis tres, vna Iacobi, vna Iudæ. Acta Apoſtolo. & Apoca. Ioan. Propterea anathematizamus Manichæorum inſaniam, qui duo principia poſuerũt, vnum viſibilium, aliud inuiſibilium, & alium noui Teſtamenti Deum, alium veteris eſſe dixerunt.

Octauo, tradidimus, quòd in cõſecratione corporis Chriſti hac vteretur forma eccleſia Romana. Hoc eſt enim cor-

pus meũ:ſanguinis vero. Hic eſt enim calix ſanguinis *mei*, noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vo*bis*, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Panis verò triticeus, in quo ſacramentum cõficitur, an eo die, an antea decoctus ſit, nihil omnino refert, dummodo panis ſubſtantia maneat.

Roma.7.

Licitè quis, ſi impedimẽtũ nõ obſtet, ſæpe, ac ſæpius contrahere poteſt.

Sicut virginitas viduitati, ita caſta viduitas nuptiis pfertur

Decimò, quoniã aſſeritur nonnullos quartas nuptias tanquàm condẽnatas reſpuere, ne peccatũ vbi non eſt, eſſe putetur (cum ſecundũ apoſtolũ mortuo viro, mulier ſit ab eius lege ſoluta, & nubendi cui vult, in Domino habeat facultatem, nec diſtinguat mortuo primo, ſecundo, vel tertio) declaramus non ſolùm ſecũdas, ac tertias, ſed & quartas, atq; vlteriores, ſi aliquod canonicũ impedimentũ non obſtet, licitè contrahi poſſe. Comendatiores tamen dicimus, ſi vlterius à coniugio abſtinentes in caſtitate permanſerint: quia ſicut virginitatem viduitati, ita nuptiis caſtam viduitatem laude, ac merito præferendam eſſe cenſemus.

His omnibus explicatis prædicti Armenorum oratores noĩe ſuo, & ſui patriarchę, & omniũ Armenorũ hęc ſaluberrima ſynodalia decreta cum omnibus ſuis cap. declarationibus, definitionibus: necnon quicquid tenet, & docet ſancta ſedes apoſtolica, & Romana eccleſia cum omni deuotione, & obedientia ſuſcipiunt, & amplectuntur.

Explicit Concilium Florentinum.

Nicolaus.5. Papa.

Nicolaus. 5. Pontif. 216.

NIcolaus quintus, Papa.216. Hic cum ſe indignum tanto magiſtratu arbitraretur, ſupplex rogauit Cardinales, vt maturius eccleſiæ conſulerent: & tandem inuitus aſſumpſit ſacerdotium. Quo per octo annos adminiſtrato, moritur, Frederico.3. Germano Cęſare.37.

His temporibus anno.1453. die Maij vigeſimonono poſt diutinam obſidionem, grauiſsima tandem oppugnatione, potitus eſt Mahometes Turcarum Imperator vrbe Conſtantinopoli: in eaq; tantam crudelitatem exercuit, vt nulla id queat oratione explicari.

Calixtus.3. Papa.

Calixtus.3. Pontif. 217.

CAlixtus tertius, Papa.217. Hic beatum Vincentium ordinis prædicatorum in ſanctos retulit. Sedit annos tres ſub eodem Cæſare.

Viſum eſt neceſſarium hoc loco ſummã duarum extrauagantium Martini quinti, & Calixti tertii ſubiicere, & explicare cõditiones, quibus olim prædicti Pontifices permiſerunt eiuſmodi contractus, quibus emuntur annui cenſus cum pacto retrouendendi &c. Quoniam videmus nunc intollerabiles abuſus exerceri hoc colore, & paßim celebrari prædictos cõtractus vix vna, aut altera conditione ſeruata: & hoc falſo titulo emptionis multi prætexunt ſuas vſuras. Decretum Martini quinti idẽ eſt, & Calixti tertii. Author.

MArtinus epiſcopus &c. & Calixtus epiſcopus &c. Petitio dilectorũ filiorũ nobis exhibita cõtinebat, quòd à tãto tẽpore, cuius cõtrarij memoria hominũ nõ exiſtit, quædam cõſuetudo rationabilis obſeruata, pſcripta, ac moribus vtentiũ approbata ad cõmunẽ vtilitatẽ hominũ introducta fuiſſet, pro quibus Princeps, miles, ſiue oppidanus partium earundẽ cum hoc expedire videbatur, perſonę eccleſiaſticę, aut ſeculari, collegio, aut vniuerſitati ſuper bonis ſuis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus, & hæreditatibus vẽdere cõſueuit, & vendidit annuos cenſus vnius, vel pluriũ marcarum: & pro qualibet marca annui cenſus decẽ, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ, aut plus, vel minus ſecundum tẽporis qualitatẽ (prout ipſi cõtrahentes tũc inter ſe conuenerant) ipſi venditori tũc integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerãt bonis in ipſo cõtractu tunc expreſsis, pro ipſius cenſus annui ſolutione in perpetuũ obligatis. Et ſemper in ipſis contractibus expreſſe ipſis venditoribus data fuit facultas, atq; gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſis emptoribus receperunt, quandocunq; vellent liberè abſque alicuius requiſitione, contradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere, & redimere, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare. Sed ad hoc huiuſmodi cenſus venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, aſtringi valerent, etiam ipſis poſſeſsionibus, & bonis obligatis penitus interẽptis, ſeu deſtructis. Sed iidẽ emẽtes etiã ſi bona, domus, terræ, agri, poſſeſsiones, & hæreditates huiuſmodi proceſſu tẽporis ab omnimodę deſtructionis, ſiue deſolationis reducerentur opprobriũ, pecuniã ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen an huiuſmodi contractus emptionis, & venditionis liciti exiſtant, hæſitatur.

tur. Quare pro parte eorundem nobis fuit humiliter ſuppli catum, an contractus huiuſmodi liciti, vel illiciti cenſeri debeant, declarare de benignitate apoſtolica dignaremur.

Nos igitur comperimus contractus huiuſmodi iuridicos, & iuxta determinationē doctorum licitos fore, & iuri communi conformes: ideo ipſorum cenſuum venditores ad illorum ſolutionem obligari authoritate apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia declaramus, non obſtantibus &c.

Conditiones, quibus annui cenſus licitè emi poſſunt, & vendi.

PRima conditio, Oportet, quòd vendens deſignet, & exprimat rem aliquam, cuius redditus vnus vēdat, & alius emat, puta domum, aut agros &c. & ea ſola debent manere obligata ad ſolutionem prædicti cenſus, & non alia vendentis bona: quia ſi vniuerſa alia bona cum perſona vendente obligantur (vt fit apud nos) iam deſtruitur emptio, & venditio, & eſt oppignoratio, & fit contractus vſurarius.

Secunda conditio, quòd iuſto, & competenti precio ematur annuus cenſus: & quo tempore celebratur contractus integraliter numeretur pecunia.

Tertia, quòd in eodem contractu expreſſe venditori detur facultas, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab emptore recepit, quandocunq; velit, liberè (abſque alicuius requiſitione, aut cōtradictione) poſsit extinguere, vel redimere, & ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare.

Quarta, quòd ad redimendum annuum cēſum venditor inuitus nullo modo obligari poſsit: ſed liberum fuerit illi, vel ſoluere cenſum, vel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia.

Quinta, quòd ſi contingat aliquando bona ipſa (domus, agros, aut poſſeſsiones alias) quæ obligata ſunt ad ſolutionem cenſus, proceſſu temporis omnino deſtrui, & penitus interire ementes pecuniam ipſam, quam dederunt pro prædictis cenſibus repetere amplius nequaquā valebunt: quoniam emētis periculo debet perire res empta: alioquin non fuit vera emptio, & venditio, ſed contractus vſurarius.

Sexta, non debet obligari ad cēſum rès aliqua, niſi ſit vendibilis res, & fructuoſa: & annuus cenſus, ad cuius ſolutio-

nem ta

nem talis res eſt obligata, non debet excedere valorem fructuum, quos ex re ipſa percipere ſolet, aut poteſt dominus rei. Si enim plus eſt in annuo cenſu, quàm in fructibus rei venditæ, iam deſtruitur emptio, & palliatur vſura: & emens accipit rem ipſam in pignus ſuæ pecuniæ.

Seruatis prædictis conditionibus vtcunq; tolerandos iudico tales cōtractus: aliqua earum omiſſa nulla ratione puto tolerandos.

Pius.2.Papa.

PIus.2. Papa.218. Catherinam Senenſem inter ſanctas retulit. Sedit annos ſex, Friderico Cæſare. *Pius.2. Pontif. 218.*

Paulus.2.Papa.

PAulus.2.Papa.219.ſub eodem Cæſare. Sacerdotio illaudabiliter pcurato.6.ann.mēſe.10.ſuę aſſumptionis, ſolus in cubiculo nemine vidēte, ſecunda hora noctis apoplexia moritur. Suo tempore omnia officia Romæ venalia erant, & ferè ſemper beneficia, & epiſcopatus his committebat, qui officium aliquod venale haberet, vnde elici munus poſſet. *Paulus.2. Pontif. 219.*

Decreta Sixti papæ.

SIxtus 4.Papa.220.Friderico Cæſare. Hic Bonauenturam theologum albo ſanctorum inſcribi iuſſit. Moritur aſſumptionis ſuæ anno.13. *Sixtus.4. Pontif. 220.*

Sub hoc Pontifice, & eius ſpeciali cōmiſsione, anno Domini. 1479. facta eſt congregatio per Reuerēn. in Chriſto patrem Alfonſum Carillum archiepiſcopum Toletanum Compluti multorum doctorum theologię, & vtriuſq; iuris ſuper libello confeſsionis edito per Petrum Oxomenſem ſacræ theologiæ profeſsorem, in vniuerſitate Salmantina Hiſpaniæ. Accepit autē prædictus archiepiſcopus Toletanus authoritatē declarandi, ac definiendi omnes propoſitiones, & concluſiones falſas, erroneas, hæreticas, aut malè ſonantes, quæ in præfato libello continerentur.

Concluſiones autem productæ ex libello dicti magiſtri Oxomen. diſcuſſæ, & diſputatæ, tandemq; damnatæ ſunt, quæ ſequuntur.

PRima Concluſio, Peccata mortalia quantum ad culpam, & pœnam alterius ſeculi delentur per ſolam cordis contritionem ſinè ordine ad claues.

Secunda concluſio, quòd confeſsio de peccatis in ſpecie fuerit ex aliquo ſtatuto vniuerſalis eccleſiæ, nō de iure diuino.

Tertia concluſio, quòd prauę cogitationes confiteri non

debent,

debent, ſed ſola diſplicentia delentur ſine ordine ad claues.

Quarta cõcluſio, quòd confeſsio non debet eſſe ſecreta.

Quinta, quòd non ſunt abſoluendi pœnitentes niſi peracta prius pœnitentia eis iniuncta.

Sexta, quòd Papa non poteſt indulgere alicui viuo pœnam purgatorij.

Septima, quòd eccleſia vrbis Romæ errare pôt.

Octaua, ꝙ Papa nõ pôt diſpenſare in ſtatutis vniuerſalis eccleſię.

Nona concluſio, quòd ſacramentum pœnitentiæ quantum ad collationem gratiæ ſacramentũ naturæ eſt, non alicuius inſtitutionis veteris, vel noui teſtamenti.

Quibus cõcluſionibus ſic propoſitis, ac per plures dies ſigillatim diſputatis, recepto tandẽ ab eiſdẽ doctoribus ſolenni iuramẽto tactis ſacroſanctis Euangeliis, & ſententia excõmunicationis in eos, & in eorũ quęlibet primitus prolata, ꝙ in prędictis quęſtionibus dicerẽt veritatẽ ſcd'm ſuã ſententiam, & conſcientiã, votiſq; eorũ coram notario, & teſtibus ſigillatim in ſcriptũ redactis. 24. Maij pręfatus Reuerẽ. dñs ſedens ꝓ tribunali, ſententiã protulit, qua cõcluſiones prędictas tanquã hæreticas, erroneas, ac ſcãdaloſas, & male ſonãtes apoſtolica, & primitiali authoritate dãnauit, ac damnandas decreuit: librumq; illum comburendum iudicauit: quem illico promotor fiſcalis curiæ tradidit ſeculari.

Abiuratio dicti magiſtri Petri Oxomen. in forma canonum.

QVoniam ego magiſter Petrus Oxomenſis cõpoſueram librũ confeſsionis continentẽ nonnullas propoſitiones, quas tunc credebã veras, & determinationi ſanctę matris eccleſię, & cõmuni opinioni doctorũ conſonas: ſed quia primũ ex libro illo orta ſunt maxima ſcãdala in cordibus fideliũ, maximè in partibꝰ horũ regnorũ, adeo ꝙ Reuerẽdiſsimus in domino pater, ac dominus archiepiſcopus Toletanus authoritate apoſtolica, accerſitis quàmplurimis magiſtris, & ſacrę theologię doctoribus, & aliis viris eruditiſsimis, maturo conſilio, ac deliberatione pronunciauit, & declarauit dictum librum continere nonnullas propoſitiones falſas, hæreticas, ſcandaloſas, malè ſonantes, & erroneas, & ideo comburendum, prout in ſententia latius continetur. Quapropter ego præfatus magiſter deſiderãs ſalutẽ animæ

meæ,

meæ, ac proprium recognoſcens errorem, & culpam, dico, & confiteor me grauiter erraſſe in compoſitione dicti libelli, vtpote continentis propoſitiones falſas, erroneas, ſcandaloſas, hæreticas, & malè ſonantes. Quas, vt tales, confiteor, & declaro, ſummittoq; me determinationi ſanctæ matris ecclesiæ, & determinationi, & ſententiæ præfatæ, & prolatæ per dictum Reuerendiſsimum dominum: cui ego ex nunc, & ſpecialiter, & expreſſè aſſentior. Et cognoſcens veram fidem, anathematizo omnem hæreſim, maximè eam, de qua hactenus ſum infamatus: & conſentio ſanctæ matri eccleſię Romanæ, & ſedi apoſtolicę: & ore, ac corde confiteor ſacramēta eccleſiæ, & illam fidem tenere, quam dominus Sixtus Papa modernus authoritate apoſtolica, & Euāgelica tenet: & per hęc ſancta Dei Euangelia omnes, qui contra hanc fidem venerint, cum ſuis doctrinis dignos æterna damnatione pronuncio.

Celebrata eſt ea congregatio per quinquagintaduos viros doctos magiſtros in theologia, vel iure canonico, præſidente præfato Reuerendiſsimo archiepiſcopo Tolet. Acceſſit ad hęc ſpecialis confirmatio eorum, quę acta ſunt in prędicta congregatione per Sixtum Papam quartum. Exemplar autem Bullę, qua confirmantur prędicta, habetur in bibliotheca eccleſię Toletanæ: & extat alterum exemplar in monaſterio ſancti Vincentij inſtituti beati Dominici in vrbe Placentina. Quam confirmationem ego legi & vidi in legitimo exemplari: quam & hic appoſui: ne huius rei vnquā pereat memoria. *Confirmatio præcedentis ſententiæ.*

CONFIRMATIO SIXTI QVARTI PAPAE, De hiis, quæ Toleto acta ſunt in confutatione errorum Petri Oxomenſis, & aliorum.

Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei Ad perpetuam rei memoriā. Licet ea, quę de noſtro mādato ritè fiunt, plenam obtineant roboris firmitatem: tamen illis interdū noſtri muniminis robur adiicimus, vt eo firmius

illiba

illibata perſiſtant, quo magis fuerint noſtro prẹſidio communita. Dudum ſiquidem ad audientiã noſtram deducto, quòd à modico tunc decurſo tempore citrà in Hiſpaniarum regnis, & prẹſertim in vniuerſitate ſtudij Salmãticeñ. fuerant, & adhuc erant nonnulli iniquitatis filij, qui quaſdam falſas, ſanctẹ catholicẹ fidei contrarias, erroneas, & ſcandaloſas & malè ſonantes propoſitiones, prẹſertim circa peccatorum confeſsionem, & eccleſiaſtica ſacramenta in ſtudio huiuſmodi, & in frequentiſsimo hominum cœtu veras eſſe publico affirmare, & pertinaciſsimè ſuſtentare, ac defendere: apertiſsimas ſacræ ſcripturæ authoritates eorum erroribus repugnantes, earum rectum, clarum, ac perfectum ſenſum falſis illorum interpretationibus imprudenter violando refellere. Huiuſmodi quoq; eorum falſa dogmata manifeſtè hẹreticẹ prauitatis labem continentia in aliorũ mentem inſerere, & ſimplicium animas illaqueare: & vt illa in plurium notitiã peruenirẽt, & vt in perpetuũ de illis memoria haberẽt libros componere, & in publicum, vt illos legendi omnibus eſſet facultas, tradere prẹſumpſerant, eatenus & prẹſumebant. Nos tunc venerabili fratri noſtro Alphonſo archiepiſcopo Toletano p alias noſtras literas cõmiſimus, vt aſſumptis ſecum aliquibus in theologia magiſtris, & aliis viris literatis (vocatis his, qui propoſitiones ipſas veras affirmare niſi erãt, & nitebãt in dies: & auditis, q̃ ipſi pro ipſarum veritate, & alij epiſcopi fideles ad dilucidandã earum falſitatem deducere vellent) an q̃ in ꝓpoſitionibꝰ huiuſmodi continebantur, falſa, & fidei prætatæ contraria, & erronea, maleq; ſonantia exiſterent, authoritate noſtra declararet, & decideret: & declaratione huiuſmodi facta illos, quos impremiſsis culpabiles eſſe reperiret, ſi iuxta ſanctorum Patrum inſtituta, & canonicas ſanctiones ſe emẽdare, & depoſitis de cordibus eorũ totaliter erroribus prædictis ad eccleſiẹ vnitatem hẹretica labe, & huiuſmodi abiurata redire, iuxta declarationẽ ſuam tales propoſitiones eſſe ſcandaloſas, falſas, & hæreticas, & malè ſonantes fateri: & deſuper confectum librum huiuſmodi retractare, & cum effectu refutare recuſarent, & in illis, eorumq; erroribus pertinaciter inſiſtere vellent, hæreticos, ac cenſuris, & pœnis in tales

à iure

iure ꝓmulgatis irretitos eſſe decerneret: plena ſibi deſup authoritate conceſſa, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Poſtmodum verò ſicut accepimus, præfatus archiepiſcopus ad executionem dictarum literarum, earum forma ſeruata ritè procedens, dilectos filios Petrum de Prexanoo, & Petrum de Ocaña, ac Petrum de Caloca, necnon Didacum de Betonno, Martinum quoq; Alfonſum Delatorre, magiſtros, & Petrum Didaci de Conſtana, ac Ioannem de Quintanapalla, licentiatos in theologia: necnon Tellium de Buēdia Toletanum, & Vaſcum de ribera, de Talauera, in eadem eccleſia archidiaconos, Thomam de Cuenca, & Ioannem de Medina decretorū doctores: ac Garſiam Fernandi de Alcala, in eiſdem decretis licentiatum, & alios quamplures magiſtros in Theologia: ac doctores, & licentiatos in eiſdem decretis: alios quoq; quamplurimos doctos, & literatos viros ex diuerſis regnorum prædictorum locis: pariter & dilectum filium Petrum de Oſma propoſitionum prædictarum authorem, eiusq́; ſequaces, coram ſe ad ſuum oppidum de Alcala Toletanenſis diœceſis euocari fecit: ac dicto Petro de Oſma, & ſequacibus minimè comparētibus, debito tempore expectatis: matura ſuper omnibus propoſitionibus prędictis deliberatione pręhabita, de vnanimi conſilio, & aſſenſu magiſtrorum, & prædictorū doctorum declarauit illas ꝓpoſitiones, per quas Petrus de Oſma, & eius ſequaces prædicti pertinaciter affirmare non verebantur, confeſsionem peccatorum in ſpecie, ex vniuerſalis eccleſiæ ſtatuto, non diuino iure compertam fore: & peccata mortalia, quo ad culpam, & pœnam alterius ſeculi, abſq; cōfeſsione, ſola cordis contritione: prauas verò cogitationes ſola diſplicentia deleri: & quòd cōfeſsio ſecreta ſit, neceſſariò non exigi: & non peracta pœnitentia confitētes abſolui non debere: & Romanum Pontificem purgatorij pœnam remittere, & ſuper his, quæ vniuerſalis eccleſia ſtatuit, diſpenſare non poſſe: ſacramentum quoque pœnitentiæ quantùm ad collationem gratiæ, naturæ, non autem inſtitutionis noui, aut veteris Teſtamēti exiſtere: & alias, quas propter earum enormitatem, vt illi, qui de eis notitiam habent, obliuiſcantur earum: & qui de eis notitiam non habent, ex præſenti-

RR bus

bus non inſtruantur in eis, ſilentio prætermittendas *duci-*
mus: falſas, ſanctæ fidei catholicæ contrarias, erroneas, &
ſcandaloſas, ac à fidei veritate alienas, ac ſanctorum Pa-
trum decretis, & apoſtolicis conſtitutionibus contrarias
fore, manifeſtam hæreſim continere, dictarum literarum,
& per illas ſibi conceſſæ facultatis vigore declarauit: & pro
talibus haberi, & reputari debere decreuit: prout in quibuſ
dam authenticis ſcripturis deſuper confectis plenius conti-
netur. Et demum (præmiſsis ſic, vt præfertur geſtis, & pro-
poſitis in conſiſtorio coram nobis) nos dilectis filiis noſtris
Stephano tituli ſanctę Mariæ in Tranſtiberim: & Ioanni ti-
tuli ſanctę Praxedis, presbyteris Cardinalibus: vt de pręmiſ
ſis geſtis per ipſum archiepiſcopum, diligenter ſe informa-
rent: & quæ inuenirent nobis, & aliis fratribus noſtris ſan-
ctæ Romanę eccleſię Cardinalibus referrent: qui tam zelo
fidei, quàm, vt noſtris parerent mandatis, onus huiuſmodi
prompta voluntate ſuſcipientes, cuncta dilig $\bar{e}$ ter rimarunt:
& quę inuenerunt, nobis, & aliis fratribus noſtris memo-
ratis fideliter retulerunt: propoſitiones pręfatas erroneas
fore pluribus authoritatib⁹, & rationibus, pręter illas, quas
in archiepiſcopi proceſsibus inuener $\bar{u}$ t, etiam demonſtran
tes zelo fidei memoratę. Nos igitur, ad quem ſpectat erro-
res huiuſmodi extirpare (habita eorundem ſanctę Mariæ
in Tranſtiberim, & ſanctę Praxedis Cardinalium relation $\bar{e}$
prædicta) ipſius archiepiſcopi ſolertiam, & diligentiam in
pręmiſsis plurimum in Domino commendantes, ex certa
noſtra ſcientia archiepiſcopi declarationem, & decretum
huiuſmodi, & prout illa concernunt, omnia, & ſingula in
ſcripturis pręductis archiepiſcopi ſuper pręmiſsis confectis
contenta, authoritate apoſtolica, tenore pręſentium, de eo-
rundem referentium, & aliorum fratrum noſtror $\bar{u}$ vnà cum
concilio, & aſſenſu, laudamus, confirmamus, & approba-
mus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus: *ſupplen*
tes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan *interuenerunt*
in eiſdem. Et nihilominus pro potioris cautelę ſuffragio om-
nes, & ſingulas propoſitiones pręd ictas, falſas, ſanctę catho
licę fidei contrarias, erroneas, & ſcandaloſas, & ab Euange-
lica veritate penitus alienas, ſanctorum quoq; Patrum de-
cretis,

cretis, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore, ac manifeſtam hæreſim continere, dicta authoritate declaramus. Præfato quoq; archiepiſcopo ſcientia, & authoritate prædictis committimus, & mandamus, vt contra dicti Petri de Oſma ſequaces prædictos, ſi huiuſmodi hæreſim, in quam prolapſi ſunt, abiurare, & eundem Petrum prout errantem ſequuti ſunt, errores ſuos abiurantem, & ſe emendantem ſequi recuſauerint, aut malitiosè diſtulerint, iuxta prædictarum aliarum noſtrarum literarum continentiam, tanquam hæreticos procedere non omittat. Et vt geſta per eum probè, & laudabiliter zelo fidei de mandato noſtro, & per nos meritò approbata, ad omnium incolarum illarum partium notitiam facilius perueniant: qua habita poſsint ſeipſos, ne in prædictos prolabantur errores, liberius cuſtodire, præſentes noſtras literas cum proceſſu per eum habito, ac dicti Petri abiurationē, ſingulis illarum partium epiſcopis ſignificare non omittat: qui poſt ſignificationē eandem, clero, & populo ſuarum ciuitatum, & diœceſum ea publicari procurent: & generaliter omnia faciat, quæ pro huiuſmodi hæreſis extirpatione neceſſaria fuerint, ſeu ei quomodolibet opportuna videbuntur, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, laudationis, approbationis, & communionis, ſupplectionis, declarationis, commiſsionis, & mādati infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Domini Milleſsimo Quadringenteſimo Octuageſsimo, Quarto Idus Auguſti, Pontificatus noſtri, Anno octauo.

Innocentius.8.Papa.

Innocẽtius. 8.Pont. 221. INnocentius octauus,Papa.221. Friderico Cæſare. Sedit annos ſeptem. *Alexander.6.Papa.*

Alexãder.6. Pont.222. ALexander ſextus, Papa. 222. patria Hiſpanus ex gente Borgia originem duxit. Sedit annos. 11. Electus imperante eodem Friderico. *Pius.3.papa.*

Pius.3. Pont.223. PIus tertius,Papa.223. Sedit dies. 30. Maximiliano Cæſare. 38 *Iulius.2.papa.*

Iulius. 2. Pont.224. IVlius ſecundus, Papa. 224. moritur bellica gloria clarus põtificatus ſui anno decimo, dum celebratur Concilium Lateranenſe, Maximiliano Cæſare. *Leo.10.papa.*

Leo.10. Pont. 225. LEo decimus, Papa.225. Cæſare Maximiliano. Moritur pontificatus ſui anno.9. Sub hoc Pontifice celebratum eſt Concilium Lateranenſe.

CONCILIVM LATERANENSE ſub Iulio.2.& Leone.10.

Iulius ſecundus nuper electus iurauit ſe celebraturũ Concilium generale pro reformatione eccleſiæ, & pace inter Principes Chriſtianos componenda. Requiſitus autẽ poſt, vt prędictũ iuramentum ſeruaret, & iuxta conſtitutionem Concilij Conſtantieñ.expleto decennio à proximo Concilio celebrato,nouũ celebraret,ille tamẽ differebat.Tandẽ inſtantibus aliquibus prælatis eccleſię,& vrgentibus celebrationem Concilij,& Pontifice,vel non valẽte,vel non volẽte, Bernardinus de Carauaial Hiſpanus, & Frideric⁹ de ſancto Seuerino eccleſiæ Romanæ Cardinales, cum quibuſdã aliis Cardinalibus venerunt Piſas, deinde Mediolanum, & contra voluntatem, & authoritatem Romani Pontificis vocauerũt epiſcopos,& Chriſtianos Principes ad generale Concilium in prædictis locis indictum. Contra hoc conciliabulum indixit Iulius Pontifex generale Concilium Romæ apud Lateranum celebrandum.

Seſſio prima.10.die menſis Maii,anni.1512.

POntifex exhortatur ſynodũ ad eccleſię reformationem, & ſchiſmatis extinctionẽ,pacem inter Chriſtianos Principes componẽdam,& expeditionem contra infideles conficiendã.Mox annotãtur per Pontificẽ cauſæ non celebrati Cõcilij cùm toties ante fuiſſet promiſſum,nec tamẽ vſq; ad illum

illum diem fuerat inchoatum. Pręcipua autẽ fuit conflictus apud Rauẽnam ciuitatẽ Romandiolæ, habitus inter exercitum ipſius Iulij Pontificis, & Regis Hiſpaniæ Ferdinandi cognomento Catholici, & exercitum Ludouici Regis Francorum, & aliorum adhærentium conciliabulo Piſano. In quo conflictu fuerunt interfecta multa millia hominum. Et abſoluta eſt actio prima.

Seßio ſecunda. 17. menſis Maii eiuſdem anni.

LEgitur Bulla, in qua Piſanum conciliabulum damnatur: & omnia in eo geſta annullantur, & irritantur: Lateranenſe quoq; Conciliũ legitimè, & Spiritu ſancto eſſe cõgregatum definitur. Excipiuntur ſuffragia omniũ pręſentium.

Seßio tertia. 3. Decembris eiuſdem anni.

TAntùm legitur Bulla, in qua iterũ reprobãtur omnia, & ſingula per Cardinales ſchiſmaticos acta, tam in Trãſalpinis, quàm Ciſalpinis locis. Reuocantur quoq; cõceſſa priuilegia, ſiue gratiæ per ſedem apoſtolicam in eiſdem locis.

Seßio quarta. 10. Decembris eiuſdem anni pontificatus Iulii Papæ anno. 10. Præſidente eodem.

LEgitur Bulla, in qua pragmatica ſanctio, & geſta per conciliabulum Piſanum ſuper eadem annullantur.

Seßio. quinta.

PRæſidente epiſcopo Hoſtienſe Cardinali propter ægritudinem Iulij Pontificis. 16. Februarij anni. 1513.

Legitur Bulla innouationis, & confirmationis contra ſimoniacã prauitatẽ in electione Pontificis non cõmittenda. In qua ſacro approbante Cõcilio ſtatuitur, quòd electio Romani Põtificis per ſimoniã facta eo ipſo nulla exiſtat: & ſic electo nulla in ſpiritualibus, vel tẽporalibus tribuatur facultas. Et Cardinales, qui ſimoniacè aliquẽ elegerint, à ſuis ordinibus, dignitatibus, & beneficiis ſint abſq; alia declaratione priuati. Mediatores etiã tam clerici, quàm laici cuiuſcunq; dignitatis ſint, priuantur omnibus beneficiis, honoribus, & bonis eo ipſo: & ad ſimilia fiunt inhabiles &c.

Prædicta conſtitutio placuit vniuerſis epiſcopis, & patribus, exceptis quinque epiſcopis.

Quatriduo poſt hanc ſeſsionem vigeſimaquinta Februarij anni. 1513. Iulius ſecũdus papa obiit Romæ apud ſanctum

Petrum in palatio Pontificum.

Feria ſexta. 11. Marci eiuſdem anni eligitur canonicè epiſcopus Romanus, & Papa vniuerſalis eccleſiæ Cardinalis de Medicis: nuncupaturq; Leo decimus.

Seßio.6.27.Aprilis prædicti anni.

Fit electio vigintiquatuor prælatorũ, qui adſint cum Cardinalibus in his, quę pertractãda ſunt corã Pontifice. Et diſtributi ſunt per claſſes, vna claſsis erat ad cõferenda pertinentia ad componendam pacem inter Principes, & extinguendum ſchiſma. Alia ad tractandum, quæ pertinent ad generalem reformationem curiæ. Tertia verò ad ea, quæ pertinerent ad fidem, & pragmaticam ſanctionem.

Septima ſeßio, feria.6.17.Iunii. 1513. præſidente Leone.10.

Leguntur literę ſubſcriptę per Bernardinum Carauaial, & Fridericum de ſancto Seuerino olim Cardinales, ſuper materia abiurationis ſchiſmatis, & vnionis eccleſię, & confeſsionis erroris ipſorum, & venię petitionis propter ſuſcitatum ab illis ſchiſma &c. Qui poſt paucos dies in palatio apoſtolico priſtinę dignitati ſunt reſtituti in conſiſtorio ſecreto poſt ſolennem abiurationem ſchiſmatis venientes ad palatium, tanquã priuati clerici, & ante pedes Papę abiurato ſchiſmate alta, & intelligibili voce.

Seßio.8. 19.Decembris: anni.1513: præſidente Leone.10.

Legitur cedula ſuper fide animę humanę ſub hac forma. Cum diebus noſtris nonnulli auſi ſint dicere de natura animę rationalis, quòd mortalis ſit: aut vnica in cunctis hominibus: & aliqui temerè philoſophantes (ſecundũ ſaltem philoſophiam) verum eſſe aſſeuerant, ſacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes. Cùm illa non ſolũ verè, & per ſe, & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in canone Clementis Papę quinti in generali Viennenſi Concilio edito continetur: verũ, & immortalis, & pro corporum quibus infunditur multitudine ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit. Quod manifeſtè conſtat ex Euangelio, dùm Dominus ait: Animam autem occidere non poſſunt. Et alibi: Qui odit animam

Quòd anima hominis vnica ſit, ipſaq; immortalis definitur.

ſuam

ſuam in hoc mundo &c. Et etiam cum æterna pœna,& ęter na ſupplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit. Aliâs incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſent: nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti, & iuſti miſerabiliores eſſent (iuxta Paulum) omnibus hominibus.

Cumq; verum vero minimè contradicat, omnem aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falſam eſſe definimus: & vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictius inhibemus. Omneſq; huiuſmodi erroneis aſſertionibus inhærentes, tanquam hæreticos vitandos, & puniendos fore decernimus. *Fides nō contrariatᷣ vero.*

Inſuper omnibus,& ſingulis philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorū generaliū, & alibi publicè legētibus diſtrictè pręcipim⁹, vt cū philoſophorū principia, aut cōcluſiōes, in quib⁹ à recta fide deuiare noſcūtur, auditorib⁹ ſuis legerint, ſeu explicauerīt (quale hoc de immortalitate animę, aut vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiuſmodi) teneantur eiſdem veritatē religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtā facere,& perſuadēdo (pro poſſe) docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta (cum omnia ſolubilia exiſtant) pro viribus excludere, atq; reſoluere. *Præcipitᷣ præceptorib⁹ philoſophiæ, vt diſcipulis ſuis oſtendant & declarent veritatem religiōis Chriſtianæ.*

Statuimus inſuper, ne quis de cętero in ſacris ordinibus cōſtitutus, in ſtudiis generalibus, vel aliâs publicè audiēdo, philoſophię, aut poeſis ſtudiis vltra quinquēniū, poſt Grāmaticam,& Dialecticam, ſinè aliquo ſtudio theologiæ, aut iuris Pontificij, incumbat. Verum exacto dicto quinquennio, ſi illis ſtudiis inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamen ſimul, aut ſeorſum theologiæ, aut ſacris canonibus operam nauauerit, vt in his ſanctis, & vtilibus profeſsionibus ſacerdotes Domini inueniant, vnde infectas philoſophiæ, & poeſis radices purgare,& ſanare valeant. *Prohibetur cōſtitutus in ſacris ordinibus incumbere Poeſis ſtudiis.*

Hos canones per ordinarios locorum, & rectores vniuerſitatibus, ſingulis annis in principio ſtudij in virtute ſanctæ obedientiæ publicari mandamus.

Seßio. 9. 5. Maii. 1514. præſidente Leone Papa.

Legitur in hac ſeſsione publicè Bulla reformationis curiæ Romanæ, in qua ſequentes canones ſubiiciuntur.

Canon primus.

De electi. Cũ in cunctis.

DEcernimus, vt ſeruetur, quod Innocen. Papa. 3. in Lateranenſi Conci. decreuit de ætate, & grauitate morum, & literarum ſcientia in perſonis promouẽdis in epiſcopos, & abbates diligenter inquirenda.

Ca. 2. *Ne epiſcopus, aut abbas amoueatur non præmiſſa defenſionis copia.*

STatuimus, vt nullus epiſcopus, aut abbas, quouis inſtante, aut requirente (niſi ſibi copia, & facultas legitimę defenſionis permittatur) etiam ſi crimina fuerint notoria, diligenterq; partibus auditis cauſa plenariè probata fuerit, priuari valeat. néue aliquis prælatus inuitus, niſi aliis iuſtis, efficacibusq; rationibus, & cauſis, trãsferatur, iuxta formam, ac decretum Conſtantieñ. Concilij.

Ca. 3. *Ne monaſteria alicui commendentur.*

ET quoniã ex commẽdis monaſteriorũ, monaſteria ipſa tam in ſpiritualibus, quàm in tẽporalibus grauiter lædũtur, qppe quorũ ędificia partim cõmẽdatariorũ negligẽtia, partim auaritia, vel incuria collabũtur, & in dies diuinus cultus in eis magis diminuitur: volumus, & ſancimus, vt cũ illa per obitum abbatũ, qui illis prçerãt, vacauerint, nullo modo cuiquã poſsint cõmendari: ſed de perſona idonea, iuxta prçſcriptam conſtitutionem, eis ita prouideatur, vt illis idonei abbates (prout decet) præfuturi ſint. Ca. 4.

VNiones perpetuç (præterquam in caſibus a iure permiſſis, vel ſinè rationabili cauſa) nequaquam fiant.

Ca. 5. *Ne plura incompatibilia quis habeat.*

DIſpenſationes autem ad plura incompatibilia vltra duo niſi qualificatis iuxta formam iuris cõmunis non concedantur, niſi ex magna, & vrgente cauſa.

Ca. 6. *Vt Cardinales aſsiſtant Romano Pontifici.*

CVm Cardinaliũ officiũ in primis verſetur in frequenti Romani Pontificis aſsiſtentia, & ſedis apoſtolicę negotiis: ſtatuimus, vt oẽs Cardinales in Romana curia reſideãt, & qui ſunt abſentes, ſi in Italia intra ſex menſes, ſi extra Italiam infra annum à die publicationis præſentis conſtitutionis reuertantur. Alioquin fructus beneficiorũ, & omnium officiorum emolumenta amittant.

Ca. 7. *De officio præceptorum puerorum.*

STatuimus, vt magiſtri ſcholarum, & præceptores pueros

ros ſuos,ſiue adoleſcentes,nedum in grammatica,& rhetorica,ac cæteris huiuſmodi inſtruere debẽt,verum etiam doce re teneantur ea,quæ ad religionem pertinent:vt ſunt, Pręcepta diuina,Artículi fidei,Sacri hymni,& Pſalmi,ac Sanctorum vitę.Diebusq́; feſtiuis nihil aliud eos docere poſsint, q̃ in rebus ad religionem,& bonos mores pertinẽtibus. Eosq; in illis inſtruere,hortari,& cogere,inquãtum poſsint,teneãtur. Nedũ ad miſſas:ſed etiam ad veſperas, diuinaq; officia audienda ad eccleſias accedant. Similiter ad ſermones audiẽdos impellant.Nihilq́; contra bonos mores,aut quod ad impietatem inducat,eis legere permittant.

Cap.8.De innouatione conſtitutionum contra ſimoniacos.

VT nephariæ ſimoniæ labes,ac peſtis nõ ſolùm à Romana curia,ſed ex omñi etiam Chriſtiana ditione imperpetuum deiiciatur,cõſtitutiones per anteceſſores noſtros, etiã in ſacris conciliis editas,contra huiuſmodi ſimoniacos,innouamus:easq́; inuiolabiliter obſeruari præcipimus.

Cap.9.Vt priuetur beneficio,qui canonicas non recitauerit horas.

STatuimus,& ordinamus,vt quilibet habens beneficium cum cura,vel ſinè cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante,beneficiorum ſuorum fructus non faciãt, pro rata omiſsionis officij,& temporis:ſed eos tanquã iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur.Si verò vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permãſerit,legitima monitione pręcedente,beneficio ipſo priuetur,cùm propter officium detur beneficium.Intelligatur autem officium omittere,quo ad hoc,vt beneficio priuari poſsit,qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit.

Qui officiũ nõ dixerit, beneficiorũ fructus non faciat.

Reliquos canones:quia non neceſſarios iudicauimus,huc minimè tranſcripſimus.

Seſsio decima, quarta Maii.1515.præſidente Leone papa decimo.

IN hac ſeſsione edicta eſt decretalis ſuper confirmatione Montis Pietatis ſub hac forma.

Cùm inter nonnullos controuerſiam quandam non ſinè populorum ſcandalo olim exortam eſſe comperimus circa pauperum releuationem in mutuis,eis publica authoritate

faciendis,qui Montes pietatis vulgo appellantur, quique à nõnullis prędeceſſoribus noſtris probati, & cõfirmati ſunt: nonnullis etiam magiſtris, & doctoribus dicentibus eos montes non eſſe licitos,in quibus aliquid vltra ſortẽ per miniſterium huius montis ab ipſis pauperibus,quibus mutuũ datur,exigitur.Nos ſuper hoc opportunè prouidere volentes ſacro approbante concilio declaramus, & definimus, Montes pietatis antedictos per reſpu. inſtitutos, & authoritate ſedis Apoſtolicæ hactenus probatos, in quibus pro eorum impenſis,& indemnitate aliquid moderatum ad ſolas miniſtrorum impenſas,& aliarum rerum ad illarum cõſeruationẽ(vt pręfertur)pertinentium, pro eorũ indẽnitate dũtaxat vltra ſortẽ abſq; lucro eorũdem Montium recipiť, nec ſpeciem mali præferre.nec peccandi incentiuum pręſtare,nec vllo pacto improbari. Quinimo meritorium eſſe, ac laudari,& probari debere tale mutuũ,& minimè vſurarium putari:liciteq́; eorum pietatem, & miſericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis à ſede Apoſtolica eam ob cauſam conceſsis:& deinceps alios ſimiles Montes cum Apoſtolicę ſedis approbatione erigi poſſe.Multò tamẽ perfectius,multoq; ſanctius fore, ſi oĩno tales Montes gratuitè conſtituerentur(hoc eſt)ſi illos erigentes aliquos cẽſus aſsignarent,quibus,ſi non omni, ſaltẽ vel media ex parte hmõi Montium miniſtrorum ſoluanť impenſę: vt ad leuiorẽ æris ſoluẽdi portionem medio hoc pauperes grauari contingat.

Omnes autem religioſos,& eccleſiaſticas,ac ſeculares perſonas,qui contra præſentis declarationis, & ſanctionis formam de cętero prędicare,ſeu diſputare verbo,vel ſcriptis auſi fuerint,excommunicationis latæ ſententię pœnam incurrere volumus,non obſtantibus &c.

In eadem ſeſsione edicta eſt decretalis ſuper impreſsione librorum,ſub hac forma.

Sacro approbante concilio ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ decætero nullus librum aliquem, ſiue aliam quãcunq; ſcripturam tam in vrbe noſtra,quã in aliis ciuitatibus,& diœceſibus imprimere,ſeu imprimi facere præſumat,niſi prius in vrbe per vicarium noſtrũ,& ſacri palatij magiſtrũ,in aliis verò diœceſibus per epm, vel aliũ ab epo ad id deputandum,

& inquiſitorem hæreticæ prauitatis illius diœceſis, in quibus librorum impreſsio eiuſmodi fieret, diligẽter examinetur, & per horum manu propria ſubſcriptionem gratis, & ſine dilatione imponendam approbetur. Qui autẽ ſecus præſumpſerit: vltra librorum impreſſorum amiſsionẽ, & illorũ publicã cõbuſtionem, excõicationis ſnĩa innodatus exiſtat.

In eadem ſeſsione ſtatuitur, vt contra exemptos diœceſani, & alij locorum ordinarij procedere poſsint, quando ab illis, quibus per Apoſtolicam ſedem amãdata eſt illorum correctio, non corrigantur.

Ibidem definitur, vt ſingulæ cauſæ quomodolibet eccleſiaſticum forum concernentes in prima inſtantia extra Romanã curiã corã ordinariis locorũ terminentur: & nulli ante definitiuam ſententiã liceat appellare, nec appellatio admittatur, niſi ab interlocutoria.

Seſsio vndecima. 19. Decembris. 1516. præſidente Leone. 10.

In hac ſeſsione edita eſt decretalis ſuper modo prædicandi verbum Dei: in qua poſt alia multa ſubiicitur.

Sacro approbante cõcilio ſtatuimus, & ordinam⁹, vt nullus, tam clericus ſecularis, quã cuiuſcũq; etiã mẽdicantiũ ordinis regularis, aut quis alius ad quẽ facultas p̃dicandi, tam de iure, q̃ de conſuetudine, vel priuilegio, aut aliâs pertinet, ad huiuſmodi officium exercendum admittatur, niſi prius per ſuperiorem ſuum diligenter examinatus (in qua re conſciẽtiã ipſi⁹ ſuperioris oneramus) ac morũ honeſtate, ętate, doctrina, probitate, prudẽtia, & vitæ exẽplo ad illud aptus, & idoneus reperiatur. Et hic quocunq; poſtea p̃dicaturus acceſſerit de huiuſmodi examine, & idoneitate ſua per literas, ſeu aliâs ſui examinatoris, approbatoriſq́; epiſcopis, & aliis locorum ordinariis fidem legitimè faciat. Mãdamuſq́; omnibus, qui hoc onus ſuſtinent, quiq́; in futurum ſuſtinebunt, vt euangelicam veritatem, & ſanctam ſcripturam iuxta declarationem, & interpretationẽ doctorũ, quos eccleſia, vel vſus diuturnus approbauit, legendoſq; hactenus recepit, & in poſterum recipiet, prędicent, & explanent: nec quicquam eius proprio ſenſu contrarium, vel diſſonũ adiiciãt: ſed illis ſemp inſiſtãt, q̃ ab ipſius ſacrę ſcripturę verbis ritè, ac ſanè, & p̃fatorũ doctorũ interp̃tationibus intellectis non

Quæ ſint prohibita p̃dicatorib⁹ p̃dicare.

non diſcordant. Tempus quoq; pręfixum futurorum malorum,vel Antichriſti aduentum,aut certũ diem iudicij prędicare,vel aſſerere nequaquam præſumant, cùm veritas di-
Act.1. cat,non eſſe noſtrum noſſe tempora, vel momenta. Cæterũ ſi quibuſdam eorum Dominus futura quædam in Dei eccle-
Amos.3. ſia inſpiratione quapiam reuelauerit,vt per Amos prophe-
1.Theſſ.5. tam ipſe promittit,& Paulus Apoſtolus inquit: Prophetiã nolite ſpernere &c. hos aliorum fabuloſorum, & mendaciũ gregi connumerari,vel aliter impediri minimè volumus.

Et quoniam res magni momenti eſt,eò quòd non de facili credendum ſit omni ſpiritui:ſed ſit probandum Spiritus an ex Deo proueniat:volumus,vt lege ordinaria tales aſſertæ inſpirationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apoſtolicæ ſedis examini reſeruatę intelligantur. Quòd ſi ſinè moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens neceſsitas aliud ſuaderet,tunc eodem ordine ſeruato ordinario loci notificetur:vt ille adhibitis ſecum tribꝰ, aut quatuor doctis,& grauibus viris, & huiuſmodi negotio cum eis diligenter examinato,quando id expedire videbũt (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) licentiam concedere poſsint.Si qui autem contra pręmiſſorum aliquod cõmittere quicquam auſi fuerint,excommunicationis ſententiam incurrant,à qua nõ niſi à Roma. pontifi. abſoluantur.

Et vt horum exẽplo alij attentare ſimilia minimè audeãt, eis prædicationis officium interdictum eſſe perpetuò decernimus:non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis &c.

In eadem ſeſsione edita eſt decretalis,quæ diſponebat circa religioſos,& eorum priuilegia.

Seſsio duodecima.16. Martii.1517. præſidente Leone Papa.10.

IN hac ſeſsione prolata eſt decretalis cum cenſura excommunicationis maioris contra inuadentes domos Cardinalium in noua electione Romani Pontifi.

Hac ſeſsione abſolutum eſt concilium: & confirmatum, & probata vniuerſa,& ſingula,quæ definita ſunt in cõcilio per Leonem decimum.

Ambiguum tamen eſt,an cenſuræ latę in hoc cõcilio ſint vſu receptæ,vt annotatur à Cardinali Caietano in ſua ſumma verbo excommunicatio:& à me etiam ambigit,pleraq;

earum

earum vſu non obſeruantur, quo ſolo poterant abrogari.

Explicit concilium Lateranenſe.

TEmporib⁹ Leonis.10.ſuſcitatus eſt nouus hęreſiarches in Germania Martinus Lutherus: qui primũ cõtra indulgẽtias põtificis, & ꝑdicauit, & ſcripſit. Deinde cõtra primatũ eccleſię Romanæ: mox cõtra cœlibatum, & cęteros ritus veteris eccleſiæ. Nec quieuit donec Germaniã repleuit nouitatib⁹, & hæreſib⁹. Hunc nãq; morẽ habent hæretici, quoties vno verbo pietatẽ cõtempſerint, & à veritatis via aberrauerint, in multos & varios errores labi. Vniformis em̃ res veritas: mẽdaciũ aũt in varia diſtrahiť. Poſt hũc ibidẽ anno.1525. cõcionator eccleſiaſtic⁹, Thomas Monetari⁹ dictus, palã docuit reſtauraturum ſe collapſum eccleſię ſtatũ. Gloriabaťq; priuatim ſibi reuelationes à Deo fieri: & ad euertendã tyrãnidẽ impiorũ, gladiũ Gedeonis ſibi cõmiſſum eſſe. Eduxit turmatim cohortes vulgi: iuſsitq; nobiliũ domos diripi, & monaſteriorũ bona cõpilari. Hic prim⁹ author fuit phanaticij illius erroris Anabaptiſtarum, qui etiam nũc paſsim turbas excitat in Germania.

Martin⁹ Lutherus.

Eodem anno.1525. Ioannes Oecolãpadius Baſileę. & Zuinglius primùm omnium ſcriptis libellis damnatum Berengarij errorem renouarunt, in participatione menſæ dñicæ nõ diſtribui verum corpus, & ſanguinem Chriſti: tametſi anno ſuperiori idem hoc odioſum argumentũ inſanus homo Andreas Caroloſtadius iam antea propoſuerat.

Tomas monetarius. *Ioãnes Oecolampadius.* *Zuingli⁹ errorem Berẽgarii renouauit.*

Et qm̃ ſecta parit ſectã, tota Germania diu vexať multitudine ſectarũ, & hęreſeon.

Adrianus.6.Papa.

ADdrianus.6.Papa.22.vir eo magiſtratu dign⁹ elect⁹ ſub Carolo.5.Germano Cęſare.39.ſedit annos circiter duos.

Adrian⁹.6. Ponti.226.

Clemens.7.Papa.

CLemens.7.Papa.227. Sedit annos.10. menſes totidem: ſub eodem Cæſare.

Clemens.7. Ponti.227.

Paulus.3.Papa.

PAulus tertius Papa.228.ſub eodem Cęſare electus. Hic ad extinguendas hæreſes ſuſcitatas per Martinum Lutherũ in Germania concilium generale iamdiu multumquẽ deſideratum ab vniuerſis fidelibus indixit. Et primò Mantuam locum aptum aſsignauit. Deinde aliquibus de cauſis Vincentiã. Tertiò Tridentum: nec tunc quicq̃ factum eſt.

Paulus.3.Põti.228.

Quartò

Quartò rurſus Tridentum deſignauit locum anno. 1545. & aſpirāte Chriſto inchoatum eſt tertia decima Decēbris eiuſdem anni, legatis, & Apoſtolicæ ſedis vicariis, præſidentib⁹ Ioanne Mario Cardinali epiſcopo Præneſtino, & Marcello presbytero Cardinali ſanctæ Crucis, & Reginaldo Polo Anglo diacono Cardinali. Verùm ea res quid tandem exitus habitura ſit, Deus nouit. Faxit Chriſtus, vt q̄ fœliciter, & ex voto vniuerſorum fidelium inchoatum eſt, tam fœliciter abſoluatur.

CANONES CONCILII Tridentini,

Quos præcipuos videbanī, quosq; aduerſus Lutheranā hæreſim magis facere videbantur hîc inſeruimus. Cætera, quæ huc uſq; acta ſunt, quæque deinceps, Chriſto propitio, agentur ex eorum commentario, qui vulgo circunfertur petere poteris.

Decretum quartæ ſeſſionis concilii Tridentini, quæ celebrata fuit quinta Aprilis, anno. 1546.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata: præſidentibus in ea tribus Apoſtolicę ſedis legatis, hoc ſibi ante omnia perpetuò proponens, vt ſublatis omnibus erroribus puritas ipſa Euangelij in eccleſia conſeruetur: quod promiſſum antè per prophetas in ſcripturis ſanctis Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius proprio ore primùm promulgauit, deinde per ſuos Apoſtolos tanquam fontem omnis ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ, omni creaturæ prædicari iuſsit: proſpiciensq; hanc veritatem, & diſciplinam contineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto, traditionibusq; ipſius Chriſti, quę ab Apoſtolis acceptę, aut ab ipſis Apoſtolis Spiritu ſancto dictante quaſi per manus traditæ ad nos vſq; peruenerunt: orthodoxorum patrum exēpla ſequuta, omnes libros, tam veteris, quàm noui teſtamenti (cùm vtriuſq; vnus Deus ſit author) nec non traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam, vel ore tenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſsione in eccleſia catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, ac veneratur. Sacrorum verò librorum indicem huic decreto adſcribendum cenſuit, ne cui dubitatio ſuboriri poſſit,

ſit,quinam ſint,qui ab ipſa ſynodo ſuſcipiantur. Sunt verò infrà ſcripti. Teſtamēti veteris,quinq; libri Moyſi, ſcilicet, Geneſis,Exodus,Leuiticus,Numeri,Deuteronomium:dein de Ioſue,Iudicum, Ruth, quatuor Regum, Paralipomenon duo,Eſdrę duo,prim⁹. ſ.& ſecūdus,qui dicit̄ Nehemias,Tobias,Iudith,Eſther,Iob,Pſalterium Dauidicum cētum quinquaginta Pſalmorum,Parabolę Salomonis,Eccleſiaſtes,Cā ticum Canticorum,Sapiētia,Eccleſiaſticus,Iſaias, Ieremias, Baruch,Ezechiel,Daniel,Duodecim prophetę minores,ſcilicet,Oſee,Ioel,Amos,Abdias,Ionas,Michęas,Nahum,Habacuc,Sophonias,Aggęus,Zacharias, Malachias, duo Machabęorum primus ſcilicet, & ſecundus. Teſtamenti noui, quatuor Euangelia,ſcilicet,ſecundum Matthæum, Marcu, Lucam,& Ioannem:acta Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripta:quatuordecim epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli, ſcilicet, ad Romanos,ad Corinthios duæ,ad Galatas, ad Epheſios,ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ,ad Timotheum duę,ad Titum, ad Philemonem,ad Hebręos:Petri Apoſtoli duæ,Ioānis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna,vna Iudæ Apoſtoli,vna Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus prout in eccleſia catholica legi conſueuerunt,& in veteri vulgata Latina editione habentur,pro ſacris,& canonicis non ſuſceperit,& traditiones prædictas ſciens,& prudens contempſerit,anathema ſit. Omnes itaque intelligāt, quo ordine,& via,ipſa ſynodus,poſt iactum fidei confeſsionis fundamentum,ſit progreſſura: & quibus potiſsimū teſtimoniis,ac pręſidiis in cōfirmandis dogmatib⁹, & inſtaurandis in eccleſia moribus ſit vſura. Inſuper eadem ſacroſancta ſynodus conſiderans non parum vtilitatis accedere poſſe eccleſiæ Dei,ſi ex multis Latinis editionibus, quę circunferuntur ſacrorum librorum,quęnam pro authētica habenda ſit,innoteſcat:ſtatuit,& decreuit:vt hęc ipſa vetus,& vulgata editio,quæ longo tot ſeculorū vſu in eccleſia ipſa probata eſt,in publicis lectionibus,diſputationib⁹,prædicationibus,aut expoſitionibus,pro authētica habeatur, & quod eam nemo reiicere quouis prætextu audeat, vel pręſumat. Præterea ad coercēda petulantia ingenia,decreuit: vt nemo

ſuę

ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ędificationem doctrinę Chriſtianę pertinentium, ſacram ſcripturā ad ſuos ſenſus contorqueat, aut contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſanctarum ſcripturarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum patrum, ipſam ſcripturam ſacrā interpretari audeat: etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrà venerint, per ordinarios declarētur, & pœnis à iure ſtatutis puniantur. Sed & impreſſoribus modum in hac parte (vt par eſt) imponere volens, qui iam ſinè modo, hoc eſt, putantes ſibi licere quicquid libet, ſine licētia ſuperiorum, & eccleſiaſticorum, ipſos ſacræ ſcripturæ libros, & ſuper illos annotationes, & expoſitiones quomodolibet indifferentes ſæpe tacito, ſępe etiam ementito prælo, & (quod eſt grauius) ſinè nomine authoris imprimunt, alibi etiā impreſſos libros huiuſmodi temerè venales habent: decreuit & ſtatuit, vt poſthac ſacra ſcriptura, potiſsimū verò hęc ipſa vetus, & vulgata editio, quā emendatiſsimè imprimatur, nulliq; liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros de rebus ſacris ſinè nomine authoris, nec illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primū examinati, probatiq; fuerint ab ordinario, ſub pœna anathematis, & pœnæ in canone concilij nouiſsimi Lateranenſis appoſitæ. Etſi regulares fuerint, vltra examinationem, & probationem huiuſmodi, licentiam quoq; à ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam iſtarum ordinationum. Qui autem ſcripto eos communicant, vel euulgāt (niſi autem examinati, probatiq; fuerint) eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores: & qui eos habuerint, vel legerint, niſi authorem prodiderint, pro authoribus habeantur. Ipſa verò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atq; adeo in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſsi authenticè appareat: idq; totum hoc, etiam probatio, & examen, gratis fiat: vt probanda probentur, & improbanda reprobentur. Poſt hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad prophana quæq; conuertūtur, & verba torquent, & ſentētiæ ſacrę ſcripturæ ad ſcurrilia, ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes,

ces,detractiones,ſuperſtitiones impias,& diabolicas incantationes,diuinationes,ſortes,libellos etiam famoſos:mādat, & præcipit ad tollendam huiſmodi irreuerentiam,& cōtemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba ſacræ ſcripturæ ad hæc,& ſimilia audeat vſurpare, vt omnes eius generis corruptores,temeratores,& violatores verbi Dei,iuris,& arbitrij pœnis per epiſcopos coerceantur.

Primum decretum quintæ ſeßionis Tridentini concilii.
17. menſis Iunii.1546. celebratæ.

VT fides noſtra catholica,ſinè qua impoſsibile eſt placere Deo,purgatis erroribꝰ in ſua ſinceritate integra, & illibata pmaneat:& ne populꝰ Chriſtianus oī vento doctrinæ circūferatur:cū ſerpēs ille antiquus humani gn̄is perpetuus hoſtis inter plurima mala,quibus eccleſia Dei his nr̄is tēporibus perturbatur,etiā de peccato originali,eiusq; remedio nō ſolū vetera,ſed etiā noua diſsidia excitauerit,ſacroſancta œcumenica,& generalis Tridentina ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata,præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ ſedis legatis,iam ad reuocandos errantes, & nutantes conformādos accedere volens,ſacrarum ſcripturarū, & ſanctorum patrum,ac probatiſsimorum conciliorum teſtimonia,& ipſius eccleſiæ iudicium,& conſenſum ſequuta, hæc de ipſo peccato originali ſtatuit,fatetur,ac declarat.

Si quis non confitetur primum hoīem Adam cū mādatū Dei in paradiſo fuiſſet trāſgreſſus,ſtatim ſanctitatē,& iuſtitiam in qua poſitus erat amiſiſſe:incurriſſeq; per offenſam p̄uaricationis eiuſmodi iram,& indignationē Dei, atq; ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate,qui mortis deinde habuit imperiū,hoc eſt diaboli:ſolumq; Adam per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe,anathema ſit.

Si quis Adæ p̄uaricationē ſibi ſoli,& non eius propagini aſſerit nocuiſſe,acceptam à Deo ſanctitatē,& iuſtitiā,quam perdidit, ſibi ſoli,& non nobis eum perdidiſſe, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum trāsfudiſſe,non autem, & peccatum, quod mors eſt animæ, anathema ſit.

SS Cùm

Cùm contradicat Apoſtolo dicenti: Per vnum hominem
peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors,& ita
in omnes homines mors pertranſiit,in quo omnes peccaue-
runt. Si quis hoc Adæ peccatum,quod origine vnum eſt, &
propagatione,non imitatione transfuſum, in omnibꝰ ineſt
vnicuique proprium,vel per humanæ naturæ vires, vel per
aliud remedium aſſerit tolli, quam per meritum vnius me-
diatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui nos Deo reconcilia
uit in ſanguine ſuo,factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & re-
demptio: aut negat ipſum Ieſu Chriſti meritum per baptiſ-
mi ſacramentum in forma eccleſiæ ritè collatum tam adul-
tis,quàm paruulis applicari, anathema ſit: quia non eſt a-
liud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat
nos ſaluos fieri. Vnde illa vox,Ecce agnus Dei,ecce,qui tol-
lit peccata mundi. Et illa: Quicunque baptizati eſtis, Chri-
ſtum induiſtis.

Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos
negat,etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti: aut dicit
in remiſsionem quidem peccatorum eos baptizari: ſed nihil
ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis la
uacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam:
vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſsio
nem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur: anathe-
ma ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt id, quod di-
xit Apoſtolus: Per vnum hominem peccatū intrauit in mū-
dū,& per peccatū mors, & ita in omnes homines mors per-
tranſiit,in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum ec
cleſia catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter
hanc enim regulam fidei,ex traditione Apoſtolorum,etiam
paruuli,qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc commit-
tere potuerunt, ideo in remiſsionem peccatorum veraciter
baptizantur,vt in eis regeneratione mundetur, quod gene-
ratione cōtraxerunt,niſi enim quis renatus fuerit ex aqua,
& Spiritu ſancto,non poteſt introire in regnum Dei.

Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiā, quæ in ba-
ptiſmate confertur,reatum originalis peccati remitti negat:
aut etiam aſſerit non tolli totum id quod veram, & propriū
peccati rationem habet: ſed illud dicit tantùm radi, aut non

impu-

imputari: anathema ſit. In renatis autem nihil odit Deus: quia nihil eſt damnationis iis, qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem, qui non ſecundum carnem ambulant: ſed veterem hominem exuentes, & nouum induentes, qui ſecundum Deum creatus eſt, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti ſunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ita, vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc ſancta ſynodus fatetur, & ſentit: quæ quum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, & viriliter per Ieſu Chriſti gratiam repugnantibus non valet: quinimo, qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, ſancta ſynodus declarat eccleſiam catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatũ ſit: ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit.

Capita de iuſtificatione.

De naturæ, & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate. Cap. 1. F.
De diſpenſatione, & myſterio aduentus Chriſti. Cap. 2.
Qui per Chriſtum iuſtificantur. Cap. 3.
Inſinuatur deſcriptio iuſtificationis impii, & modus eius in ſtatu gratiæ. Cap. 4.
De neceſſitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, & vnde ſit. Cap. 5.
Modus præparationis. Cap. 6.
Quid ſit iuſtificatio impii, & quæ eius cauſæ. Cap. 7.
Quo modo intelligatur impium per fidem, & gratis iuſtificari. Ca. 8.
Contra inanem hæreticorum fiduciam. Cap. 9.
De acceptæ iuſtificationis incremento. Cap. 10.
De obſeruatione mãdatorũ, deq; illius neceſſitate, & poſſibilitate. Ca. 11.
Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe. Ca. 12.
De perſeuerantiæ munere. Cap. 13.
De lapſis, & eorum reparatione. Cap. 14.
Quolibet peccato mortali amitti gratiam, ſed non fidem. Cap. 15.
De fructu iuſtificationis, hoc eſt de merito bonorum operum, deque ipſius meriti ratione. Cap. 16.

redimeret: & gentes,quę non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiã apprehenderent,atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius,pro peccatis noſtris: non ſolùm autem pro noſtris,ſed etiam pro totius mundi.

Qui per Chriſtum iuſtificantur. Cap.3.

VErum,etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt:ſed ij duntaxat, quibus meritum paſsionis eius cõmunicatur. Nam ſicut re vera homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti cum ea propagatione,per ipſum dũ concipiuntur,propriam iuſtitiã contrahant:ita niſi in Chriſto renaſcerentur,nunquam iuſtificarentur,cum ea renaſcẽtia, per meritum paſsionis eius,gratia,qua iuſti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitq; in regnum Filij dilectionis ſuæ:in quo habemus redemptionem,& remiſsionem peccatorum.

Inſinuatur deſcriptio iuſtificationis impij,& modus eius in ſtatu gratiæ. Cap.4.

QVibus verbis iuſtificatiõis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ,in ſtatum gratiæ,& adoptionis filiorũ Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Quæ quidem tranſlatio poſt euangelium promulgatum,ſinè lauacro regenerationis,aut eius voto,fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto,non poteſt introire in regnum Dei.

De neceſsitate præparationis ad iuſtificationem in adultis,& vnde ſit. Cap.5.

DEclarat præterea ipſius iuſtificationis exordium in adultis,à Dei,per Chriſtum Ieſum, præueniente gratia, ſumendum eſſe:hoc eſt,ab eius vocatione,qua nullis eorum exiſtentibus meritis,vocãtur:vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuãtem gratiam, ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo,& cooperando,diſponantur: ita,

vt tangẽte Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminatio- nem, neq; homo ipſe nihil omnino agat inſpirationem illã recipiens, quippe qui & illam abiicere poteſt, neq; tamẽ ſi- nè gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam corã illo libera ſua vo- luntate poſsit. Vnde in ſacris literis cum dicitur: conuertimi ni ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis noſtræ admone- mur, cùm reſpondemus: conuerte nos Domine ad te, & con uertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.

Modus præparationis. Cap. 6.

DIſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati di- uina gratia, & adiuti: fidem ex auditu concipientes, li- berè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt: atque illud imprimis à Deo iuſti- ficari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur ad con ſiderandam Dei miſericordiam, ſe conuertendo, in ſpem eri guntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumq; tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere inci- piunt, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod, & deteſtationem, hoc eſt per eam pœnitentiã, quã ante baptiſmum agi oportet: deniq; dum proponũt ſuſcipe re baptiſmum, inchoare nouã vitam, & ſeruare diuina mãda ta. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: accedentem ad Deum oportet credere: quia eſt, & quod inquirentibus ſe, remune- tor ſit, &: confide fili, remittuntur tibi peccata tua, &: ti- mor Domini expellit peccatum, &: pœnitentiam agite, &: baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum veſtrorum, &: accipietis donum Spiritus ſancti, &: euntes ergo docete omnes gentes, bapti- zantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: docẽ tes eos ſeruare ea, quæcunque mandaui vobis: denique, præ- parate corda veſtra Domino.

Quid ſit iuſtificatio impii, & quæ eius cauſæ. Cap. 7.

HAnc diſpoſitionem, ſeu præparationẽ iuſtificatio ipſa conſequitur, quæ nõ eſt ſola peccatorũ remiſsio: ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hoĩs, per voluntariam ſuſceptionem gratię, & donorum: vnde homo ex iniuſto, fit

iuſtus:

iuſtus:&,ex inimico,fit amicus:vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt: finalis quidem, gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: efficiens verò,miſericors Deus, qui gratuitò abluit, & ſanctificat, ſignans, & vngens Spiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Meritoria autem, dilectiſsimus vnigenitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cùm eſſemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos,ſua ſanctiſsima paſsione, in ligno crucis, nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit. Inſtrumentalis item, ſacramentum baptiſmi, quod eſt ſacramentum fidei, ſinè qua nulli vnquam iuſtificatio contigit. Demum vnica formalis cauſa eſt, iuſtitia Dei,non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua iuſtos facit: qua videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur: ſed verè iuſti nominamur, & ſumus: iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam Spiritus ſanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. Quanquam enim nemo poſsit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur:id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſantiſsimę paſsionis merito,per Spiritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum,qui iuſtificantur, atque ipſis inhęret. Vnde in ipſa iuſtificatiōe cū remiſsione peccatorū,hęc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum,cui inſerit,fidem,ſpem,& charitatem. Nam fides, niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto,neq; corporis eius viuum membrum efficit. Qua ratione veriſsimè dicitur, fidem ſinè operibus mortuam, & ocioſam eſſe:& in Chriſto Ieſu neque circuncißionē aliquid valere,neque præputium:ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptiſmi ſacramentum ex Apoſtolorum traditione catechumeni ab eccleſia petunt, cùm petunt fidem vitam æternam præſtantem, quam ſinè ſpe, & charitate fides pręſtare non poteſt. Vnde & ſtatim verbum Chriſti audiunt: Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Itaq; veram,& Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam,

poteſt: cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſequutum.

De acceptæ iuſtificationis incremento. Cap. 10

SIc ergo iuſtificati, & amici Dei, ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem, renouantur (vt Apoſtolus inquit) de die in diem, hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem per obſeruationem mandatorum Dei, & eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus creſcunt, atq; magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterũ: Ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari. Et rurſus: Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Hoc verò iuſtitiæ incrementum petit ſancta eccleſia, cùm orat: Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

De obſeruatione mandatorum, deq; illius neceſsitate, & poſsibilitate. Cap. 11.

NEmo autem quantunuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſsibilia. Nam Deus impoſsibilia non iubet, ſed iubendo monet, & facere, quod poſsis, & petere, quod non poſsis, & adiuuat, vt poſsis. Cuius mandata grauia non ſunt: cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipſemet teſtatur, ſeruant ſermones eius. Quod vtiq; cum diuino auxilio præſtare poſſunt. Licet enim in hac mortali vita, quantũuis ſancti, & iuſti, in leuia ſaltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoq; cadant: non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox eſt, & humilis, & verax: Dimitte nobis debita noſtra. Quo fit, vt iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulandum in via iuſtitię ſentire debeant, quo liberati iam à peccato, ſerui autẽ facti Deo, ſobriè, iuſtè, & piè viuẽtes, proficere poſsunt per Chriſtum Ieſum, per quem acceſſum habuerunt in gratiã iſtam. Deus nanq; ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Itaq; nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans

SS v ſide

fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatemq́; conſequuturum, etiam ſi Chriſto non cõpatiatur, vt & conglorificetur. Nam & Chriſtus ipſe (vt inquit Apoſtolus) cùm eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternę. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos dicẽs: Neſcitis, quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currunt, ſed vnus accipit brauium? ſic currite, vt comprehendatis. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item Princeps Apoſtolorum Petrus: Satagite, vt per bona opera certã veſtram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Vnde conſtat eos orthodoxæ religionis doctrinę aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere, ſaltem venialiter peccare, aut (quod intolerabilius eſt) pœnas ęternas mereri: atq; etiam eos, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortãdo, cum hoc, vt imprimis glorificetur Deus, mercedẽ quoq; intuẽtur ęternam, cum ſcriptũ ſit: Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum propter retributionem: & de Moſe dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem.

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe. Cap. 12.

NEmo quoq; quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prędeſtinationis myſterio, vſq; adeo præſumere debet, vt certò ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prędeſtinatorum: quaſi verum eſſet, quod iuſtificatus, aut amplius peccare non poſsit, aut ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatiõne, ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

De perſeuerantiæ munere. Cap. 13.

SImiliter de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: quod quidem aliunde haberi non poteſt: niſi ab eo, qui potẽs eſt, eum, qui ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet, & eum, qui cadit, reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine

polli-

polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſsimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant, ne cadant. Et cum timore, ac tremore ſalutem ſuam operentur, in laboribus, in vigiliis, in eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiuniis, in caſtitate, formidare enim debent, ſciētes, quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloria renati ſunt de pugna, quę ſupereſt cum carne, cum mundo, cum Diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent dicenti: Debitores ſumus, non carni, vt ſecundum carnem viuamus. Si enim ſecundū carnē vixeritis, moriemini. Si autē Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. *De lapſis, & corū reparatione. Ca. 14.*

QVi verò ab accepta iuſtificationis gratia per peccatū exciderunt, rurſus iuſtificari poterūt, cū excitante Deo, per pœnitentiæ ſacramentum, merito Chriſti, amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus, eſt lapſi reparatio: quam ſecundam poſt naufragium deperditę gratię tabulam ſancti Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro his, qui poſt baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentum inſtituit pœnitentiæ, cùm dixit: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta ſunt. Vnde docendū eſt Chriſtiani hominis pœnitentiā poſt lapſum multò aliam eſſe à baptiſmali: eaq; contineri non modo ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor contritum, & humiliatum, verumetiam eorundem ſacramētalem confeſsionem, ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem: itemq; ſatisfactionem, per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quę vel ſacramento, vel ſacramenti voto veſtra cum culpa remittitur, ſed pro pœna temporali: quæ (vt ſacrę literæ docent) non tota ſemper, vt in baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratię Dei, quam acceperunt, ingrati Spiritum ſanctum contriſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti. De qua pœnitentia ſcriptum eſt: Memor eſto vnde excideris: age pœnitentiam, &

primum opera fac. Et iterum: Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitẽtiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et rurſus: pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.

Quolibet peccato mortali amitti gratiam, ſed non fidem. Cap. 15.

ADuerſus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt non modo infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam quocunq; alio mortali peccato, quanuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non ſolùm infideles excludit, ſed & fideles quoq; fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cæteroſq; omnes, qui lethalia committũt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento, abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur.

De fructu iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, deq; ipſius meriti ratione. Cap. 16.

HAc igitur ratione iuſtificatis hominibus, ſiue acceptam gratiam perpetuò conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, proponenda ſunt Apoſtoli verba: Abundantes in omni opere bono ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius: & nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem, atq; ideo benè operantibus vſq; in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt vita æterna: & tanquam gratia, filiis Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa: & tanquam merces ex ipſius Dei promiſsione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddẽda: hæc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus, à iuſto iudice ſibi reddendam: non ſolùm autem ſibi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Cum enim *ille ipſe* Chriſtus Ieſus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & merito

ria eſſe poſſent: nihil ipſis iuſtificatis amplius deeſſe credendum eſt, quominus plenè, illis quidē operibus, quæ in Deo ſunt facta, diuinę legi, pro huius vitæ ſtatu ſatisfeciſſe, & vitam æternam ſuo etiam tempore (ſi tamen in gratia deceſſerint) conſequendam verè promeruiſſe cenſeātur, cum Chriſtus Saluator noſter dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam: ita neq; propria noſtra iuſtitia, tanquam ex nobis propria, ſtatuitur: neq; ignoratur, aut repudiatur iuſtitia Dei. Quæ enim iuſtitia noſtra dicit̃, quia per eam nobis inhęrentem iuſtificamur, illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum. Neq; vero illud omittendum eſt, quod licet bonis operibus in ſacris literis vſq; adeo tribuatur, vt etiam qui vni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non eſſe ſua mercede cariturum: & Apoſtolus teſtetur id, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupramodum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: abſit tamen, vt Chriſtianus homo in ſeipſo, vel confidat, vel glorietur, & non in Domino: cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Et quia in multis offendimus omnes, vnuſquiſq;, ſicut miſericordiam, & bonitatem, ita ſe ueritatem, & iudicium ante oculos habere debet: neq; ſeipſum aliquis, etiam ſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominū vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt: ſed Dei, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit concilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui (vt ſcriptum eſt) reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

POſt hanc catholicam de iuſtificatione doctrinam, quam niſi quiſq; fideliter, firmiterq; receperit, iuſtificari nō poterit, placuit ſanctæ ſynodo hos canones ſubiungere, vt omnes ſciant, non ſolùm quid tenere, & ſequi, ſed etiam quid vitare, & fugere debeant.

CANONES.

1 SI quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinā fiant, abſq;

diuina

diuina per Chriſtum Ieſum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit.

2 Si quis dixerit ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt facilius homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſsit, quaſi per liberum arbitrium, ſinè gratia, vtrunque, ſed ægrè tamen, & difficulter poſſit, anathema ſit.

3 Si quis dixerit ſinè præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atq; eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.

4 Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quòd ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, nec poſſe diſſentire ſi velit, ſed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereq; paſsiuè ſe habere, anathema ſit.

5 Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum amiſſum, & extinctum eſſe dixerit: aut rem eſſe de ſolo titulo, imò titulum ſinè re, figmentum deniq; à Satana inuectum in eccleſiam, anathema ſit.

6 Si quis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permiſsiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe, adeo vt ſit eius propriũ opus, non minus proditio Iudę, quàm vocatio Pauli, anathema ſit.

7 Si quis dixerit opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, vere eſſe peccata, vel odium Dei mereri: aut quanto vehementius quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tantò eum grauius peccare, anathema ſit.

8 Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad Dei miſericordiam de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere, anathema ſit.

9 Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quòd ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe

eum

eum ſuæ voluntatis motu pparari, atq; diſponi anath. ſit.

10 Si quis dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, anathema ſit.

11 Si quis dixerit hominẽ iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitię Chriſti, vel ſola peccatorũ remiſsione, excluſa gratia, & charitate, quę in cordib⁹ eorũ per Spiritũ ſanctum diffundatur, atq; illis inhæreat: aut etiã gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem Dei, anathema ſit.

12 Si quis dixerit fidem iuſtificantẽ nihil aliud eſſe, quam fiduciam diuinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe qua iuſtificamur, anathema ſit.

13 Si quis dixerit omni homini ad remiſsionẽ peccatorum aſſequendam, neceſſarium eſſe, vt credat certò, & abſque vlla hæſitatione propriæ infirmitatis, & indiſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa, anathema ſit.

14 Si quis dixerit hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari ex eo, quod ſe abſolui, ac iuſtificari certò credat: aut neminem verę eſſe iuſtificatum, niſi qui credit ſe eſſe iuſtificatum, & hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici, anathema ſit.

15 Si quis dixerit hominem renatum, & iuſtificatum, teneri ex fide ad credendum ſe certò eſſe in numero prædeſtinatorum, anathema ſit.

16 Si quis magnũ illud vſq; in finem perſeuerantię donum ſe certò habiturũ abſoluta, & infallibili certitudine dixerit, niſi ex ſpeciali reuelatione didiſcerit, anathema ſit.

17 Si quis iuſtificationis gratiam non niſi prędeſtinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omẽs, qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vtpote diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum, anathema ſit.

18 Si quis dixerit Dei præcepta, homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſsibilia, anathema ſit.

19 Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem, cętera eſſe indifferentia, neq; præcepta, neque prohibita, ſed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad

re ad Chriſtianos, anathema ſit.

20 Si quis hominem iuſtificatum, & quantunlibet perfectum dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & eccleſiæ: ſed tantùm ad credendum, quaſi verò Euangelium ſit nuda, & abſoluta promiſsio vitæ æternę, ſinè conditione obſeruationis mandatorũ, anathema ſit.

21 Si quis dixerit Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem, cui fidant, non etiam vt legiſlatorem, cui obediant, anathema ſit.

22 Si quis dixerit iuſtificatum, vel ſinè ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe, anathema ſit.

23 Si quis hominem ſemel iuſtificatũ dixerit amplius peccare non poſſe, nec gratiam amittere, atq; ideo eum, qui labitur, & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum: aut contrà, poſse eum tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet eccleſia, anathema ſit.

24 Si quis dixerit iuſtitiam acceptam non conſeruari, atq; etiam non augeri coram Deo per bona opera: ſed opera ipſa fructus ſolummodo, & ſigna eſſe iuſtificationis adeptæ, non etiam ipſius augendæ cauſam, anathema ſit.

25 Si quis in quolibet bono opere iuſtum ſaltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intollerabilius eſt) mortaliter: atque ideo pœnas æternas mereri, tantumq́ue ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema ſit.

26 Si quis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiã, & Ieſu Chriſti meritum, ſi benè agendo, & diuina mandata cuſtodiendo vſq; in finem perſeuerauerint, anathema ſit.

27 Si quis dixerit nullum eſſe mortale peccatum *niſi infidelitatis*, aut nullo alio quantunuis graui, & *enormi*, præterquam infidelitatis, peccato ſemel acceptam gratiam amitti, anathema ſit.

28 Si quis dixerit amiſſa per peccatũ gratia, ſimul & fidem ſemper amitti: aut fidem, quæ remanet, non eſſe veram

fidem

fidem, licet non ſit vana: aut eum, qui fidem ſinè charitate habet, non eſſe Chriſtianum, anathema ſit.

29 Si quis dixerit eum, qui poſt baptiſmum lapſus eſt, non poſſe per Dei gratiam reſurgere, aut poſſe quidem: ſed ſola fide amiſſam iuſtitiam recuperare ſinè ſacramento poenitentiæ, prout ſancta Romana, & vniuerſalis eccleſia à Chriſto Domino, & eius Apoſtolis edocta, hucuſque profeſſa eſt, ſeruauit, & docuit, anathema ſit.

30 Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſeculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere poſsit, anathema ſit.

31 Si quis dixerit iuſtificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur, anathema ſit.

32 Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiã bona ipſius iuſtificati merita: aut ipſum iuſtificatũ bonis operibus, quę ab eo per Dei gratiã, & Ieſu Chriſti meritũ (cuius viuũ membrũ eſt) fiunt, non verè mereri augmentũ gratiæ vitam ęternã, & ipſius vitę ęternę (ſi tamen in gratia diſceſſerit) conſecutionem, atq; etiam gloriæ augmentum, anathema ſit.

33 Si quis dixerit per hanc doctrinam catholicam de iuſtificatione à ſancta ſynodo hoc præſenti decreto expreſſam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Ieſu Chriſti Domini noſtri derogari, & nõ poti⁹ veritatẽ fidei noſtrę, Dei deniq;, ac Ieſu Chriſti gloriã illuſtrari, anathema ſit.

DECRETVM DE SACRAMENTIS ECcleſiæ, factum in ſacroſancta œcumenica, & generali Tridentina ſynodo. 7. ſeſsione.

die. 3. martij. 1547

AD cõſummationẽ ſalutaris de iuſtificatione doctrinę (q̃ in præcedẽti proxima ſeſsione vno omniũ patrum conſenſu promulgata fuit) conſentaneũ viſum eſt de ſanctiſsimis eccleſiæ ſacramentis agere: per quæ omnis vera iuſtitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur. Propterea ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridẽtina ſynodus

in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ ſedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hęreſes, quæ circa ſanctiſsima ipſa ſacramenta, hac noſtra tempeſtate, tum de damnatis olim à Patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatæ, tum etiam de nouo adinuentę ſunt: quę catholicę eccleſię puritati, & animarum ſaluti magnopere officiunt, ſanctarum ſcripturarum doctrinę, Apoſtolicis traditionibus, atq; aliorum Conciliorum, & Patrum conſenſui inhærendo, hos præſentes canones ſtatuẽdos, & decernẽdos cẽſuit: reliquos, qui ſuperſunt, ad cœpti operis perfectionem, deinceps diuino Spiritu adiuuante editura.

Canones de Sacramentis in genere.

1 Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Dño nřo inſtituta, aut eſſe plura, vel pauciora quàm ſeptem, videlicet baptiſmũ, confirmationem eucharistiam, pœnitentiam, extremam vnctionem, ordinem, & matrimonium: aut etiam aliquot horum ſeptem non eſſe verè, & propriè ſacramentum, anathema ſit.

2 Si quis dixerit ea ipſa nouæ legis ſacramenta à ſacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cęremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.

3 Si quis dixerit hæc ſeptẽ ſacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, anathema ſit.

4 Si quis dixerit ſacramẽta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria: ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorũ voto per ſolam fidẽ homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit.

5 Si quis dixerit hæc ſacramenta propter ſolam fidem nutriendam inſtituta fuiſſe, anathema ſit.

6 Si quis dixerit ſacramenta nouę legis non continere gratiam, quam ſignificant: aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantùm externa ſint acceptæ per fidẽ gratiæ, vel iuſtitiæ, & notę quędam Chriſtianæ perfectionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.

7 Si quis dixerit non dari gratiã per huiuſmodi ſacramenta ſemper, & omnibus, quantũ eſt ex parte Dei, etiã ſi ritè ea ſuſcipiant: ſed aliquãdo, & aliquibus, anathema ſit.

8 Si quis dixerit ipſa nouę legis ſacramenta opere operato non conferre gratiam: ſed ſolùm fidem diuinę promiſsionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit.

9 Si quis dixerit in tribus ſacramentis, baptiſmo, ſcilicet, confirmatione, & ordine, non imprimi characterẽ in anima, hoc eſt, ſignum quoddã ſpirituale, & indelebile: vnde ea iterari non poſſunt, anathema ſit.

10 Si quis dixerit Chriſtianos oẽs in verbo, & in omnibus ſacramẽtis adminiſtrãdis habere poteſtatẽ, anathema ſit.

11 Si quis dixerit in miniſtris, dum ſacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem, ſaltem faciendi, quod facit eccleſia, anathema ſit.

12 Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtẽtem, modo omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre ſacramentum, anathema ſit.

13 Si quis dixerit receptos, & approbatos, & eccleſiæ catholicæ ritus in ſolenni ſacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios, per quẽcunq; eccleſiarum paſtorem mutari poſſe, anathema ſit.

De Baptiſmo.

1 SI quis dixerit baptiſmum Ioãnis habuiſſe eandẽ vim cum baptiſmo Chriſti, anathema ſit.

2 Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non eſſe de neceſsitate baptiſmi: atq; ideo verba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, ad metaphoram aliquã retorſerit, anathema ſit.

3 Si quis dixerit in eccleſia Romana, quæ omnium eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, non eſſe veram de baptiſmi ſacramento doctrinam, anathema ſit.

4 Si quis dixerit baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi, quod facit eccleſia, non eſſe verum baptiſmum, anathema ſit.

5 Si quis dixerit baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.

6 Si quis dixerit baptizatũ nõ poſſe ẽt ſi velit gratiã amit-

tere,quantũcunq; peccet,niſi nolit credere,anathema ſit

7 Si quis dixerit baptizatos per baptiſmum ipſum ſolius tantùm fidei debitores fieri,non autẽ vniuerſę legis Chriſti ſeruandæ,anathema ſit.

8 Si quis dixerit baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ eccleſiæ prę̃ceptis,quæ vel ſcripta,vel tradita ſunt:ita vt ea obſeruare non teneantur,niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere voluerint,anathema ſit.

9 Si quis dixerit ita reuocandos eſſe homines ad baptiſmi ſuſcepti memoriam,vt vota omnia,quæ poſt baptiſmum fiunt,vi promiſsionis in baptiſmo ipſo iam facta,irrita eſſe intelligãt,quaſi per ea,& fidei,quam profeſsi ſunt,detrahantur,& ipſi baptiſmo,anathema ſit.

10 Si quis dixerit peccata omnia,quę poſt baptiſmũ fiunt, ſola recordatione, & fidei ſuſcepti baptiſmi, vel dimitti, vel venialia fieri,anathema ſit.

11 Si quis dixerit verum,& ritè collatum baptiſmũ iterandum eſſe illi,qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur,anathema ſit.

12 Si quis dixerit neminẽ eſſe baptizandũ,niſi ea ętate,qua Chr̃us baptizat⁹ eſt,vel in ipſo mortis articulo,anath.ſit.

13 Si quis dixerit paruulos, eò quòd actũ credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles cõputãdos nõ eſſe: ac ꝓpterea cũ ad annos diſcretionis ꝑuenerint,eſſe rebaptizãdos:aut p̃ſtare omitti eorũ baptiſma,quã eos nõ actu proprio credẽtes baptizari in ſola fide eccleſię,anath.ſit.

14 Si quis dixerit huiuſmodi paruulos cũ adoleuerint interrogãdos eſſe an ratũ habere velint,qđ patrini eorũ nomine,dum baptizarent̃,polliciti ſunt:& vbi ſe nolle reſpõderint,ſuo eſſe arbitrio relinquẽdos,nec alia interim pœna ad Chr̃ianã vitã cogẽdos, niſi vt ab Euchariſtię, aliorũq; ſacramẽtorũ ꝑceptiõe arceãtur,donec reſipiſcãt,anat.ſit.

DE CONFIRMATIONE.

1 Si quis dixerit confirmationem baptizatorum ocioſam cęremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium ſacramentum:aut olim nihil aliud fuiſſe,quàm catecheſim quandam,qua adoleſcentiæ proximi,fidei ſuæ rationem coram eccleſia exponebant,anathema ſit.

Si quis

1 Si quis dixerit iniurios eſſe Spiritui ſancto eos,qui ſacro cõfirmationis chriſmati virtutẽ aliquã tribuũt,anath.ſit.

3 Si quis dixerit ſanctæ confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum epiſcopum, ſed quenuis ſimplicem ſacerdotem,anathema ſit.

¶ Fuerunt & alia multa celebrata Concilia,quæ non potuimus videre,vel quia non extãt integra exemplaria,vel quia ad manus noſtras nondum venerũt. Horum eſt vnum Concilium Vienenſe ſub Clemente.5.celebratum,cuius integra exemplaria non licuit videre. Alterum eſt Lugduneñ. ſub Gregorio decimo,quæ ambo fuerunt generalia.

Explicit Concil. Tridentinum.

Fuerũt & alia partim ſacra,partim prophana,vt apud Aluerniam celebratum eſt prouinciale Concilium: cuius meminit Gratia.6.q.2.quòd autẽ ibidẽ meminit Conci. Varenſis.c.Si tantũ.Item & apud Alpheſum,de quo Gratia.21.q.1. Illud verò.Item Conciliũ apud Hermeriã,de quo Gratia.deſumpſit in multis locis decreta.Item Conciliũ celebratum apud Fauentiam.Item aliud apud Alteum.Item aliud Concilium Hyponenſe.Item Concilium Genuenſe.Item Concilium Matienſe.Item Conciliũ Manetenſe.Item Concilium Vrbanenſe. Ex quibus ſingulis deſumpſit Decreta Gratianus. Horum tamen exemplaria non feruntur.

Sub Iulio Papa primo, partim ſacrũ, partim ſacrilegum in Sirmio celebratum eſt Concilium pręcepto Conſtantini Imperatoris:in quo epiſcopi Oriẽtales Arriani dãnauerunt Photium, & catholici de fide ſua propoſitiones ediderunt, quas habes fol. 105. ad quem cõuentum inuitus venit Oſius epiſcopus Hiſpanus. Sed cum eis conſentire reſpueret, tormenta longæuus,plagasq; perpeſſus eſt. Vnde etiã neceſsitate vehementi definitionibus tunc editis cõſenſit,atq; ſubſcripſit. Hęc Socrates in hiſt.Tripar.lib.5.c.6.&.7.Sed poſt cũ Liberio epõ Romano,& aliis Põtificibus eſt pater Oſius in exiliũ actus,quia noluit impia decreta Arrianorũ in Concilio Mediolañ.ꝓpria ſubſcriptione firmare,vt refert Theodoretus.c.16.eiuſdẽ hiſtorię. Ad hunc modum celebrarunt Arriani decẽ Concilia,contendẽtes firmare ſuam fidẽ in eccleſia,vt refert Athanaſius in epiſtola ad Aphros. Eorũ vnũ

eſt illud celebratum in Seleucia Iſaurię.160.epiſcoporum:dē quo Socrates in hiſt. Tripar.lib.5.c.34. Cuius acta recenſet Sozomenus in eodē lib.c.35.

Sub Leone Papa primo iuſſu Theodoſij Iunioris coactū eſt Concilium ſecundum Epheſinum prophanum, cui præſedit Dioſcorus, qui Flauianum ſanctiſsimū occidit, & legatos Leonis Papæ contempſit: epiſtolas Leonis Papæ nec legi permiſit, ſed fidē Eutychis definiuit: cui & ſacerdotium reſtituit. Contra hunc Dioſcorum anno.2. Martiani Imperatoris Chalcedone ſancta facta eſt quarta ſynodus: quæ Dioſcorum, & Eutychem & depoſuit, & damnauit.

Sub Leone.3. & Adriano.2. celebrata eſt ſynodus à Photio, qui vſurpauerat ſedem patriarchalem in templo Apoſtolorum, & habet.17. canones: & alia per eundem in ædes Sapientiæ, quæ habet tres canones, feruntur in Nomocanono Græco: ſed ambæ reiectę, & damnatę ſunt per octauam ſynodum in Actione.7.&.8.

Item Cōciliū apud Cōpendiū, cuius meminit Gratianus 6.q.3. Placuit.&.33.q.5. mulier ſi ſinē.&.33.q.1. Si qs acceperit.

Item.22.q.5. Ex Concilio apud ſanctū Medardū citatur decretū, quibus tēporibus iurarę prohibeamur.c. Decreuit.

Itē Cōc. apud Beluacū, ex quo Gratia. De cōſ.d.4. Si quis.

Finis Epitomę, ſeu Summæ Conciliorum.

QVI CANONES PRAECIPVE ſint renouandi ad eccleſię reformationē.

NEmo, vel ſolo nomine, Chriſtianus poterit ſinē magno dolore commemorare eccleſię calamitates: plebs Chriſtiana titulos habet epiſcoporum: epiſcopos autem, qui offīcium ſuum faciant, aut raros, aut nullos habet. Cùm enim quatuor ſint epiſcopi officia, docere, & gubernare doctrina: alterum ordinare, & explorare ordinandos: tertium pręeſſe iudiciis eccleſiaſticis: quartum viſitare eccleſias, huius tēpeſtatis epiſcopi vix vmbrā, & cęremoniā vnius muneris retinent, videlicet, ordinationē, cum aliqua exploratione: quid hic deſideret eccleſia Chriſtiana, facilè diuinabit lector.

Quoniam nemini poſsibile eſt, vt ſimul eccleſiaſticam, & ciuilem adminiſtrationem ritè obeat, iuſtò canones veteres omnes tam ſeueriter vetant, ne quis functioni eccleſiaſticæ

deputatus (minimè autē omniū epiſcopi) curā vllam rerum ſecularium ſuſcipiāt: vnde neceſſariū & iſtud erit, vt oīno alij curam eccleſiarū ſpirituale, alij gubernationē ditionū ciuilē, ſuſtineant, vt canon. 6. & 8. in Cōci. Carth. 1. proſpiciūt, & in Conci. Triburi. cano. 27. & in decretis. 21. q. 3. Credo.

Quòd nullus ſimul gerat vtrāq; adminiſtrationē ciuilem & ſpiritualem, exemplū habemus ab Apoſtolis in actis Apoſtolicis. c. 6. vbi elegerūt diaconos, ſiue œconomos, qui œconomiā exercerent, & curā pauperū haberēt: Apoſtoli autē orationi, & prędicationi vacarent. Vbi obſeruandū, ꝙ Apoſtoli nō ideo abdicant ſe ab officio œconomię: qa impiū ſit ſimul ciuilibus, & ſacris muneribus fungi, alioqui nō ante illum diē Apoſtoli mēſis miniſtraſſent, nec Moſes, & Samuel ſimul ciuilib⁹, & ſacris officiis deſeruiſſēt, & Dauid ſimul Regē, & prophetā egiſſet. Apoſtoli ergo abdicāt ſeſe ab officio ſuo ciuili, & reſeruāt ſolū eccleſiaſticū, eò ꝙ ſit pene impoſſibile, vtriq; officio pro ſua neceſsitate ſatisfacere. Qua in re videndū q̄ longè à maioribus Apoſtolorū diſtent noſtri paſtores: nā Apoſtoli retinuerūt id officiū, qđ verè Apoſtolicū erat, & plurimū habebat laboris, moleſtię, & afflictionis, vt officium purè, & diligenter prædicarēt Euangelium. At paſtores noſtri, abdicato, aliisq; delegato prædicandi Euangelij officio præſides profanos agunt, id officium ſibi retinentes, quod minimum laboris, plurimum autem honoris, & maieſtatis mundanæ habet &c.

Prçterea cū ſingula opida paulò poppuloſiora ſuos, ꝓprios epōs habere debeāt, pernicioſum eſſe cōſequiẽ plures eccleſias alicui cōmitti, q̄ quot cōmodè curare. Et per ſe quotānis abſq; detrimēto eccleſię ſuę inuiſere poſsit, & ne eccleſię neceſſaria cura (vt iā diu factū eſt) fraudētur, & iſtud renouandum deſiderat eccleſia, vt ſingula oppida aliquātò frequentiora ſuos epiſcopos habeant. Quātum autem damni eccleſiis hoc dederit, quod non ſingulę (quibus opus erat) idoneos miniſtros habuêre, atque verè epiſcopali cura, & inſpectione deſtitutæ fuerunt, nemo verbis ſatis explicare poterit: hic renouandus Conci. Sardicēſ. cano. 6.

Regula Aplīca reqrit, vt q ad ſacrū miniſteriū eligiẽ, ſit irreprehēſibilis, & habeat bonū teſtimoniū, etiā ab his, q adhuc

extra eccleſiam ſunt: veteres canones iuxta hanc regulā requirunt, vt nemo in ſacro miniſterio aſſumatur, niſi probatus teſtimonio, & aſſenſu cleri, & plebis: ideo examinari, & probari, ſancti canones iubent eos, qui ad ſacra miniſteria electi fuerint, vt in cano. 9. Côc. Nice. & in multis aliis legit, & in decre. di. 24. c. eps. Et iſtam examinationē pręcipiūt coram omni eccleſia fieri, vt quicunq; aliquid contra electum habeat, id proferre poſsit, vt legitur, canone. 51. Conci. Carthagi. idq; Patrum tempore in eccleſiis ſemper obſeruatum eſſe conſtat, quod & de diuina authoritate deſcendit, vt. d. Cyprianus ſcribit, & ſcripturæ teſtimoniis ꝓbat in lib. 1. epiſtola. 4. vt ſacerdotes plebe præſente ſub omnium oculis deligantur, vt dignus, atq; idoneus publico iudicio, ac teſtimonio comprobetur. Eſt igitur hic grauiſsimus, & intolerabilis abuſus, quòd abſq; tali examine ordinationes fiunt: nam præter cęremoniam verborum nihil huius reliquum obſeruatur. Titulares epi, qui nūc ordinationes facere conſueuerunt, interrogāt quidē ter de ordinandis, ſunt iuſti? ſunt digni? ab aliis quibuſdā rñdetur, iuſti ſunt, digni ſunt, ſed qui nihil cōperti de illis habent: itaq; ſola cęremonia verborum eſt, quod agit, & falſum teſtimoniū in re tam diuina. In hac parte deſideramus maximè reuocari canones Conci. Niceni, & Chalcedonē. Carthaginen. & Sardicen. qui de ordinationibus leges pręſcribunt.

Et cùm ſacra ordinatio ſit deſtinatio ad certum miniſterium, in eccleſia bona fide obeundum, ferendum non eſt, vt fiant ad inanes titulos, vel vagam, & incertam functionem, vt nunc paſsim fit data, & accepta pecunia pro ſolo titulo epiſcopi, quod & in Conci. Chalcedonē. c. 6. prohibitū eſt. Itē, & hoc renouandum erat, ne quid pro ordinationibus accipiant, néue aliquis vel precii reſpectu, vel vlla carnis cōmēdatione, ordinationi offeratur: tales enim ſimoniacas promotiones damnant canones, & grauiter puniunt.

Titulares epiſtolas abolēdas, & purgādas eccleſia ab iſtiuſmodi monſtris.

De reſidētia epiſcoporum

Reuocādi & illi canones, ne cū aliquo diſsimuletur dū miniſteriū ſuū in eccleſia negligat. Multo minꝰ dū ab eccleſia ſua vlla de cā abeſt: nā canones, & leges ꝓhibēt epm. l. cauſa eccleſię ſuę ab ea diutiꝰ abeſſe, ēt ſi i intima aula Cęſaris verſetur, ꝙ ſi qs aliqñdiu abſit, vetāt ei impēſas ab eccleſia ſubminiſtra-

niſtrari: ſi verò vltra annũ abfuerit, deponi iubent. Sed nec apud aliquã eccleſiã ſuę diœceſis deſidere cõcedũt, aut aliqd negotij qlecũq; illud ſit, ſuſcipere ꝑmittũt: cùm hmõi occa ſione in cura, & adminiſtratiõe ecclię, & ſedis ſuæ ĩpediat.

A ſecularibus verò curis ſic liberũ epiſcopum, & omnẽ clerum eſſe canones volunt: vt ne tutelam pupillorum, nec curationem viduarũ illis permittãt: hæc ſancita ſunt in mul tis conciliis, conci. Nice. c. 6. Antioche. ca. 3. & . 11. Laodicen. c. 42. Sardicẽ. ca. 3. 7. 9. 12. 16. Chalcedonẽ. c. 3. Carthaginẽ. c. 23. 57. 71. 109. & Carthaginẽ. 4. cap. 15. Epiſcopus vilẽ ſupel lectilẽ, & menſam, ac victum pauperẽ habeat: & dignitatis ſuę authoritatem fide, & vitæ meritis quęrat. d. 45. eṗs vilẽ. &c. c. 20. Epiſcopꝰ nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet: vt lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tãtùm vacet. d. 88. epiſcopus nullam.

Quantùm abeſſe debeant epiſcopi ab aulis principum ſatis declaratur in conci. Antioche. c. 11. 23. q. 8. Si quis epiſco- pus. Qualis debeat eſſe mẽſa epiſcoporum, vt reciteturin ea ſacra lectio, & ſubſequat̃ viuæ vocis exhortatio, indicãt de- creta Euſebij papæ.

Quàm damnatus ſit hic abuſus paſsim mutari epiſcopos de ciuitate in ciuitatem demonſtratur in cõci. Sardicẽ. cap. 1. quibus autem cauſis tolerari poſsit ea epiſcoporum muta tio indicãt decreta Antheri Papæ. 7. q. 1. mutationes eṗorũ.

Cumq; epiſcopi præcipuum munus ſit docere populum non eſt concedendum, vt epiſcopi id per alios pręſtent: deli gẽdi enim ſunt epiſcopi, (vt. D. Paulus præcipit) qui ſint ad docendum idonei, & voluntarij.

Ita etiam per ſe ipſos epiſcopi viſitare, & inſpicere eccle- ſias ſuarum diœceſium debent: quare terminos diœceſium ſancti patres, ſic deſcribi, & diſtribui voluerunt, vt ne qua latior ſit, quã cuius ſingulas eccleſias, vt iam ſemel dixímꝰ, epiſcopus quotãnis, ſemel ipſe adire, & cognoſcere poſsit, quo modo ſacrum miniſterium in ea peragatur. Proinde re uocandum: vt nulli ciuitati populoſiori ſuus epiſcopꝰ deſit, vt vetus eccleſia perpetuò ſeruauit.

Deſideramus maximè, vt reuocaretur ea ſeueritas, quę in conci. Veneti. c. 14. pronunciatur, clericus, quem intra mu-

ros ciuitatis manere conſtiterit, & matutinis hymnis ſine probabili excuſatione ęgritudis inuentus fuerit defuiſſe. 7. diebus à communione habeatur extraneus:quia miniſtrum ſacrorum eo tpe, quo non poteſt ab officio ſuo vlla honeſta neceſsitas occupare,fas non eſt à ſalubri ceſſare &c.

Ita omnes miniſtri eccleſiaſtici ſeueriter abſtrahendi, & continendi ſunt ab omnibus aliis, vel negociis, vel deliciis, ac voluptatibus,quę cum hoc diuino munere non cōgruūt: atque ideo in diuinis ſcripturis canonibus, & legibus illis prohibentur,vti ſunt negociari, mercatorem agere, fœnus exercere,indulgere cōmeſſationibus,ebrietati,ludis inhoneſtis,& à ſanctitate ſacri miniſterij alienis,venationibus,& à qbuſcūq;,q̄ auocare queant à ſanctis,& huic functioni propriis exercitiis:vt à lectione,doctrina,adhortatione, admonitione, & ſtudio ita formandæ vitæ, quo in exemplum aliis præluceāt,vel etiā impedire tm̄, aut facere remiſsiores.

Olim verè inter Chriſtianos charitas,& fidelium eccleſię deuotio effecit,vt ſpōte ſua in ſacris cōuentibus, & eccleſiis liberaliter offerrent,& cōſecrarent: vnde & ſeminātibus ſpiritualia,hoc eſt, doctrinam vitæ,& ſacra miniſteria adminiſtrantibus temporalia benignè pręberētur,quo ſacris miniſteriis ſe totos impenderent,& fratribus egentibus neceſſaria ſubminiſtrarent: hinc prędia, & poſſeſsiones aliique prouentus,& redditus donati, vt decreta Vrbani primum fuſius explicant,quæ omnia ſucceſſu temporum variis rationibus in immenſum prope aucta ſunt in eccleſiis.

Conci.Nice. can.4. Ad diſpenſationem,& vſum iſtarum opum talia canones præſcribunt: quatuor iubent ex vniuerſis eccleſiæ bonis fieri portiones,vnā dari epiſcopo, quo neceſſaria muneris ſui facilius ſuſtineri, & pauperibus, atque peregrinis benigniꝰ fauere, tum etiam ad ſacrum miniſterium aliquos educare valeat:alteram cæteris clericis,vt ſuo quiſque miniſterio, vacare poſsit:tertiam aſsignat pro cōſeruandis templis,& inſtrumentis templorum: quartam volunt erogari,in neceſsitates pauperum,& peregrinorū. Verùm ea diſpenſatio bonorum temporalium,quam ſacroſanctā eſſe opportuit,cùm ea bona Deo dicata forent,ſic intercidit: vt ne veſtigia penè durent. Maior pars horum bonorum diſtributa eſt in præbēdas,

bendas,quas his miniſtris concedunt, quum populo Chriſtiano,aut prorſus nihil miniſterij præſtant,aut præſtant id quod omnium infimum,& minimè neceſſariū eſt:qui vulgo nuncupantur canonici,qui nihil aliud,quàm lectores, & cantores ſunt infimum eccleſię miniſterium:tamē pręferūtur parochis, & verbi doctoribus, quod officium etiam ſi ritè defungerentur, tamen adoleſcentium tantùm, & inferiorum clericorū munus eſſe debebat:vt ex cōci. Roma. ſub Grego.1. celebrato demonſtrauimus.

Reuocandum & illud erit: vt inter miniſteria eccleſiæ is ordo,& in dignitate,& in modo ſtipendiorum ſeruetur,quē diuinæ literę,& patrum canones deſignarunt:vt,qui curam animarum obeunt,& verbi,atque ſacramentorum,& diſciplinę adminiſtrationi deſeruiunt his,quę minora,& minus neceſſaria, vt lectorum, & cantorum officia in eccleſiis gerunt,præferantur.

Quantùm olim ſancti patres damnarint,diaconos pręferri presbyteris,conſtat:multò indignius eſt,eos, qui lectorū modo,& cantorū munus habent (quod nec exercent, niſi per conducticios quoſdam clericos) pluris fieri his,qui officium pręſtant presbyterorū : plus nunc habet vnus rudis, & pinguis canonicus,quā centum parochij, & centū alij verbi doctores:cùm tamē dicat Paulus:Qui bene pręſunt preſbyteri duplici honore digni ſunt, maximè qui laborant in verbo.

Singulari quoque cura,& ſeueritate vigilandū eſt tam ſecularibus, q̄ eccleſiaſticis poteſtatibus cōtra peſtem ſimoniæ:vt illud Domini iam olim antiquatum poſsit in eccleſiam reuocari:Gratis accepiſtis,gratis date. Quocirca reſtituenda erit ſeueritas pœnarum,quas contra hoc malum canones,& leges ſanxerunt : ne cuiquam permittendum pro vlla nominatione,electione,præſentatione,probatione,ordinatione,aut temporali prouiſione miniſtrorum, pro vllo ſacri miniſterij officio quicquā precij,vel operę polliceri,dare,vel accipere ſub amiſsione miniſterij,& pœnis aliis, quæ hic in canonibus,&legibus inſtitutæ ſunt:ſimul & abrogandū illud(ſi ferat authoritas ſummi Pontificis)vt annatę,aut vlla alia pecunia pro confirmationibus,aut diſpenſationibus *Contra ſimoniam.*

Roma-

Romanis miniſtris perſoluatur, vt in conci. Baſileeñ. ſeſsio. 21. poſtulatũ eſt, ne in curia Romana exigerent eiuſmodi annatę. Et illud non prætereundũ, vt epiſcopi defuncti ſua eccleſia ſit hæres, non epiſcopus Romanus, quod habet horũ temporũ vſus: multò tamen diuerſius inſtituebatur in veteribus conciliis, vt indicant, quæ in Aphrica, & in Hiſpania ſunt celebrata, & alia generalia concilia.

Illud ſinè magno malo tollerare non poteſt populus fidelis, vt his, qui miniſteria neceſſaria (vt eſt cura animarũ, vel verbi diuini) aut nullæ, aut perquàm tenues prębendæ conferantur, & ſi quæ locupletiores habebant, hęc quoque per incorporationẽ, vel vnionis viam, quam vocant, aliasq; obliquas artes ſuppreſſę, & abſorptę pridem ſunt, & in prębendas eorum, qui lectorum tantum, & cãtorum munus aliqua ex parte ſibi ſumpſerunt diſpertitę: eò verò factum eſt, vt nulli vſpiam idonei ad ſacrum miniſterium reperiantur, aut educentur: id verò notius toti orbi eſt, quã vt ſit verbis hîc exponendum. Cumq; patrum canones requirant, vt ſacra ſtipendia ſingulis aſsignẽtur pro meritis officij, & ſedulitate, quam adhibent: & hic abuſus tollendus eſt, quòd pueris ſępe, & perinde ineptis hominibus tantundem, ac ſæpe amplius de ſacris ſtipendiis præbetur, quã iis, qui ecclæſiis aſsiduè, & vtiliter inſeruiunt: vt verò idonei miniſtri ſemper haberi poſsint, ſcholas in eccleſiis habere iuxta canones antiquos neceſſe eſt: & de oblationibus fidelium ſtudioſos alere ſancto miniſterio conſecratos, & ad ſacrum miniſterium inſtituere oportet, (vt Vaſenſe cõcilium pręcipit) tales olim erant, qui lectorum, atque cantorum, acoluthorumq; ordine cenſebantur: nam per omnes ſacræ militiæ gradus aſcendere oportuit eos, q ad pſbyteri, & epi munus proueheban̄t.

Quid publicè legatur in eccleſia.

Quoniam autem præcipuum, atque ſummè neceſſarium in eccleſia eſt miniſterium doctrinę, & quicquid in eccleſia, vel legitur, vel canitur, vel oratur, vel populo exponitur ad ędificationem fidei facere debet: vt nihil omnino illic proferatur, aut geratur, niſi quòd eccleſiam ædificet, vt Paulus docet. 1. Cor. 14. Reuocandi, & illi canones ſunt, qui pręcipiunt ne quicquam in eccleſia legatur, aut decantetur, vel in preces aſſumatur, quod non ſit ex diuinis literis deſumptũ, aut

illis

illis conſentaneum: tamen vt quo diuina ſunt, eo modo, atque ea religione adminiſtrentur, quo ſeruetur pia grauitas,& vera quęratur fidei ędificatio. Ideo diligens,& religioſa purgatio facienda erat omnium lectionũ,precum,& cantionum,quæ hodie in templis locum obtinuerint:vt reſecentur quæcunq; diuinæ ſcripturæ non conſentiunt, & in his, quæ conſentanea ſunt adhibeatur modus,vt ſacræ ſcripturæ(ſicut par eſt,)ſuus locus relinquatur. Siquidem vetuſtiores canones nihil quã ſcripturas canonicas legi, vel decãtari in eccleſia pmiſerũt, vt legitur Cõci.Laod.cañ.59.Cõci. Cęſarię.præceptum eſt clerum,& populum, ex diuinis tantũ libris docendũ eſſe, & comburenda eſſe falſa martyrologia ſtatuit. Cõci. Carthagineñ.cano.47.in memoriis martyrũ legi eorum hiſtorias permiſit:at nunc quanta populo publicè proponantur à veritate, & ratione haberrantia, & planè fabuloſa nullus ignorat..

Iuxta multorum ſententiam,reuocanda eſt obſeruatio vetus,vt baptiſma extra periculum vitæ certis, & ſolennibus temporibus,& ſingulari religione adminiſtretur coram tota eccleſia;quo ſua huic ſacramento reuerentia conſeruetur: tum etiam myſterium totum baptiſmi ſic explicetur, vt populus intelligat, qui baptizantur eos in mortem Chriſti baptizari, vt Chriſto conſepeliantur ipſoquè induantur. Deinde & illud neceſſarium erit, vt præter ordinarias cantiones, quæ ſingulæ ſacris feriis de omnibus doctrinæ Chriſti capitibus quàm fideliſsimè habendæ ſunt, pueri à ſacro catechiſmo diligenter inſtituãtur in omnibus fidei noſtræ articulis de veris vitæ Chriſtianæ officiis,de virtute, & fructu verbi Dei,de peccato originali,& actuali,de iuſtificatione per efficaciam,& vſum ſacramentorum:audiãt expoſitionem ſymboli Apoſtolici, precationis dñicæ,decẽ præceptorum decalogi:doceãtur de præcipuis euãgelij locis, atq; de officiis Chriſtianis:in his formati iubeantur ſacramentis chriſtianis initiari, & eorum exigenda ratio, vt conſtet quãtùm quiſq; profecerit. Vbi verò de his ſatis inſtituti fuerint,& eò,& cognitione, & ætate promouerint ad menſam Domini coram tota eccleſia ſunt admittendi,ſi prius fidem, quam corde credunt,ore profiteantur.

De baptiſmo.

Reuo-

De excõmunicatione. Reuocanda in eccleſiam eſt,& eccleſiaſtica cenſura, & antiquus excommunicationis vſus:ſed quæ non ad exigenda debita,aut firmandam cleri dominationem:ſed ad coercenda ſcelera,& flagitia, ad corrigendos malos populi mores adhibeatur, & exerceatur. Idqué vero, ac ſalubri iudicio Spiritus,& per idoneos ex clero miniſtros, & inſtaurandæ pietatis,& ſanctimoniæ cauſa : nõ ambitiõe aliqua,vel quæſtus cupiditate,nec ad res perditas recuperandas,nec ad inquirẽda occulta facinora,vt nunc paſsim exercetur: deinde præmiſſa,quæ in Euangelio præſcribitur admonitione, vt qui peccauerunt ad ſalutarem pœnitentiam reuocentur, & eorum exemplo aliis metus incutiatur,aut certè eccleſia malorum contagione liberetur. Seruetur.2. canon concilij Aurelianeñ.5.

De iudiciis clericorum. Canones ſtatuerunt, vt quiſque epiſcopus ſuæ eccleſiæ, ſuî cleri cuſtos ſit, & corrector: & clerici vniuerſi viciſsim ſuis epiſcopis pareant,& ejus diſciplinę ſubiiciantur. Quòd ſiquis ſe iniquè grauari iudicio ſui epiſcopi putet, vt ſynodum prouincialem appellet,quòd ſi huius quoque ſententia ſe iniuſtè prẹmi putet, prouocare iubent ad patriarchã: ſed ea lege, vt dum per ſynodum abſoluatur ſub ea damnatione,cui eum ſuus epiſcopus ſubiecit maneat.

Idem canones ſtatuerunt, vt & epiſcopi quoq; à ſuę prouinciæ ſynodis iudicentur,& tunc demum,ſi neceſſe ſit,cauſa ad maius concilium deferatur:hæc ita conſtituta ſunt in conci.Antioch.cano.7.&.9.in Conſtantino.can.6.in Chalcedoneñ.cano.9.&.17.in Sardiceñ.cañ.14. in Carthagineñ. canon.15.& multis aliis conciliis : & ita conci. Aphricanum iudicauit excommunicandos eſſe,qui vltra mare prouocaſſent ad tribunal aliquod. Vt verò iſta iudicia,& animaduerſiones, ritè, & ordine exerceantur, & oborientia in eccleſia vitia in tempore corrigantur canones requirunt, vt binę quotannis ſynodi,vel ad minimum vna in qualibet prouincia habeãt:tunc etiã maiores ſynodi,in quibus epi totius nationis,vel etiã multarũ nationũ conueniãt, prout eccleſiarũ neceſsitas poſtulabit Hęc habent in cõc.Nice.ca.5.Anti.ca. 2.Charth.cañ.18.&.52.& multis aliis. At nũc rarę ſunt eccleſię,q̃ cognoſcãt epm ſuũ : inquiunt ſe ſolũ Romanũ epm cognoſce-

gnoſcere,& ſoli Papę eſſe ſubiectos:in villulis ſolis cognoſcitur ẽps,clericorũ rarus etiã eſt,prẹter eos,qui degũt in eccleſiis villarũ, q velint ẽpo parere, nec cognoſcũt p̃latũ aliquẽ, p̃ter vnũ pontificẽ Romanũ,quẽ nunq̃ viderũt, nec ſpes eſt vidẽdi dũ viuũt: à quo quippe diſtẽt alij quingẽtis,alij ſexcẽtis leucis.Hic igit̃ abuſus tollẽdus erit,& popul⁹Chriſtianus hoc grauiſsimo iugo leuãdus, q̃ Pontifex Romanus cauſas quaſlibet etiã in prima ſtatim inſtãtia ad ſe trahit, & quãlibet iuſtã ẽporũ animaduerſionẽ in clerũ ſuũ impedit:tantũ ſi Romã appellet,nihil eſt,quod nõ liceat impunè: & ſynodorũ iudicia ſublata ſunt,& ſynodi erãt reſtituẽdę.In veteri eccleſia ſolę maiores,& difficiliores cauſę ferebãtur ad ſedẽ Romanã,& hoc poſtq̃ à iudiciis ẽporum, aut ſynodorũ appellatum erat:vt patet ex prima epiſtola decretali Anacleti Papæ,& ex epiſtolis aliorũ multorũ pontificũ inſtituentiũ ſolas cauſas grauiſsimas ad eos deferendas.

De lapſu miniſtrorũ puniendo.

Quia eccleſia reqrit, vt q in ſacro miniſterio ſuo verſant̃ ſint ſancti,& immaculati nemo in ſacro miniſterio ferẽdus eſt,ſi iuxta antiquos canones deprẹhendat̃ in flagitium aliquod,vel ſcelus incidiſſe,vt eſt blaſphemia,periurium,adulterium,ſtuprum,fornicatio,furtum , aſcribere ſe militiæ,ſecularibus negotiis ſe implicare,ciuili adminiſtrationi ſe admiſcere:neglectus miniſterij,rebellio,vel cõſpiratio factioſa cõtra ẽpm,ſimonia,cõmunicatio cum hẹreticis, & excõicatis illicita,vacare cõmeſſationib⁹,ebrietati, ludo,venationi, vſurę,& multò magis quodcunq; capitale crimẽ habeatur: reuocanda igit̃ erit ſeueritas canonum,vt quẽ illi præcipiũt caſtigare nõ impunè,& cum pernicie totius eccleſiæ peccet, & quem deponit à ſacro miniſterio,in eo non tolleretur.

Circa vſum ſacramẽti Euchariſtiæ multa ſunt abolita,ex quib⁹ nõnulla reuocari deſiderat ecclĩa Chriſtiana:vnũ eſt: vt ad cõmunicationem diligẽter inuitent̃,quicũq; ſacris adſunt.Nam horũ ſacramentorũ prima,& principalis inſtitutio nõ fuit ad ſpectãdum:ſed ad ſumendum.Sic enim Apoſtoli ſtatuerũt,& in cõc.Agathẽ.qui in natali Dñi,Paſcha, Pentecoſte nõ cõmunicauerint catholici nõ credant̃, neque inter catholicos habeant̃.Habetur de cõſecr.d.2.c.ſeculares.

Itẽ diſ.1.ſimilis cõſtitutio ex canonib⁹Apoſtolorũ adducitur.

citur canone, omnes: ſtatuitur cõmunione priuari eos, *qui in* ſolennitatibus ſacris ſcripturas Apoſtolorum, & euangeliorum audientes non perſeuerant in oratione vſq; dum *miſſa* peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, conſulendus Chryſoſtomus ſuper epiſtolam ad Epheſios homi. Vt ter in anno communicent Chriſti fideles in Paſcha, Pentecoſte, & natali Domini, eſt decretum Fabiani Papę in epiſtola.3. ad Hilarium epiſcopum. Auguſtinus hortatur ſingulis diebus dominicis, ſi mens in affectu peccãdi nõ ſit, cõmunicandum in eadem diſtinct.

In conc. Toleta. primo. c.12. ſtatuit, quòd hi, qui eccleſiam intrãt, & non communicant excommunicentur.

Summopere deſiderat populus Chriſtianus, vt bona clericorum, & epiſcoporum hac vita defunctorum, iuxta antiquos canones patrum, habeant eccleſiæ, aut qui ſuccedunt in miniſterio defunctorum, aut quẽadmodũ in conci. Valentino cap.2. ſtatuitur, ad epiſcopum ſucceſſorẽ pertineant bona epiſcopi defuncti. Simile quidam decretum eſt in conci. 1. Hiſpaleñ. cap.1. & in conci. Antiocheno cap.24.

Abuſus eſt cùm creatur aliquis Cardinalis abſoluitur à vinculo, quo tenebatur eccleſiæ ſuæ: pòſt diſpenſatur cum eo, vt habeat eam eccleſiam commendatam, vt illi dicunt, hæc habentur in cæremo. Romano. Sert. 8. capitulo primo: minus turpe eſſet, vt manens epiſcopus cum ſuo titulo diſpenſaretur cum eo in abſentia: quã eccleſiam manere paſtore deſtitutam, & comminiſci monſtrum illud q̃uis iſte eſſet alius abuſus. Ideo deſiderat eccleſia reſtitui antiquã legem, vt nullus eps aſſumatur ad dignitatem illam Cardinalitiã, nec Cardinalis fieret epiſcopus, vt de poſtulati. c. bonæ memoriæ habetur.

In cæremo. Roma. ca.9. Serti.8. Abuſus eſt habere vniuerſam eccleſiã intitulatã (vt dicũt) & plures commendatos, q̃n aſſumptus eſt ad cardinalatũ cenſentur vacare omnia beneficia, quę ante aſſumptionem habebat: deberent verè vacare, & non comminiſci titulos, quibus illa reſeruet.

Abuſus eſt quòd aliquis aſsiſtens in aliquo officio pontifici, & reſidens Romæ, ſiue Cardinalis, ſiue quiuis alius habeat præbendam in eccleſia aliqua extra diœceſim Romanã, &

nam:& hac cauſa olim nouis Cardinalibus datus eſt titulus alicuius parochię Romanæ,quod & nunc obſeruatur, vt patet ex vſu,& cæremo.Roma.ſe 8.c.7.aut.9.

Quòd ecclĩca ptãs paulatim trãſformaĩ in regiã dñationẽ, & imperiũ mũdanũ, & incipit obliuiſci ſpũale miniſteriũ in ecclĩa per epos exercẽdũ: dũ regũt ĩperia mũdi, negligũt eccleſias,& dũ tenẽt tãtas opes,impoſsibile eſt eos plus curare eccleſiaſtica officia, q̃ prophana negocia. Ideo vtiliſsimum eſſet opes epiſcoporum redigere ad mediocritatem.

In ſacramẽto cõfirmatiõis reſtituaĩ cõſuetudo catechizãdi iuuenes,& rudes: hãc negligẽtiã paſtorũ neceſſe eſt corrigi,vt poſtea ĩ cõfirmatiõe flagiteĩ ꝓfeſsio fidei à iuuenibus.

Hæc ſunt,quæ videbanĩ maximè ad eccleſiæ reformationem pertinere.

CONSILIVM DELECTORVM CARDINALIũ,& aliorũ ꝑlatorũ de emẽdãda ecclĩa.S.D.N.D.Paulo III.ipſo iubẽte cõſcriptũ.& exhibitũ.M.D.XXXVIII.

BAatiſsime pr̃ tm̃ abeſt,vt verbis explicare poſsim⁹, q̃ magnas gr̃as reſpub.Chr̃iana Deo opt.max agere debeat ꝙ te põtificẽ hiſce tp̃ib⁹,ac paſtorẽ gregi ſuo ꝑfecerit,eãq;,quã habes mẽtẽ dederit: vt minimè ſperem⁹ cogitatione eas, q̃s Deo gr̃as debet,cõſequi poſſe.Nã Spũs ille Dei,quo virt⁹ cęlorũ firmata eſt,vt ait Propheta, labãtẽ,imò ferè collapſam in p̃ceps ecclĩã Chr̃i ꝑ te huic ruinę manũ (vt videm⁹) ſupponere decreuit,eãq; erigere ad priſtinã ſublimitatẽ, decoriq; priſtino reſtituere: certiſsimã diuinę hui⁹ ſnĩę cõiecturã nos facere valem⁹,qb⁹ ſanctitas tua ad ſe vocatis mãdauit, vt nullius, aut cõmodi tui, aut cuiuſpiã alteri⁹ habita rõne, tibi ſignificarem⁹ abuſus illos, grauiſsimos videlicet morbos,qb⁹ iam pridẽ ecclĩa Dei laborat,ac p̃ſertim hæc Rom.curia:qb⁹ effectũ ꝓpe eſt,vt paulatim,ac ſenſim ingraueſcẽtib⁹ peſtiferis his morbis magnã hãc ruinã traxerit,quã videmus. Et qm̃ ſanctitas tua ſpiritu Dei erudita,qui,vt inqt Auguſt.Loquiĩ in cordib⁹ nullo verborũ ſtrepitu ,ꝓbè nouerat principiũ horũ malorũ inde fuiſſe,ꝙ nõnulli pontifices nr̃i prędeceſſores prurientes aurib⁹,vt inquit Ap̃ſus Paulus: Coacervauerũt ſibi magiſtros ad deſideria ſua:non, vt ab eis diſcerẽt,quod facere deberẽt:ſed vt eorũ ſtudio,& calliditate in-

ueniret ratio, q̃ liceret id, qđ liberet. Inde effectū eſt (p̃terq̃ q̄ principatū oēm ſequatur adulatio, vt vmbra corp⁹, difficillimusq́; fuerit ſemp adit⁹ veritatis ad aures principū) q̄ cōfeſtim prodirent doctores, qui docerent pontificē eſſe dn̄m beneficiorū oīm, ac ideo cum dn̄s iure vendat quod ſuū eſt, neceſſario ſequi in pōtificē non poſſe cadere ſimoniā: ita q̄ voluntas pontificis, qualiſcūq; ea fuerit, ſit regula, qua eius operationes, ac actiones dirigant, ex quo proculdubio effici, vt quicquid libeat, id etiam liceat. Ex hoc fonte ſancte pater tāq̃ ex equo Troiano irrupêre in eccleſiā Dei tot abuſus, & tam grauiſsimi morbi, quib⁹ nūc cōſpicimus eā ad deſperationē ferè ſalutis laboraſſe, vel manaſſe harū rerū famā ad infideles vſq;: credat ſanctitas veſtra ſcientibus, qui ob hāc pręcipuè cauſam Chriſtianam religionem derident, adeo vt per nos, per nos inquimus, nomē Chriſti inter gētes blaſphemet. Tu verò ſanctiſsime pr̄, & verè ſanctiſsime edoct⁹ à ſpiritu Dei, p̃ter veterem illam tuā prudētiā, cū totus in hāc curā incubueris, vt (ſanatis egritudinib⁹) Chriſti eccl̄ia tuæ curæ cōmiſſa bonā valetudinē recuperaret: vidiſti, ac probè vidiſti, inde incipiendā eſſe medicationē, vnde primò ortus eſt morbus: ſequutusq́; doctrinā Apoſtoli Pauli: vis eſſe diſpēſator non dn̄s, & fidelis inueniri a Domino, imitatus etiam ſeruum illum, quē in euangelio Dn̄s præfecit familiæ ſuæ, vt det illis in tēpore tritici menſurā, ac propterea decreuiſti nolle, qđ nō licet: neq; vis poſſe, quod nō debes. Ideoq́; nos ad te accerſiuiſti imperitos quidē, ac tā magno negotio impares, nō parum tn̄ affectos, cum honori, & gloriæ ſanctitatis tuæ, tum præcipuè inſtaurationi eccleſiæ Chriſti: ac grauiſsimis verbis iniūxiſti, vt omnes abuſus hos colligerem⁹: tibiq́; illos ſignificaremus obteſtatus nos reddituros eſſe rationem huius negotij nobis demandati Deo opt. ſi negligenter, ac infideliter ageremus. Atq; vt omnia liberius inter nos tractari poſſent, tibiq́; à nobis explicari, iure iurādo nos diſtrinxiſti, addita etiam excommunicationis pœna, ne cuipiam aliquid huius noſtri muneris proderemus. Nos igitur tuo imperio parentes collegimus, quantò paucioribus fieri potuit, hos morbos, eorumq́; remedia, ea inquā, q̃ pro tenuitate ingenij noſtri, excogitare potuimus. Tu vero pro

tua

tua bonitate,ac ſapientia oīa reſarcies,ac perficies, in quib⁹ pro tenuitate nr̄a offenderim⁹. Verū, vt oīa certis quibuſdā finibus cōplectamur:cū ſanctitas tua,& ſit princeps prouinciarū harū,quę ſubſunt ditioni eccleſiaſticę, & ſit pontifex vniuerſalis eccleſiæ,ſit etiā ep̄s Romanus,nihil nobis dicendū ſumpſimus de iis,q̄ pertinēt ad hūc principatū eccleſię, quē tua prudentia optimè regi videmus. Tāgemus tm̄ ea, q̄ pertinent ad officiū vniuerſalis pontificatus: & nōnulla,q̄ ſunt Romani epiſcopi.Illud verò ante oīa beatiſsime pater putam⁹ ſtatuēdū eſſe,(vt dicit Ariſtoteles in politicis) ſicut in vnaquaq; repub. ita & in hac eccleſiaſtica gubernatione eccleſiæ Chriſti hanc,prę oībus legem habendā: vt quantū fieri poteſt leges ſeruētur. Nec putem⁹ nobis licere diſpēſare in legibus,niſi vrgenti de cauſa,& neceſſaria. Nulla namq; pernicioſior conſuetudo in quauis republ. induci poteſt, q̄ hæc legum inobſeruantia,quas ſanctas maiores noſtri eſſe voluerunt,earumq; poteſtatē venerandam,& diuinā appellarūt.Scis tu hæc omnia opt.Pōtifex,legiſti iam pridē apud Philoſophos,& Theologos.Illud verò non tātū huic proximum,ſed lōgè prius,& potius ſuperiore putamus:non licere Pōtifici,& Chriſti vicario in vſu poteſtatis clauium,poteſtatis inquimus à Chriſto ei collatæ lucrū aliquod comparare.Hoc eīn eſt Chriſti mandatū:Gratis accepiſtis, gratis date. His primū ſtatutis,cùm ſanctitas veſtra, ita gerat curam eccleſiæ Chriſti,vt miniſtros plurimos habeat,per quos hāc curā exerceat:ij autem ſunt clerici oēs,quibus mandatus eſt cultus Dei:p̄sbyteri p̄ſertim,& maximè curati, & præ oīb⁹ ep̄i.Idcirco vt gubernatio hæc ſit rectè p̄ceſſura,primò danda eſt opa,vt hi miniſtri idonei ſint mūeri,quo fungi debēt.

Prim⁹ abuſus in hac parte eſt,ordinatio clericorū, & p̄ſertim presbyterorū,in qua nulla adhibeť cura, nulla adhibeť diligētia,q̄ paſsim quicūq; ſint imperitiſsimi,ſint viliſsimo gn̄e orti,ſint malis morib⁹ ornati,ſint adoleſcētes,admittantur ad ordines ſacros,& maximè ad p̄sbyteratū:ad charactere in quā,Chriſtū maximè exprimentē. Hinc innumera ſcādala,hinc cōtemptus ordinis eccleſiaſtici,hinc diuini cultus veneratio nō tm̄ diminuta:ſed etiā prope iam extincta.Ideo putamus optimum fore,ſi ſanctitas tua, primò in hac vrbe

præficeret huic negocio duos, aut tres ꝑlatos viros doctos, & probos,qui ordinationibus clericorũ pręeſſent,iniũgeret etiã ẽpis omnibus,adhibitis etiã pœnis cẽſurarũ,vt id curarent in ſuis diœceſibus.Neq; permittat ſanctitas vrã,vt quiſpiam ordinetur,niſi ab ẽpo ſuo,vel cum licentia deputatorũ in vrbe,aut ẽpi ſui:inſuper,vt in eccleſiis ſuis quiſq; epiſcopus magiſtrũ habeat,à quo clerici minores,& literis,& moribus inſtruantur,vt iura præcipiunt.

Abuſus alius maximi põderis eſt in collatione beneficiorum eccleſiaſticorũ,maximè curatorũ,& prę omnibꝰ epiſcopatuum,in quibus vſus inualuit,vt prouideatur perſonis, quibus conferuntur beneficia, non autem gregi Chriſti, & eccleſię.Ideo in conferendis his beneficiis, curatis inquam, ſed prę aliis ẽpatibꝰ, curãdũ eſt,vt cõferãtur viris bonis, doctisq;:ideo vt per ſe poſsint fungi illis muneribus, ad q̃ tenent:inſuper illis,quos veriſimile eſt,reſidentiam facturos. Non ergo Italo cõferẽdum eſt beneficium in Hiſpania, aut in Britania,aut econtrà.Hoc ſeruandum eſt,tam in collationibus cũ vacãt per deceſſum,q̃ in ceſsionibus,in quibus nũc tantùm habetur ratio voluntatis cedentium, nullius præterea rei.In ceſsionibus his, ſi quiſpiam præficeretur probus plureſuè,benefactum iri putaremus.

Alius abuſus,cùm beneficia conferũtur,ſeu cum cedunt aliis,irrepſit in cõſtituendis ſuper eorũ fructibus, penſionibus:immò quandoq; cedẽs beneficio,omnes ſibi fructus reſeruat.Qua in re illud eſt animaduertendũ nulla alia de cauſa,nulloq; alio iure,pẽſiones cõſtitui poſſe, niſi ad q̃ſdã eleemoſynas,quæ in pios vſus, & indigentibus concedi debẽt. Nam redditus ſunt annexi beneficio,vt corpus animæ.ideo ſua natura pertinẽt ad eum, qui bñficiũ habet,vt poſsit ex eis viuere honeſtè pro ſuo ordine: ſimulqué queat ſuſtinere impenſas pro diuino cultu, & templi, ſacrarumq; ædiũ reparatione:& quod reliquũ eſt,expendat in pios vſus.Hęc eſt ẽm natura eorum redditũum. Verùm ſicut in rerum naturę adminiſtratione nõnulla fiũt à natura vniuerſali præter inclinationem vniuerſalis naturę:ſic in Pontifice,qui eſt vniuerſalis diſpenſator bonorũ eccleſię,ſi viderit eã fructuũ portionem(quę in pios vſus expendi debet) aut eius partẽ,

in piũ

in pium quempiam aliũ vſum vt expendatur, magis expedi re, poteſt proculdubio id facere. Ideo iure merito penſionẽ ponere poteſt, vt ſubueniat egeno, pſertim clerico: vt honeſtè queat vitã ducere pro eiuſdẽ ordine. Ideo oẽs fruct⁹ reſeruari, adimiq; id omne, qđ diuino cultui, ſuſtẽtationiq; habẽtis beneficiũ tribui debet, magnus eſt abuſus. Itemq; penſiones dari clericis diuitib⁹, q cõmodè, & honeſtè viuere queũt ex redditib⁹, quos habẽt, magn⁹ certè abuſus, tollẽd⁹ vterq;.

Ali⁹ itẽ abuſus in pmutatiõib⁹ bñficiorũ, q̃ fiũt cũ pactionib⁹, q̃ ſimoniacę oẽs ſũt, nulloq; reſpectu habito niſi lucri.

Abuſus alius oĩno auferẽd⁹, qui calliditate quadã nõnullorũ peritorũ iam inualuit in hac curia. Nã cùm lege cautũ ſit, beneficia teſtamento legari nõ poſſe, cũ non ſint teſtatoris, ſed eccłię, & vt res hæc eccleſiaſtica ſeruaretᷣ cõis bonorũ oĩm, nõ autẽ fieret priuata cuiuſpiã: inuenit humana, nõ tñ Chriſtiana induſtria plurimos modos, qb⁹ huic legi illudatᷣ. Nam fiũt renũciationes epiſcopatuũ, aliorumq; beneficiorũ primò cum regreſſu, addunt reſeruationẽ fructuũ, addũt reſeruationem collationis beneficiorũ: inſuper cumulant reſeruationẽ adminiſtratiõis, faciũtq; hoc pacto epm, qui nullum ius habet epi, alterũ verò, cui iura omnia epi competũt, non tamen epiſcopum. Videat ſanctitas tua, quo proceſsit aſſentatoria illa doctrina, qua tandem effectum eſt, vt id liceat, quod libeat. Quid quæſo eſt hoc, niſi hæredẽ beneficij ſibi conſtituere? Alius pręter hunc inuentus eſt dolus. Cùm ſcilicet coadiutores dantur epiſcopis petentibus minus idonei, quã epi ſint: ita vt, niſi quiſpiam claudere oculos voluerit, liquido videat hæredem ea ratione inſtitui.

Item lex eſt antiqua inſtaurata à Clemẽte, ne filij presbyterorũ habeãt parẽtũ beneficia, ne. ſ. res cõis hoc modo fiat priuata: diſpenſatᷣ tñ (vt audimus) in hac venerãda lege. Nolumus tacere id, quod veriſsimũ eſſe quis prudens per ſe iudicauerit, nullam rem magis cõflaſſe hanc inuidiam hęreticis (vnde tot ſeditiones ſunt ortæ, & aliæ inſtant) quã auerſionem commodorum, & prouētuum eccleſiaſticorũ à communi ad rem priuatã. Antehac omnes ſperabãt, nunc in deſperationẽ adducti acuunt linguas contra hanc ſedem.

Ali⁹ abuſus eſt in expectatiuis, & reſeruationib⁹ bñficio-

rũ,quib⁹,& datur occaſio,vt aliena mors deſiderẽ & libenter audiatur. Pręcludũt etiã aditũ ſupremũ digniorib⁹, quũ vacãt, dant litibus cauſam. Oẽs has putamus tollendas eſſe.

Abuſus ali⁹ eſt eadẽ calliditate inuent⁹. Nã q̃dã beneficia incõpatibilia iure ſunt, & appellanẽ,q̃ ex ipſa vi noĩs maiores nr̃i admonere nos voluerũt nõ debere ea vni cõferri: nũc in his diſpẽſaẽ,nõ tm̃ duobus:ſed plurib⁹, & quod peius eſt in ep̃atib⁹. Hũc morem(qui ob auaritiã tãtũ inualuit) tollẽdum ducimus,præſertim in epiſcopatibus. Quid de vnionibus beneficiorũ ad vitã vni⁹,ne.ſ.obſtet beneficiorũ illa pluralitas ad obtinẽda ĩcõpatibilia, nõnẽ eſt mera fraus legis?

Alius etiã abuſus inualuit,vt reuerẽdiſs.cardinalib⁹ ep̃at⁹ cõferanẽ,ſeu cõmẽdenẽ:nõ vn⁹ tm̃,ſed plures. Quę pr̃ beatiſſime putam⁹ magni eſſe momẽti in eccleſia Dei,primò quidẽ,quia officiũ cardinalat⁹,& officiũ ep̃i incõpatibilia ſunt. Nã Cardinalis eſt aſsiſtere ſanctitati tuæ in gubernãda vniuerſali eccleſia:officiũ autẽ ep̃i eſt paſcere gregẽ ſuũ , quod p̃ſtare bene,nec vt debet poteſt:niſi habitet cũ ouibus ſuis, vt paſtor cũ grege. Præterea pr̃ ſancte,hic vſus maximè obeſt exẽplo. Quõ nãq; hæc ſctã ſedes poterit dirigere,& corrigere aliorũ abuſus, ſi in p̃cipuis ſuis mẽbris abuſus tolleraẽ? Nec ob id q̃ cardinales ſint,putam⁹ eis magis licere trãſgredi legẽ,immò lõgè minus. Horũ em̃ vita debet eſſe aliis lex. Nec imitãdi ſũt Phariſęi,q dicũt,& nõ faciũt:ſed Chr̃s ſaluator nr̃,q̃ incœpit facere,& poſtea docere. Ampli⁹ hic vſus nocet in cõſultatiõib⁹ eccl̃ię:nã hęc licẽtia fomẽtũ eſt auaritię. Ambiũt p̃terea Cardinales à regib⁹,& pricipib⁹ ep̃at⁹, à qb⁹ poſtea depẽdẽt,nec poſsũt liberè ſñiam dicere:immò ſi poſsẽt & vellẽt,fallerenẽ tñ paſsiõe animi ĩ iudicãdo p̃turbati. Ideo vtinã hic mos tollereẽ,& prouiderenẽ cardinalibus (vt poſſent honeſtè pro dignitate viuere) omnibus æquales redditus:quod putamus facilè fieri poſſe,ſi vellemus abiicere ſeruitutem mammonæ,& Chriſto tantùm ſeruire.

His caſtigatis,q̃ p̃tinẽt ad cõſtituẽdos tibi miniſtros, qb⁹ veluti ĩſtrumẽtis,& cult⁹ Dei bñ adminiſtrari,& pp̃lus Chriſtian⁹ in vita Chr̃iana bñ ĩſtitui,& regi poſsit:aduertẽdũ nobis eſt ad illa,q̃ ſpectant ad gubernationẽ pp̃li Chr̃iani. In q̃ pr̃ beatiſs. abuſus ille primò,& pręoĩb⁹ corrigẽd⁹ eſt,ne.ſ.

epi primũ,& prę oĩb⁹ aliis,deĩde ne curati abeſſent à ſuis eccleſiis,& parochiis:niſi ob graue aliquã cauſam: ſed reſidentiã facerẽt,maximè epi (vt diximus) quia ſunt ſpõſi ecclię ipſis demãdatę.Nã per Deũ immortalẽ qs miſerabilior viro Chriano cõſpectus eſſe poteſt Chrianũ orbẽ pagranti,q̃ hęc ſolitudo eccleſiarũ?Oẽs ferè paſtores receſſerũt à ſuis gregibus,commiſsi ſunt oẽs ferè mercenariis.Imponẽda ergo eſt magna pœna epis,ꝑ aliis:deinde curatis,q abſunt à ſuis gregib⁹ non tãtũ cẽſurarũ : ſed etiã ne reciperẽt reddit⁹ illi, qui abſunt,niſi impetrata licentia à tua ſanctitate epi, curati ab epis ſuis per breue aliquod tẽporis ſpacium. Legãtur in hoc aliqua iura,aliquorũ conciliorũ decreta, quibus cautũ erat epo nõ licere abeſſe à ſua eccleſia niſi tribus tãtũ dominicis.

Abuſus etiã eſt,ꝙ tot reuerendiſs.Card.abſint ab hac curia , neq; aliq̃ in parte faciãt quidpiã ei⁹ officij,quod ſpectat ad Cardinales.Ideo,& ſi fortaſſe nõ oẽs:quia expedire exiſtimamus nõnullos habitare in ꝓuinciis ſuis:nã ꝑ illos tanq̃ per radices quaſdã in totũ orbẽ Chriſtianũ ſparſas cõtinentur ppłi ſub hac Romana ſede: plurimos tñ eſſet ſanctitatis tuæ vocare ad curiã , vt hic reſiderẽt. Hac eñ rõne ꝑterq̃ ꝙ fungerenť officio ſuo cardinales,prouiderenť etiam amplitudini curię,ſuppleretq; ſi qd ei detractũ fuiſſet per receſſum multorum eporum,qui ad ſuas eccleſias ſe contuliſſent.

Alius abuſus magn⁹,& minimè tollerãd⁹, quo vniuerſus pplus Chrian⁹ ſcãdalizatur,eſt ex impedimẽtis, q̃ inferunť epis ĩ gubernatiõe ſuarũ ouiũ, maximè ĩ puniẽdis ſceleſtis, & corrigẽdis. Nã primò multis viis eximũt ſe mali hoĩes ꝑſertim clerici à iuriſdictiõe ſui ordinarij:deĩde ſi nõ ſunt exẽpti,cõfugiũt ſtatim ad pœnitẽtiariũ,vel ad datariũ,vbi cõfeſtim inueniũt viã impunitati,& quod pei⁹ eſt ob pecuniam ꝑſtitã. Hoc ſcãdalũ beatiſs. pr̃ tantopere cõturbat Chrianũ populũ,vt nõ q̃at v̾bis explicari. Tollanť obteſtamur ſanctitatẽ tuã per ſanguinẽ Chriſti, quo redemit ſibi eccleſiam ſuam,eamq; lauit eodẽ ſanguine. Tollanť hęc maculę,quib⁹ ſi daretur quiſpiam aditus in quacunque hominum repub. aut regno cõfeſtim,aut paulopòſt in pręceps rueret,nulloq; pacto diutius cõſtare poſſet:& tñ putamus nobis,licere:vt per nos in Chriſtianam rempub.inducantur hæc monſtra.

Alius abuſus corrigendus eſt, in ordinibus religioſorũ, ꝙ adeo multi deformati ſunt, vt magno ſint ſcandalo ſecularibus, exemploq; plurimum noceãt. Cõuẽtuales ordines abolendos eſſe putamus omnes, non tñ vt alicui fiat iniuria: ſed prohibendo ne nouos poſſent admittere. Sic enim ſinè vlli⁹ iniuria citò delerẽtur, & boni religioſi eis ſubſtitui poſſent. Nunc verò putamus optimum fore ſi omnes pueri, qui non ſunt profeſsi ab eorum monaſterio repellerentur.

Hoc etiã aĩaduertendũ, & corrigendũ cẽſem⁹ in p̃dicatoribus, & cõfeſſorib⁹ cõſtituẽdis à fratrib⁹, ꝙ ab eorũ præfectis primũ adhibereť magna diligentia, vt idonei eſſent: deinde, vt p̃ſentareňť epis, quibus, prę omnibus cura eccleſiæ eſt demandata, à quib⁹ examinarentur per ſe, vel per viros idoneos, neq; niſi eorũ cõſenſu admittereť ad hęc peragenda.

Dixim⁹ Beatiſs. pr̃ nõ licere aliquo pacto in vſu clauiũ aliqd lucri vtẽti cõparare. Eſt ĩ hac re firmũ verbũ Chri: Gratis accepiſtis, gratis date. Hoc nõ tm̃ ad ſanctitatẽ tuã pertinet: ſed ad oẽs, q ſunt participes hui⁹ poteſtatis. Ideo à legatis, & nũciis vellemus idẽ ſeruari. Nã ſicut vſus, q nũc inualuit dedecorat hãc ſedẽ, & cõturbat populũ: ita ſi fieret ecõtra maximũ dec⁹ huic ſedi cõparareť, & ędificareť mirificè popul⁹.

Abuſus alius turbat Chriſtianũ populũ in monialibus, q̃ ſunt ſub cura fratrũ cõuentualium, vbi in pleriſq; monaſteriis fiũt publica ſacrilegia cum maximo omniũ ſcãdalo. Auferat ergo. ſ. veſtra omnẽ eam curã à conuentualibus, eamq; det, aut ordinariis, aut aliis, prout melius videbitur.

Abuſus magnus, & pernicioſus eſt in gymnaſiis publicis p̃ſertim in Italia: in qb⁹ multi Philoſophię p̃feſſores impietatẽ docent, immò in tẽplis fiũt diſputationes impiiſsimę, & ſiquę ſunt pię, tractanť in eis res diuinę corã populo valde irreuerenter. Ideo putaremus indicẽdũ epis, vbi ſunt publica gymnaſia: vt p eos admonerenť lectores, q legũt ne docerẽt adoleſcẽtes impietatẽ: ſed oſtẽderẽt infirmitatẽ luminis naturalis in q̃ſtionib⁹ pertinentib⁹ ad Deũ, ad mũdi nouitatẽ, vel ęternitatẽ, & ſimilia, eosq; ad pietatẽ dirigerẽt. Similiter ne permitterent fieri publicas diſputationes de hmõi quæſtionib⁹, nec etiã de reb⁹ theologicis, q̃ certè multũ exiſtimationis p̃dunt apud vulgus: ſed priuatim de his rebus fiãt diſputa-

ſputationes:publicè de aliis quæſtionibus phyſicis. Idemq; iniungendum eſſet omnibus aliis epiſcopis, maximè inſignium ciuitatum, in quibus huius generis diſputationes fieri ſolent. In impreſsione etiam librorum eadem adhibenda eſſet diligẽtia, ſcribendũq; Principibus oĩbus, vt caueãt, ne paſsim quiuis libri in eorum ditione imprimãtur, dandaq; eſſet huius rei cura ordinariis. Et quoniam pueris in ludis ſolent nũc legi colloquia Eraſmi, in quibus multa ſunt, quæ rudes animos informant ad impietatem: ideo eorum lectio in ludis literariis prohibenda eſſet, & ſi qua alia ſunt huius ordinis.

Poſt hæc, quæ ad inſtituendos miniſtros tuos in hac vniuerſalis eccleſiæ cura, & in eius deinde adminiſtratione ſpectare videntur, animaduertendum eſt in gratiis, quæ fiunt à tua beatitudine, præter priores abuſus, alios quoq; abuſus introductos eſſe.

Primus eſt in fratribus, ſeu religioſis apoſtatis, qui poſt votum ſolenne à ſua religione recedunt. impetrantq;, ne teneantur gerere habitum ſui ordinis, imò neq; veſtigium habitus: ſed tantùm veſtem honeſtam clericalem. Prætermittamus nunc de lucro: iam enim diximus in principio non licere ex vſu clauium, & poteſtatis à Chriſto traditæ comparare ſibi lucrum: ſed etiã adhuc ab gratia abſtinendũ. Nam habitus eſt ſignum profeſsionis: vnde nec ab epiſcopo poteſt dimitti, cui tenentur iſti apoſtatæ: ideo hæc gratia eis concedi non deberet. Nec etiam cùm ipſi receſſerint à voto, quo Deo ſe obligarãt eis permittatur, vt habeant beneficia, nec adminiſtrationes.

Alius abuſus in quæſtuariis ſancti Spiritus, ſancti Antonij, aliiſq; huius generis: qui decipiunt ruſticos, & ſimplices, eoſq; innumeris ſuperſtitionibus implicant, tollendos hos quæſtuarios cenſemus.

Abuſus alius in diſpenſatione cum conſtituto in ſacris ordinibus, vt poſsit vxorem ducere. Hæc diſpẽſatio non eſſet vlli danda, niſi pro cõſeruatione populi cuiuſpiam, vel gentis: vbi eſſet publica cauſa grauiſsima, præſertim his temporibus, in quibus vrgent Luthærani hanc rem maximè.

Abuſus alius in diſpenſatione, in nuptiis inter conſangui

neos,ſeu affines certè in ſecūdo gradu non putamus faciendam eſſe,niſi ob publicā cauſam graue:in aliis verò gradib⁹ non niſi ob cauſam honeſtam,&abſq; pecunia,vt diximus, niſi iam prius coniuncti eſſent, vbi licere pro abſolutione à peccato iam perpetrato imponi mulcta pecuniaria poſt abſolutionem,& deputari ad pios vſus,in quibus facit ſanctitas tua impenſas.Nā ſicut vbi non eſt peccatū in vſu clauiū, nihil exigi pōt pecuniæ:ita vbi abſolutio petitā peccato imponi mulcta pecuniaria poteſt, & deputari ad pios vſus.

Abuſus alius in abſolutione ſimoniaci,proh dolor,quantum in eccleſia Dei regnat hoc peſtilens vitium, adeo vt quidam non vereantur ſimoniam committere: deinde confeſtim petunt abſolutionem ab ea, imó eam emunt: ſicque retinent beneficium, quod emerunt. Non dicimus ſanctitatem tuam non poſſe pœnam illam, quæ eſt de iure poſitiuo conſtituta eis condonare:ſed quòd nullo pacto debeat, vt tanto ſceleri reſiſtatur, quo nullum pernicioſius, neque magis ſcandaloſum.

Licentia etiā teſtandi clericis de bonis eccleſiæ non eſſet danda,niſi pro cauſa vrgenti,ne bona pauperū cōuerterentur in priuatas delitias,& amplificationes domorum.

Confeſionalia autē cum vſu altaris portatilis non eſſent facilè danda,ſic enim vileſcūt eccleſiaſticæ res,& ſacramentum omnium præcipuum. Nec indulgentiæ item dandæ eſſent,niſi ſemel in anno in vnaquaq; inſignium ciuitatum. Commutatio etiam votorum, neq; ita facilè facienda, neq; commutanda, præterquam in æquiualens bonum.

Conſueuêre etiam mutari voluntates vltimę teſtatorum, qui ad pias cauſas legant quampiam pecuniæ ſummam, quam authoritate ſanctitatis tuæ transferunt ad hæredem, vel legatarium, ob prætenſam paupertatem &c. Idq; ob lucrum certè,niſi facta ſit magna mutatio in re familiari hæredis per habitum teſtatoris: ita ꝗ veriſsimilè ſit teſtatorem ob eam mutationem mutaturum fuiſſe voluntatem:voluntates teſtatorum mutari impium eſt. De lucro iam toties diximus, quare putamus omnino abſtinendum.

Omnibus in ſumma explicatis,quę pertinēt ad vniuerſalis eccleſię Pontif. quantū animo potuimus cōprehendere:

reſtat

reſtat,vt nonulla dicamus, quę pertinent ad Romanum epiſcopum. Hæc Romana ciuitas,& eccleſia mater eſt,& magiſtra aliarum eccleſiarum,ideo maximè in ea vigere debet diuinus cultus,& morum honeſtas. Ideo beatiſs. Pr. Scandalizantur omnes exteri, qui ingrediuntur templum beatiſs. Petri: vbi ſacerdotes quidā ſordidi,ignari,induti paramentis, & veſtibus, quibus nec in ſordidis ædibus honeſtè vti poſſent, Miſsas celebrant.Hoc magnum eſt omnibus ſcandalum. Ideo iniungendum eſt reuerendiſsimo archipresbytero,vel reuerendiſs.Pœnitentiario,vt hæc curent, & amoueant hoc ſcandalum,ſicq; in aliis eccleſiis.

In hac etiam vrbe meretrices,vt matronæ incedūt per vrbem,ſeu mula vehuntur, quas aſſectantur de media die nobiles familiares Cardinalium, clericique. Nulla in vrbe vidimus hanc corruptionem,præterquam in hac omnium exemplari. Habitant etiam inſignes ædes. Corrigendus etiam hic turpis abuſus.

Sunt etiam in hac vrbe priuatorum ciuium odia, & inimicitiæ, quas componere, & ciues conciliare præcipuè interest epiſcopi. Ideo per Cardinales quoſdam Romanos præſertim, qui magis eſſent idonei omnes eæ inimicitiæ componendæ eſſent, & ciuium animi conciliandi.

Sunt in hac vrbe hoſpitalia,ſunt puppili, ſunt viduę, horum cura maximè pertinet ad epiſcopum,& ad Principem. Ideo ſanctitas tua per Cardinal. uiros probos poſſet etiam commodè hęc omnia curare.

Hæc ſunt, beatiſsimè Pater, quę in pręſentia pro tenuitate ingenij noſtri colligēda eſſe duximus, & quę nobis corrigenda viderentur. Tu verò pro tua bonitate, & ſapientia, oīa moderabere. Nos certè,ſi non rei magnitudini,quę noſtras vires longè ſuperat:conſcientię noſtrę tamen ſatisfecimus, non ſinè maxima ſpe, vt ſub te Principe videamus eccleſiam Dei purgatam,formoſam,vt columbam,ſibi concordem,in vnum corpus conſentientē cum ęterna tui nominis memoria.Sumpſiſti tibi nomen pauli,imitaberis,ſperamus charitatem Pauli.Electus fuit ille, vt vas, qd deferret nomē Chri per gētes:te verò ſperamus electū,vt nomē iam Chriſti oblitum à gentibus,& à nobis clericis,reſtituas in cordibus

Sc.

& in operibus noſtris: ægritudines ſanes, oues Chriſti in vnum ouile reducas, amoueasq; à nobis iram Dei, & vltionem eam, quam meremur iam paratam, iam ceruicibus noſtris imminentem.

Gaſpar Cardinalis Contarenus.
Ioannes Petrus Cardiñ. Theatinus.
Iacobus Cardinalis Sadoletus.
Reginaldus Cardinalis Anglicus.
Fredericus Archiepi. Solernitanus.
Hieronymus Archie. Brũduſinus.
Ioannes Matthæus epũs Veronẽſis.
Gregorius Abbas ſancti Gregorii Venetus.
Frater Thomas Magiſter Sacri Palatii.

M. D. XXXVIII.

ERRATA, QVAE IN RELEgendo curſim deprehendimus.

Pagina	Linea.	Sic legitur.	Sic legendum.
2	4	vt nec finè.	vt finè.
9	4	merus cauſa.	metus cauſa.
ibid.	8	reiiciator.	reiicitor.
10	3	Cataphrygię.	Cathaphrygæ.
12	5	efficiator.	efficitor.
21	26	quia.	qua.
25	9	attemptatæ.	attentatæ.
38	35	dexit.	dixit.
38	32	30.epiſcoporum.	300.epiſcoporum.
39	5	30.epiſcopi.	300.epiſcopi.
45	4	expectunt.	expetunt.
46	2	viſionis.	viſiones.
51	23	Soracten.	Soracte.
ibid.	32	ſacramento.	in ſacramento.
54	6	Deus.	Deos.
74	35	de ſeſeculo	de ſeculo.
78	19	reuelauerint.	reualuerint.
85	22	interupta.	inter nupta.
87	36	communionem.	commonitionem.
266	8	congrata.	congregata.
287	15	vites.	vires.
ibid.	30	faſce.	falce.
315	36	manus.	munus.
519	30	mittantur.	mittatur.
ibid.	34	quæq; loco.	quæq; loca.
621	28	Confutatio.	Confirmatio.

HAEC SVNT, QVAE LECTOrem aliquantulum remorare poterant. Cætera, ſi qua fuerint (quæ quidē pauca erunt) amanter, & beneuolè tuipſe caſtiga.

SALMANTICAE
EXCVDEBAT ANDREAS
DE PORTONARIIS
ANNO.
1549.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE


AD
P

auet.i. incem potuit ...
corrupcōe.i. incem incorrupti
bilem a ƀ p euāgelium. i. pre
dicatōnem euāglii. Ecce quam
[illegible]

...stiii. In quo ponitur c.z
...doctor z aplē.tina

[illegible]